Decretum



CVIVSCVNQVE DIGNITATIS & conditionis beneuolo, ac erudito Lectori. S. P. D.

LITERARIAE rei peritis, præsertim vero Sacrorum Canonum, atq; Legum Antistitibus, & cultoribus vel prolixo orationis syrmate persuadere, vel multis verborum lenocinijs saltem demonstrare superuacaneum esse arbitror, quam mirificam industriam, ac pene incredibilem curam Illustres Iuntæ per multos ab hinc annos in suis officinis Typographicis adhibuerunt, & etiamnum adhibent, vt in illis excusi libri non tantum approbatiores, expetibilioresq; habeantur, verum etiam qui præ ceteris spectarent ad maiorē nominis Diuini celebrationē, & vberius emolumentum ad gubernandam, & conseruandam hominum societatem allaturi sint in publicum emittantur. Qua in re quidem, ne talia me assentandi gratia ad ipsorum voluntatem, sed potius in veritatis stabilimentum protulisse videar, illos duplici via procedere quotidiana satis superque comprobat experientia. Nam nullis sumptibus, laboribusve parcentes, certatim in id unice incumbunt, vt indies libri emendatiores, & ab erratis, ac sphalmatibus magis magisque detersi, & expoliti imprimantur, nec non insuper nouis quibusdam Annotationibus, siue Additionibus ornentur, & locupletentur. Earum enim adminiculo partim ipsis rebus, quæ in illis traduntur, maior perspicuitas affertur, & in tanta diuersarum opinionum repugnantia ac conflictu, verus nec non genuinus intellectus eruitur: partim vero Studiosi ad classicorum Iurisconsultorum, qui tam superiori, quam nostro sæculo vel in publicis Gymnasijs docendo, vel curiarum Tribunali-

bus causas perorando, vel denique in dubijs controuersiarum forensium euentibus consulendo floruerunt, & pro solerti ingenij acumine in secretiora ciuilis sapientiæ delubra penetrarunt, commentationes remittuntur. Inter ceteros autem quamplures nunc temporis se denuo conspiciendos exhibent, & Iuris Vtriusque Studiosorum manibus, ingenijsque de meliori nota commendant, & mancipant TEXTVS *quos vocant Canonicos. Qui, sicut ex oculari inspectione, & peruolutatis paucis folijs vnicuique sine magna difficultate, & exigua cum molestia manifestum fieri poterit, ita exquisiti, perpoliti, illustrati, atque adaucti prodeunt, vt vix Sibyllino Sacerdoti, quæ in tali editione vlterius desiderari deberent, in mentem venire poßint. Præterquam enim quod in nouißima hac editione omnia et singula ad legitimam censuram, normamque, sicuti decebat, Romani Exemplaris accurate redacta, & ne quispiam fortaßis aliquid ex incuria, aut nimis præcipiti festinatione siue in Textu, siue in Glossis omißum suspicetur, de verbo ad verbum diligenter collata, ac rerum et verborum notabilium Indice copiosißimo, Margarita nuncupato, accumulata fuerunt: eidem insuper luculentæ & argutæ aliquot insignium & clarissimorum Iurisconsultor[illegible] Additiones ad omnes Iuris Canonici partes sunt coniunctæ [illegible] Studiosis magno vsui, & Promptuarij loco esse poterunt, m[illegible]me autem vt in quacunque occurrenti ardua ac perplex[illegible]ateria statim regressum ad ipsos fontes, & celeberrimos [illegible] triusque Interpretes arripere, & suis hæsitationi[illegible] quando necessitas vel in Theoria, vel in Practica vrgere videbitur, abunde satisfacere, seque contra vniuersas obiectas contrarietates fideliter munire, ac tandem ex illis dextre firmato iudicio commodissime extricare valeant. Etsi enim in confesso sit, proxime antecedenti impressioni duorum clarissimorum virorum Ebolitanorum, vtputa D. Augustini, & D. Prosperi Carauitarum, & dum in viuis manerent eminentissimorum Neapoli Iurisconsultorum, Additiones annexas fuisse: attamen vt illæ melius digererentur, secunda vice sub incudem reuocatæ, & quæ emendationem exposcebant ex fontibus suæ integritati restitutæ, ac vltima lima absolutæ fuerunt. Reliquas vero videlicet Excellentissimi D. Andreæ Alciati, iuriscon. Mediolanensis, & Marcelli Francolini Presbyteri, & Doctoris Bodiani Annotationes nunc primum adiungere*

suasit

suasit ingens ipsarum praecellentia, & vtilitas, quae se in omnes tam Diuini, & Canonici, quam humani, ac consuetudinarij Iuris articulos latissime diffundit. Huius enim Studiosos in cognitionem historiarum deducunt, & quasi in speculo ostendunt, quo tempore, in qualibus Concilijs, sub quibus Summis Pontificibus, & ad quas personas Canones sint directi, atq; publicati. Sed illius, prout Patrum nostrorum memoria magna cum sui admiratione singularem in Vtroque Iure scientiam declarauit, ceu Ariadnes filum sequi necesse habet qui non legum cortices lambere, sed rationem & mentem illarum peruestigare satagit. Eo enim pacto rite ius suum vnicuique tribuetur; opportuna bonorum protectio nunquam deficiet, & in ipsis improbis formidato supplicio nocendi facultas refrenabitur. Quapropter immortales Illustribus Iuntis debentur gratiae pro tali ipsorum nunquam satis commendanda solicitudine, & si labor ille cuidam non ingratus acciderit, quid ab ipsis in posterum expectandum erit, plus quam satis quilibet certam capere poterit coniecturam. De meo studio nihil addendum censui, nisi quod iuxta mandatum Serenissimi Dominij Veneti ad correctionem requisitus, & in illa fideliter versatus fuerim, & me tam Tuae beneuolentiae, quam Illustrium Iuntarum fauori, etiam atque etiam committam, officiose rogitans, vt omnia aequi bonique consulas. Exaratum Venetijs Prid. Cal. Quinctil. Anno post CHRISTI Saluatoris nostri natiuitatem M. DC. XV.

M. Matthias Coldiz ab Alba Rupe
ad Salam Alemannus.

DECRETVM GRATIANI,

EMENDATVM, ET NOTATIONIBVS ILLVSTRATVM;

Vnà cum glossis;

GREGORII XIII. PONT. MAX.
IVSSV EDITVM.

Ad exemplar Romanum diligenter recognitum.

CONIVNCTIS DOCTISSIMIS AD OMNES IVRIS CANONICI partes Additionibus Praeclariss. Iurisconſ. D. AVGVSTINI CARAVITAE *Patritij Ebolitani, & in Sacro Regio Conſ. Neapol. Conſiliarij.*

D. ANDREAE ALCIATI PATRITII MEDIOLANENSIS ET IVREC. Præſtantiſſimi. D. PROSPERI CARAVITAE Patritij Ebolitani, & Iuriſconſulti celeberrimi.

D. MARCELLI FRANCOLINI PRESBYTERI, ET DOCTORIS Bodiani, ac nunc recens in vnum volumen congeſtis.

Cum Indice locupletiſſimo, MARGARITA nuncupato.

VENETIIS, Apud Iuntas. MDCXV.

DECRETVM ABBREVIATVM SIGILLATIM CVNCTA ATTINGENS.

LIBER DECRETI DIVISVS EST IN TRES PARTES. Quarum prima est de distinctionibus. Secunda de causis. Tertia de consecratione. Prima pars distincta est in distinctiones centum & vnam.

PRIMA distinctio tractat de iure naturali & humano, ius ipsum naturaliter eiusque species omnes diffiniens, & inter ius scriptũ, & non scriptum differentiam ponens. 1

ij. de iure Quiritum siue Romanorum, ipsum per species diffiniens. 6

iij. iuris canonici varia nomina distinguit, breuiterque exponit. 7

iiij. ad quid leges inuentæ sunt, & quid sacri canones mandent. 9

v. quomodo ius naturale est immobile, nec obstat quod ibi ponitur. 12

vi. an illusiones nocturnę ad peccatum imputentur, & circa finem prosequitur de iuris naturalis dignitate. 14

vij. ponit legislatores, ostendendo qualiter ius inceperit. 18

viij. ponit differentiam inter ius naturale & consuetudinem. 19

ix. auctoritate & exẽplo probat constitutiones hominum iuri naturali cedere. 24

x. ostendit quod leges Imperatorum vincuntur a canonibus. 27

xi. dicit consuetudinem legibus approbatis cedere. 33

xij. habet laudabilem cõsuetudinem esse seruandam, quæ nec canonib. sacris, nec veritati, nec bonis moribus obuiet. 38

xiij. vult quod contra ius naturale non admittatur dispensatio, nisi in fuga maioris mali. 44

xiiij. quod quis non debet minus peccatum committere, vt aliud maius euitare possit. 47

xv. notat de tempore quo sacri canones, librique & concilia celebrata fuerunt: & quæ opuscula sunt admittenda. 48

xvj. ponit quod canones Apostolorum sunt recipiendi, postea ostendit quo tempore & quo residente in papatu vel Imperio quodlibet concilium est celebratum. 54

xvij. dicit non concilia, sed conuenticula celebrati sine Papa. 62

xviij. ostendit quod prouincialia concilia nihil generaliter possunt constituere, ideo consequenter declarat ad quid sint vtilia, & quoties in anno, & quo tempore anni, & cuius auctoritate sunt celebranda, & quod metropolitanus nihil debet exigere ab episcopis ad concilium conuenientib. Addit de pęna episcopi, qui vocatus ad synodum non venit. 66

xix. vim decretalium ostendens dicit mandata ecclesiastica deuote seruanda. 73

xx. Dicit quod in causis diffiniendis sacri canones, in exponenda vero sacra scriptura sancti doctores attenduntur. 81

xxi. Tractat de diuersis ordinibus, & gradibus ministrorum, docendo qui sunt executores siue ministri canonum a maiori vsque ad infimum. Et differentias ministrorum locorum assignat, probans quod maior a minori non debet iudicari. 84

xxij. de dignitate Romanæ Ecclesiæ, & quorumdam aliarum. 92

xxiij. de ordinatione ministrorum incipiens a Romano Pontifice, & descendens vsque ad ostiarium. 96

xxiiij. de examinatione ordinandorum. 108

xxv. de officijs clericorum, incipiendo ab ostiario, & ascẽdendo vsque ad episcopum. Circa medium distinctionis inchoat. xiij. præcepta regulæ apostolicæ, vt prosequitur ibi, Oportet episcopum esse sine crimine. Et inde nacta occasione ponit varias significationes huius nominis, crimen. Et ostẽdit quod sit mortale, & quod veniale. 111

xxvi. exequitur secundum pręceptum Apostolicæ regulæ. Oportet epm̃ esse vnius vxoris virum. 118

xxvii. probat quod nolentes vouere continentiam, ad sacros ordines promouendi non sunt, assignans differentiam inter solemne, & simplex votum. 123

xxviij. probat quod clericis habere vxores non licet in ecclesia occidentali, addens de subdiaconatu, qui olim prohibitus non erat. 125

xxix. ostendit quæ iam capitula tradita esse ex causa, quędam ex causa, quędam ex tempore, quædam ex loco, quædam ex persona. 133

xxx. quia dictum fuit xxviii. dis. supra. quod sacerdotes non debent a se abijcere vxores suas prætextu religionis, hic dicit quod ex causa fuit hoc statutum, scilicet propter quosdam hereticos, qui coniugia detestabantur. 134

xxxj. probat & ponit exempla in terminis, qualiter clerici continere debent, & quod ab omnib. est seruanda continentia, nisi ab orientalibus. 139

xxxii. adhuc prosequitur de continentia clericorum, & dicit quod constituti in quatuor sacris ordinibus tenentur continere, & si habent publicas concubinas, nullus eorum Missam audiat. 145

xxxiij. ostendit quod bigami, corpore vitiati, vsurarij publice pęnitentes, lusores in scena ludentes, furiosi, arreptitij, accipientes meretrices in vxores, & concubinas habentes promoueri non possunt. 154

xxxiv. ponit quod oportet episcopũ vitare nimiã familiaritatem domesticarum personarum, & etiam consanguineorum, & quod venari non licet. 157

xxxv. agit de tertio capitulo apostolicæ regulæ, oportet ordinandum

di non sunt. 450.
xcix. docet de primatibus, & potestate eorũ qualiter nullus est appellandus vniuersalis. 451.
c. Tractat de pallio, & vsu eius. 454.
ci. & vltima dicit vnam prouinciam in duas non diuidendam. 450.

SECVNDA PARS. quæ est de Causis, distincta est in causas triginta sex, quarum qualibet plures sub se quæstiones continet.

Prima Causa quæstiones habet VII.

Prima quærit vtrum vendere spiritualia sit peccatum. Solutio. sic. 461.
ij. an pro ingressu ecclesiæ vel monasterij pecunia sit exigenda, vel persoluenda. Sol. non. 529.
iij. vtrum præbendas ecclesiæ emere sit simonia. Solu. sic. 535.
iiij. vtrum iste reus criminis sit cuius pater pro eo ignorante simoniam commisit. Sol. ignorantia facti non iuris excusat eum. 545.
v. vtrum liceat ei retinere, quod pater pro eo simonia acquisiuit. Sol. de rigore iuris non, de misericordia secus. 553.
vj. vtrum ignoranter à simoniaco ordinati sint abijciendi, vel non. So. probata ignorantia misericorditer tolerantur. 556.
vij. vtrum renuncians suæ hæresi in episcopali dignitate sit suscipiendus. So. rigor vult eum deponi: sed dispensatio sustineri. 557.

Secunda Causa habet VIII. quæstiones, & in ea quinta præcedit quartam.

Prima quærit vtrũ in manifestis sit ordo iuris seruandus. Sic, nisi sint notoria. 575.
ij. vtrum spoliatus ab aliquo sit iudicandus. non, ante restitutionem 591.
iij. qua pœna sint feriendi in accusatione deficientes. Talione. 592.
v. vtrum accusatore deficiente reus sit cogendus ad purgationem. nõ nisi infamia publica laboret. 599.
iiij. an duorũ testimonio episcopus sit condemnandus. 612.
vj. quo remedio causa subleuatur, Appellatione, quæ tamen ei danda non est, qui causa dilationis appellat. 614.
vij. an laici, vel monachi, vel quilibet inferiorum ordinum sint admittendi in accusatione maiorũ. non de iure nouo. 640.
viij. qualiter accusatio fieri debeat. Sol. in scriptis. 667.

Tertia Causa quæstiones XI. complectitur.

Prima vtrum restitutio sit facienda quibuslibet spoliatis. Sol. sic, nisi in certis casibus, nam infamatus apostata, iuste spoliatus, præcisus, & suspectus non sunt restituendi. 670.
ij. quærit de inducijs quo spatio sint dandæ: an post restitutionem tantum, an post vocationem ad causam quibuslibet concedendæ sint. Sol. ad arbitrium iudicis. 673.
iij. quo spacio mensium sint vtriq. concedendæ. So. vt prius. 676.
iiij. vtrum infames sint recipiendi ad testimonium. Sol. non, nisi contra sui similes. 680.
v. an testes domestici vel inimici sint producendi. So. non. 683.
vj. vtrum reus extra prouinciam sit producendus. So. non. 689.
vij. vtrum criminosus possit esse iudex. Sol. si ab ecclesia toleratur. 697.
viij. vtrum episcopus possit ab vno iudicari. Sol. non, nisi a xij. episcopis: reseruata sententia summo pontifici. 704.
ix. vtrum accusatores testes in absentem vocem accusationis vel testificationis exhibere valeant. Sol. non. 705.
x. vtrum deficientes in vno capitulo sint admittendi ad sequentia. So. non. 712.
xi. vtrum accusatus in accusatorem possit conuertere accusationem. So. nõ, nisi in maiori crimine. 713.

Quarta Causa habet VI. quæstiones.

Prima an in excommunicatione constitutus alium accusare valeat. So. non. 717.
ij. an infra duodecim annos in criminali causa quis testificari possit. Sol. non. 718.
iij. an ab accusatione prohibitus possit esse testis. Sol. non. 718.
iiij. an idem possit esse accusator, & testis. Sol. non. 725.
v. an si vocatus ad causam non veniat sit excommunicandus. Sol. sic. nisi iustam absentiæ causam probauerit. 727.
vj. an calumniator in proprio causa sit audiendus. Sol. sic, si causa non sit criminalis. 729.

Quinta Causa habet VI. quæstiones.

Prima qua pœna sit feriendus, qui famosum libellum scribit. Solu. anathemate, nisi scriptura probauerit. 730.
ij. quoties quis sit ad causam vocandus antequam excommunicetur. Sol. non tantum semel: sed bis. 732.
iij. an per procuratorem quis causam agere valeat criminalem. Solu. non, nisi sit persona illustris. Causam vero iniuriarum ciuilem sic. 734.
iiij. an absque synodali audientia episcopus sit damnandus. Sol. non 736.
v. an sit habendus pro inimico, qui aliquem accusat. Sol. non, si hoc faciat ex charitate. 737.
vj. qua pœna sit plectendus, qui non probat obiecta. Sol. talione. 740.

Sexta Causa quæstiones V. continet.

Prima vtrum criminosi, vel infames religiosum episcopum possint accusare de simonia. Non. 743.
ij. si episcopus accusationem in accusantem cõuertere voluerit: an eius verbo simplici fides adhibenda sit. Non. 753.
iij. an liceat petere iudicium episcopi alterius prouinciæ. Non nisi in causa damnationis. 755.
iiij. cuius iudicium sit expetendum cum episcopi prouinciæ in sua sententia discordant, archiepiscoporum, & episcoporum vicinæ prouinciæ. 757.
v. an accusatore deficiente reus sit ad probationem cogendus. Non, sed bene ad purgationem si laboret in famia. 756.

Septima Causa habet II. quæstiones.

Prima vtrũ viuẽte episcopo alius poterit in eadem ecclesia ordinari. Non, nisi transferatur vel cedat. Tamen pro infirmitate, vel senectute datur sibi coadiutor. 761.
ij. vtrum hi qui cesserunt causa infirmitatis, sanitate recepta possent cathedram repetere. Non. 790.

Octaua Causa quæstiones. V. colligit.

Prima vtrum liceat episcopo sibi successorem eligere. Non. 791.
ij. an amicorũ patrocinia in electione valeant. Non. 802.
iij. an sit simonia post electionẽ pro indemnitate ecclesiæ iuramentũ præstare. Sic. si pactum super hoc præcesserit. 803.
iiij. an liceat clericis declinare iudicia episcopi de crimine accusati ante sententiæ tempus. Non ante condemnationem, nisi per appellationem. 805.

v. an accusatus coram Apostolico: sine eius literis debeat recessu. Nō. 805.

Nona Causa habet III. quæstiones.

Prima an ordinatus ab excommunicato eijciendus sit. Non. si ignorauit illum esse excommunicatum. 806.
ij. an liceat archiepiscopo vel episcopo clericos alterius ordinare. Nō. sine literis proprij episcopi. 809.
iij. an liceat archiepiscopo clericos sui suffraganei absoluere vel damnare. Non, nisi data negligentia vel appellatione interposita. 813.

Decima Causa tribus quæstionibus est contenta.

Prima an ecclesia cum omni dote ad episcopum pertineat vel ad eius ordinationes. Sol. sic. 822.
ij. an liceat episcopo res ecclesiæ distrahere. Sol. non, nisi certis casibus. 827.
iij. quid à singulis ecclesijs nomine cathedratici valeat exigere. Sol. duos solidos. 835.

Vndecima Causa habet III. quæstiones.

Prima an clericus ante ciuilem iudicem sit trahendus. Non. 840.
ij. qua pœna dignus sit qui clericum ad sæcularem iudicem traxit. Excommunicatione. 859.
iij. qua pœna dignus sit qui sententiam episcopi non seruauerit. Depositione. 859.

Duodecima Causa quæstiones continet V.

Prima an liceat clericis proprium habere. Non, regularibus. 902.
ij. an res ecclesiæ possint dare. Non, nisi in casibus. 916.
iij. vtrum clerici acquisita de rebus ecclesiæ possint relinquere quibus voluerint. Non, nisi ecclesiæ. 991.
iiij. quibus possunt clerici relinquere quæ de suis, & ecclesiæ rebus prouenerunt. Partim ecclesiæ, partim hæredibus. 953.
v. an liceat clericis testamentum facere. Sic, de proprijs rebus. 954.

Decimatertia Causa habet II. quæstiones.

Prima vtrum decimæ sint dandæ ratione territorij vel personæ. Sol. ratione vtriusque. 958.
ij. an ius percipiendi, & soluendi decimas tollatur ratione temporis. Sol. sic. 961.

Decimaquarta Causa habet VI. quæstiones.

Prima an liceat clericis in iudicio sua repetere. Sic. 978.
ij. an super reb. ecclesiæ testes eiusdem sint audiendi. Sic. 980.
iij. an præter sortem aliquid accipere sit vsura. Sic. 982.
iiij. an liceat clericis vel laicis vsuras accipere. Non. 984.
v. an eleemosynæ sint de vsuris faciendæ. Non 987
vj. an vsurarij possint pœnitentiam agere. Non, si habeant vnde possint restituere. 992.

Decimaquinta Causa habet VIII. quæstiones.

Prima an ea quæ fiunt ab ignorantibus vel mente alienatis sint eis imputanda. Non, nisi culpa sua ad ignorantiam deuenerint. 995.
ij. an pro impensis patrocinij liceat clericis munera exigere. Sic. 1003.
iij. an per confessionem mulieris cū qua peccauit sacerdos sit condemnandus. Non. 1004.
iiij. an die Dominico debeant episcopi causas audire. Non. 1008.
v. an neganti crimen purgatio sit indicenda. Sic. si laborat infamia. 1009.
vj. an in criminibus confessio sit extorquenda. Non. 1012.
vij. an solus episcopus diaconum, vel presbyterum deponere possit. Non. 1015.
viij. si confessus vel cōuictus de his quæ ante ordinationē commisit, valeat ministrare. Non. 1017.

Decimasexta Causa habet VII. quæstiones. Et in ea quinta quæstio ponitur in tertio loco.

Prima an liceat monachis officium celebrare. Sol. sic cum permissione epi. & licentia abbatis. 1031.
ij. an liceat eis in capellis suis sacerdotes instituere. So. sic si quas possideant pleno iure. 1056.
v. an episcopus vel abbas iure territorij capellam valeant vendicare. So. non. 1060.
iiij. an iura ecclesiæ per præscriptionem tollantur. Sol. sic. 1061.
iij. an ecclesia contra ecclesiam vel monasterium possit præscribere. Sol. sic. 1076.
vj. si quis in rem ecclesiæ ab aliquo detenta sua auctoritate, irrepserit: an cadat à causa. So. sic, sed non ecclesia. 1077.
vij. an liceat alicui ecclesiam de manu laici recipere. Sol. non, nisi ecclesia vel monasterium habeat ius patronatus. 1081.

Decimaseptima Causa habet IIII. quæstiones.

Prima an reus sit voti qui à proposito sui cordis recedit. Solut. non, quantum ad ecclesiam: nisi ore pronunciauerit. 1098.
ij. an beneficia ei reddenda sit qui eis in infirmitate renunciauit. Sol. sic, si non erat sui compos. 1100.
iij. an liceat illi qui se monasterio tradidit possit ad propria redire. Sol. non. 1101.
iiij. an discedens de monasterio sine sui abbatis licentia, possit sua vendicare. Sol. non. 1102.

Decimaoctaua Causa habet II. quæstiones.

Prima an abbas factus episcopus acquirat ecclesiæ vel monasterio. Solu. dum fuit abbas, acquisiuit monasterio, sed factus episcopus ecclesiæ. 1119.
ij. an per episcopum sit eligēdus vel instituendus. Sol. ab episcopo est ordinandus, à fratribus vero eligendus. 1120.

Decimanona Causa continet III. quæstiones.

Prima an episcopus debeat permittere clericos transire ad monasterium. Sol. sic 1133.
ij. si noluerit, an liceat eo inuito transire: Sol sic. 1134.
iij. an liceat canonicis regularibus transire ad monasterium monachorum. Sol. non sine licentia prælati. 1135.

Vicesima Causa quæstiones IIII. comprehendit.

Prima vtrum pueri traditi monasterijs sint cogendi ibi manere. Non, nisi postquam venerint ad annos discretionis. 1140.
ij. si præter voluntatem parentum intrauerint monasterium, an per eos inde possint extrahi. Sic. [illegible] annum. & diem: si sint [illegible] annos discretioni. 1145.
iij. an qui inuitus cucullam induit cogatur eam retinere. non, nisi postea consenserit. 1147.
iiij. an liceat ab vno monasterio ad aliud transire. Sic. 1150.

Vicesimaprima Causa habet V. quæstiones.

Prima an clericus possit in duab. ecclesijs inscribi. Solutio, non. 1152.
ij. an liceat clericis a sua Ecclesia ad aliam transire. So. non sine literis vel.

vel licentia sui prælati. 1155.
iii. an liceat clericis suscipere procurationem sæcularium negotiorũ. Sol. non, nisi causa pietatis. 1157.
iiij. an liceat clericis vestibus fulgidis ornari Sol. non. 1159.
v. qua pœna sint puniendi clerici ad iudicium sæculare fugentes. Sol. excommunicationis. 1161.

Vigesimasecunda Causa gerit quæstiones V.

prima an iuramentum sit præstandum Sic, causa necessitatis. 1163.
ij. an sit periurus, q iurat falsum, & credit verum. Sic pp intentionem fallendi, tamẽ postea dicitur contrarium. 1171.
iij. an liceat clericis denegare episcopo consuetam obedientiam, non ante condemnationem. 1183.
iiij. an iuramentum illicitum sit seruandum non. 1183.
v. an periurus sit qui alium peierare cogit. Sol. sic 1193.

Vigesimatertia Causa habet VIII. quæstiones.

prima an militare sit peccatum. nõ si iuste fit. 1201.
ii. quid sit bellum iustum. So. quod fit edicto superioris repetendarũ rerum, aut propulsandarum iniuriarum causa. 1207.
iij. an iniuria sociorum sit armis propulsanda. Sic. 1209.
iiij an vindicta sit inferẽda. Sic, ab eo cuius interest. 1213.
v. an sit peccatum iudici, vel ministro reos occidere. non, causa iustitiæ. 1250.
vi. an mali sint ad bonum cogendi. Sol. Sic. 1272.
vij. an heretici sint spoliandi suis, & ecclesiæ suæ bonis. Sic. 1275.
viij. an liceat clericis arma monere. non, manu propria, nisi causa necessitatis. 1278.

Vigesimaquarta Causa habet III. quæstiones.

prima an hæreticus aliquem possit excommunicare. non. 1295.
ii. an post mortem possit aliqui excommunicari. Sic pro hæresi. 1320.
iij. an pro peccato domini, eius familia possit excommunicari. non, sed interdicto supponi. 1325.

Vigesimaquinta Causa habet II. quæstiones.

prima an auctoritate priuilegii quis contra ius commune valeat se tueri. Sol. sic. 1346.
ij. an sequentia priuilegia derogent prioribus. Solutio. Sic, si ex certa scientia fuerint concessa. 1352.

Vigesimasexta Causa quæstiones VII. contingit.

Prima an sint sortilegi, qui sub ficto religionis nomine futura promittunt. Sol. sic. 1363.
ij. an sit peccatum esse sortilegum. Sol. sic. 1363.
iij. à quibus genus diuinationis sum psit exordium. Solutio, à Persis. 1367.
iiii. quot sunt genera diuinationis. Sol. quatuor secundũ numerum elementorum, duo secundum formam, quod videre potes. 1367.
v. an sortilegi sint excommunicandi. Sol. sic. 1370.
vj. an excommunicatus ab episcopo possit reconciliari à presbytero. Solu. non, episcopo inconsulto, nisi in necessitatis articulo. 1378.
vij. an morientib. sit pœnitentia imponenda. Sol. non, tamen est eis innotescenda. 1385.

Vigesimaseptima Causa habet quæstiones II.

Prima. an coniugium possit esse inter vouentes. Sol. non, si votum sit solemnizatũ, secus si simplex fuerit. 1390.
ij. an liceat sponso a sua sponsa recedere. Solu. non, si desponsatio sit de præsenti. 1412.

Vigesimaoctaua gerit quæstiones III.

Prima, an coniugium sit inter infideles. Sic. 1434.
iij. an liceat conuerso ad fidem ducere aliam viuente priore. Sic, si sit diuisus ab ipsa infideli. 1449.
iiij. an bigamus sit qui ante baptismum vnam vxorem, & post aliã habuit. Sic. 1450.

Vigesimanona Causa habet II. quæstiones.

prima, an sit coniugiũ inter seruum & ingenuam. Sol. sic; nisi error impediat. 1451.
ij. si prius putabat hunc esse liberũ & postea deprehenderit ipsum esse seruum; an possit eum deserere. Sol. sic. 1454.

Trigesima Causa habet V. quæstiones

prima, an liceat reddere debitum vxori, quæ filium de sacro fonte leuauit. Sic, nisi ex cõsensu vtriusque sit factum. 1458.
ij. an sponsalia contrahantur inter infantes. Non. 1464.
iij. an spirituales, vel adoptiui filij possint naturalibus copulari. Non 1464.
iiij. an liceat alicui commatrẽ vxoris suæ ducere in vxorem. Sic mortua vxor. si cõmaternitas matrimonium præcesserit. 1468.
v. an clandestina desponsatio manifestæ præiudicet. Non apud ecclesiam. 1470.

Trigesimaprima causa habet III. quæstiones.

Prima an possit duci in vxorem, quæ prius fuit polluta per adulterium. Solut. sic, nisi adulter dederit ei fidem viuente viro, vel machinatus sit in mortem eius. 1477.
ii an filia sit inuita alicui in vxorem tradenda. Solutio non. 1483.
iij an post patris sponsionem possit alij nubere. Sol. sic, si non consenserit. 1486.

Trigesimasecunda Causa habet VIII. quæstiones.

Prima an liceat ducere meretricem in vxorem. Sic. 1488.
ij. an sit vxor appellanda, quæ ducitur incontinentiæ causæ. Non 1495.
iii. an mulier sequatur arbitrium sui, an patris serui. liberi. 1504.
iiii. an viuente vxore liceat aliqui ex ancilla filios querere. Non 1504.
v. an ea quę patiatur inuita, pudicitiam perdat. Non. 1514.
vi. an adulter adulteram dimittere possit. Non. 1523.
vii. an viuente dimissa aliam accipere possit. 1525.
viii. si in hoc saltem infidelem ducere possit ea cõditione, vt ad fidem conuertatur. Non. 1536.

Trigesimatertia Caus. habet V. quæstiones.

Prima an propter impotentiam cõeundi sit aliqua a viro separãda. Sol. sic. 1537.
ii. an separata possit ei nubere cum quo prius est fornicata. Solut. sic pœnitentia peracta 1540.
iii. an sola cordis contritione possit peccatum deleri. Solut. sic. vbi facultas confitendi, nõ suppetit. 1552.

NOTANDUM HIC *quod ratione huius tertiæ quæstionis mota agitur de Pænitentia, cuius tractatus per distinct. VII. est distinctus.*

Prima quærit, an sola cordis contritio deleat peccatum Sic, si confitenti facultas desit. 1552.
ij. an charitas semel habita possit amitti. Solu. sic, in via. secus tamen in patria. 1603.
iij. an pænitentia possit reiterari. Solu. sic, præter solennem 1633.
iiij. an peccata semel dimissa redeãt Sol non simpliciter. 1662.
v. quis modus debeat obseruari in imponenda & accipienda pænitẽtia. Sol. ad arbitrium proprii sacerdotis discreti. 1677.
vi. cui quis confiteri debeat. Solut. proprio sacerdoti: si sit discretus, alioqui alteri de eius licentia. 1683.
vii. an pænitentia timore mortis accepta sit fructuosa. Solu. sic 1686.
iiii. quæstio causę supra proxima est, an actus coniugalis sit prohibitus tempore orationis. Solu. sic. 1686.
v. an vir sine cõsensu vxoris & ecõuerso vouere possit continentiã. Sol. Non. 1693.

Trigesimaquarta Causa habet II. quæstiones.

Prima an rea sit adulterii quæ credens maritum mortuum nupsit alteri Sol. non. 1702.
ii. an redeunte priore cogenda sit recedere à secunda, & ad priorem redire. Sol. sic. 1702.

Trigesimaquinta Causa habet X. quæstiones.

Prima an liceat aliquam ducere de propria cognatione. Sol. nõ. 1708.
ii. an liceat aliquã ducere de cognatione vxoris suæ Sol. Non. 1711.
iii. vsque ad quem gradum debeat quis abstinere à consanguineis suis & vxoris suæ. Sol. olim vsque ad 7 hodie vsque ad 4. 1711.
iiii quare vsque ad 7. gradum computatur consanguinitas. Sol. ad instar septem ætatum mundi. 1718.
v quomodo gradus cõsanguinitatis sunt computandi. Sol. sicut ostenditur in arbore, 1718.
vi. qui iusiurandum de propinquitate firmare debent. Sol. propinqui & vicini. 1731.
vii. an incestuosi filii, reputẽtur. Sol. Non. 1736.
viii. si consanguinei ignoranter coniũcti simul possint remanere. Solu. non, nisi ex dispensatione papæ in quinto gradu vel supra. 1736.
ix. an matrimoniũ per falsos testes separatum: si postea apparuerit ecclesiam fuisse deceptã, sit reintegrandum. Sol. sic. 1739.
x. si relicta alicuius in secundas nuptias transierit, an proles ex eis scepta poterit copulari consanguineis prioris viri. Sol. Non. 1743.

Trigesimasexta & vltima Causa habet II. quæstiones.

Prima an virginem opprimens raptum committat. Sic. 1745.
ii. an rapta raptori nubere possit, vel que. 1747.

TERTIA PARS EST *de Consecratione, quæ quinque distinctiones duntaxat complectitur.*

Prima agit de consuetudine ecclesiarum & missarum celebratione 1752.
ii. de sacramento Eucharistię. 1776.
iii. de festiuitatibus per anni circulum celebrandis. 1826.
iiii. de baptismi sacramento. 1835.
v. de confirmatione & ieiunio. 1892.

DECRE-

DECRETI TOTALIS MATERIA PER METRA NOTATVR SEQVENTIA.

DECRETVM DOMINI GRATIANI TRES habet partes principales. Prima est de distinctionibus, quæ sunt vna supra centum. Et singulas distinctiones singuli versus sequentes luculenter aperiunt.

Sit mo-

Presbyte-

Decreti secunda pars principalis est de causis. quæ sunt XXXVI.

Prima causa.

Causa prior labem coudemnat simonialem.

Septem quæstiones primæ Causæ.

Secunda causa.

Accusare docet, ac appellare secunda.

Octo quæstiones secundæ causæ: & in ea quinta præcedit quartam.

Tertia causa.

Tertia restituens tempus dabit induciarum.

Vndecim quæstiones tertiæ causæ.

Quarta

Decretum abbreuiatum in versibus.

Quarta causa.

Quarta quis accuset, quis possit testificari.

Sex quæstiones quartæ Causæ.

1 Accusare nequit aliquos anathemate vinctus. 717
2 Impubes testis in causa criminis haud est. 718
3 Qui nequit accusare, nequibit testificari. 718
4 Testis, & accusans nemo simul esse valebit. 725
5 Non est stringendus anathemate, qui nequit esse. 827
6 Pontificis delator agit ciuilia tantum. 729

Quinta causa.

Quinta vocare docet, delatoremque ferire.

Sex quæstiones quintæ causæ.

1 Mulctant scriptorem famosi flagra libelli. 730
2 Est condemnandus semel, & bis vterque vocandus. 732
3 Nemo procuret crimen ciuilia curet. 744
4 Præsulis in synodo fit condemnatio sola. 736
5 Celans crimen obest multo plus quàm manifestans. 737
6 Aut caput, aut lingua delatori capuletur. 740

Sexta causa.

Sexta dat infames, delatos atque forenses.

Quinque quæstiones sextæ Causæ.

1 Non accusabunt infames simonialem. 743
2 Accusans verbo non vincit simplice Præsul. 753
3 Quærere iudicium nunquam debes alienum. 755
4 Externi veniant, si fit sententia discors. 757
5 Si cadit accusator, erit reus exoneratus. 759

Septima Causa.

Septima Pontificem tangit cathedram repetentem.

Duæ quæstiones septimæ Causæ.

1 Præsule viuente nullus det Pontificatum. 761
2 Nec Cathedram repetit præsul, quam sponte reliquit. 790

Octaua causa.

Octaua legitur desertio Pontificalis.

Quinque quæstiones Octauæ Causæ.

1 Vult ius ne statuat successorem sibi præsul. 791

Nullus

Nona Causa.

Soluere nona vetat alienos, atque ligare.

Tres quæstiones nonæ Causæ.

Decima Causa.

Dena dat, in sacra quid sumat episcopus æde.

Tres quæstiones decimæ causæ.

Vndecima Causa.

Præfigens vndena forum ligat atque relaxat.

Tres quæstiones vndecimæ Causæ.

Duodecima Causa.

Ecclesiæ res ac propria bissena docebit.

Quinque quæstiones vndecimæ Causæ.

Tertiadecima Causa.

Tertia post decimam decimas, & funera tractat.

Duæ quæstiones tertiadecimæ causæ

Decimaquarta causa.

Improbat vsuras post denam quarta voraces.

Sex quæstiones decimaquarta Causa.

Decimaquinta Causa.

In dena quinta furor, & mulier memorantur.

Octo quæstiones decimaquinta Causa.

Decimasexta Causa.

In sextadecima prębent monachi sacramenta.

Septem quæstiones decimasexta Causa. Et in ea quinta quæstio tertium locum occupat.

Decimaseptima Causa.

Septima post decimam prohibet dissoluere vota.

Quattuor quæstiones Causa decimaseptima.

Decimaoctaua Causa.

Decretum abbreuiatum in versibus.

Fratribus abbatem bis nona dat instituendum.

Duæ quæstiones decimaoctaua Causa.

Decimanona causa.

Dat decimanona præsul clero monachatum.

Tres quæstiones decimanona Causa.

Vigesima Causa.

Bisdena pueri traduntur religioni.

Quatuor quæstiones vigesima Causa.

Vigesimaprima causa.

Ter septima docet vestes gestare decentes.

Quinque quæstiones vigesimaprima causa.

Vigesimasecunda causa.

Iurantes falsum damnat bisdena secunda.

Quinque quæstiones vigesimasecunda causa.

Vigesimatertia causa.

Bisdena terna tractantur bellica gesta.

Octo quæstiones vigesimatertia causa.

Vigesi-

Vigesimaquarta Causa.

Hæresiarcharum dat nomina bis duodena.

Tres quæstiones vigesimaquartæ causæ.

1	Si sis hæreticus, tua sit sententia nulla.	1295
2	Sunt post facta mali nonnunquam corripiendi.	1310
3	Ob domini labem non damnetur domus eius.	1325

Vigesimaquinta causa.

Bisdena quinta sunt priuilegia tacta.

Duæ quæstiones vigesimaquintæ causæ.

1	Tuta sit ecclesia, quam lex priuata tuetur.	1346
2	Et si subsequitu ex altera, derogat illi.	1352

Vigesimasexta causa.

Bisdena sexta sunt sortilegi reprobati.

Septem quæstiones vigesimasecunda causæ.

1	Qui ventura sciunt per sortes sortilegi sunt.	1363
2	Peccat qui scriptis vel sortibus abdita quærit.	1363
3	A persis reprobæ sumunt exordia sortes.	1367
4	Quattuor hic genera Varro fert sortibus esse.	1367
5	Cessent sortilegi, ne sint anathematæ stricti.	1370
6	Quando necesse subest, vinctos a præsule soluens.	1378
7	Aegris non dentur pœnæ, sed notificentur.	1383

Vigesimaseptima causa.

Edocet an sponsas ducarit ter nona vouentes:

Duæ quæstiones vigesimaseptimæ causæ.

1	Si sit solenne, dirimit connubia votum.	1390
2	Sponsum sponsa, virum non vxor deserit vnquam.	1411

Vigesimooctaua causa.

Bisdena octaua gentiles nubere nosces.

Tres quæstiones vigesimaoctauæ causæ.

1	Inter gentiles connubia dicimus esse.	1434
2	Deserat vxorem vir Christum despicientem.	1449
3	Vir post baptisma reliquam ducens, bigamus fit.	1450

Vigesimanona Causa.

Coniugium seruile tenet vigesimanona.

Duæ quæstiones vigesimanonæ causæ.

1	Connubij vires personæ dissipat error.	1451
2	Inscia cui nupsit dimittat libera seruum.	1454

Trigesima causa.

Terdena claret cognatio spiritualis.

Quinque quæstiones trigesimæ causæ.

1	Fonte leuans proprium puerum nō vincula soluit.	1458
2	Infantes prohibet ius coniugium celebrare.	1464
3	Tu naturalem non iungito spirituali.	1464
4	Vxor comparris vxoris non mihi nubat.	1468
5	Fœdera non fiant clandestina coniugiorum.	1470

Trigesimaprima causa.

Terdena prima mecho polluta negatur.

Tres quæstiones trigesimaprimæ causæ.

1	Ni certis causis mecham bene ducit adulter.	1477
2	Inuitam sponso non det natam pater vlli.	1483
3	Tunc nisi consensum dederit; reliquo bene nubit.	1486

Trigesimasecunda causa.

An meretrix nubat, tangit terdena secunda.

Octo quaestiones trigesima secunda Causa.

1 Turpia linquentem bene ducit vir meretricem. 1477
2 Obstat coniugio sacro complenda libido. 1495
3 Liber auus neptem sponsat seruo patre natam. 1504
4 Illicito prolem coitu quaerat sibi nullus. 1504
5 Non sine mente caro fertur violata puellae. 1514
6 Non valet vxorem moechus vir linquere moecham. 1523
7 Non aliam ducas, vxore superstite prima. 1523
8 Non duc gentilem si spondeat esse fidelem. 1536

Trigesimatertia Causa.

Terdena terna friget, compunctio, votum.

Quinque quaestiones trigesimatertia Causa.

1 Si vir sit gelidus, ab eo seiungitur vxor. 1517
2 Nubere mecha potest moecho seiuncto marito. 1540
3 Quaeritur an crimen purget contritio sola. 1550

Tractatus de paenitentia habens septem distinctiones hic inseritur.

1 GRatia diuina contritis crimina delet. 1558
2 Perditur hic diuinus amor: non in Paradiso. 1603
3 Poenam peccator bene pro vitijs iterabit. 1633
4 Ista probat dimissa semel peccata redire. 1662
5 Vt purus fias pro crimine plurima voluas. 1677
6 Crimina presbytero proprio dic qui sapiens sit. 1683
7 Tandem letus erit, qui continue gemet istic. 1686

Redeamus ad quartam quaestionem trigesimatertia Causa.

4 Reddito temporibus poscenti debita sacris. 1689
5 Mens vtriusque nisi sit, non bene continet alter. 1693

Trigesimaquarta Causa.

Terdena quarta nubit viuente marito.

Duae quaestiones trigesimaquarta Causa.

1 Morte viri dubia quae nupsit, adultera non sit. 1702
2 Reddatur primo coniunx haec nupta secundo. 1702

Trigesimaquinta Causa.

Cognatos gradibus numerat trigesimaquinta.

Decem quaestiones trigesimaquinta Causa.

1 Cognatam ducat propriam pro coniuge nemo. 1708
2 Omnes vxoris consanguineas reprobabis. 1711
3 Copula septennis gradibus, talis prohibetur, 1711

His

Trigesimasexta Causa.

Vltima de raptis tractabit causa puellis.

Duæ quæstiones Trigesimasextæ Causæ.

Decreto tertia pars adiungitur, quæ est de consecratione, quinque distinctiones continens.

Expliciunt versus peculiares, quibus satis clare vniuersalis materia Decreti comprehenditur.

Quæstio centuplex, & septuagesima duplex.
Est in causarum tractatus rite notata.

Quot quæstiones habeat quælibet causa, ostenditur per quinque carmina sequentia, in quib. sunt tot dictiones, quot sunt causæ, scilicet 36. Et quælibet dictio causam vnam repręsentat. Prima dictio primam causam, secunda secundam, &c. Item quot sunt literæ in qualibet dictione, tot sunt quæstiones sub illa causa, per illam dictionem repręsentatę. Verbi gratia, prima dictio, scilicet discere, quæ primam causam repręsentat, septem habet literas: & hoc significat primam causam septem quæstiones continere. Secunda dictio est, causarum: vbi sunt octo literæ ad denotandum, quod secunda causa habet octo quæstiones, & sic de alijs. Aduerte tamen, quòd superior numerus significat causas: & inferior quæstionss. Versus.

Prima causa ij iij iiij v.
vij viij xj vj vj
Discere causarum quarumlibet ordine membra.
vj vij viij ix x xj xij xiij xiiij
v ij v ij iij iij v ij vj
Optes vt doceo, sed non sis deses, & anceps.
xv xvj xvij xviij xix xx xxj xxij
viij vij iiij ij iij iiij v v
Instanti dabitur, quod tu vis, quod petis illud.
xxiij xxiiij xxv xxvj xxvij xxviij xxix xxx
viij iij ij vij ij iij ij v
Efficies res id famatum te dat ad omnes.
xxxj xxxij xxxiij xxxiiij xxxvj xxxvj
iij viij v ij x ij
Vsu doctrinæ totum si constituas te.

Car-

Carmina subiecta eandem prorsus materiam complectuntur neque sunt sententiæ salubris expertia.

Tempora labuntur venerantibus indita formis.
Diues te lædit res tua, nam miseres.
Sperne fluentia, respice: cras ea non tibi sumes.
Multa recondis, cur? vt moriens ea des.
Da celer. est si quidem tutum da præueniens te.

Dominus Baptista de sancto Blasio in repetitione primi tituli Decreti dicit canones esse ter mille & nonaginta, ponens tales versus.

Si numeres caute ter mille capitula lector.
Atque decem nouies, decretum continet in se.

Causæ Decreti sunt triginta sex.

Sub magni longa decreti parte secunda.
Sex & triginta causas reperire licebit.

Causæ ipsæ xxxvi. patent per xxxvi. vocabula in septem subiectis versibus posita, ex quibus non tantum numerum, sed etiam principalem materiã cuiuslibet facile cognoscens. Quilibet quinque vocabula complectitur, dempto vltimo, qui sex habet.

j ij iij iiij V
Simon [a] appellat [b] spoliatus [c] teste [d] libello [e].
vj vij viij ix x
Infames [f] viuens [g] successor [h] solue [i] legendo [k]
xj xj xij xiiij. xv
Censuram [l] testator [m] funus [n] fœnus [o] furiosus [p].
xvj xvij xvij xix xx
Monachus [q] occidit [r] abbates [s] claustra [t] volentes [u].
xxj xxij xxiij xxiiij xxv
Commendat [x] iurans [y] pugnans [z] hæresis [a] violatas [b].
xxvj xxvij xxviij xxix xxx
Sortilegus [c] sponsis [d] infidelis [e] seruiat [f] infans [g].
xxxj xxxij xxxiij xxxiiij xxxv xxxvj
Mœcha [h] coit [i] a mente [k] dubitans [l] gradibus [m] rapiente [n].

SECVNDA PARS DECRETI VBI TRACTANTVR Causę, quia longe prolixior, & difficilior est reliquis. ideo diligentius pro eius cognitione elaborandum est. Illius profecto obscuritatem paucis elucidatam conspiciet quisquis hic impressa diligenter annotauerit.

Simon. Simoniacus est, & peccatū cōmittit, q spiritualia vēdit. Dānantur episcopi, p pecuniam facientes ordinationes, & tunc sᵉpra non officium cōferre dicūtur. Simoniacorū sacramenta effectū gratiæ non habent. Sacerdotes dignio res facilius quā reliqui à Deo exaudiunt; Et ibi de dignitate verbi Christi, quod eius corpori ęquiparatᵘ. c. 1. interrogo. Et in fine de crimine concussionis tractatur.

ii. Simonia committitur, si pro ingressu monasterij pecunia exigatur, vel exactā persoluatur. Ecclesiastica stipendia accipere non debet, qui bonis patrimonialibus sustentari potest. c. clericos.

iij. Simonia non cōmittitur, si præbendæ emantur. Inuestitura ecclesiæ a laicis fieri prohibetur c. saluator.

iiij. Simonia paterna an sit ignorāti filio nociua Et ibi tractatur, an p crimine vnius alter pœnā patiatur.

v. Simoniace acquisita ecclesia per patrē, an possit p filium licite obtineri. Item an possit filius fungi ordinatione, quam paterna pecunia est assecutus.

vi. Simoniacus est, qui peccatū largitur, vt eligatur.

vij. Simoniaci in ordine male accepto pænitentiā agere nō possunt. Et ibi principaliter tractatur an ab heresi redeuntes sint in suis ordinibus, & dignitatibus recipiēdi, & quod decreta possunt temperari, & canones quandoque relaxari.

b **Appellat.** Appellare non est opus à sñia à nō suo iudice lata: q talis sententia nulla est. c. in primis. circa fi. Et in prima q̄stione huius secūdę cāæ principaliter tractatur, an ordo iudiciarius sit in manifestis obseruandus, & quod excommunicatio non est ferenda, antequam causa fuerit examinata. c. nemo. Et iudex peccatum sibi soli notum damnare non debet. c. si peccauerit.

ii. Appellare posset spoliatus, si ante restitutionē sibi factā accusatori respondere cogatur. Nullus enim debet accusari dum suis rebus fuerit spoliatus.

iii. Appellandus est calumniator, qui scienter falsa crimina intēdit. Præuaricator, qui vera crimina abscōdit. Tergiuersator, qui in vniuersum ab accusatione desistit. §. notandum.

Et in hac tertia q. principaliter tractatur, qua pęna feriendi sunt, qui in accusatione deficiunt.

iiij. Appellatur purgatio quædam vulgaris, quædā canonica, & ibi tractatur an deficientibus accusatoribus reus sit ad purgationem cogendus.

v. Appellatur testimonium sufficiēs, quod ore duorū vel trium firmatur. Et ibi tractatur principaliter quot testes requiruntur nō tantum ad conuincendum episcopum, sed ē contra quemlibet clericum.

vi. Appellatio est remedium cōtra causas viciatas. Appellatio intra decendiū debet interponi. c. anteriorum. Et ibi de libellis dimissorijs, & de iudicibus à quibus appellare non licet.

vij. Appellatur quis altero maior nō ratione dignitatis, sed vitæ. c. quamquam. Dignitas enim non facit episcopum, sed vita. cap. non omnes episcopi. Et ibi tractatur principaliter, an laici possint episcopū accusare. Christiani per infideles accusare non possunt, nec sacerdotes per eos, qui ad sacerdotiū prohibentur eligi.

viij. Appellatur, & dicitur accusatio rite facta, quādo fit in scriptis. Et regulariter accusator se dēt inscribere ad pęnam talionis, prætterquam in sex casibus in summa positis.

c **Spoliatus.** Spoliatus, & electus ante omnia venit reintegrādus. c. reintegrāda. Boni a malis semper molestantur.

ij. Spoliatus & eiectus postquā fuerit restitutus, quas inducias debet habere antequam cogatur in iudicio respondere, & ibi in summa videas de multiplicitate induciarum.

iij. Spoliatis episcopis & alijs ad iudicium venientibus inducię sunt præstandæ.

iiij. Spoliati cōmunione ecclesię, & anathematizati, infames, incestuosi, sacrilegi detractores, & multi alij sunt ab accusatione repellendi. Et ibi dicitur quod anathema differt ab excommunicatione. ca. Engeltrudam.

v. Spoliatis, & alijs quibuscunq; inimici iudices esse non possunt, nec accusatores, nec testes. Vxor enim inimicorum contra nullos est audienda. Dicitur etiam ibi, quod testes familiares, & domestici, & etiam consanguinimei non sunt contra extraneos producendi.

vj. Spoliatus & quilibet alius si aduersarium vult conuenire, ipsius forū seq debet. c. pulsatus. Nec episcopi dānari, nec concilia celebrari possunt sine Papa.

vij. Spoliati & alij volētes litigare non debent aduersarios suos corā infamibus trahere, quoniam tales scilicet infames, & criminosi, non possunt esse iudices: Solus enim ille iudicare debet alios, qui nihil in se habet reprehensibile. c. iudices.

viij. Spoliationem vel alium reatum committens episcopus, à quot episcopis est iudicandus.

ix. Spoliatorum, & aliorum testes testimonium dicāt de his tantū, quæ præsentialiter & veraciter nouerunt. Nec contra absentes sunt producendi. Absentes enim non debent iudicari nec accusari.

x. Spoliatorum & aliorum testes in vno deficiētes, an sint in alijs admittendi. Et accusans de pluribus criminibus si in vno deficiat, an in alijs admitti dēat.

xi. Spoliati accusantes suos spoliatores & inuasores ab eis accusari non possunt, quoniam accusati nisi prius se purgauerint alios accusare non possunt.

d **Testes.** Testes iuris dispositione excommunicati non possunt ad accusationem admitti.

ii. Testis esse non potest, qui ad xiiij. annum nondum peruenit.

iij. Testificantis personam assumere non potest, qui ab accusatione prohibitus est.

iiij. Testis, accusator, & iudex aliquis simul esse non potest.

v. Testantur iura illum non esse à communione repellendum: qui die statuta ad causam venire non potuit.

vi. Testis est iuris dispositio deficientem in episcoporū accusatione nō posse de cetero agere, nisi in ciuili, & proprio duntaxat negotio.

e **Libello.** Libello famoso vtentes, & ipsum cōtra aliquem scribentes, qualiter puniendi sunt.

ii. Libellum diffamatorium scribens, aut aliter reum tribus

tribus citationibus debet in ius vocari. Et per scripta nullius accusatio debet suscipi.

iij. Libelli famosi scriptor, aut aliter criminosus, an admittatur in iudicio per procuratorem.

iiij. Libellus accusatorius si in episcopum datur, id est, si episcopus accusetur: eius causa à xij. episcopis audiatur.

v. Libellum famosum scribentes, aut aliorum crimina sponte confitentes, non debent ad accusationem admitti capi. illi. Et ibi habetur, quod nec qui parcit, est amicus: nec qui verberat, est inimicus, cap. non probetur.

vj. Libellum famosum in alterum scribens, aut alteri crimen inferens, qua pœna feriatur, si crimen illatum non probetur.

f **Infames.** Infames, excommunicatos, & criminosos à sacerdotum accusatione ius repellit. Et ibi tractatur, qui dicantur infames, ca. infames.

ij. Infamis est quodammodo episcopus, & reprehendendus, qui sibi soli dicit aliquem crimen suum fuisse confessum. Et ibi dicitur, quod episcopis alios accusantibus non creditur nisi probent quod obijciunt.

iij. Infamem quodammodo dicimus, & reprehendendum qui ponit falcem in messem alienam, c. 1. Et ibi dicitur, quod alicui alterius parochianum iudicare non licet. Et quot ciuitates vnaquæque prouincia habere debeat, c. scitote. Et quod episcopus iudicio primatis, & non aliorum se subijcere debet.

iiij. Infamia aut criminalis accusatio, si imponatur episcopo, id est, si episcopus criminaliter accusetur, & episcopi comprouinciales de causa cognoscentes sint in sententia ferenda discordes: quid iuris.

v. Infamis esset quodammodo, & reprehendendus iudex, qui vellet reum cogere ad probandum accusatore in probationibus deficiente: quia negatiua per rerum naturam est improbabilis, c. accusator.

g **Viuens.** Viuens si adhuc sit episcopus, alius sibi succedere non valet, nec in eius locum subrogari: quod verum est, nisi esset depositus, vel de licentia Papæ renunciasset, aut per ambitionem se ad aliam ecclesiam transtulisset. Episcopo autem ægrotanti aut nimia senectute grauato, dandus est coadiutor. Episcopus ecclesiam suã deserere non debet, c. si vir. Nec etiam est à suis subditis relinquendus, cap. denique. Prælati duo in vna ecclesia esse non debent, c. in apibus. Beatus Augusti. accessit, & non successit Valerio Hypponensi episcopo, c. non autem.

ij Viuens episcopus aut sacerdos, qui pro ægritudine à missarum celebratione abstinuit: an possit celebrare, recuperata sanitate. Et ibi habetur de morbo caduco laborantibus.

h **Successor.** Successor an possit eligi ab episcopo viuente hoc est an successorem sibi possit episcopus eligere? Et ibi habetur quod locus regiminis est fugientibus offerendus. Et episcopari potest, qui prodesse desiderat, c. qui episcopatum.

ij. Successor episcopi mortui non est eligendus munerum datione, aut amicorum patrocinijs.

iij. Successor episcopi an post electionem teneatur iuramentum præstare pro indemnitate ecclesiæ.

iiij. Successus seu prosper euentus denegatur clericis qui ante sententiam suspensionis, vel depositionis a suo episcopo discedere præsumunt. In tales enim ferenda est censura.

v. Successus non continget episcopo a sede Apostolica vocato, si ad propria reuertatur, nisi prius fuerit purgatus, & apostolicis literis munitus.

i **Solue.** Solue, & solui procura teipsum, ò prælate excommunicate: alios non poteris ordinare, nec tua ordinatio erit rata.

ij. Soluti sunt clerici vnius prouinciæ a prælato alterius; ideo quod archiepiscopus, primas, vel patriarcha clericos alterius prouinciæ non potest ordinare.

iiij. Soluere vel damnare subditos suffraganei non licet archiepiscopo illo inconsulto. Soluit Papa ab alijs excõmunicatos: & cuiuslibet ecclesiæ clericos potest ordinare. Est enim ordinarius ordinariorum c. cuncta per mundum ibidem.

k **Regendo.** Regẽdo vnamquamq; parochiã, & res ipsius dispõnẽdo facit episcopus quod debet, c. regẽda. & c. nouerint. Regendi sunt subditi per episcopos visitantes, vt c. placuit.

ij. Regendi officium episcopus transgreditur, si bona ecclesiarum vsurpare nititur, quamuis de illis precarias facere possit.

iij. Regendi sunt subditi sine exactionibus. Et ibi de cathedratico quantum nomine ipsius valeat episcopus habere.

l **Censuram** Censuram formidare debent, qui clericos ad iudices sæculares trahunt, c. insolita, & c. placuit. Et ibi de coniuratoribus, & eorum punitione.

ij. Censura ligatus, id est, excommunicatus, vel suspensus celebrans est depositione dignus.

iij. Censura siue iusta, siue iniusta est timenda. Censura ligati sunt vitandi plusquã pagani, ca. ad mẽsam. Censura ecclesiastica ferri debet, & ore dæmonum discerpi, qui suo episcopo est inobediens, capi. absit. Censuram ex ira proferens grauiter delinquit, c. ira, & ca. cum apud. Censura siue sententia vel iudicium quatuor modis peruertitur, ca. quatuor modis. Censura feriendi sunt, & Iudæ proditori cõparandi, qui veritatem negant, & occultant, cap. quisquis, & cap. abijt Iudas. Censura siue sententia iniuste prolata, viribus caret. Episcoporum præceptis non semper obediendum est. Censuræ seu anathematis forma habetur in c. debent.

m **Testor.** Testari seu testamenta facere cum de proprio liceat, an permittatur clericis proprium habere. Clericis causas agere non licet, capitulo duo sunt genera Christianorum.

ij. Testamenta condentes clerici, an possint quibus voluerint ea relinquere, quæ de bonis ecclesiæ acquisierint. Testatur multiplex canon illos esse grauiter puniendos, qui res, & prędia ecclesiastica inuadunt. De bonis ecclesiæ quatuor sunt portiones faciendæ, c. quatuor. Et ipsarum rerum alienatio an sit permissa. c. sine exceptione, & c. terrulas. Liberti ecclesiæ an possint ab ea discedere. Res sacræ ex quibus causis alienari valeant, cap. aurum habet ecclesia. Pauperibus est prouidendum, c. gloria episcopi.

iij. Testamentum an facere possint illi, qui prius nihil habentes, tempore suæ administrationis aliqua acquisiuerunt: & quid iuris de talibus bonis.

iiij. Testamenta an facere possint clerici de bonis suis, & rebus ecclesiæ quæsitis.

v. Testamenta facere de rebus ecclesiæ an sit permissum sacerdotibus. Et quis succedat eis ab intestato.

n **Funus** Funera, & exequias suas celebrare, & decimas soluere vbi debent illi, qui se de vna diœcesi aut parochia ad aliam transtulerunt.

ij. Funerandi iura an possint præscribi. Funera, id est, corpora mortuorum vbi debeant sepeliri. Et an pro sepultura aliquid possit exigi. Funerum, id est, mortuorum animæ quatuor modis soluuntur, c. animæ. Funera, id est, corpora mortuorum deflenda nõ sunt, c. quæ præposterum.

o **Fœnus.** Fœnus siue vsuram quodammodo cõmittit, & peccat, qui vltra debitum

exigit.cap.quod debetur. Et ibi principaliter tractatur, an clerici possint sua repetere, & pro illis litigare.

ij. Fœneraria causa siue criminali aut etiam ciuili an possint produci testes domestici. Et an clerici possint pro sua ecclesia testificari.

iij. Fœnus seu vsura committitur, si preter sortem aliquid exigitur.

iiij. Fœnera, seu vsuras nec clericis nec laicis licet exercere.

v. Fœnera seu vsuræ an sint aptæ, vt inde fiant eleemosynæ.

vj. Fœneratores, & vsurarij veram pœnitentiam agere non possunt nisi restituant, quæ rapuerunt.

Furiosos.

Furiosos punire non decet ex his quæ faciunt, cũ sint mente alienati. Et ibi habetur de Loth, & alijs ebriosis.

ij. Furiosis clerici quodammodo comparandi essent, si pro patrocinijs impensis munera exigere vellent.

iij. Furioso iudex comparari posset, qui ex mulieris confessione clericum condemnare vellet. Regulariter enim mulieres contra clericos testimonium ferre non possunt.

iiij. Furiosi quodammodo sunt ecclesiæ ministri qui diebus Dominicis, & feriatis causas tractare volunt.

v. Furioso similis dici posset iudex, qui neganti purgationem indiceret: nisi infamia laboraret.

vj. Furoris quodammodo plena res esset, si à ministris & subditis confessio cruciatibus extorqueretur. Iuramenta quædam sunt irritanda, quædam relaxanda cap. auctoritate, & c. alius, in quo cap. habetur, quod solus Romanus Pontifex regem Franciæ, tamquam inutilem deposuit. Excommunicatis fidelitas seruanda non est.

vij. Furiose procederetur, si diaconus vel presbyter sine concilij examinatione deijceretur.

viij. Furore quodam plenus censetur, qui carnis fragilitate ante ordinationem lapsus est in iudicio, confessus vel conuictus postea præsumitur offerre, & in ordine suscepto ministrare, quod verum est de crimine depositionem inducente.

Monachus.

Monachus an possit licite officia populis celebrare, & pœnitentiam dare, & baptizare. Decimæ de consensu episcopi sacerdotibus dari debent, c. reuertimini.

ij. Monachi an possint in suis capellis presbyteros instituere.

iij. Monachorum, & ecclesiarum iura, an per præscriptionem tolli possint.

iiij. Monachi an possint præscribere contra ecclesias, & prælatos sæculares.

v. Monachi, & prælati res ecclesiæ sua auctoritate repetere non valent.

vj. Monachi episcopi, & alij prælati si sua auctoritate vsurpant, quæ ad se pertinere putant, an cadant à causa.

vij. Monachi, & abbates an possint retinere ecclesias, decimas, & iura patronatus de manibus laicorum sibi concessa sine episcopi consensu. Et ibi habetur, quod episcopus habet dispositionem omnium ecclesiarum, quæ in sua diœcesi constitutæ sunt, capitul. omnes basilicæ, & etiam ibi plene de iure patronatus capitul. quicunque, capitul. filijs, capitul. decernimus.

Occidit.

Occidit seipsum spiritualiter, qui à voto resilit.

ij. Occidit quodãmodo tẽporaliter seipsum, qui suum resignat beneficium, sed si infirmitate resignauit, an sit ei restituendum postquam conualuerit, & ibi habetur quod ante probationem tacentis nullus in monasterio debet suscipi.

iij. Occidit animam suam monachus ad propria rediens postquam se & sua monasterio tradidit.

iiij. Occidens uel percutiens clericos diabolo suadente, est excommunicatus ipso ipso iure, capitul. si quis suadente diabolo, & ibi habetur, quod ecclesiæ concessa non sunt reuocanda, & qui talia aufert, sacrilegium committit: & ecclesiæ immunitas non est uiolanda.

Abbates.

Abbates aut monachos factos episcopos ius obligat ad relinquendum, quod ante habuerunt, monasterio: quod post ecclesiæ propriæ. cap. statutum.

ij. Abbates sunt à proprijs fratribus eligendi, & non ab episcopis, Abbates expellere non est permissum monachis, neque commatres facere. Abbates, & monachos possunt episcopi uisitare, & conditiones exigere tempore dedicationis constitutas. Abbas, & monachi cum sanctimonialibus habitare non debent: quia sexuum commistio est periculosa. c. diffinimus.

Claustra.

Claustra siue religionem intrare uolentibus clericis non est à suo episcopo denegandus ingressus.

ij. Claustrum ingredi clericis permittitur etiam episcopo inuito.

iij. Claustrum unum petere altero derelicto, an sit permissum monachis, & regularibus canonicis sine permissione abbatum.

Volentes.

Volentes, & spontaneos monasterium intrantes pueros, an cogãt iura religionis propositum tenere. Voluntarie puellæ uirginitatis propositum suscipientes nuptias eligere non possunt.

ij. Voluntate patris spreta, si filius religionem ingreditur, an à patre reuocari possit.

iij. Voluntarie habitum religionis suscipientes, illum deserere non possunt, sed qui coactus ingreditur, nullo modo obligatur.

iiij. Volentes religiosi ad arctius monasterium transire, non sunt impediendi.

Commendat.

Commendatam unam ecclesiã potest habere clericus in altera intitulatus. Commendandi sunt clerici, qui in una, & non in pluribus ecclesijs uolunt cõscribi. Et ibi habetur, quod duos episcopatus potest quandoque quis habere, c. relatio.

ij. Commendandi non sunt clerici, qui sine litteris dimissorijs de una ecclesia transeunt ad alteram. Matrimonium spirituale contrahitur inter curatum, & ecclesiam suam, quæ non debet esse sortum, ca. sicut.

iij. Commendatio nulla, sed potius uituperium est clericis, qui sæcularium negotiorum procuratores esse uolunt.

iiij. Commendandi sunt clerici, qui uestibus sibi congruentibus utuntur, unguenta, & fulgida uestimenta fugientes.

v. Commendare non debemus clericum, qui a suo episcopo depositus Imperatorem, aut iudicem sæcularem adit.

Iurans.

Iurans verum non peccat: sed secus: si peierat, & per creaturas iurare non licet.

ij. Iurans falsum, quod putat verum, an sit periurus. Quot comites habeat iuramentum, & quot sunt genera mendacij.

iij. Periurum prælatum & criminosum ante sententiam diffinitiuam declinquere non licet.

iiij. Iuramenta illicita an sint seruanda.

v. Peierare & contra iuramentum suum venire, qui cogit aliquem, licet periurus non sit, tamen mortaliter peccat. In qua ætate quis cogatur iurare. Et ibi ponitur forma iuramenti fidelitatis, c. de forma.

Pugnas

a **Pugnas.** Pugnas committere seu militare an sit peccatum.
ij. Pugna siue bellum quod dicatur iustum.
iij. Pugna an debeat committi pro repellenda sociorũ iniuria.
iiij. Pugna non semper est exercenda cõtra malos Mali enim sunt à bonis quandoq; tolerandi, & nõ abijciendi. Quędã tamen mala sunt repellenda & punienda, quędã toleranda. Mali sunt medicinali seueritate ad bonũ cogendi, vt Nabuchodonosor. Et hæretici etiam inuiti sunt ad salutem trahendi. Pugnis & bellis sunt coercendi ecclesiasticæ religionis inimici.
v. Pugnas seu bella qui Deo auctore gesserunt, pręcepta nõ occidendi minime transgressi sunt. Et ibi an mali sint occidendi. Habens gladij potestatem potest occidere, si hoc faciat amore iustitiæ.
vi. Pugna, & coactio est exercenda in malos, vt teneãt bonum iam susceptum. Non autem sunt ipsi ad bonum non susceptum cogendi.
vij. Pugna si iusta sit, possunt hęretici & omnes hostes licite suis rebus spoliari.
viij. Pugna seu bellum an possit per clericos committi, & an possint clerici arma sumere. Qui sacramẽta Dei tractant, iudicium sanguinis agitare nõ debẽt.

a **Hæresis** Hæresis quæ libet ab ecclesia Romana destituitur.
Hęreticos an possit aliũ excõicare priuare, vel sentẽtia notare. Excommunicatus aliũ excõmunicare non potest. Hęreticorum consortia & eorum sacrificia sunt à catholicis fugienda.
ii. Hæretici etiam post mortem sunt excommunicandi. Ecclesia viuentes, & non mortuos an ligare possit, vel soluere.
iii. Hęretic⁹ si dominus est, aut alio crimine irretitus an possit excommunicatio ferri in familiam suam pro delicto ipsius domini, & in filium pro peccato patris. Excommunicandi sunt, qui corrigi nolũt, & etiam illi, qui duas vxores habent, testes falsi, homicidæ, & multi alij. Hæreticorum tandem variæ species ponuntur.

b **Violatas.** Violatas Romanorum Pontificũ censuras à nullo decet esse.
Violãtes sacros canones in Spiritũ Sanctũ blasphemant. Violanda non sunt, sed seruanda sanctorum statuta, & eorum regulæ in synodo constitutæ.
ii. Violari non debent priuilegia ecclesiarum, nec archiepiscoporum. Violans ciuitas & occidens suos præsules, episcopali dignitate priuatur ca. ita nos.

c **Sortilegus** Sortilegus quis sit, siue qui dicantur sortilegi.
ii. Sortilegium esse an sit peccatum Sortibus an sit credendum.
iii. Sortes siue diuinationes a quibus exordium sumpserunt.
iiii. Et de multiplici genere diuinationis, & quot modis dæmones futura prænoscunt.
v. Sortilegi, vel diuinatores an sint excõicandi, si cessare voluerint. Sortilegia & magicã artẽ debent epi eliminare sortilegijs vel maleficijs nullo pacto debens sacerdotes operam dare, alias abijciendi sũt.
vi. Sortilegus vel alius ab episcopo excõmunicatus an per alium ipso inconsulto possit absolui, & an presbyteri possint cõciliare pęnitentes. Pænitentia morientibus non est deneganda, etiam à simplici sacerdote.
vii. Sortilegis & alijs morientibus nõ est pænitentia imponẽda, sed bene innotescenda. In pænitentiis imponendis multa sunt consideranda. Melius est sacerdotem pænitentiam imponentem esse nimis misericordem, quam nimis seuerum. Sortilegi sunt & excommunicati, qui dies, menses, & annos paganorum more obseruant.

d **Sponsis** Spõsis Dei se Deo dedicantibus, & virginitatem vouentibus nuptias contrahere non licet.
Sponsalia de presenti, siue matrimonia per vouentes solemniter contracta non tenent.
ii. Sponsa vnius an possit a sponso suo recedere, & alii nubere.
Sponsa sine consensu sponsi & ecõtra, religiosam vestem suscipere nõ põt post copulam carnalem, secus ante. Sponsalia vera an fuerint inter Ioseph, & Mariam. Sponsam alterius nullus rapiat, & ibi aliquid de raptu.

e **Infidis** Infidis seu infidelibus coniugiũ contrahere licet, & inter eos dicit esse matrimoniũ, licet nõ sit ratũ infidelis vxor virum cogens ad malum licite dimittitur. Infidelium vt Iudæorum conuiuia, & etiam coniugia sunt à Christicolis vitanda.
ii. Infidelium vnus si conuertatur ad fidem altero remanente in infidelitate, an possit ad fidẽ conuersus aliis se copulare.
iii. Infidelis qui ante baptismũ vnam vxorẽ habuit, & post baptismum aliam, bigamus est censendus, nec potest esse episcopus ca. a. utius ibidem.

f **Seruiat.** Seruire adstrictus, vt puta seruis si cõtrahat cũ libera; quæ per errorẽ eum putabat liberum, non est inter eos coniugium; quia error psonæ, & cõditionis impediunt, & dirimunt: secus autem est de errore fortunæ, & qualitatis.
ii. Seruum scienter acceptum in maritum non potest mulier dimittere: secus si ignoranter. Serui possũt matrimonia contrahere.

g **Infans** Infans pprius si teneatur à patre in sacro baptismate: licet p tale factũ suæ vxori cõpater efficiat, nõ pter hoc ab ipsa vxore separabitur: nisi ad seruandam continentiam possit induci.
ii. Infantes sponsalia contrahere nequeunt: quia in illa ætate consentire non possunt.
ii. Infantes siue filii spirituales vel adoptiui, an possint naturalibus per matrimonium coniungi.
iiii. Infantẽ siue filium aliquem nõ debet vxor simul cum viro suo in baptismate suscipere. c. si. quia esset eius commater. Et ibi dicitur, quod non potest quis ducere in vxorem relictam cõpatris suæ vxoris: nec etiam duas commatres.
v. Infantibus si conceditur nuptias cõtrahere, ipsorũ, & quorumcunq; aliorum nuptiæ seu matrimonia non debent clam fieri, sed publice & sic nõ debẽt esse clandestina. Tandẽ instituuntur iudices ad cunctatimandum.

h **Mœcha.** Mœcha siue adultera, & ab aliquo per adulteriũ polluta an possit p eum duci in vxorem. Et ibi matrimonia secunda conceduntur. cap. quod si dormierit.
ii. Mœcham sępe mulierem efficit coactio; & ideo nulla mulier est cogenda nubere, quia in matrimonio animus plena libertate potiri debet & gaudere.
Non licet viro vxorem deserere, vt fecit Lotharius.
iii. Mœchię notam an dicantur incurrere filii, & filiæ, qui post sponsionem parentum cum aliis contrahunt, hoc est an filii: & filiæ post promissionem & sponsionem parentum suorum possint licite cum alijs contrahere.

Coit. Coire solita (vt est meretrix.) põt in vxorẽ duci, si de eius correctione spes habetur. Coitus siue fornicationis causa potest vxor dimitti.

ii. Coitus sine incontinentiæ causa ducta, an sit coniunx appellanda. Abortum procurantes an sint homicidæ.
iii. coitui sine copulæ coniugali apta puella, si habet patrem & seruum & auum liberũ in matrimonio contrahendo sequitur de honestate arbitrium, aui & non patris, qui liberum non habet arbitrium, cũ sit seruus
iiij. coitu ancillari & illicito non licet prolem quærere. viuente enim vxore ex quacumq; causa, neque ex ancilla, neque ex alia licet prolem procreare.
Machiæ nomine omnis illicitus concubitus intelligitur c. meretrices.
v. coire coacta, & per violentiã accepta, an perdat pudicitiã & virginitatẽ. Carnis virginitas nõ seruatur si mens corrumpitur. Vir vxorem extra fornicationis causam derelinquere non licet.
vi. Coiens vir cum alia, & sic adulter, vxorem adulteram dimittere non potest.
vii. Coitus seu fornicationis causa dimittens vxorem ea viuente aliã ducere non potest. Coitus cõtra naturam, & cum personis coniunctis est grauissimũ peccatum.
viii. Coitum seu incontinentiam incurrere non debet aliquis, vt aliqua ad fidem conuertatur. Et sic non licet ducere vxorem infidelem sub ea cõditione vt conuertatur, & fidelis efficiatur.

l **Mente.** Mẽte seu voluntate mulier cupit vt fiat mater, & habeat liberos, tamẽ si eius vir est frigidus & maleficiatus, an propter hoc sit ab eo separanda.
ii. Mens & voluntas est mulieri post mortem viri cũ illo contrahere, cum quo prius fornicata fuit, an possit. Viro vxorẽ dimittere propria auctoritate, & sine iudicio ecclesiæ non licet, neque eam occidere. c. admonere.
iii. Mentis seu cordis sola contritione absq; oris confessione an possint peccata deleri; & vtrũ possimus Deo satisfacere. Istam quæstionem prolixe tractat Gratianus, eius occasione interferens tractatũ de pœnitentia, septem distinctiones continentem.
iiii. Mentis scrupulo cessante, an possit maritus tẽpore orationis & pœnitentiæ vxori debitũ reddere? Et ibi habetur, quod tẽpore quadragesimali nuptias celebrare non licet.
v. Mens & volũtas est viro continentiam vouere. Nõ potest hoc facere sine cõsensu vxoris tacito vel expresso, nisi sit sponsa nondum cognita. Mulier viro debebit subesse, cum vir sit caput mulieris cap. hæc imago.

Dubitans. Dubitans vxor de morte mariti, & credẽs illum esse mortuũ, si contrahat cum alio, an dicatur rea adulterii.
ii. Dubitans mulier de morte mariti, si cum alio contraxit, & postea maritus eius rediit, an sit cogenda ad eum redire, & primum dimittere.

m **Gradibus** Gradibus consanguinitatis nos contingentes mulieres non possumus ducere in vxores. Quare constitutũ fuit ne consangui neæ ducantur.
ii. Gradu consanguinitatis vxorem contingentẽ non licet vxorem ducere.
iii. Gradus cõsanguinitatis & affinitatis, secũdũ decreta vsq; ad septimã gñationẽ habent prohibitionẽ hoc est, ꝙ rõne cõsanguinitatis & affinitatis, phibitum est matrimonium vsque ad septimum gradũ.
iiii. Gradus sextus cõsanguinitatis quare prohibitus est secundum Canones.
v. Gradus cõsanguinitatis, quomodo cõputandi sunt.
vi. Gradu prohibito coniuncti ad quorum accusationem vel testificationem sunt separandi. Et ibi de iuramento separationis & reconciliationis. Et de iuramento eorum, qui consanguinitatem probãt. c. de parentela.
vii. Gradu prohibito coniuncti, si adinuicẽ carnaliter cõmisceantur, filii ex tali incestuoso coitu pcreati, non sunt filii appellandi.
viii. Gradus cõsanguinitatis & affinitatis quis dicatur esse dispensabilis, id est, quo gradu possit dispẽsari cum consanguineis & affinibus.
ix. Gradu prohibito coniuncti (si et forte sentẽtia p matrimonio, fuerit lata) possunt separari. Sentẽtia enim pro matrimonio vel cõtra ipsum lata potest retractari veritate cõperta; quia talis sentẽtia nullo cursu tẽporis transit in rem iudicatam. Et ibi dicitur sententiam etiã Romani Pontificis in melius posse mutari. c. sententiam.
x. Gradus affinitatis, siue ipsa affinitas in supstite nõ deletur. Itẽ soboles ex secũdis suscepta nuptijs cõsanguineis prioris viri copulari nõ debet, secundũ decreta; sed hoc corrigitur per ca. non debet. de cõsanguin. & affin.

n **Rapiente.** Rapiente virginẽ p vim aliquo raptus committi dicitur.
ii. Rapiens violenter puellam ꝑt illam per acta pœnitentia in vxorem ducere. Et sic rapta raptori de iure canonico nubere potest. c. denique & melius extra de rapto. cap. cum causa, cũ similibus.

DECRE-

DECRETI TOTIVS CANONES HIC SECVNDVM ORDINEM ALPHABETI IMPRIMVNTVR.

Quod præter ceteras vtilitates multimodæ correctionis est adiumento non mediocri:

De litera A.

Ampu-

Chri-

Credere.

F

G

H

Habent

I

Illud

Ma-

omni-

Episco.

Ma-

omni-

presby-

Qua

R

re-

Sed.

si quis

T

V

Veni-

FINIS.

NOTATV DIGNA IN GLOSSIS
& nouis notationibus.

Adulte-

¶ Bis-

cle-

con-

con-

dispe-

epi-

filius

Incitatio

Missa.

Orare

Ea-

præ-

Res

T

V

ven-

FINIS.

EA DE QVIBVS LECTOREM principio visum est admonere, hæc sunt.

IN Ecclesia Romana omnium ecclesiarum magistra solitos esse asseruari conciliorum canones, &. Pontificum decreta, ac ceteris ecclesijs communicari plane compertum est. Atque in vsu præcipue videtur fuisse collectio illa, quam Nicolaus Papa in capit. si Romanor. distinct. 19. Codicem canonum nominat; in quo continebantur canones, & regulæ illæ, quæ recensentur a Leone IV. capit. de libellis. distinctio. 20. Huius codicis tria manuscripta exemplaria Romæ habentur in Vaticana bibliotheca. Extat etiam impressus Moguntiæ Ann. Salu. 1525. Repertus est autem in vetustissimo Cardinal. Vetcellensis codice Crescouij ad episcopum Liberinum quidam quasi nomocanon; in quo, cum pluribus causarum titulis propositis, exponatur deinde, quibus synodorum, ac Decretalium epistolarum locis causæ illæ tractentur, capitibus Moguntini codicis, & numeri numeris optime respondent: Quæ quidem a Cresconio adhibita diligentia satis indicat frequentissimum fuisse huius collectionis vsum, & hæc ea est, quæ in notationibus, quæ nunc eduntur, absolute Codex canonum vocatur. Ceterum inter priuatos collectores, qui multo plura congerere student, perantiquus est Isidorus: cuius collectio protenditur a canonibus Apostolorum vsque ad conciliorum Hispalense secundum, habeturque in duobus codicibus Vaticanæ bibliothecæ, & vno monasterij Dominicani Sanctæ Mariæ supra Mineruam; extat autem impressa in editionibus concilium, in antiquioribus quidem purior, in recentioribus autem, multis aliis conciliis, scriptisque admista. Isidorum hunc Igmarus archiepiscopus Rhemensis in libro de synodis celeberrimus illum Hispalensem fuisse affirmat, a quo testatur etiam Trittemius librum Decretorum esse conscriptum: ac certe multa verba, quæ in præfatione huius collectionis leguntur, sunt in libro quinto Etymologiarum. In codice autem Dominicanæ bibliothecæ initio præfationis ita legitur, *Isidorus mercator suus Christi lectori conferno suo &c.* nec multo secus in Vaticanis; quo loco in impressis est. *Isidorus peccator seruus Christi, &c.* Secutus deinde est (vt de ijs primum quorum opera typis excusa sunt, sequamur) Burchardus Vuormaciensis episcopus Othonis Tertij, & Henrici Secundi, Bauari Imperatorum ætate: qui non ordinem temporum, & prouinciarum, vt Isidorus, sed rerum, & causarum sibi sequendum putauit. Iisdem vestigiis institit non ita multo post Iuo Carnutensis episcopus; sed exorta interim Berengarii hæresi multa ad illam confutandam pertinentia addidit, ac multa etiam præterea ex Pandectis, & codice: dum de laicorum quoque officiis sibi agendum putat, quod Burchardo minus necessarium visum fuerat. Extant autem duo volumina Iuonis nomine inscripta, eandemque habentia præfationem, quorum vnum, quod Pannormia, alterius, quod absolute decretum inscribitur, quasi epitome quædam est. Verum in hoc eodem campo alii etiam grauissimi viri (quorum libri partim in publicis, partim in priuatis bibliothecis manuscripti habentur) Cresconius, Anselmus, Deusdedit Cardinalis, Gregorius presbyter qui volumen suum Polycarpum inscripsit, aliique nonnulli præclare se exercuerunt, suamque operam probauerunt. Nouissimus istorum omnium præter auctorem Pannormiæ (nam is recentior fortasse est) Gratianus monachus Benedictinus non tantum decretis colligendis, quod superioris fecerant, operam dedit: sed Iuonis fortasse præfatione excitatus eo potissimum incubuit, vt certis quæstionibus propositis, quid in vtramque partem ex canonibus, qui inter se nonnunquam pugnare videbantur, dici posset, ipse & afferret & explicaret, omninoque eorum varietatem, quæ speciem dissensionis habebat, ad concordiam reuocaret. Ceterum in longo, ac perdifficili opere multa a parum æquis hominus exagitabantur: nonnulla pii etiam & verecundi interdum desiderabant. Quamobrem ne huiusce vtilissimi, & grauissimi codicis vacillaret auctoritas, placuit primum Pio Quarto, ac subinde Pio V. & Gregorio XIII. (apud quem etiam huius perfecti operis, quemadmodum & aliarum maximarum rerum, laus fuit,) vt illi corrigendo summa opera daretur, menda librariorum tollerentur, si qua etiam in re Gratianus,

De codice canonum.

De collatione Isidori.

Burchardus. Iuo.

Panorm. Decre. Cresconius Anselm. Deusdedit Cardina. Grego presbyter auctor Polic. Grat.

tianus, vt homo minus vidisset, modeste notaretur, ipsaque omnino capita suis auctoribus quam diligentissime restituerentur. Itaque & Romę Vaticana bibliotheca, & monasterij dominicani super Mineruam, aliæque non paucæ excusæ sunt, & ex alijs vrbibus, atque regionibus inuitati doctissimi homines, qui idem facerent, & si quid inuenisset, quod ad hanc rem pertineret, pro sua pietate libenter communicarent, atque ad Pontificem mitterent. Qua diligentia illud factum est, vt cum iam magnam partem suum vnicuique tributum sit, ac propterea intelligi plerumque possit, quæ synodorum generalium, quæ summorum Pontificum, quæ prouincialium conciliorum, quę patrum decreta, ac sententiæ, atque inter hæc quæ sanctæ Romanæ sedi probata sint quæ minime, vix quisquam errare, atque incerta pro certis sequi, certa vero pro incertis suspecta habere post hac queat. Quod ad citationes auctorum pertinet, vbi error euidens erat, aut nonnulla Gratiani exemplaria cum veriore, atque ab alijs collectoribus allata citatione consentiebant, sublatis falsis inscriptionibus veræ sunt restitutæ. Vbi vero, quamuis caput apud alium auctorem esset inuentum, fieri tamen poterat, vt illius quoque esset, quem Gratianus citaret, (sunt enim haud raro decreta tralatitia, & sententiæ similes in bonis auctoribus) retenta Gratiani citatione satis visum est locum, vbi hodie habeatur, indicare. Et quoniam interdum aut capitis aliqua quidem pars illius auctoris est qui citatur, aliqua vero minime, aut verba valde sunt mutata, id quoque est indicatum, adscriptumque præterea in margine, quo loco idem caput in glossa Bibliorum ordinaria, in libris sententiarum, & apud ceteros collectores habeatur, eos pręsertim, qui in huius operis emendatione magno vsui fuerunt. Animaduersum vero est multa olim fuisse (quorum nonnulla hodie etiam habentur) homiliarum ex varijs auctoribus collectarum volumina, quibus homiliis nomen auctoris aut non esset præpositum, aut etiam mutatum, quod decretorum collectoribus, qui fontes adire in illa librorum penuria plerumque non poterant, errandi interdum dederit occasionem. Sæpè etiam Gratianus multas Patrum sententias simul colligit, atque in vnum caput concludit (quamuis in vulgatis codicibus plerumque in diuersa capita sint distractæ, sed fere sine rubrica,) idque cum facit, non ipsa prorsus auctorum verba affert: sed arbitratu suo mutat, addit, imminuit, summatim complectitur, quod etiam Burchardus, & Iuo faciunt, cum citant hoc modo, *Ex dictis Augustini, Ex dictis Hieronymi*.

De citationibus.

In emendando textu, primum initia capitum ob vsitatas doctorum citationes non sunt mutata: sed vbi ab originali discrepabant: in margine, aut in notatione est indicata germana lectio. Deinde hæc glossæ ipsius habita ratio est, vt nihil in textu sit mutatum, vbi mutatio ipsa impeditura erat, quo minus quid sibi auctor glossæ voluisset, animaduerti posset, sed eodem modo aut in margiue, aut in notatione mendum est indicatum. Vbi vero hæc non obstabant, hæc fere seruata corrigendi ratio est, vt si videretur voluisse Gratianus auctorum, quos citaret, ipsa prorsus verba referre, ea ex ipso originali emendarentur, & interdum etiam non leui proposita vtilitate, aliqua adderentur: nisi sicubi vulgata lectio visa est melior: nam tunc illa retenta notatum est, quomodo originale ipsum habeat. Sin autem Gratianus non eadem prorsus verba afferre voluerat, sed aut in summam quandam ipse redigere, aut ab alijs redacta, vt ab auctore glossæ ordinariæ, ab Iuone, & alijs collectoribus referre: tunc nihil fere emendatum, vel additum est, nisi forte Patris illius, vnde collector acceperat, restituta lectio magnam afferre visa esset vtilitatem, multisque locis id notatum est, & verba ipsius originalis allata, vt lector identidem in memoriam huius adhibitæ cautionis reuocaretur, & labore ad originalia adeundi leuaretur. Quod si idem caput ex pluribus vicinis alicuius patris locis confectum est; (nam quæ multum distabant, satis plerumque fuit in margine indicare) adiectæ sunt in textu particulæ illæ, *& supra, & infra*: Scilicet, vbi seriem & nexum collectionis impedituræ non erant: Vbi vero Gratianus ipse loquitur, ex manuscriptis huius libri exemplaribus pura, germanaque lectio est restituta.

De emendatione text.

In codice canonum capita, quæ ex Græcis synodis recitantur, sunt a Dionysio. Exiguo in linguam latinam conuersa, cuius præfatio manuscriptis ipsius codicis exemplaribus præposita legitur. Isidorus autem partim hac ipsa Dionysij versione, quamquam raro, partim fortasse prisca illa, cuius mentionem in præfatione sua Dionysius facit, vsus est aut integris, aut aliquantulum immutatis, partim etiam aliis, quæ tunc, vt ipsemet Isidorus testatur, extabant hodie, præterquam apud istos decretorum collectores non extant. Quo circa mirandum magnopere non est, si ceteri collectores, & omnium fere postremus Gratianus, qui & codicem

De versionibus.

codicem illum canonum, & Isidori collectionem, & alias etiam habebant, eundem canonem non semper ex eadem versione recitent. Qua de re sæpe in notationibus lector est admonitus, & vbi necessarium visum est, græca canonis verba cum versione noua sunt allata; idemque in ceteris patrum græcorum sententijs factum est. De nomine Paleæ sunt variæ doctorum hominum sententiæ. Multi ea capita, in quibus res inanes ac leues continentur, hoc nomine appellari censuerunt; alij quasi τὰ παλαιά, id est antiqua: alii quasi additiones quasdam deriuata, aut potius deprauata voce ab aduerbio πάλιν, id est, rursum, quo scriptores etiam Latini tempore Gratiani vterentur. Verum Ioan. And. in addition. ad Specul. tit. de disputation. & allegation. prope finem (quem Imola in rub. de verbo. obligat. Alexandrinus in procemio Decreta. Iason in rubr. tit. de action. & alij sunt secuti) putat quendam Protopaleam, quem Iason addit Cardinalem fuisse, collectioni Gratiani capita hæc adiunxisse. Atque vt in re tam incerta aliquid elici coniectura possit, exponetur, quid in collatis exemplaribus obseruatum fuerit. In tribus, quæ sunt antiquissima, & videntur scripta paulo post Gratiani ætatem, paucissima ex huiusmodi capitibus habentur. In vno valde emendato sunt apposita in margine sine vlla nota, sed non omnia quæ in impressis, quamuis vicissim in illo additiones aliquæ sint, quæ in his non habentur.

De paleis.

In alio litteris perantiquis descripto, Paleæ ipsæ recentiori scriptura toti volumini præponuntur. In ceteris habentur, aut omnes, aut pleræque, & partim quidem cum paleæ nomine, partim vero sine vllo a ceteris capitibus discrimine. Ex qua obseruatione illud videtur posse colligi, has paleas esse additiones non eodem tempore factas ad primam collectionem Gratiani, in margine primum adscriptas, ac nonnullas fortasse ab ipsomet Gratiano, vt fit, inter componendum, aut relegendum, quas deinde librariorum quidam omiserint, quidam in contextu posuerint, interdum coniuncte cum prioribus capitibus, interdum cum aliquo discrimine. Falsam vero esse illorum opinionem, qui eas contemnendas putant, ex eo constat, quòd multæ & in Decretalibus, & apud vetustiores Gratiano collectores habētur, quod suis locis indicabitur.

De titulo.

In plerisque vetustis huius collectionis exemplaribus hæc tanquam inscriptio rubris litteris posita est, *Concordia discordantium canonum*, addita in quibusdam dictione, *incipit*, sine vlla Gratiani mentione. Verum in Vaticano illo vetustissimo, cui voluimus ipsius initio recentiori scriptura paleas esse præpositas dictum est, ante ipsas paleas est hic titulus, *Decretum Gratiani monachi S. Felicis Bononiensis, ordinis Sancti Benedicti, compilatum in dicto monasterio Anno Domini Millesimo centesimo quinquagesimo primo tempore Eugenij Papæ tertij*. In aliis vero duobus codicibus, in extremo est. *Explicit Decretum compilatum a Gratiano monacho monasterij S. Felicis de Bononia.* In chronico, quod inscribitur *Pomarium Ecclesiæ Rhauennatis*, qui liber in Bibliotheca Vaticana seruatur, hæc de Gratiano leguntur: *Anno Christi millesimo centesimo quinquagesimo primo Gratianus monachus de Classa† ciuitate Thusciæ natus decretum composuit apud Bononiam in monasterio S. Felicis.* Idem testatur Hugutio vetustissimus huius codicis interpres secunda quæstione sexta, cap. post appellationem & Vincentius in libro Historiarum bis, semel libro vigesimotertio, cap. trigesimoprimo, loquens de Isidoro, & iterum lib. vigesimoquinto c. octuagesimoquarto, agens de Iuone, & alijs decretorum collectoribus: & S. Antonius parte tertia. histor. tit. 18. c. 6. Trittemius vero in lib. de scriptoribus Ecclesiasticis Gratianum agnoscit huius collectionis auctorem, itemque in lib. 2. de viris illustribus ordinis S. Benedicti: quo tamen loco addit (ipsam fortasse operis inceptionem spectans) fuisse ab eo compositum Anno Domini Millesimo centesimo vigesimoseptimo. Hanc collectionem Innocentius III. in epistola ad Archiepiscopum Compostellanum vocat corpus Decretum. Ob has igitur auctoritate, & receptam apud omnes opinionem in prima huius voluminis pagina præpositus est titulus nomine Gratiani.

† Alij, Clusio, alij Gimsa.

Quod ad glossas pertinet, quæ pios & catholicos auctores habuerunt, quæ in illis ei rata paulo maioris ponderis pro humani ingenii infirmitate obrepserunt, ea in margine sunt notata, & quid catholice sentiendum sit, ostensum est. Hæ autem notæ, quibus asteriscus affixus est necessario post hac in omnibus impressionibus apponendæ erunt.

De notationibus in glossis.

INDEX

INDEX LIBRORVM QVI VARIIS EX LOCIS SVNT HABITI.

A

AMbrosij sermones aliquot, qui adhuc non extant impressi, ex bibliothecis Vaticana, & monasterij Mediol. Sanct. Amb.

Anselmi collectio canonũ ex Vaticana, & Hieronymi Parisetti.

Alexandri ij. epistolę aliquot, partim missæ ab Antonio Augustino archiepõ Tarraconensi, partim ex bibliothecis vaticana, Nicolai Ormanetti episcopi Patauini Michaelis Thomasij Episcopi Ilerdensis.

Anastasij bibliothecarij chronicon, & versio septimæ synodi, & octauæ sub Hadriano ex Vaticana, & Cardinalis Sirleti.

B

Bonifacij Papæ concilium ex Hispania ex vetusto codice monasterij Populeti.

Bonifacij martyris epistola ex bibliotheca monasterij B Mariæ super Mineruam.

C

Cresconij Nomocanon ex bibliotheca Cardinalis Vercellensis.

Capitula aliquot Pontificum ex eodem codice monasterij Populeti.

Capitularũ liber septimus & capitularia adiecta, missa a Iacobo Amioto epõ Antissiodorensi ex bibliotheca ecclesiæ Belluacensis.

Collectio decretorum Romanorum Pontificum ab Augustino archiepiscopo Tarraconensi.

Codex canonum, qui apud veteres Põtifices in vsu fuit, ex Vaticana, Dñicana, & Cardinalis Sirleti.

Collectio canonum incerti auctoris ex Vaticana.

Collectio canonum ex bibliotheca ecclesiæ Mutinensis.

Collectio canonum pęnitentialium incerti auctoris ex bibliotheca Michaelis Thomasij epi Ilerdensis.

Conciliorũ Hispalẽsium, & Carthaginẽsiũ varietates lectionis ex bibliothecis Regis Catholici, Lucensi & Soriẽsi a Cardinali Quiroga.

Centij Camerarij liber de formis iuramentorũ ex bibliotheca Achillis Stathij.

Concilii alicuius fragmenta quędã post Anselmi collectionem in codice Hieronymi Parisetti.

Cypriani operum exemplaria ex vaticana, & monasterio S. Saluatoris Bononiensi.

D

Decreti huius vndeuiginti exemplaria manuscripta, partim sine glossis partiũ cũ glossis, duodecim quidem ex vaticana, reliqua vero ex bibliotheca Marcelli Papæ ij. Cardinalium Vercellensis, & Sirleti, Michaelis Thomasii episcopi Ilerdensis, Achillis Stathii.

Decretorum excepta ex bibliotheca S. Trudonis ab Alberto Leonino nomine vniuersitatis Louaniẽsis.

Deusdedit Cardinalis collectio canonum, & libri quatuor de rebus ecclesiasticis ex Vaticana.

E

Eugenij ij. cõcilium ex Vaticana, & tertij ex Vaticana, & ex Gallia.

Emeritẽse cõciliũ a Card. Quiroga.

Ephesini concilii primi antiqua versio ex Vaticana.

F

Fulberti episcopi epistola descripta ex vetusto codice ecclesiæ Belluacensis a Iacobo Amioto episcopo Antissiodorensi.

G

Grgorij III. epistola ex bibliotheca monasterij supra Mineruam.

Gelasij scriptura quędã, & aliorum Pontificum epistolæ ex Vaticana.

Gelasij epistola ab Antonij Augustino archiepiscopo Tarraconensi.

Gregorij I. epistolæ manuscriptæ ex vaticana, & episcopi Ilerdensis.

Gregorij vij. regestum ex vaticana, multis priuatis.

Gregorij v. epistola ad vniuersos episcopos per Galliam &c. ex bibliotheca monasterij supra Mineruã.

Gregorij x. epist. ad Regẽ Armeniorũ ex bibliotheca Cardi. Sirlet.

Græcorum patrum commentarij in sacrã scripturã, aliaque eorũdem scripta, & concilia ex vaticana.

H

Hũberti legati Leonis ix. ad libellũ Nicetæ contra Latinos responsio ex monasterio S. Mariæ nouæ.

I

Isidori Hispalensis operum codex ex Monasterio Neapolitano sancti Augustini in Carbonaria.

Isidori collectio canonũ ex vaticana, & Dominicana supra Mineruam.

Ioannis 8. epistolæ ex vaticana.

Isidori collectionis canonum præfatio alia vulgata, missa ab archiepisc. Tarraconensi. & Aluaro Gomez ex bibliotheca Eccles. Tolet.

Isidori epistola ad Lanfredum ex bibliotheca supra Mineruam.

Innocentij ij. consilium ex vaticana, Isidori Hispalensis regula monachorum ex Hispania.

L

Leonis iv. epistolæ duę vna ex bibliotheca M. Antonij Mureti, altera ex bibliotheca Frãcisci Turriani.

Leonis ij. epis. a Cardin. Quiroga ex vetusto codice regiæ bibliothecæ.

Leonis iv. concilium ex vaticana.

N

Nicolai primi plures epistolæ ex bibliotheca supra Mineruam.

Nicolai conciliũ aduersus Ioannem Rauennæ archiepiscopum ex bibliotheca ecclesiæ Mutinensis.

Nicolaus ad consulta Bulgarorũ ex vaticana.

P

pontificalia manuscripta ex vaticana, & Cardinalis Sirleti.

polycarpus, id est collectio canonum Gregorij presbyteri ex vaticana.

petri Damiani oratio de priuilegio Sedis Apostolicæ, & disceptatio inter regium aduocatum, & Romanæ Ecclesiæ defensorem ex bibliotheca Cardin. Sirleti.

paschalis primi epistola, & decreta ex bibliotheca Ormanetti epi Patauini, & fragmentum concilij apud Guardastallum ex vaticana.

R

Rhemense concilium in pago Trosleiano habitum missum, ab episcopo Antissiodorensi.

S

Scriptum de moribus, vita & morte Agapiti ex vaticana.

Stephani v. epistola I collectione canonũ incerti auctoris ex vaticana.

Sanctorum vitæ ex bibliotheca, S. Mariæ maioris.

Stephani iv. conciliũ in collectione Deusdedit Cardinalis ex vaticana.

Synodus octaua ex bibliotheca Cardinalis Sirleti, & vaticana.

T

Ticinẽse concilium a Iacobo Amioto Episcopo Antissiodorensi.

Theodulphi capitula ex bibliotheca M. Antonij Mureti.

Theophanis chronicon ex vaticana.

Toletanæ ecclesiæ priuilegiorum liber ex Hispania.

Toletana cõcilia 24. 25. 26. 27. a Cardinali Quiroga, & 26. etiam a Petro Pontio episcopo Placentino.

V

Vrbani ij. cõciliũ Placẽtinũ, & fragmẽtũ alterius concilij, & epistola L. pposito S. Iuentij ex vaticana synodus apud Melphiã ex vaticana, & a Iacobo Pãmelio canonico Brugensi, & concilij Claremontensis, apud Aluerniã sũmæ capitum a Frãcisco Riccardotto epõ Atrebatẽsi ex vetusto codice Lãberti epi Atrebatensis, eiusdemq; concilij fragmenta a Iacobo Pammelio.

Z

Zozimi, & episcoporum Africanorũ ad ipsum epistolæ ex Vaticana.

Zachariæ decreta ex bibliotheca Ormanetti epi patauini, Synodus Romana ex vaticana, Francia ex Dominicana supra Mineruam.

Hæc sunt, quorum nunc memoria suppetit. Ceterum & alia aliunde habita, & ominum fere librorum, quorem in hoc opere mentio fit, editiones cum manuscriptis codicibus vaticanæ, & aliarum bibliothecarum diligenter collatæ sunt.

FINIS.

Glossas Ioannis suppleuit in multis Bartho. Brix.

QVONIAM nouis superuenientibus causis, nouis est remedijs succurrendum: idcirco ego Bartholomæus Brixiensis confidens de magnificentia Creatoris, apparatum Decretorum duxi in melius reformandum, non de-

HVmanum genus.] Hæc distinctio diuiditur in duas partes. In prima probat per quatuor canones, quod humanum genus regitur duobus, scilicet iuribus, & consuetudinibus.] In secunda parte, quæ incidit ibi,] Est & alia,] ponit septẽ dñias iurium. Ioan. de Fan. & Pet.

GREGORIVS PAPA XIII.

Vniuersis Christi fidelibus salutem, & Apostolicam benedictionem.

EMendationem Decretorũ, locorumque a Gratiano collectorũ, (erat enim is liber mẽdis, & testimoniorum deprauationib. plenissimus) a nonnullis Romanis Põtificibus prædecessoribus nostris optimo consilio susceptam, selectisque ad id negotium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & alijs eruditissimis viris adhibitis commissam, multis autem, varijsque impedimentis hactenus retardatam, nũc tãdem, vetustissimis codicibus vndique cõquisitis, auctoribusque ipsis, quorũ testimonij vsus erat Gratianus, perlectis, quæq; perperam posita erant suis locis restitutis, magna cum diligentia absolutam, atque perfectam, edi mandauimus. In quo magna ratio habita est operis ipsius dignitatis, & publicæ eorũ præsertim, qui in hoc studio versantur, vtilitatis. Iubemus igitur, vt quę emẽdata, & reposita sunt, omnia quam diligẽtissime retineantur, ita vt nihil addatur, mutetur, aut imminuatur.

De hoc titulo dictum est in præfatione.

CONCORDIA DISCORDANTIVM CANONVM.

Ac primum a de iure diuinæ, & humanæ constitutionis.

DISTINCTIO PRIMA.

Gra. *HVmanũ genus* [a] *duob.* [b] *regitur naturali* [c] *videlicet iure, & morib.* [d] *Ius naturale est, qđ in lege & Euãgelio cõtinetur: quo quisq; iubetur alij facere, qđ sibi vult* [e] *fieri: et ꝓhibetur* [f]

CASVS Iste sic ponitur. Dĩ his, q̃ duo sunt instrumẽta, ꝑ quę genus humanũ regit, & gubernat. s. ius naturale, & consuetudo, siue mos. Ius naturale ẽ, qđ i lege, & i Euãgelio continet: quo iure quisque iubet alij facere, quod sibi vult fieri: & hoc ꝓhibet alij inferre, quod sibi nolit fieri: & hoc ꝓbat auctoritate Christi dicentis. Omnia quæcunque, &c.

a ¶ Humanũ gen⁹.] Tractaturus dominus Gratianus de iure canonico, primo incipit a simplicioribus. scd̃m naturã. s. a iure naturali, q̃d antiquius & dignius est [1]. Cœpit em ab ipsa rõnali creatura, vt Inst. de re. diui. §. cõmodius. Assignat ergo multas dñias iuris naturalis ad alia iura, vsque ad 15. d. in qua aggredit principale propositũ de iure canonico, originem eius assignans.

Ius naturale reliquis antiquius est.

1 Vt s. d. c. 1. in prin.

b ¶ Duob.] Signat cõtrariũ i fra 96. di. duo. sed illis duob. regit tanq̃ auctorib. istis tãquam instrumentis 21. q. 1. c. sicut enim. §. ex his.

c ¶ Naturali.] idest, diuino. [2]

d ¶ Moribus.]. i. cõsuetudinario iure, vel etiam iure humano, siue scripto, siue nõ scripto. 25. quę. 2. institutionis.

2 Idẽ Alex. de Imo. in l. militis. C. de test. milito.

e ¶ Vult.] Sed nonne ego volo, qđ alsider mihi rẽ suã, non tñ ego volo ei dare rẽ meã? Expone ergo, vult, idest dẽt velle, & sic exponitur ibi, Habe charitatem, & fac quod uis & sic exponitur lex. ff. de solu. l. 1. vel expone iubeť, idest consulitur [3] sic econuerso verbũ rogãdi ꝓ verbo ꝑcipiendi poniť 11. q. 3. rogo.

Volo, idest velle debeo.

3 Consulitur, & malet quia, oino præceptum est. Iod expone, vult ex eodem naturali dictamine, non autẽ ex perturbatione concupiscentiæ.

f ¶ Prohibetur.] Nunq̃ inuenimus expresse prohibitũ in lege, vel in Euangelio, nisi per quandã consequentiã Nã vbi vnũ cõtrariorũ ꝑcipitur, ꝑ cõsequẽs aliud ꝓhibetur: sic vbi aliquid iudicatur meũ esse, per cõsequens iudicatur tuum non esse, ff. de procu. l. Pomponius. §. 2.

a ¶ Inferre.]

detrahendo alicui, nec attribuendo mihi glossas, quas non feci: sed supplendo defectum solum modo, vbi correctio necessaria videbatur, vel ꝑ subtractionem decretalium, & diminutionem earundem, vel propter iura, quæ superuenerunt de nouo. Interdum etiam solutiones interposui, quæ prætermissæ fuerant a Ioãne. Hoc feci ad honorem omnipotentis Dei, & Ecclesiæ Romanæ, & ad communem vtilitatem omnium studentium in iure canonico. Bar.

aliū inferre, [a] qd̄ sibi nollet fieri. Vnde Christus in Euangelio [b] [Oīa quęcumq; vultis [c] ut faciāt uobis hoīes, et vos eadem facite illis. Hæc est enim [d] lex & prophetæ.

Hinc [e] Isidorus in 5 lib etymologicarum, c. 2 ait.

Not. α ¶ Ac primū.) Hoc loco in manuscriptis codicibus magna est varietas Nā partim nulla est hoc loco inscriptio: partim vero legitur De iure scripto, & nō scripto, & qd̄ cui præponatur, & legū auctoribus, & duorū malorū electione, siue dispensatione. Aut. Ac primū de iure constitutionis naturæ diuinæ, & humanæ. Aut, De iure naturæ, & humanæ constitutionis, quā Dominicus de Geminiano agnoscit & extat in nonnullis antiquioribus editionib Aut De iure naturæ, & cōstitutionis: q̄ inscriptio maxime videtur conuenire tractationi Gratiani, qui sæpe ad hæc capita reuertitur, ut initio dist. 5. 7. 8. 13 & 11. q. 1. c si qua causa, hunc totū locum indicās scribit, Require in principio, vbi differētia signatur inter ius naturale, & ius cōstitutionis. Verumtamen in hac tanta uarietate q̄. ut alia cōiectura mittātur argumēto esse pōt nullā hic a Gratiano ipso positā esse rubricā satis visū ē, reiēta vulgata lectione, cæteras īdicare.

¶ Diuinæ leges natura, humanæ morib. constant. C. I.

Omnes leges [f] aut diuinæ sunt, aut humanę. Diuinæ natura, humanæ moribus constant, ideoq; hę discrepant, [g] quoniam aliæ alijs [h] gentibus placent. ¶ Fas lex diuina est, ius lex humana. ¶ Transire per † agrum alienum [i] fas est, [k] ius non est.

Ex uerbis huius auctoritatis euidēter datur intelligi, in quo differāt inter se lex diuina, & humana: cū oē qd̄ est fas, noīe diuinæ vel naturalis legis accipiatur, noīe uero legis humanæ mores iure conscripti & traditi intelligantur. Est aūt ius generale nomen multas subse continens species Vnde in eo lib. Etymol c. 3. Isidor ait.

¶ Ius genus, lex autem species est. Cap. II.

Ius generale [l] nomē est; lex aūt iuris est species. Ius au

Math. 7.

† per alienum. ¶ in l. si d. manuscr.

---

a [illegible] Inferre.] Sed nonne iudex vult inferre mortē reo, sed tū non vult vt sibi mors inferatur? Sed dic q̄ iudex non infligit mortem, sed lex, vt 23. q. 5. homicidas, & c. cum homo. Vel intelligas hæc omnia de operibus misericordiæ, ad q̄ quilibet tenetur, vt 86. dist. nō satis. [illegible] b In Euangelio.] Matthæi 7. c [illegible] Vultis. idest, de iure velle. d [illegible] Hinc est. n.] id est, in his consistit, sic ponitur ibi. Deū time, & mandata eius obserua: hoc est omnis homo, Ecclesiastici 12. de pœnit. [illegible] e [illegible] Hinc.] ad probandum diuisionem supradictam.

Omnes leges.] CASVS. Capitulum istud diuiditur in tres partes. In prima parte dī. q̄ legum aliæ sunt diuinæ, aliæ humanæ: diuinæ natura, humanæ autem moribus consistunt, & quia mores hominum sunt diuersi, propter quos humanæ leguntur [illegible] tur, io humanæ leges discrepant: quā aliæ alijs placēt, & aliæ aliis. In 2. parte dī, q̄ hoc noīe fas, lex diuina hoc nomine, ius, lex humana continetur. In 3. parte dī, q̄ transire per agrum alienum fas est, id est iure diuino permittitur: ius aūt non est, id est, nō permittitur iure humano. Scda pars incipit ibi, Fas, Tertia ibi, [Transire.] f ¶ Oēs leges,] id est, oīs lex & ponitur plurale pro singulari, siue demonstrares duas leges, vtrā diuinā, & aliā humanā, non pōt uere dici, istę leges, aut sunt diuinæ, aut humanæ. Et valet talis interpretatio in rescriptis q̄nque, cū ita scribitur si ista uera sunt, i. si hoc verum est, & si illud verum est: sic extra de appel. significauit, in fi. & extra de præb. cum iam dudum & extra de rescr. ex parte sic, inf. 2. q. 4. in primis. [z] & ff. de cond. & demon. falsa & ff. de statu homi. summa. g ¶ Discrepant. Non tamen sunt contrariæ. nam transire per agrum alienum diuina lex permittit, humana prohibet: sed prohibitio, & permissio non sunt contraria. nam Dominus permittit vxorem infidelem dimitti, Apostolus prohibet, ut 28. q. 1. iam nunc. h ¶ Alijs.] ut inf. 12. dist. illa & inf. 22. d. [illegible] placuit. i ¶ Alienum. Sed nonne iure naturali omnia sunt cōmunia, ut inf. c. p. ius naturale. & infidelis. [illegible] quo iure non ergo aliquis ager alienus est video expone, alienū, idest [illegible] modo. k ¶ Fas est, idest, æquum est 2 cum si bene causa, & innoxius est transitus, ut 23. q. 2. c. ult. Itē iure diuino licitum est comedere uuas in agro alterius, sed non asportare, conterere spicas & comedere licitū est 6. q. 3. c. 1. sed nō mittere falcē, vt infra de conse. dist. 5. discipulos, sed licet sit æquum iure diuino, tamen nō est ius, id est, ius non dat ciuilem actionē. Vbi enim aliquid mihi prodest, & tibi non nocet æquum est, ut mihi non prohibeas, licet ius [illegible] deficiat, ut ff. de aqua plu. arcen. in summa [illegible] Varus. Transire tū per agrum alienū licet in casibus, scilicet, si seruitutem debeat, ut C. de ser ui. per agrum. Item si thesaurum suum quis uult effodere, ff. ad exhib. thesaurus in fi. Item si glans mea deciderit in agrum tuum, ff. de glan. legen. l. 1. in tea. & dum quæro hominem fugitiuum, ff. de ser. fugi. diuus. & in alio casu, 23. q. 2. c. ult. Item dum uia publica destructa est, ut ff. quemadmodum seruantur. si locus. § ult. Io.

EX VERBIS. CASVS. Cōcludit Grat. ex supradicto differentiā esse inter legem diuinā, & legem humanā: cum oē quod fas est, nomine diuinæ, uel naturalis legis intelligatur: noīe uero legis humanæ mores cōscripti, & traditi intelliguntur. In fine dicit, qd ius est gñale nomen multas cōtinens spēs, & hoc probat per sequentia.

Ius generale.] Casus trium capitulorum sequentium planus est, & per te videbis.

l ¶ Ius generale.] quia iustum est: nec iudex dī: nisi iustus

---

Iudex nō cōdemnat, sed lex.

Plurale pro singulare ponitur.

z Ibi, & alij accusatores, &c.

Omnia sunt cōmunia iure naturali.

z Vel dic, idest humani

est. f. dom no nō prohibentis. Prohibitio, n. de numi toll gant permissionem. Dicas licitū esse ei in sua natura, & iure natura permissam. & a l. Mosaica. nā ius positiuū ex constitutione licitum est, nō semp æquū est. sm Lau.

nus est, vt 23. q. 1. c. 1. Quandoque est aliquod ius quod non est æquum, nec iustum, vt si alicuius vxor adulteratur, & ille non possit promoueri, vt 34. dist. si cuius, quod intelligo si ille postea cognouerit eam: quia sine culpa sua puniri non debet, vt 19. q. 7. inuentum. Itē æquū & iu- & non refert vtrum consuetudo sit scripta, an sola ratione, idest sine scriptura constet: quoniam & legem ratio commendat. In tertia parte quæ incipit ibi. [Porro] dicitur quod lex est ratio: quia rationem habet: & cōsuetudo erit lex, idest, seruabitur pro lege, quæ rationem habet, dummodo religioni congruat, disciplinæ conueniat, saluti proficiat, & dicitur consuetudo, quia in vsu communi est.

1. Siue scienter, siue ignoranter.

tem est dictum: quia iustum est. Omne autem ius legibus, & moribus constat.

Isid. eod. l. c. 3.

¶Quid sit lex. Cap. III.

LEx est [a] constitutio scripta.

Isid. ibidem. Iuo p. 4. c. 200.

¶Quid sit mos. Cap. IIII.

MOs est longa[b] consuetudo de moribus [c] tantummodo † tracta.

† tantundem. in ori manusc. & aliquot Gratiani.

¶ *Aput Isidorū hæc antecedūt*. Mos est vetustate ꝓbata cōsuetudo, siue lex nō scripta. Nā lex a legendo vocata est, quia scripta est. Mos autem longa consuetudo est.

Isid. ibidem. Iuo ibidem. Pann. l. 2. c. 161. Tertullianus in lib. de corona militis.

¶Quid sit consuetudo. Cap. V.

COnsuetudo autem est ius quoddā moribus institutum[d], quod ꝓ lege suscipitur, cū deficit lex[e]. ¶ Nec differt, an scriptura, an ratione consistat, quando & legē

d [Institutum.] Videt hic manifeste, quod plures vices non sufficiant ad hoc vt aliquid dicatur consuetudo, nisi institutū sit, quia illud ꝓ consuetudine a. no. seruetur, nā potest esse quod ex gratia, vel tolerātia hoc sæpius permissum sit, vt extra de ver. sig. ebibate. & 10. q. [illegible] cognouimus. vbi licet aliquid sæpius factu sit: non eo animo factum sit, ut in posterum fieret: etiam si summo iure id fecerit, tale usus non dicitur usus, ut ff. de itine. actuq; priua. l. 1. § Iulianus [illegible] & l. vlt. Itē alia ratione videtur quod plures non inducant consuetudinem: quia licet plus [illegible] aliquid iudicatum sit: non ideo in posterum ita iudicandum est: quia non exemplis, sed legibus est iudicandum, ut C. de sen. & inter. nemo [illegible] eandem consuetudinem bene iudicatur 2, ut extra [illegible] eo qui mitti in poss. [illegible] 12. dist. illa. & [illegible] Item multa alia requiruntur ad hoc, ut aliquid dicatur consuetudo, ut dicemus infra dist. 8. frustra. [illegible] deficit lex.] Hic uidetur quod tunc demum recurrendum est ad consuetudinem cum lex deficit. Et ita est arg. quod nunquam sed n cōsuetudinē est iudicandum, si ius contrariū ꝓ [illegible] & arg. infra 11. d. [illegible] cōsuetudinis. & cap. consuetudo & infra dist. [illegible] si consuetudinem, & cap. consuetudo, & extra de sen. & re iud. consuetudo, & extra de foro comp. [illegible] decretum quod non secundum consuetudinem, sed [illegible] iura est iudicandum, ut ff. de sepulchro. [illegible] secundum hoc multa occurrūt cōtraria, ut infra dist. [illegible] & extra de cog. spi. super eo. & mit. in pos. cū non essent. & extra de arbi. dilecti. & extra de consue. ca. 2. & extra de testa. cap. ad hæc. Ex istis omnib. habetur, quod consuetudini statur contra ius scriptum. Solutionem aūt istius quando consuetudo ꝓiudicet iuri, dicemus infra. 8. dist. cap. frustra. Ioan. Hoc tene, quod consuetudo rationabilis & præscripta iuri scripto præiudicat, ita mihi uidetur, ut extra de consue. c. ult. etiam si alia non interueniant, de quibus facit mentionem Ioan. in illo cap. frustra. B. Sed ad quam consuetudinem dicis recurrendum? an ad consuetudinem terræ, an ad Romanam consuetudinem, an ad consuetudinem loci ubi contractum fuit, an ad cōsuetudinem uicinarum prouinciarum? Videtur quod ad consuetudinē Romanam, ut infra 11. dist. c. ult. insti. de satisd. §. ult. E contra uidetur, quod ad consuetudinem loci, ut 12. dist. illa. & C. de ædi. pri. [illegible] in totum. & in ra præalleg. ad hoc inducta. Ad hoc dico, quod iudex maxime delegatus primo secundū canones iudicabit: deficientibus canonibus, iudicet secundum leges 3. ut extra de nou. oper. nūc. intelleximus. & infra dist. 10. si in adiutoriū. deficiente omni iure, procedat ad generalem consuetudinem 4. uel etiam particularem, cum defuerit generalis. licet quidam tunc dicant recurrendum ad cōsuetudinem Romanam: deficiente iure & consuetudine, procedat de similibus ad similia, ut 20. dist. de quibus ff. de legib. l. nō possunt. olbus deficiētibus, ad Romanā con-

Consuetudo an egeat institutione.

& iustum est, vt nemo cum alterius iactura locupletetur, vt extra de pœnis, [illegible] & ff. de cond. ind. nā hoc. & tamen contra illam æquitatem inducta est vsucapio siue præscriptio. Item iniquum est vt vnus puniatur pro alio: quia non debet vltra progredi pœna quam reperiatur delictum, vt extra de his, quæ fiunt a maio. par. cap. quæsiuit. tamen contra hanc equitatem multa iura loquuntur, vt 1. q. 1. ecclesia. §. item ex peccato. Achor. & [illegible] fuit plurimi. §. verum. & extra de spō. non est vobis. [illegible] quod in omnibus casibus ex causa, & pro bono pacis vel publico inducitur quandoque rigor contra naturalē æquitatem, quādoq; tamē sine ratione inducitur rigor cōtra equitatem: & hoc solū pro ratione sufficit, quod ita scriptum est, vt ff. qui & a qui. manu. libe. non fi. l. prospexit.

Rigor quãq; præfertur equitate.

a LEx est, &c.] iustum præcipiens, & contrarium prohibens. 23. q. 4. si ecclesia, in fi. & dicitur lex eo quod legitime ligat 2. dist. omnis. Archi.

b MOs est longa.] Quam consuetudinem dicis esse longam, vel quot vices dicis inducere consuetudinē? nūquid illud quod bis factum est, vt 25. q. 2. ita nos. Vel illam, quæ ter facta est, vt extra de elect. venerabilem in fin. Vel illam, quæ sæpius quam ter est facta, vt extra de causa pos. & proprie cum ecclesia Sutrina. Vel illam, quæ decies facta est: sicut longa præscriptio dicitur quæ est x. annorum, vt C. de præscrip. lon. temp. per totum. Vel illam, cuius nō extat memoria. vt 3. q. 6. hæc quippe ff. de aqua quoti. hoc iure §. ductus aquæ? Dici consueuit quod in criminalibus duæ vices inducunt consuetudinem, sed in aliis tres non sufficiunt. C. de epi. aud. l. [illegible] in fi. Io. Hoc teneas pro certo, quod secundum ius canonum non valet consuetudo, nisi præscripta sit & rationabilis, vt extra de consue. c. vlt. videtur tamē hic quod quaternarius actus inducat consuetudinem. C. de ser. l. vlt. Bar. Brix.

Consuetudo quot uicibus inducitur.

c ¶ De moribus] Hæc descriptio dupliciter videtur inconueniens, & quia idem ponitur in descriptione quod in descripto, & quia idē ponitur ꝓ specie, & genere. Sed dic, quod aliter sumitur hic hoc nomen, mos; & aliter hoc nomen moribus, & aliter hoc nomen, consuetudo. Nam mos sumitur pro iure non scripto, consuetudo sumitur generaliter pro iure scripto & non scripto, vt infra cap. proxi. sed hoc nomen moribus, sumitur hic pro frequentibus actibus hominum. Ioan.

Mos & mores differūt.

COnsuetudo.] CASVS. Capitulum istud diuiditur in tres partes. In prima parte ponitur diffinitio consuetudinis, q talis est: Consuetudo est ius quoddā, &c.] In secunda parte, quę incipit ibi, [Nec differt.] dicitur

2 Arg. extra de [illegible] Rainucius. [illegible] ꝓ[illegible] de hoc no. 12. distin. [illegible] arg. cōtra ibi [illegible].

Consuetudo utrum preiudicet iuri scripto.

Iudex per quæ iura debet iudicare.

3 De hoc 15. q. 3. c. cum autē. uersi. sed sicut.

4 Adde Bal. in l. aduersus. C. si aduer. rem iud. & Alexan. de Imo. in l. solet. ff. de iurisd. om. iu dic. extra prima.

cõsuetudinē præcedat, vt ff. de leg. & const. de quibus, in prin. licet sit arg. q ad consuetudinem vicinarum prouinciarum sit recurrendum, vt extra de cen. super eo.

a ¶ Ratione.] Arg. q deficiente lege vel canone potest allegari ratio, vt 10. dist. si Romanorū, & dist. 8. frustra.

b ¶ Quod religioni cõueniat.] multa enī sunt cõtra rationē*, tamen congruūt religioni, vt virginē pe persisse.

c ¶ Quod disciplinæ cõgruat.] quia licet plat' de rōne possit coercere subditū delinquentē: tamen disciplinate tenet ipm coercere, vt proficiat ei ad salutem, vt 45. dist. cum beatus.

d ¶ Quod saluti proficiat.] licet rō* sit q homo debeat per se qui inimicum, tamē nō proficit hoc ad salutem.

CVM ITAQVE. CASVS. Infert ex supradicto capi. cōsuetudo, dicens, cū non refert an scripta sit consuetudo, vel nō sit scripta, apparet q quādā consuetudo est tradita i scriptis: quādā moribus vtētiū reseruatur. Quæ autē scripta est, cōstitutio siue ius vocat. Quæ scripta nō est, consuetudo vocatur. Et dicit etiā q est alia diuisio iuris, & ad hoc inducit sequens capitulum, exempla ponendo de quolibet membro diuisionis.

* *Propria nō sunt contra rōnem, sed supra rationem.*

* *Est rō vel deprauata, vel infirma, cum nō proficit ad salutem.*

vel ius gentiū. secundum hoc ius canonicum dicitur ius ciuile, sedm q hic sumitur. Scdo mō dr ius ciuile omne illud qd non est canonicū ius. Tertio modo ius ciuile dr lex xij. tab. ff. de orig. iur. l. 2. §. exactis. Quarto modo dicitur ius ciuile ad differentiam iuris prætorij. Io. f ¶ Con-

Ius ciuile quadrupliciter dicitur.

ratio commendat. ¶ Porro si ratione[a] lex constat: lex erit omne iam, quod ratione constiterit; duntaxat quod religioni conueniat[b], quod disciplinæ congruat[c], quod saluti proficiat[d]. Vocatur autem consuetudo, quia incommuni est vsu.

Cum itaque dicitur, non differt vtrum consuetudo scriptura vel ratione consistat; apparet, quòd consuetudo est partim redacta in scriptis, partim moribus tantū vtentium est reseruata. Quæ in scriptis redacta est, constitutio siue ius vocatur †: quæ vero in scriptis redacta non est generali nomine, consuetudo videlicet appellatur. Est autem & alia diuisio iuris, vt in eodem lib. 5. c 4 testatur Isidorus ita dicens.

¶ Quæ sint species iuris. Cap. VI.

IVs † autem, aut naturale est, aut ciuile, aut gentium.*

¶ Quid sit ius naturale. Cap. VII.

IVs naturale[e] est commune omnium nationum, eo q vbique instinctu naturæ, non constitutione aliqua habetur: vt viri, & fœminæ coniunctio[f], liberorum successio[g], & educatio[h], communis omnium[i] possessio, & omnium vna libertas, acquisitio eorum, quæ cœlo, terra, marique capiuntur[k]: item depositæ[l] rei, vel commendatæ †[m] pecuniæ restitutio, violentiæ per vim[n] repulsio. ¶ Nam hoc aut si quid huic simile est, numquam iniustum, sed naturale, æquumque habetur.

a ¶ Successio.) *In trib codicibus manuscriptis Isidori, & aliquot Gratiani legit*, liberorū susceptio, & educatio; *q lectio conuenit cū l. 3 ff. de iust. & iur vers. hīc descēdit*

† *Ius aut naturale.*] orig. & aliquot Gratiani codices.

Isid. eo. l. c. 5.

† *al. commendata restitutio.*

† Quando ita simpliciter, ut ex nunc statuitur sed si cō suetudo publica auctoritate in scriptis redigit, & auctoratur, ne dubitetur, & alia probatione opus fit; nihilominus consuetudo est.

* Concor. tex. in §. huius studij. uers. dicendum. Insti. de iu. & iu.

Ius naturale dicitur multipliciter.

IVs autem. CASVS. Capitulū istud diuidit in tres partes. In prima diuidit Isidorus ius trifariam, in ius naturale, in ius ciuile, & in ius gētiū. In scda parte, quę incipit. [Ius naturale, dr q ius naturale est cōe omnium nationū, eo q instinctu naturæ procedit, & non ex cōstitutione aliqua. In tertia quæ incipit ibi. Vt viri.] ponit viij. q ex naturali iure procedūt, vt viri & fœminæ coniunctio, &c. nā ista aut his similia de iure naturali procedūt.

e IVs naturale.] Ad intelligentiam istorū nota, q natura multis modis dr, quoq; dicitur natura vis insita rebus similia de similibus procreans. Secūdo modo dicitur natura quidā stimulus, seu instinctus naturæ ex sensualitate proueniens ad appetendum, vel ad procreādū, vel ad educandū. 32. q. 5. horrendus. ff. de ven. inspi. l. 1. §. ius naturale, Insti. de iure na. gen. & ciui. in prin. Tertio modo dr instinctus naturę ex rōne proueniens, & ius ex tali natura proueniens dr naturalis æquitas. & sedm hoc ius naturæ, dūr oīa cōia, id est, cōicanda tpe necessitatis, vt 47. dist. sicut. Quarto modo dicitur ius naturale præcepta naturalia, hoc est: Non furtum facies: Non mœchaberis. 32. q. 7. quod adulterio. Inst. de obl. quæ ex delic. nascitur in prin. & omne ius diuinū dr naturale ius, & secundū istud ius similiter oīa dūr cōia. i. cōicanda: bene enim fuit aliquid proprium* de iure diuino. nam ipsi Adæ fuit dictum. In sudore vultus tui uesceris pane tuo, & alibi: Non concupisces rē proximi tui. 20. dist. utrum. Similiter ius ciuile dicitur uariis modis. Quoq; dicitur ius ciuile illud ius, quod non est naturale,

* *Declaratur infra distin. 6 canon est peccatum. §. his itaq;*

* *Vide B. Tho. 2. 2. q. 57. ar. 8.*

f ¶ Coniunctio] si intelligas de cōiunctione corporum. secundū hoc est ius naturale proueniens ex sensualitate. Si intelligas de cōiunctione animorum 1, est ius naturale ex ratione proueniens. extra de biga. debitum.

g ¶ Successio. Non intelligas de successione, quæ fit per hæreditatem, cum illa nō sit naturalis: sed de successione per carnis propaginem. Vel etiam intelligi potest de illa, qua liberi iure naturæ succedunt parentibus. ff. unde lib. l. 1. & l. scripto. §. non sic.

h ¶ Educatio.] Patres enim thesaurizant filijs, non filij parentibus vt 16. q. 1. prædicator similiter filius patrem egentem cogitur alere. 22. q. 4. inter. & C. de alend. lib. l. 1. & 2. & in casu mater filium, & libertus patronū, ut ff. de lib. agno. si quis. §. ibidem in liberis & §. solent.

i ¶ Cōis omnium.] idest, nihil erat propriū alicui iure diuino 2. Vel dic cōis. cōicanda tpe necessitatis, ut 47. dist. sicut. nam etiam secundū legem Rhod. tpe periculi cibaria maxime erant communia, ut ff. ad le. Rhod. l. 2. §. cum in eadem naue in fi. 12. q. 1. dilectissimis.

K ¶ Capiuntur.] Hæc enim & alia, quæ in nullius bonis sunt, cedunt occupanti, ut insti. de re. diui. §. feræ.

l ¶ Itē depositæ. Fallit in duobus casibus, vt infra 22. q. 2. c. ne quis, & in dominus & deponens simul petūt rē, potius restituitur domino. ut ff. de po. bona fides.

m ¶ Commendata.] commendare idem est quod deponere ut ff. depo. Lucius Titius.

n ¶ Per uim] quod cuilibet licet, ut ff. de iust. iur. ut uim. in fi. extra de sent. excom. c. 2. §. si uero. in fi. De illa materia habes not. 23. q. 1. in summa. Ioan.

1 Sub de qua coniunctione est intelligēdum secūdum Ber. Filius egentem patrē cogit alere.

2 Concor. text. in l. cū hoc iure. cū ibi no. ff. de iust. & iur. Tpe necessitatis omnia cōicanda.

Ius

Ius ciuile.] CASVS. Dicitur hic ius ciuile, quod populus, vel ciuitas sibi proprium constituit causa Dei, vel hominum.
a ¶ Vel quæque ciuitas.] Sic aliqua ecclesia ius sibi statuit. vt j. d. 11. catholica & de cōsec. d. 3. pronunciādum.
b ¶ Di-

f ¶ Legatorum.] Si quis legatum, vel amicorum, uel hostium impedit, fm canones excommunicatur vt. 94. dist. si quis. 24. q. 3. si quis fm leges traditur hostibus, ut fit seruus illorum. ff. de lega. l. vlt. Ioannes Theutonicus.
g ¶ Alienigenas.] Vt 28. q. 1. cauc. & cap. seq.

¶ Quid sit ius ciuile. Cap. VIII.

Isid. eo. l. c. 5.

IVs ciuile est, quod quisque populus, vel quæque ciuitas [a] sibi proprium diuina [b], humanaque causa constituit. †

¶ Quid sit ius gentium. Cap. IX.

Isid. eod. l. c. 6.

† Concord. tex. in §. ius autem ciuile. Inst. de iure nat. gent. & ciui.

IVs gentium est sediū [c] occupatio, ædificatio, munitio, bella, captiuitates, seruitutes [d], postliminia [e], fœdera, paces, induciæ †, legatorum [f] non violandorum religio, connubia inter alienigenas [g] prohibita. Hoc † inde ius gentium appellatur, quia eo iure oēs fere gentes vtūtur.

† Concord. tex. in §. ius autem gentium, cum gl. in uerb. bella. Instit. de iure nat. gent. & ciui.

† *Et inde ius gentium, quia eo*] ori.

¶ Quid sit ius militare. Cap. X.

Isid. eo. l. c. 7.

IVs militare est belli inferendi solemnitas, fœderis [h] faciēdi nexus, signo dato egressio in hostem, vel pugnæ commissio, item signo dato receptio, item flagitij militaris disciplina, si locus diseratur [i], item stipendiorum modus [k], dignitatum [l] gradus, præmiorum honor, veluti cū corona, [m] vel torquens [n] donantur, item prædæ decisio, & pro personarum qualitatibus & laboribus † iusta diuisio, ac principis portio [o].

† *Laboris*] orig.

¶ Quid sit ius publicum. Cap. XI.

Isid. eo. l. c. 8. l. 1. §. Ius publicum. ff. de iust. & iur.

IVs publicum est [p] in sacris, & in sacerdotibus, & in magistratibus.

¶ Quid sit ius Quiritum. Cap. XII.

Isid. ibi. c. 9.

IVs Quiritum [q] est proprie Romanorum, quod nulli [r]

IVs militare.] CASVS. Hic ostendit Isidorus q̄ spectant ad ius militare: uidelicet belli inferendi solemnitates, fœderis faciendi nexus, &c.
h ¶ Fœderis.] Idest, pacis componendæ.
i ¶ Deseratur.] Secūdum canones, q fugit in bello publico, infamis est, ut 6. q. 1. infames. secundū leges capite punitᵣ, ut ff. de re mili. omne. §. qui acie. Ioannes Theutonicus.

Ponæ fugientis in bello.

k Modus.] inf. 12. q. 2. Vulterranæ. & infra. 16. q. ult. c. 1. & c. contra.
l Dignitatū.] Quis sit dignior, uel superior alio.
m ¶ Cum corona.] idest, maius munus.
n ¶ Vel torquēs.] Idest, minus munus.
o ¶ Ac principis portio.] Non ergo omnia, quæ capiuntur in bello, sunt principis: & sic est contra 23. quæ. 5. dicat. ubi dicitur, quod regis sunt omnia. Sed dic, quod principis sunt omnia quo ad tuitionem: sed ipse tenetur ea diuidere secundum merita personarum. 12. q. 2. Vulterranæ, & cap. concesso.

b ¶ Diuina humanaque.] Idest contemplatione Dei, de conse. d. 5. & hominum, ut ff. de fer. l. 1.

IVs gentium.] CASVS. Hic enumerantur 11. quæ procedunt a iure gentiū, scilicet sedium occupatio, &c. & dicitur ius gentium: quia fere omnes gentes indifferenter utuntur eo.
c ¶ Sedium.] s. hostium, ut 23. q. 7. si de rebus & q. 5. dicat aliquis. Inst. de re. di. §. item quę ex host. b. ff. de acq. re. do. naturalem. §. fi. Vel dic, sedium uocantiū, quę occupanti cōcedunt, ut Inst. de rer. diuis. §. ferę. Alioquin si propria auctoritate caperet etiam rem suam, cadit a dominio 1, ut inf. 16. q. 6. placuit. ff. qd met. cau. extat. C. unde ui. si quis in tantā. nisi forte alio modo nō posset eam consequi per iudicem, ut 23. q. 2. c. 1. & 2. & ff. quę in frau. cre. ait pretor. §. si debitorem Ioan.
d ¶ Seruitutes.] Alibi dicitur, φ seruitus sit inducta per ebrietatē. 35. d. sexto die. alibi uidetur inducta ex prescriptione septennij, ut dicam inf. dist. 5. ius autē, in summa. in glo. quæ incipit, a iudicijs. super illo uer. iustificationibus. sed dicitur inducta de iure gētium: quia ius gentium eam approbat: non φ eam primo inuenerit. Si ergo bellum iustum est, qui capitur, fit seruus capientis: ut 2. 3. q. 5. & secundum hoc peccat taliter captus, si recedat a dominio suo, ut 17. q. 4. si quis seruum, sed si bellum non est iustum, licitum est ei fugere dum potest, ut ff. de cap. nihil interest. Ioan.
e ¶ Postliminia.] Postliminium est ius, quo restituitur alicui res, quam per captiuitatem amiserat, ut 26. q. 3. prima actione & 34. q. 1. cum per bellicam. nisi sint arma, quæ non restituuntur, quia illa turpiter amisit, ut ff. de capti. l. 2.

1 Ad huius dicti declarationem, vide q̄d nota. extra de causa posses. & propric. pastoralis. in gl. sed nunquid. & in gl. sed si non potuit.

Captus in bello an licite possit aufugere.

IVs publicum.] CASVS. Ius publicum consistit in sacris, sacerdotibus, & magistratibus, quia si aliquis istos, uel alias publicas personas offendit, ius publicum est, & contra publicum facit, cum hæ personæ principaliter ad statum Reipublicæ spectent.
p ¶ Ius publicum est.] Vnde qui lædit sacerdotes, uel res sacras, ab omnibus tanquam pro publico crimine potest accusari. arg. 2. q. 1. in primis.

IVs Quiritum.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes: in prima dicitur, φ ius Quiritum est proprie Romanorum, quod nulli habent, nisi Romani, uel eis subiecti. In secunda parte dicitur, φ iure Romanorum agitur de legitimis hæreditatibus, de cretionibus, & tutelis, & de usucapionibus: quę omnia tātum Romanis competunt. Secunda pars ibi. [in quo.]
q ¶ Ius Quiritum.] a Quirino, idest, Romulo.
r ¶ Quod nulli.] Contra C. de Iudęis c. Iudęi. ubi dicitur, φ Iudęi utūtur Romano iure. Sed ibi oēs uocantur Romani subiecto Romano Imperio: prout dicitur. Proprium Romanorum est habere filios in potestate: sed etiam gentiles sunt sub Romano Imperio. nam Imperator est princeps totius mundi, ut 7. q. 1. in apibus. sed in diuersis prouincijs diuersi reges sub eo constituti sunt. 6. q. 3. scitote & ff. ad legem Rhod. de iac. qui leuande. & l. deprecatio. Qui ergo non uult esse sub Romano Imperio, nec hæreditatem habere potest, nec alia quæ hic de iure Romano enumerantur. argum. 8. distin. quo iure.

tinent, nisi Quirites, idest Romani †. ¶In quo agitur de legitimis hæreditatibus[a], de cretionibus[a], de tutelis de vsucapionibus[b], quę iura apud nullum alium populum reperiũtur, sed propria sunt Romanorum, & in eosdem solos constituta.

a ¶Cretionib.] *Ante legebat.* vel curationibus, vel de cõtractibus. *Emendatum est ex codicibus Isidori tam impressis, quam manuscriptis. Quid autem sit cretio, declarat Vlpianus in suis titulis, c. 22. & ipsemet Isidorus eo. lib. 5. Etymol. c. 14.*

Aleiatus 3. dispũct. c. 7.

DISTINCTIO II.

C Onstat[c] *autem ius Quiritum ex legibus, & plebiscitis, & senatusconsultis, & constitutionib. principum, & edictis † siue responsis prudentum.*

Ex Isid. ibid.

† antea legebatur, *ex edictis senatorum.*

Isid. eo. l. c. 10.

¶Quid sit lex. Cap. I.

LEx est constitutio populi[d], qua maiores natu[e] simul cum plebibus aliquid sanxerunt.

¶Quid sit plebiscitum. Cap. II.

PLebiscita sunt[f], quæ plebes tantum cõstituunt, & vocantur † plebiscita, quòd ea plebs sciat, vel quòd sciscitatur; & rogat, vt fiant.

Isid. eo. l. c. 14.

† *vernacula orig.*

¶Quid sit senatusconsultum. Cap. III.

SEnatusconsultum est, quod tantum senatores populis consulendo decernunt. †

Isid. eo. l. c. 12.

¶Quid sit constitutio, vel edictum. Cap. IIII.

COnstitutio, vel edictum est, [g] quod Rex, vel Imperator constituit, vel edicit.

Isid. eo. l. c. 13.

† antea legebatur, *edidit.*

¶Quæ sint responsa prudentum. Cap. V.

REsponsa[h] prudentum sunt, quæ Iurisconsulti respondere dicuntur consulentibus, vnde & responsa Pauli dicta. Fuerunt enim quidam prudentes, & arbitri æquitatis, qui institutiones † ciuilis iuris compositas ediderunt, quibus dissidentium lites, contentionesque sopirent[i].

Isid. ibi. c. 14.

† *al. constitutiones*

¶Quæ sint tribunitiæ, vel consulares leges. Cap. VI.

QVædã etiã leges dicuntur ab ijs, qui condiderunt.

Isid. ibi. c. 15.

---

a ¶ De legitimis hæreditatibus.] Ab intestato, vel ex testamẽto delatis. Et hæreditas est successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit tempore mortis, vel quod superest deducto ære alieno.

b ¶ De vsucapionibus.] vsucapio est acquisitio dominij per continuationem possessionis tẽporis lege diffiniti. ff. de vsu. l. 3. 1

C Onstat autẽ.] Hæc distinctio diuidit in duas partes. In prima parte ponit quinq; differentias sæcularium legũ. Secũda ibi, [Quædã.] Ioa. de Fant.

CASVS. In superiori distinct. facta fuit mentio de iure Quiritum. idẽ Gratianus annectit secundam distinctionẽ, in qua ostendit, quod ius Quiritum constet ex legibus, plebiscitis, & senatusconsultis, cõstitutionibus principum, edictis senatorum, & prudentum responsis. Interserit etiam de quibusdã legibus, quę a nominib. cõditorũ nominãtur, vt cõsulares, & tribunitiæ, &c. Et exẽpla ponit de singulis. Quatuor autẽ sequentia capitula plana sunt, & per te videbis.

c ¶ Constat.] In hac secũda distinctione agit, quæ sint partes, siue spẽs Romani iuris: agit ẽt quare leges cõsulares, vel tribunitiæ, vel aliæ sic sint appellatæ, &c.

d L Ex est.] Populi. olim populus statuit leges: sed hodie nõ: quia transtulit hãc potestatẽ in Imperatorẽ 2, vt Instit. de iure nat. §. sed quod principi. Vel dic, quod populus hodie potest, & quod dicitur ibi, transtulit, idest, concessit.

e ¶ Qua maiores natu.] Maiores natu dicuntur nobilitate, & antiquitate, dignitate, scientia, vt 2. q. 7. quæ tendum, & c. criminationes.

f P Lebiscita sunt.] plebiscita primo facta fuerunt propter discordiã, quæ fuit inter nobiles & plebeios, vt ff. de origine iuris. l. 2. §. eisdem temporibus.

g C Onstitutio, vel edictum est.] proprie dicuntur constitutiones principium, & edicta prætorũ 3. Dicitur etiam edictum iudicis, vt est citatio 24. q. 3. de illicita. ff. de re iudi. contumacia.

R Esponsa. CASVS. Dicitur hic, quod responsa sunt, quæ Iurisconsulti interrogantib. respondebant, vt fuerunt responsa Pauli. Fuerunt enim quidam prudentes electi æquitatis arbitri, qui responsiones suas ediderunt in scriptis, quibus dissidentium lites sopiebant.

h ¶ Responsa. Olim * licuit cuilibet totam hæreditatẽ suam relinquere alteri: sed Falcidius statuit, quod quarta pars hæreditatis deberet relinqui legitimis hæredibus. Est autẽ triplex. Falcidia. Vna est debita iure naturæ, quæ competit legitimo hæredi. Alia est debita iure institutionis, quam potest iure hæres institutus petere, cum tota hæreditas est exhausta. Io. Et istas duas potest hodie habere filius institutus, extra de test. Raynaldus. & ita cessat opi. dominorum. C. ad leg. Fal. quamq̃. B Tertia quæ dicitur quarta Trebellianica 4. & competit hæredi institut. qui rogatus est hæreditatem alteri restituere, vt legitur extra de test. Raynutius. Ioannes.

i ¶ Sopirent.] Nec enim licet iudici ab eorum responsis deuiare, vt inst. de iure natu. §. responsa.

Q Vædam etiam.] hæc est secunda pars distinctionis in qua ponit quasdam leges denominatas a conditoribus. Io. de Fan.

CASVS. Hic enumerantur septem leges denominatæ ano-

---

1 De hoc dic, vt plene not. 16. q. 1. in prin.

2 Adde an possit facere statutum, & si pñt: an principe existente in ciuitate non consentiente, not. Bal. in l. hominum. C. de lega.

3 De hoc nota. ff. de edil. edic. per totum. Laur.

4 Adde ad appel. Falc. nentiat Trebellianica. not. in l. 2. § quis. ali. testa. probi. & in l. 1. ff. de iure cod.

* *Hæc glossa est transposita: pertinet enim ad cap. primũ seq.*

† Tex. est simi. in §. sed ius quidem ciuile. cum glo. in ver. ius Quiritũ. & in versic. a Quirino. Insti. de iure nat. gen. & ciui.

† Concord. tex. in §. constat autem. versic. senatusconsultũ. cum glo. in ver. senatus. insti. de iur. nat. gen. & ciui.

nominibus conditorum, quarum quatuor Octauianum Cæsarem præcesserunt: tres autem fuerũt sub Octauiano Cæsare, scilicet Papius, & Poppæus, qui leges condiderunt, præmia pro suscipiendis, idest, susceptis liberis continentes, & Falcidius tribunus plebis, qui parentibus

b Satyra.] De hac satyra nihil habemus: sed tangitur in C. de lati. lib. l. vnica. in prin. & in proœmio digestorum. §. & antea. in fin. 2.

c Hodie.] Iniquissima est illa lex: scilicet φ patientibus naufragium inhabitatores ola auferant, vt ff. c. Modest in°. Sed hodie lex illa correcta est. C. de fur. Auth. naugia. & extra de consue. c. fin. immortales sunt excommunicati ipso iure, vt extr. de rap. ex communicationi.

2 Df. n. hæc lex de latina libertate esse, ξ quasi p satyram fuit introducta secundũ Hu. go.

vt Consulares, Tribunitiæ, Iuliæ, Corneliæ. Nam & sub Octauiano Cęsare suffecti cõsules Papius, α & Poppęus legem tulerunt, quę a nominib. eorum appellatur Papia Poppęa, continens patrum præmia [a] pro suscipiendis liberis. Sub eodẽ quoq; Imperatore Falcidius Tribunus plebis legem fecit, nequis plus extraneis β in testamẽto legaret, quàm vt quarta pars superesset hæredibus, ex cuius nomine lex Falcidia nuncupata est.

α ¶ Papius. *Antea legebatur* Papius, & Pompeius, *et paulo post*, Papia, & Pompeia. *Emendatum est ex manuscriptis exemplaribus Isidori. Nam in impressis notauerat errorem Alciatus lib. 3. disp. c. 3. in tabulis autem Capitolinis anno vrbis DCCLXI ex Kal. Iul suffecti consules numerantur M. Papius, Q. Poppaeus.*

β ¶ Extraneis. *Hæc dictio non est in Chronico Eusebij a B. Hieronymo latinitate donato, ac locupletato (vnde hoc videtur sumpsisse Isidorus) neque in l. 1. §. 2 ff. ad l. Falcid. vbi referuntur propria verba ipsius legis. Est tamen apud Isidorum etiam in codicib. manuscriptis.*

¶ Quæ sit lex Satyra. Cap. VII.

Isid. ibid. c. 16. † al. Satura.

Satyra † α [b] vero lex est, quæ de pluribus simul rebus loquitur, dicta a copia rerum, & quasi a saturitate, vnde & satyram scribere est poemata varia condere, vt Horatij, Iuuenalis, & Persij.

α ¶ Satyra.] *In aliquot Gratiani manuscriptis codicibus, & vno Isidori legitur*. Satura, *de qua ita Festus*. Satura est cibi genus ex varijs rebus conditum, & est lex multis alijs conferta legibus. Itaq; in sanctione legum adscribitur; neve per saturam abrogato, aut derogato. *& alia quædam in hanc sententiam.*

¶ Quæ sint Rhodiæ leges. Cap. VIII.

Isid. ibid. c. 17.

Rhodiæ [c] leges naualium commerciorum sunt, ab insula Rhodo cognominatę, in qua antiquitus mercatorum vsus fuit.

DISTINCTIO III.

Omnes [d] hæ spẽs secularium legum partes sunt. Sed quia cõstitutio alia est ciuilis alia ecclesiastica ciuilis vero forẽse, vel ciuile ius appellatur quo nõie ecclesiastica cõstitutio appelletur, videamus Ecclesiastica cõstõ canonis nõie cẽsetur. Quid autem sit canon Isidorus in lib. 6. Etymologia. c. 16 declarat dicens.

Omnes hæ.] Hęc distin. diuiditur I tres partes. In prima probat quid sit canon. Secunda ibi. [Porro.] Tertia, ibi. [Officium.] Ioã. de Fant.

CASVS. Ab illo cap. Ius autem naturale. assignauit partes legum sæcularium: sed quia constitutio alia est ciuilis, quæ ius ciuile, vel forense appellatur: alia ecclesiastica, de qua principaliter intendit tractare, iõ supponit dist. 3. in qua ostendit quo nomine lex ecclesiastica censeatur, & dicitur nomine canonis cẽseur. Interserit etiã quid sit priuilegiũ, & quod sit officium legis. Casus autem sequentis cap. patet per se.

d Omnes.] Sed q̃a sup. tractauit de speciebus sæculariũ legũ, modo vult tractare de ecclesiasticis cõstitutionib. q̃ varijs nominib. appellãtur. qñq; illud appellatur canõ, qñ que decretũ, qñque decretalis epistola. Canõ dicitur id, qđ statuitur in vniuersali cõcilio. extr. de biga. altercationis. Decretum dicitur, qđ Papa statuit de consilio Cardinaliũ suorum ad nullius consultationem. Decretalis epistola dicitur, quam statuit Papa vel solus, vel cum Cardinalibus ad consultationem alicuius. 50. distin. hoc ad nos. 10. dist. si Romanorum. Item adhuc alias inuenimus appellationes canonicæ constitutionis, vt dogma, mandatum, interdictum, sanctio. vt 25. q. 2. si quis dogmata. Dogma est, quod consistit in doctrina fidei Christianæ. 23. dist. qui episcopus. Mandatum, quod consistit in doctrina de moribus 1. dist. his igitur. Interdictum, in quo nulla pœna adijcitur 32. dist. interdixit. Sanctio, vbi pęna adijcitur, 36. dist. c. 2.

bus permisit facere de sua substantia quicquid vellent, & extraneis relinquere, præter quartam quam suis hæredibus relinquere tenentur iure naturæ. Casus autem duorum seq. cap. planus est, & per te pone.

a ¶ Præmia.] Hæc fuerũt præmia, quod si quis haberet Romæ tres filios, in Italia quatuor, in prouincia quinque, non poterat vocari ad onus tutelæ. I Insti. de excu. sa. tut. in princ. Vel aliter constitutum est, φ si quis hẽt minus q̃ xxv. ann. excludit ab honoribus: si esset xx. an. & hẽret quinq. filios, numerus filiorũ supplebat numerũ annorũ. ff. de mu. & ho. l. 26. & ff. de mino. l. 2.

1 Et habere præmisi. C. qui morbo se excu.

a CAnon.] Habet autem canon sub se quatuor species, vt 25.q.2.si quis dogmata.

REgula.] CASVS. Regula dicta est, eo quod recte ducit: nec aliorsum nos trahit, quã ad rectitudinem. Alij dixerunt regulam esse eo quod regat, vel quod normam viuendi præbeat, vel prauum corrigat.

b ¶ Aliorsum.] Ergo si regula nunquam trahit aliorsum, omnis regula est ius: male ergo dicit lex, quę ita diffinit regulam. Regula est quæ rem breuiter enarrat, non vt ex ea ius fiat. ff. de reg. iu. l. j. Ad hoc dicas, quod si illud appellas regulã, in quo aliquid gñaliter statuitur non adiunctis exceptionibus, secundu hoc ex regula non sumitur ius: & [illegible] in se suas exceptiones, sm hoc regula nunquã fallit: & [illegible] hic.

[illegible] hæc est 3. pars [illegible] & generalia, & priuilegia. Ioan. de Fan.

CASVS. [illegible] Grat. [illegible] alij [illegible] Pontifi[illegible] alij sunt statuta [illegible] vniuersalium, alij sunt statuta prouincialiũ conciliorũ, quæ quandoque fiũt auctoritate Papę; vel patriarcharũ, vel archiepiscoporũ: & hæc quidẽ generales regulæ dicuntur. Sunt autem quędam priuatæ leges, quæ priuilegia appellãtur. & ad hoc inducit seq. c. cuius casus planus est.

nes exempti a iure communi: siue sit collegium, siue aliqua specialis persona. 7.q.1. petisti. Hic patet ratio quare verba posita in priuilegijs potius ponuntur causaliter quàm conditionaliter, cum dr̃. sicut iuste possides, si illud verbum inuenis in priuilegio exponas, sicut, pro quia: & hac ratione, quia cũm priuilegium sit lex, & lex dẽt esse certa, vt j. dist. 4. c. erit. & verba priuilegij debẽt esse certa. a hãc rõnem assignat Inn. ext. de verb. sign. abbate. & super uerb. præteriti tp̃is morã.

Priuilegiarũ uerba causaliter ponẽda sunt.

¶ Quid sit canon. Cap. I.

CAnon [a] græcè, latinè regula nuncupatur.

¶ Vnde dicatur regula. Cap. II.

REgula dicta est eo, quod recte ducit, nec aliquando aliorsum [b] trahit. Alij dixerunt regulam dictã, vel quod regat, vel quòd normam rectè viuendi præbeat, vel quòd distortum, prauumque † corrigat.

Isidor. ibidem.

† prauumque quia] orig.

2 Porro canonum alij sunt decreta Pontificũ, alij statuta cõciliorum. Conciliorum vero alia sunt vniuersalia, alia prouincialia. Prouincialiũ alio celebrantur auctoritate Põtificis Romani, præsente videlicet legato [c] sanctæ Romanæ Ecclesiæ: alia vero auctoritate patriarcharũ, vel primatuũ, vel metropolitanorũ eiusdem prouinciæ. Hæc quidem de generalibus regulis intelligenda sunt. Sunt autem quedam priuatæ leges tam ecclesiastice, quam sæculares, quæ priuilegia appellantur.

De quibus 5 lib etymolog. c. 18 Isidorus ait.

¶ Quid sit priuilegium. Cap. III.

PRiuilegia sunt leges priuatorum, [d] quasi priuatę leges. Nam priuilegium α inde dictum est, quòd in priuato [e] feratur.

α ¶ Priuilegiũ.] *Cicero 3 lib de legib. hac hñt:* Maiores nostri in priuatos hoies leges ferri noluerũt; i. enim priuilegium. *Verum non semper eadem notione hanc vocem vsurpari solitam fuisse Budæus & alij notarunt.*

3 Officiũ vero sæcularium, siue ecclesiasticarũ legũ est, præcipere qđ necesse est fieri β aut prohibere qđ malum est fieri, vel permittere licita ut præmium petere; vel ẽt quædam illicita, ut dare libellum repudij ne fiant grauiora. Vnde in eod. lib. c 19 Isidorus scribit, dicens.

β ¶ Fieri.] *Quæ sequuntur, in aliquot vetustis codicib. sic habẽt*, prohibere, quod malum est fieri; permittere vel licita, vt præmium petere, vel etiam quædam, &c.

¶ Quod sit officium legis. Cap. IV.

OMnis autẽ lex aut permittit [f] aliquid, vt vir fortis

c ¶ Legato.] Ad hoc specialiter destinato, licet enim aliquis sit generalis legatus, non tamen potest facere generale, vel etiam prouinciale concilium: quia ea quæ specialiter Romano Pontifici conceduntur, mandata generali iurisdictione, non transferuntur, vt extra de off. leg. quod translationem, & mandata generali iurisdictione, concilium non potest exercere is, cui mandatur, ut ff. de off. eius cui mand. est iu. l. 2. Sed nunquid Metropolitani in suis concilijs possunt condere canones? Nõ videtur, vt inf. 17. dist. nec licuit. & c. seq. Arg. cõtra inf. 11. dist. catholica. & de conse. dist. 3. c. 1. Dicas, 1 quod de paruis negotijs, & de his quæ spectant ad onus, possunt condere canones, de magnis rebus non possunt vt 17. d. multi. & 24. q. 1. quotiens.

Legatus utrũ possit concilium facere.

Metropolitani vtrũ possint canones condere.

1 Hanc sententiã hic tenet Hug. no. 18. di. i sum.

ADDITIO. Et de hoc not. 18. dist. in summa. & hæc sequitur de verbo, ad verbum. Ioan.

d PRiuilegia.] Priuatorum.] Priuati dicuntur propriè qui non sunt constituti in aliqua dignitate, vt 25. quæst. 1. qui contra. Sed hic priuati dicuntur om-

Priuati dupliciter dñr.

2 Alias inutile esset priuilegiũ his. arg. ff. de leg. l. si quã. Io.

e ¶ In priuato.] idest, in priuatis.

OFFICIVM.] Hæc est 3. pars in qua dicit quid sit officium legis. Ioan. de Fant.

CASVS. Dicitur quòd officium legis est præcipere necessaria, prohibere mala, permittere licita, & quandoque illicita, ne grauiora fiant.

OMnis autem.] CASVS. Dicitur hic quod quadruplex est officium legis: aut enim permittit aliquid, ut si uir fortis præmium petat, aut vetat, ut monialiũ, petere nuptias, aut punit, vt qui cædem fecerit capite plectatur; aut præcipit, ut diliges dominum Deum tuum.

f ¶ Permittit.] Tribus modis dicitur aliquid permitti. Vno modo quod nullo iure prohibetur, vt secũdas nuptias contrahere, ut 31. q. 1. hac rõne. Secũdo mõ quod contra cõstitutiones humanas indulget, ut cõtrahere in quinto gradu, & 35. q. 3. quædã. & est hæc uera permissio &c.

Promissio sit tripliciter.

-tio: & dr absoluta permissio. Tertio modo dicitur illicitum permitti, ut magis illicitum vitetur, vt commessationes die Dominico, ut dist. 4. denique. & permittitur adulterium ne fiat homicidium, vt 33. q. 2. si quod uerius, & permittitur subdiacono habere vnam feminam ne pec-

petat præmium; aut vetat, vt sacrarum virginũ nuptias nulli petere liceat, aut punit, vt qui cædem [a] fecerit [b] capite plectatur: eius [c] enim præmio [d], aut pœna vita moderatur [e] humana, diuina autem præcipit [f], vt [Diliges Dominum Deum tuum.]

¶ Diuina.] *Hinc vsque ad finem non sunt in codicibus Isidori, neque in aliquot exemplaribus Vaticanis Gratiani. In alijs uero omissa uoce*, diuina, *legitur*, aut præcipit, vt diliges Dominum Deum tuum.

Deut. cap.

DISTINCTIO IIII.

1 C*Ausa* [g] *vero constitutionis legum est, humanam coercere audaciam, & nocendi facultatem refrenare: sicut in eod. lib. c. 20 Isidorus testatur dicens.*

¶ Quare leges factæ sunt. Cap. I.

FActæ sunt autem leges, vt earum metu humana coerceatur [h] audacia, tutaque [i] sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur nocendi facultas.

Iuo p. 4. c. 168. Pann. li. 2. c. 142.

2 *Præterea in ipsa constitutione legum, maxime qualitas constituendarũ est obseruanda, ut contineant in se honestatem, iustitiam, possibilitatem, conuenientiam, & cætera quæ in eod. lib. Isidorus enumerat dicens.*

¶ Qualis debeat esse lex. Cap. II.

ERit autem lex honesta [k], iusta [l] possibilis [m] secũdũ naturã [n], secundũ patriæ consuetudinẽ [o], loco [p] tẽporique [q] conueniens, necessaria [r], vtilis [s], manifesta. [t]

g ¶ Causa.] Hic intitulatur 4. dist. in qua ostendit qualiter leges sint inuentæ. Secundo ostendit quæ sint cõsideranda in constituendis legib. Vltimo ostendit quasdã leges esse abrogatas per contrariam consuetudinem.

FActæ. CASVS. Quæsitum fuit ab Isido. quare leges sint factæ & institutæ: & respondet. q̃ triplici de causa factæ sint. Vna, vt earum metu humana audacia coerceatur. Secunda, vt tuta sit inter improbos innocentia. Tertio, vt vnius supplicio aliorum facultas nocendi refrænetur.

h ¶ Coerceatur.] nã per leges nemo cogitur bene facere, sed male facere ꝓhibet. vt 23. q. 5. ad fidem.

i ¶ Tutaque.] idest, vt boni inter malos quietè viuãt, vt 23. q. 5. nõ frustra. Ioã.

PRAETEREA. Hæc est 2. pars dist. i qua ponit 8. quæ sunt seruanda in legibus promulgãdis Ioan. de Fan.

CASVS. Modo dicit Gra. quæ sint illa, q̃ in lege constituẽda cõsiderãtur. vt contineat, &c. & ad hoc inducit c. seq.

ERit.] CASVS. In hoc cap. enumerat Isidorus 8. quæ lex in se continere debet, ita quod hæc, scilicet patriæ, loco, tempori uere conueniens, pro uno ponãtur, scilicet honesta, iusta, possibilis, &c.

...ne peccet cum pluribus, ut extra qui cler. vel vo. significauit. & hæc dicitur comparatiua permissio. 1 sed potius appellatur tolerantia, quam permissio, & secundum hanc permissionem dicit canõ. q̃ ea, quę permittimus, nõ approbamus, ut 31. q. 1. hac ratione & secundũ hãc permissionem dicit decre. quod multa toleramus, quæ si in iudicium deduceremus, cassarentur, vt extra de præben. cum iam dudum.

2 Permissio cõparatiua. 1 De hoc loquitur 26. q. 2. hi qui.

a ¶ Vt qui cædem.] Sed nunquid iudex ecclesiasticus potest taliter dictare sententiã in causa sanguinis? cum nec causis sanguinũ possit interesse, ut 23. q. 8. his à quibus? Sed dic quod iudex ecclesiasticus potest dicere ius interroganti: sed nõ potest illud præcipere vel consulere sic 5. q. vlt. declaratori. 23. q. vlt. pessimã. Ioan. sed videtur hodie correctum de excess. præla. ex literis. B.

Iudex ecclesiasticus an de causa sanguinis se intromittat.

b ¶ Fecerit.] Vt de pœnit. dist. si quis cum telo.

c ¶ Eius.] idest, legis.

d ¶ Præmio.] idest permissione.

e ¶ Moderatur.] Passiuè.

f ¶ Diuina autem præcipit.] Hoc respicit superiora.

CAusa.] Hæc dist. diuiditur in quatuor partes. In prima quæritur quare sint factæ leges. Secunda ibi. [Præterea.] Tertia ibi. [Ideo autem.] Quarta ibi. [Hæc etsi,] Io. de Fan.

CASVS. Dixit supra quod sit legis officium. in hac 4. d. ostendit ad quid sit lex instituta, & quid in ea contineatur, & quando instituitur: & quod etiam quædam capitula sunt abrogata.

k Honesta.] quia in iure non tam desideratur iustitia, quàm honestas. 5. q. 3. porro.

l ¶ Iusta.] Aliter enim non est ius, nisi sit iustum, ut su. dist. 1. ius generale.

m ¶ Possibilis.] Quia si de impossibilitate legis quis transgrederetur, frustra imputaretur ei ad pęnam, ut 15. q. 1. non est 23. q. 4. Nabuchodonosor. & ff. quando appella. sit l. 1. §. dies autem istos.

n ¶ Secundum naturam.] idest naturalem rationem. sup. dist. 1. consuetudo. Ioan.

o ¶ Secundum patriæ consuetudinem.] Quia si est contra consuetudinem inhabitantiũ, per contrariam consuetudinem abrogatur, ut inf. eo. §. leges. & cap. statuimus. Item quia consuetudo interpretatur legem, ut extra de uerb. sign. abbate. ff. de legib. cum de consuetudine, & l. si d. interpretatione.

p ¶ Loco.] Quia in aliquibus locis aliqua statuuntur, quæ alibi non reciperentur, ut 31. dist. ante. & c. aliter. Item in iure constituendo consideranda est vicinitas locorum vel remotio. ut 63. dist. cum longe.

q ¶ Temporiq.] Omnia enim debent conuenire suis temporibus, ut 23. q. 4. si ecclesia & 2. q. 1. si peccãuerit.

r ¶ Necessaria.] Quia non nisi instante necessitate ius statui debet, ut 29. dist. regulæ.

s ¶ Vtilis.] Quia inutilis esset abijcienda. 68. d. chorepiscopi. 12. dist. omnia.

t ¶ Manifesta.] 4. q. 3. non in testibus.

a ¶ Captio-

1 Vide quod a ¶ Captionem.] ne aliquis captiose possit eam interpretari, vel etiam ne alicui laqueus paretur per eã 1, 27. q. 1. de viduis. Ioan.

b ¶ Priuato.] Tunc enim esset priuilegium.

IDEO AVTEM. Hæc est 3. pars dist. in qua posuit, ꝙ leges per desuetudinẽ abrogantur, & per consuetudinem confirmãtur, & hoc probatur per 4. auctoritates. Ioan.

CASVS. Dicit Grat. ꝙ ideo ista in lege cõsiderãt statuẽda: quia cum institutæ fuerint, nõ erit liberum de ipsis iudicare: sed postquam institutę fuerint, minori iudici nõ licebit iudicare de ipsis. sed scd̃m ipsas. & ad hoc iducit cap. seq.

IN istis.] CASVS. Dicit Aug. ꝙ quãdo leges instituunt potest quis de ipsis iudicare: sed postq̃ institutę fuerint, minori iudici non licebit de ipsis iudicare sed secũdum ipsas.

c ¶ Iudicent.] cum ergo Papa vult condere canones, episcopi pñt contradicere. & dicere; canon iste non cõuenit cõsuetudini regionis nostræ, ut supra, capit. proxi. Sed nunquid potius stabitur sententiæ Apostolicæ, vel omniũ ep̃orum? videt ꝙ omniũ episcoporum: quia orbis maior est urbe, ut 93. dist. legimus. Arg. ꝙ sententia Papæ preualet, 35. q. 9. veniam. nã etiã errorß principis ius facit, vt ff. de sup. leg. l. 3. i fi. Dicas. ꝙ sententię Papę stabitur cõtra omnes. 9. q. 3. nemo, &c. cũcta. nisi cõtra fidem diceret, 25. q. 1. sũt q̃dã.

cum non possit condere canonem? maxime ex quo tota potestas translata est in principem. ff. de constitutionibus principum. l. 1. Sed dic, quod nõ potest abrogare nisi per expressum consensum Papę, ut extra de præbẽ. cum iam dudum. licet quidam dicant, quod sufficeret sola scientia Papæ. Io. Sed crẽdo, ꝙ consuetudo rationabilis & præscripta tollat leges, ut extra de consue. cap. ult. etiam sine scientia principis. difficile enim esset cum omnes consuetudines quæ seruantur, scire. B.

quoque, ne aliquid per obscuritatem in captionẽ a * cõtineat, nullo priuato b commodo, sed pro communi ciuium vtilitate conscripta.

a ¶ In captionem.] *Antea legebatur*, incautum captione. *Restituta est vera lectio ex codicibus Isidori manuscriptis, lib. 5 c. 21. & ex impresso etiã lib. 2 cap. 10. ubi eadẽ scribũtur partimque ex antiquis Gratiani exẽplaribus à quibus abest dictio*, cautum. *Simili vero locutione vtitur Paulus lib. 5. sent. tit. 31. c. 2.* Ne quis, inquit, in captionem verborum in cauendo incidat.

3 Ideo autem in ipsa constitutione ista cõsiderãda sunt, quia cum leges institutæ fuerint, non erit liberum iudicare de ipsis: sed oportebit iudicare secundum ipsas.

Vnde Augustinus ait in libro de vera religione, c. 31.

¶ De legibus tunc est iudicandum, cum instituuntur, non cum institutæ sunt. Cap. III.

IN istis temporalibus legibus, quamquam de his homines iudicent c cum eas instituunt, tamen cum fuerint institutæ, & firmatæ, non licebit d iudici de ipsis judicare, sed secundum ipsas.

Iuo p. 4. c. 169. Pann. l. 2. c. 148.

Leges instituuntur, cum promulgantur. firmãtur, cũ moribus utentiũ approbãtur. Sicut enim moribus utentiũ in cõtrarium nonnullæ leges hodie abrogatæ e sunt, ita moribus utentium ipsæ leges confirmantur. Vnde illud Telesphori Papæ (qui decreuit ut generaliter clerici à quinquagesima β a carnibus, & delitijs ieiunent) quia moribus utentium approbatum nõ est: aliter agentes, transgressionis reos non arguit.

Telesphorus vrbis Romæ episcopus omnibus episcopis. epist. 1.

β ¶ Quinquagesima.] *Post hoc verbum in codicibus impressis sequebatur*, ieiunandi propositum susciperent, & a carnibus, & delitijs abstinerent: *sed omnes fere manuscripti habent eo modo, quo restitutum est.*

¶ Septem hebdomadibus a carne & delitijs ante Pascha clerici abstineant. Cap. IIII.

STatuimus, vt septẽ f hebdomadas plenas ante sanctũ Pascha oẽs clerici in sortem Domini uocati à carne †

Iuo p. 4. c. 25. Pann. l. 2. c. 174.

† *al. carne, & delicijs.*

d ¶ Non licebit.] argum. quod semel est approbatum, nullomodo non potest reprobari, ut 8. q. 2. dilectissimi, & c. licet. & 32. q. 5. horrendus. 2. Ioan. Nisi ex noua causa. extra de offi. deleg. cap. insinuante.

LEGES CASVS. Iste §. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod leges instituuntur, cum promulgantur: & confirmantur, cum moribus utentiũ approbantur. In secunda parte, quæ incipit ibi. [Sicut.] dr̃, quod sicut leges moribus utentium confirmantur: ita quædam leges sunt per desuetudinem abrogatæ: sicut, & illud Thelesphori abrogatur, quod dixi de proposito ieiunandi suscipiendo a clericis a quinquagesima. & ad hoc inducit seq. cap.

e ¶ Abrogatæ.] Abrogare est in totũ tollere legẽ derogare est pro parte detrahere legi, vt ff. de uerb. signi. derogatur, sed qualiter potest populus abrogare canonẽ,

STatuimus.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima dr̃; quod clerici dẽnt incipere ieiuniũ à quinquagesima: vt clericorum uita a laicali discernatur. In secunda parte, q̃ incipit ibi, [Has ergo] dr̃, ꝙ per septẽ hebdomadas ante Pascha clerici ieiunando hymnis, vigilijs, & orationibus insistere dẽnt die noctuque.

f ¶ Statuimus vt septẽ.] Istis duobus cap. ob. Inf. de cõsec. dist. 5. a sacerdotibus. ubi quadragesima præcipitur seruari. Sed dic, ꝙ istud c. non tenet, quia hodie quinquagesima nõ seruat, cũ ipsa celebretur post Pascha. Io.

f ¶ Statuimus.] idest, abrogamus; vel ponitur statuimus pro consuluimus.

a ¶ Cleri-

Margin notes:

1 Vide quod anno. 14. q. 3. plerisque & ff. de le. contra lege Io. de Pant.

Ius inducitur primo quã postea, ad hoc arg. 31. dist. Nicæna. nam multa impediũt promouendum, & ca. 15. q. 1. c. §. secundum Lau.

Papæ sententia præfertur sententiæ omnium episcoporum.

a Vnde dicas, ꝙ hæc litera loquitur de inferiori iudice: nã si inferior iudex vellet aliquid proponere quære lex illa non deberet condi. faci-

Quinquagesima hodie non seruatur

a Clericorum.] aliàs viles reputentur. 1. quæst. 1. uilissimus.

QVadragesima.] CASVS. istius cap. patet per se. Et hec duo cap. abrogata sunt sicut, & seq. c. in prin. & hoc dicit sequens §. quod similiter. Denique.

in fi. cap. quærebatur an vino sit utendum, & respondet quòd sic, ut tamen ebrietatem uitemus.

b ¶ Dignitas.] Hic habes, quod quilibet ordo ecclesiasticus dicitur dignitas uel honor, ut 1. quæst. 1. reperiuntur quandoque sæculares potestates dicuntur dignitates. 23. q. 5. administratores quandoque constâtes homines dñr habere dignitatem, secundum, quod sera ui dñr habere dignitatē, ut ff. de usufr. sed, & si quid. §. j. Et ex hoc patet clericos nō esse priuatas personas: cum illæ solæ dicātur priuatę personæ, quę non habent dignitatem, ut 24. q. 1. qui contra.

c ¶ Ad pensum.] id est, ad quantitatem 1 ut sint duę partes.

d ¶ Sicut loco.] id est, dignitate. Et est hic arg. quod qui præcedit aliū dignitate, debet ēt præcedere in aliis, ut 1. q. 3. vilissim9 lo.

e ¶ Dominica.] carnispriuij.

f ¶ Hęsitamus.] non quid iuris sit, sed quid statuendum sit, ne scandalum oriatur. C. de testa. l. omniū. 1. q. 2. quam pio.

g ¶ Et sæculares.] & pro idest.

h ¶ Consuetudine.] argu. quod consuetudo excusat in delictis, ut hic, & 32. q. 4. obij ciuntur, & extra de tēp. ord. sane. 2. Sed contra, consuetudo nō minuit peccatū, sed auget, ut 24. q. 1. schisma 32. q. 7. flagitia. extra de si. non satis 3. imò consuetudo ueniale peccatū facit mortale, ut 25. d. unum oratiū. §. criminis Sol. consuetudo excusat a pena temporali, sed nō a gehennali.

& plenitudo ei[a].] Pauperes & diuites Deus de vno limo fecit: & pauperes & diuites vna terra supportat. Iure tamē humano dicit†; hæc villa mea est; hæc domus mea; hic seruus meus est[a]. Iura† autē humana, iura Imperatorū sunt: quare? Quia ipsa iura humana per imperatores, & reges sæculi Deus distribuit generi humano. *Item ibidem paulo inferius.* ¶ Tolle β iura Imperatorum; & quis audet dicere, mea est illa villa, aut meus est ille seruus, aut domus hęc mea est†: si autem, vt teneātur ista ab hominibus, regū iura fecerūt, vultis, vt reticeamus leges, vt gaudeatis [b]? *Item ibid. paucis interiectis.* ¶ Legantur leges[c], vbi manifestè præceperunt Imperatores, eos †, q. præter ecclesiæ catholicæ communionem vsurpant, sibi nomen Christianum, nec volunt in pace colere pacis auctorem, nihil nomine ecclesiæ audeant possidere[d]. Sed quid nobis & Imperatori? Sed iam dixi, de iure humano agitur, & tamen Apostolus voluit seruiri regibus, voluit honorari reges, & dixit[Reges reueremini] Nolite dicere[e], qd mihi, & regi? Quid tibi ergo & possessioni. Per iura regum possidentur possessiones. Dixisti, quid mihi, & regi? Noli dicere possessiones tuas: quia ipsa† iura humana renunciasti, quibus possidentur possessiones.

α ¶ Ecclesiæ] *Hæc dictio nō est apud B. Augustinū: Nā ibi agit cōtra Donatistas, q. legib. Imperatorum villas sibi adēptas & Ecclesiæ catholicæ attributas esse q̄rebātur. Quare, cū Donatistæ dicerēt.* villas nostras tulerūt: fundos nostros tulerūt, *vt eos ipse cōuincat nullū ius in illis habuisse, aut hēre, q. busdā p̄positis addit ista.* Quo iure defendis villas? diuino &c. *Et inf. 11. q. 1. c. si q̄ cāa vbi Gratian' citat initiū hui' capitis, ista dictio, Ecclæ, nō ht, est tn̄ apud Anselmū, Iuonē & ī Pānormia locis īdicatis.*

β ¶ Tolle] *Qm̄ glossa obstitit, ne oīa emēdarētur aut aderentur, q. uq; addenda videbātur, placuit integrū apponere locū B. Aug. Apud ipsū igitur post ver.* humano *antecedētis paragraphi, hæc sequūtur,* Vultis legam' leges Iurisperitorū? & scdm ipsas agamus de villis? Si iure humano vultis possidere; recitem' leges Imperatorū: videamus, si aliqd voluerint ab hereticis possideri: Sed qd mihi est Imperator? scdm ius ipsius possides terram. Aut tolle iura Imperatorū, & qs audet dicere, mea est illa villa, aut meus est ille seruus, aut domus hęc mea est? Si aūt vt teneātur ista ab omnibus, iura acceperūt regū, vultis recitemus leges, vt gaudeatis, qa vel vnum hortū habeatis, & non imputetis nisi mansuetudini columbę, quia vel ibi vobis permittitur permanere? leguntur enim leges manifestæ, vbi præceperunt Imperatores, &c.

a *Dignitate vero i' naturale similiter præualet cōsuetu-*

1 Illud hic elicitur secundū illam expōnē, quæ fit sup. ea in ver. defendis. i. petis. secundū Io. de Fant.

2 Vbi de hoc & 2. q. 6. decreto.

Gen. 2.

† dicit] orig. † Iure ergo humano, iure Imperatorum: quod vel orig.

Cod. lib. 1. tit. 5. cap. 2. & Cod. Theod. lib. 16. ti. 5. c. 3. 52. 54.

† al. vt.

1. Pet. 2.

† ad ipsa] orig. & Iuo.

† Concord. text. in l. ex hoc iure. cum ibi non ff. de iust. & iur.

constitutio.vel consuetudo est contra illud ius, est irrita. & ad hoc inducuntur omnia,c.seq.

QVe contra.]C A S V S. Dicitur in hoc c.ꝙ flagitia, quæ sunt contra mores hominum vitari debent: ita, vt pactū hominum,vel consuetudo ciuitatis seruetur, nec ab aliquo violetur: sed perpetua gaudet firmitate: Si tamen Deus iubet aliquid fieri contra pactum, vel consuetudinem, ei est obtemperandum:nam si regi est obtemperandū in regno, vel ciuitate sua,multo fortius regi vniuersæ creaturæ est obediendum.

dini.& constitutioni.Quacunque enim,vel morib. recepta sunt, vel scriptis comprehensa:si naturali iuri fuerint aduersa,vana & irrita habenda sunt.

Vnde Augustinus ait,lib.3.confess.c.8.

¶Aduersus naturale ius,nulli quidquam agere licet. Cap. II.

Iuo p.4.c.178.

QVę contra mores[a] hominum sunt flagitia [b] pro morum diuersitate[c] vitanda sunt, vt pactum inter se ciuitatis,aut gētis consuetudine,vel lege firmatum,nulla ciuis, aut peregrini [d] libidine violetur. Turpis enim omnis pars est suo vniuerso nō congruens. Cum autem Deus aliquid cōtra morem,aut pactum quorumlibet iubet;etsi nunquā ibi factum est, faciendum est:& si omissum,instaurandum est:& si institutum nō erat, instituendum est.Si enim regi licet in ciuitate,cui† regnat, iubere aliquid,qđ neque ante illum quisquam, nec ipse vnquā iusserat, & non contra societatem ciuitatis eius obtemperatur, imò[e] contra societatem non obtemperatur(Generale[f] quippe pactum est societatis humanę obedire regibus suis)quanto magis Deo regnatori vniuersę creaturę suę,ad ea quę iusserit,sine dubitatione seruiendum est?sicut[g] eñ in potestatib.societatis humanę maior[h] potestas minori ad obediēdū ꝑponitur, ita Deus omnibus.

† al. in qua.

Item Nicolaus Papa Igmaro Remensi archiepiscopo.

¶*Caput hoc est ex epistola Nicolai q̃ īcipit*,Epistola beatitudinis tuę,*extatq. vna cū alijs eiusdē & aliorū Pontificū epistolis manuscriptis Romæ in Bibliotecha Monasterij Dominicanorū ex qua hoc caput emendatum est.*

¶Radicitus est euellenda perniciosa consuetudo. Cap. III.

Iuo p.4.c.203. Pann.l.2.c.28.

MAla consuetudo [i], quæ non minus [k] quam perniciosa corruptela† vitanda est,nisi citius radicitus euellatur,in priuilegiorū ius ab improbis assumitur: & incipiunt præuaricationes, & variæ† præsumptiones celerrime non compressæ,pro legibus venerari, & priuilegiorum more perpetuo celebrari.

† al. vana.

† Concord. tex.in Auth. habita. cum in gl. in ver. peruersa cōsuetudine. C.ne fil. pro pat. & in c. Maffana, de elect.

Item Augustinus li. 3. de baptismo contra Donatistas, cap 6.

Sub persona Libosi Vagensis. Iuo p.4.c.209. Pann.l.2.c.165. inf. ea.c. qui contempta ibid. c. 8. sub persona Fælicis a Buslacensis.

¶Veritati & rationi consuetudo est postponenda. Cap. IIII.

VEritate[l] manifestata, [m] cedat consuetudo veritati: plane rñdeo,q̃s dubitet[n] veritati manifestatæ debere cōsuetudinē cedere? *Item*.Nemo cōsuetudinē rōni,

a ¶ Mores.] Bonos.

b ¶ Flagitia. idest quasi flagitia,32.q.7.flagitia.

c ¶ Diuersitate. idest aduersitate.Io.

d ¶ Aut peregrini. Nunquid ergo peregrini,& scholares teneantur sequi consuetudinē illorū inter quos commorantur? Ar.vr hic.ꝙ sic : & 12.d.illa.& 41. dist.c. 1. Arg. contra quia viatores non sortiunt forū illius loci ꝑ quē transeunt.vt ff.de iud.hæres.§.2.Et est arg. quod soli perpetuo habitantes obligantur legi ciuitatis, vt ff. de iudic[illegible].

e ¶ Immo.]q.d. non est contra pactū humanæ societatis ei obtemperare,immo ſm pactū:quia in oi pacto semper ītelligit excepta maioris auctoritas, vt extra de [illegible] iur. veniētes.

f ¶ Generale.]Idest generalis lex.

g ¶ Sicut. In hoc facit ad propositū: qa id qđ Deus præcipit cū sit de iure naturali, præfertur consuetudini,vel constitutioni.

h ¶ Maior.] Ergo magis obedit.Monachus episcopo quā Abbati 2. quod falsum est, ut 18. dist. ca.1. & 2.ſ d de hoc dic.vt not. 11. q. 3. qui resistit.

MAla.] CASVS Quædam praua consuetudo inoleuit in Archiepatu Remeñ. quare Papa præcipit.Igmaro Remeñ. archiepō, vt illā cōsuetudinē tollat:quia nisi illa cōsuetudo radicit[illegible] euellatur: ab [illegible] in ius assumet, & ꝑsūptiones incipiēt pro legibus venerari.

i ¶ Mala consuetudo. Ar[illegible] qđ id quod alias [illegible] illicitum,ratione consuetudinis nō fit licitū. Ar.cōtra.su.d. de [illegible] ar.cōtra.ext.de cōsue.c.vl.ēt minus rōnabilis consuetudo iducit i[illegible] de in[illegible] cōstitutus.Itē hic est ar. ꝙ honesta consuetudo iducit priuilegiū, vt 9.q. [illegible]. & 82.d[illegible].plurimos.

K ¶ Nō minus. Hęc vij.c. de mala cōsuetudine loquuntur. CASVS. aut sequentis cap.planus est, & per se patet.

l VEritate.]Argum.ꝙ veritas præiudicat opinioni. vt hic.& 81.d.quicunq;& extra de bi[illegible] nup.extra q̃ fi.sint legi.ꝑ [illegible]. & ex de pur.vul.signifi[illegible], & extra de fug.& ma.fraternitatis. ar. contra inf. [illegible] q. [illegible] infamis.§.tri[illegible] & ex đ iure pa.cōsultationib.& C.de tes.l.j.

m ¶ Manifestata. Per doctrinam, & reuelationem.

n ¶ Dubitet.] Quandoque tamen consuetudo præualet legi.extra de consue.c.vlt.

1 Et est hic arg. ꝙ cōsuetud[illegible] loci attendenda est in sacrorum lude[illegible] [illegible] ad argu. contra 4[illegible] dist. illud in fine.

2 Ad hoc facit quod no. 2.[illegible] cura pastoralis. sed cōtra.18. q.[illegible] in fi.Ar. illud.

SI consuetudinem.] CASUS. Quidam episcopus habebat quandam prauam consuetudinem. scribit ei Greg. & mandat, vt illam aboleat, & quod hoc facere debeat probat, auctoritate Christi, qui dixit: Ego sum veritas. & non dixit: Ego sum consuetudo. & sententia Cypriani. q dixit. quod quantumcumque sit vetusta consuetudo veritati contraria, est abolenda.

a ¶ Dicit arg. quod verbis est inherendum. extra de deci. ad audientiam.

b ¶ Vetusta. 11.q.3. si quis præbendas. arg. cōtra. ff. de leg. de quib. §. ueterata cōia prædi. l. venditor. §. si cōstat. & extra de cōsuetu. cum dilectus. & extra de iurepa. cura pastoralis. in his propter diuturnitatem tēporis sustinetur, id quod est minus rōnabile. dic quod vetustas est seruanda, si potest sine scandalo seruari. contra dist. .. denique.

QVi cōtempta.] CASVS. Quidam contempta veritate consuetudinem sequebantur, quos dicit Aug. facere cōtra fratres, & cōtra Deū qui dixit: Ego sū veritas. & nō dixit: ego sū cōsuetudo. & hoc ēt probatur exēplo Petri qui cessit Paulo veritatē prædicanti. Ratio igitur & veritas consuetudinem excludit.

c ¶ Circūcidebat.] et cibos discernebat pp. quod Paulus ei restitit in faciem, vt 2.q. 7. ca. Paulus Petrū. 27. q. 1. sicut enim. ver. ecce.

FRustra.] CASVS. Quidam contra sacramenta, & alia spiritualia consuetudinem ueritati pponebant, quare quæsitū fuit ab Augustino, quid iuris esset? Et rādet Augustinus, quod frustra objiciūt consuetudinē ueritati, si tamen consuetudini ueritas suffragat, nil oportet firmius retineri.

d ¶ Consuetudinē.] Ex his omnibus euidetur, quod semper ius præiudicet cōsuetudini. Videamus ergo quando consuetudo præiudicet iuri. Ecce inuenio in electione consuetudinem præiudicare iuri, nam persona, quæ alias est ineligibilis, ratione consuetudinis fit eligibilis, vt inf. 12. dist. nos cōsuetudinem: Item rōne consuetudinis coguntur aliqui eligere de aliena Ecclesia, vt extra

Consuetudo in multis præiudicat iuri.

& veritati præponat: quia consuetudinem ratio & veritas semper excludit:

Item Gregorius a VVimondo † Auersano Episcopo.

† *al. Guitmundo.*

a Gregorius.] *In aliquot manuscriptis, & apud Iuonē, est* Gregorius VII. *Et in huius Pontificatu Guitmundus Auersanus episcopus scripsit de corpore & sanguine Domini contra Berengarium qui liber extat.*

¶ Quælibet cōsuetudo veritati est postponēda. Cap. V.

SI consuetudinem fortassis opponas; aduertendū est, quod Dominus dicit a [Ego sum veritas, & vita.] Non dixit, Ego sum cōsuetudo; sed, veritas. Et certe (vt beati Cypriani vtamur sententia) quælibet consuetudo, quantumuis vetusta b, quātumuis vulgata, veritati omnino est postponēda; & vsus qui veritati est cōtrarius, abolendus.

Iuo. p. 4. c. 213. Pann. l. 2. c. 116. Ioan. 14. Cyprianus in toto illo suo concilio.

Item Aug lib 3. de baptismo contra Donatistas, c. 5.

Sub persona Casti. Si censis.

¶ Veritate reuelata, consuetudinem sibi cedere oportet. Cap. VI.

QVi contempta veritate præsumit consuetudinem sequi; aut circa fratres inuidus est & malignus, quibus veritas reuelatur; aut circa Deum ingratus est, cuius inspiratione ecclesia eius instruitur, *& infra.* In Euangelio Dominus, Ego sum, inquit, veritas: nō dixit, ego sum consuetudo. Itaque veritate manifestata, cedat consuetudo veritati. *& infra.* ¶ Reuelatione facta veritatis, cedat consuetudo β veritati: quia & Petrus, qui prius circumcidebat c, cessit Paulo veritatem predicanti, *& infra.* Cum Christus veritas sit; magis veritatem, quam consuetudinem sequi debemus: quia γ consuetudinem ratio & veritas semper excludit.

Iuo p. 4. c. 234. Ibi. c. 6. sub persona Libosi Vagensis. Ioan. 14. sup. ea. c. ueritate. Ibi c. 7. sub persona Zozimi a Tharassa. Gal. 2. ibi. ca. 9. sub persona Honorati a Tucca. sup. ea. c. ueritate.

β ¶ Cedat consuetudo.] *Apud B. Augustinū, & Iuonē, & in Panormia legitur,* cedat error. *Sed vere B. Augustinus, ex ipsiusmet Zozimi verbis colligit, quod illi errorem appellabat, fuisse cōsuetudinem. Ita. n. respōdet.* Noluit quidem iste dicere, consuetudinem, sed errorem: Veruntamen cū dicit, quia & Petrus, qui prius circumcidebat, cessit Paulo veritatem prædicanti, satis indicat, quòd aliud etiam de baptismo fieri solebat.

γ ¶ Quia consuetudines.] *Verba hæc vsq; ad finem aqud Iuonem, & Gratianum satis cōmode hic adnectūtur, repetita ex verbis Fælicis, quæ referunt sup. c. veritate.*

Idem in lib. 4. de baptismo contra Donatistas. c. 5.

¶ Consuetudo rationi frustra opponitur. Cap. VII.

FRustra; inquit, quidam qui ratione vincuntur, consuetudinem d nobis objiciunt: quasi consuetudo maior sit veritate: aut non id sit in spiritualibus sequendum, quod in melius fuerit a Spiritu sancto reuelatum. ¶ Hoc plane verum est quia ratio & veritas consuetudini præponenda est. Sed cum consuetudini veritas suffragatur, nihil oportet firmius retineri.

Hic refert B. Augustinus uerba B. Cypriani i epist. ad Iubaia. Iuo p. 2. c. 94. & par. 4. c. 235. Hic B. Augustinus respondet.

extra de consuetu. cum dilectus. in fi. Item ratione consuetudinis potest epũs eligi in præpositum. extra de conceſſ. præb. cum nostris. Item ratione cõsuetudinis eligit minor ecclesia cum cathedrali. extra de causa possess. & proprie. cum ecclesia. extra de conces. præb. & eccl. non

tra de præb. cum iam dudũ. Item ꝙ nõ per errorẽ sit inducta. ff. de leg. ꝙ non rõne. inf. ea. cõsuetudo. Itẽ ꝙ maior pars populi cõsueuerit. illa cõsuetudine vti: quia sicut minor pars populi non posset inducere legem: sic nec consuetudinem. Quidam tamen dicunt, ꝙ illa cõsuetudo præiudicat iuri, & excedit hosum memoriã. Illud. n. loco cõstituti hr, vt ff. de aqua quot. & æsti. hoc iure. §. ductus aquæ. & 3. q. 6. hæc quippe. Io. Hoc breuiter teneas, qđ sufficit secũdum canones, ꝙ sit rationabilis, & præscripta, vt extra de consuet. c. vlt. Bar. Brix.

tit Inno. qđ dic ut plene not. extra de consuet. in princ. ibi videas. & cod. tit. ca. vlt. in gl. arg. contra. ga. & c. quã gl. quidam habent signatam ad tit. ex parte. De hoc etiã not. 3. d. c. in istis. §. leges. ibi videas. Arch.

Item Cyprianus in epistola ad Pompeium contra epistolam Stephani.

¶ Rationem consuetudo impedire non debet. C. VIII.

CONsuetudo, [a] quæ apud quosdam obrepserat, impedire non debet, quominus veritas præualeat, & vincat. Nam consuetudo sine veritate, vetustas erroris est: propter quod relicto errore sequamur veritatẽ, scientes, quia & apud Esdram, [b] veritas vicit, sicut scriptum est: [Veritas manet, & inualescit in æternum, & viuit, & obtinet in sæcula sæculorum.] *Idem in epist. ad Iubaianum circa med.*

Esdræ 3. 4.

Ignosci [a] potest simpliciter erranti, sicut de seipso dicit Apostolus Paulus [Qui primo, *inquit*, fui blasphemus, & persecutor, & iniuriosus: sed misericordiam merui; quia ignorans [c] feci.] Post inspirationem vero, & reuelationem factam, qui in eo, quod errauerat, perseuerat, prudens & sciens sine venia ignorantiæ peccat: præsumptione enim atque obstinatione quadam nititur, cũ ratione superetur.

1. Tim. 1.

a ¶ Ignosci.] *Apud B. Cyprianum legitur,* Ignosci enim potest, *& his antecedunt ea, quæ leguntur supra, cap. frustra vsque ad ver.* reuelatum.

Idem lib 2 epist 3 ad Cæcilium.

¶ Dei veritatem, non hominum consuetudinem sequi oportet. Cap. IX.

SI solus [d] Christus audiendus est, non debemus attẽdere, quid aliquis ante nos faciendum putauerit; sed quid, qui ante omnes est, Christus, prior fecerit. Neque enim hominis consuetudinem sequi oportet; sed Dei veritatem, cum per Esaiam prophetam Deus loquatur, & dicat, [Sine causa autem colunt me, mandata & doctrinas hominum [e] docentes.]

Anſel. l. 4. c. 6. Matth. 17. Hic est filius meus, &c. Esa. 29. Matth. 15.

Liquido igitur apparet, quod consuetudo naturali iuri postponitur.

CONsuetudo.] CASVS. Hoc capitulũ diuiditur in duas partes. In prima parte di. ꝙ consuetudo praua, quæ apud quosdã obrepserat, præiudicare non dẽt veritati & rõni. & hoc probatur exẽplo Esdræ, qui dixit: veritas valet, & inualescit. In secũda parte, quæ incipit ibi. [Idem. Ignosci.] dř ꝙ simpliciter errãti põt & dẽt ignosci: & hoc probat exemplo Pauli dicẽtis: Misericordiã merui: qa ignorans feci: sed qui scienter facit, veniã non meretur.

a ¶ Cõsuetudo.] Pone casum, vt inf. de cons. dist. 3. c. 2. & 3.

b ¶ Esdram.] Qñ prohibuit Iudæis ne alienigenas ducerent vxores, nisi essẽt de tribu sua: ipsi autẽ duxerũt alienigenas de filiis Chananæorũ, vt 28. q. 1. §. j. Vel tangit qualiter bibliotheca & psalteriũ a Babylonijs destructa, p Esdrã reparata sit. Vel aliter quæsitũ est quæ virtus esset maior? Respõdet quidã mulieris, alius regis, alius viri, alius vini, alius veritatis. hanc approbauit Esdras.

c ¶ Quia ignorans.] Arg. ꝙ ignorantia iuris excusat, vt hic, & 30. q. 1. de his, & 2. q. 3. si quem. §. notandũ. [z] & 24. q. 1. si quis dederit. & 28. dist. presbyterum.

z No. ẽt 38. dist. in prin. de consecr. d. 2. c. 3.

SI solus.] CASVS. Dicit Cyprianus in hoc c. ꝙ non omnis consuetudo imitanda est, sed Christi veritas: & illud quod ipse fecerit, qui prior est ante omnes. Et hoc probatur auctoritate Esaiæ reprehendentis Iudæos, qui veritatem non sequebantur.

d ¶ Si solus.] Idest, nullus ei contrarius sic infra 8. q. 1. sciendum. in fi.

e ¶ Hominum.] ergo Iudæi reguntur humanis constitutionibus, & sic econtra. inf. 12. dist. omnia. vbi dicitur ꝙ Iudæi tantum diuinis constitutionibus reguntur: sed verum est, ꝙ olim regebantur constitutionibus humanis, scilicet scribarum & Pharisæorum, vt hic dicit. sed hodie non, vt ibi.

Iudæi vtrum constitutionib. regãtur.

non vac. cum nostris. & c. literas. Item ratione consuetudinis solus abbas sine consensu fratrũ confert stipẽdia, vt extra de his, quæ fi. a pla. sine cons. c. ea noscit. Itẽ in facto baptismi præualet cõsuetudo, vt inf. de cõsec. dist. 4. de trina. Item in matrimonio respicitur consuetudo extra de cog. spi. super eo. Item in continentia clericorum 84. dist. cum de quorundam. Item in alijs casibus, quos not. sup. 1. dist. c. consuetudo. Scias ergo, ꝙ ad hoc ꝙ consuetudo p̃iudicet iuri, requiritur, ꝙ sit præscripta, vt extra de cã pos. cum ecclesia. & extra de consue. c. vlt. Item ꝙ obtinuerit in contradictorio iudicio populi, ut extra de verb. sig. abbate. ff. de leg. cum de cõsuetudine. Itẽ ꝙ eo aio fiat, vt credant se ius hře, & in posterum illud intendant facere. alioquin talis vsus non dr vsus, vt ff. de iti. actuq; pri. l. 1. §. Iulianus rectè ait. Item ut res illa sit præscriptibilis, vt 93. d. c. illud. Item ꝙ possit dici antiqua & approbata, vt extra de postul. præla. bonæ 2. circa fi. Item continere dẽt naturalem æquitatem. extra de do. & contu. c. 1. extra de consue. ex parte. Item ꝙ sit de scientia Principis inducta, nõ sũ de tolerãtia. [z] vt ex-

Consuetudinis multæ sunt conditiones.

z Idem Ro-

DISTINCTIO IX.

Quod aut.] Hæc distinctio diuiditur in duas partes. In prima probatur quod non valet consuetudo contra Deum. In secunda ibi. [Noli.] probatur per ix. c. quod commenta Sanctorum non præiudicant nouo & veteri testam. Io. de Fan.
CASVS. In superiori dist. ostensum est, quod ius naturale præponitur consuetudini, in hac 9. dist. ostendit quod ius naturale præponitur constitutioni: & hoc probat per sequentia c. & intellige hoc de iure naturali, quod consistit in præceptis & prohibitionibus.
a ¶ Quod aut.] supra in prox. dist. 8. ostendit qualiter ius naturale prævalet consuetudini. In hac 9. dist. ostendit qualiter ius naturale præiudicat & prævalet constitutioni hominum: & sumitur per totam hanc dist. ius naturale pro iure diuino, quod continetur in lege & in Euangelio. Item per totam hanc dist. in. vocat canonicam scripturam, nouum & vetus testamentum.

Imperatores.] CASVS. Dicitur in hoc c. quod qui bonis legibus, & quæ pro veritate latæ sunt, non obtemperat, puniri debet: qui vero malis legib. & quæ contra Dei voluntatem latæ sunt, non obtemperat, remunerari debet.
b ¶ Quicunque.] Hic incipit cap. aliud est palea. & habes idem 23. quæst. 4. non inuenitur.

Argumentum a contrario, est in iure fortissimum.
c ¶ Ergo legibus.] Nota arg. a contrariis, vt 15. q. 3. de criminе. & 24. q. 1. quodcunque ligaueris. & ea causa. quæstio. 2. sane 55. dist. n. qualis. & fortissimum est argum. a contrariis. 1 ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. l. 1. & 11. q. 1. Imperatores.

γ De hoc legi. & no. 1. c. 1. sciendum. iuxta fine.

Noli meis.] CASVS.

Quod autem [a] *& constitutio naturali iuri cedat, multiplici auctoritate probatur.*

Ait enim Augustinus ad Bonifacium comitem, epist. 50.

¶ Leges principum naturali iuri præualere non debent.

PALEA. α Cap. I.

Imperatores quando pro falsitate contra veritatem constituunt malas leges, probantur bene credentes, & coronantur perseuerantes: quando autem pro veritate contra falsitatem constituunt bonas leges, terrentur sæuientes, & corriguntur intelligentes.

Quicunque β [b] ergo legibus [c] Imperatorum, quæ pro Dei veritate feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande supplicium. Quicunq; vero legibus Imperatorum, quæ contra veritatem Dei feruntur, obtemperare non vult: acquirit grande præmium.

Iuo p. 4. c. 184. Pann. l. 2. c. 154.

Nam & temporibus prophetarum omnes reges, qui in populo Dei non prohibuerunt, nec euerterunt, quæ contra Dei præcepta fuerant instituta, culpantur: & qui prohibuerunt, & euerterunt, super aliorum merita laudantur. Et rex Nabuchodonosor, cum seruus esset idolorum, constituit sacrilegam legem, vt simulachrum adoraretur: sed eius impiæ constitutioni qui obedire noluerunt, pie fideliterq; fecerunt. Idem tamen rex diuino correctus miraculo, piam, & laudabilem legem pro veritate constituit, vt quicumq; diceret blasphemiam in Deum † Sidrac, Misac, & Abdenago, cum domo sua penitus interiret.

Dan. 3. Ibid. † Deum verum] orig.

α ¶ Palea] *In exemplarib. antiquis Grat. in quibus aut nullæ aut paucæ sunt paleæ, hoc loco habetur tantum a vers.* Quicunque *vsq, ad vers.* Nam & temporibus. *In alijs aut in quibus sunt habetur integrum hoc caput & sine nota Palea. Est autem totum in eodẽ B. Aug. loco.*
β ¶ Quicunque.] *Commutatus etiam apud Iuonem & in Pannormia est ordo verborum Beati August. apud quem qui meretur præmium priore, qui supplicium posteriore loco ponitur.*

Item ex verbis Isidori, lib. 3. sententiarum de summo bono cap. 52.

¶ Principes tenentur, & ipsi viuere legibus suis.

Cap. II.

Iustum est principem legibus obtemperare suis. Tunc enim iura sua ab omnibus custodienda existimet, quando & ipse illis reuerentiam præbet. Principes legibus teneri suis nec in se conuenit † posse damnare iura, quæ in subiectis constituunt. Iusta est. n. vocis eorum auctoritas, si quod populis prohibent, sibi licere non patiantur.

Burc. l. 15. c. 41. Iuo p. 16. c. 45. † conuenit frustrare iura] orig.

¶ *In aliquot vetustis exemplaribus caput hoc non habetur: in alijs vero coniunctum est superiori, & non habet rubricam.*

Item August. in prologo libri 3 de Trinitate.

¶ Scripturis canonicis tractatorum literæ deseruiunt. Cap. III.

Iuo p. 4. c. 71. Pann. l. 2. c. 120.

NOLI MEIS

CASVS. Quærebant quidam ab August. vtrum scriptis eius esset fides adhibenda tanquam scripturis canonicis noui & vete. testam. & respondet, quod non. In scripturis. n. canonicis quod inuenitur, incunctanter credendum est, in scripturis autem Augustini quod reperitur, non postea retractauit. 1 vt 25. q. 6. vides 12. q. 1. certe. & 26. q. 4. quodam loco.

Ego solis.] CASVS. Quæsiuit Hiero. ab Aug. an credat scriptores vete. & noui testa. errasse in scribendo. Et respondet Aug. quod non: sed si aliquid in illis scriptis mēdacij inueniatur, dicēdū est codicem esse mēdosum, vel interpretem nō bene de Græco in Latinum transtulisse, aut dicam me nō intelligere quod scriptum est. Alijs autem scriptoribus nō est credendum, & si sancti sint: nisi qd scripsērint probauerint per canonicas auctoritates.

literis, quasi canonicis [a] scripturis inseruire. Sed in illis, & quod non credebas, cum inueneris, incunctanter crede: in istis [b] autem quod certum † non habebas: nisi certum intellexeris, noli firmum † tenere.

Idem ad Vincentium Victorem, lib. 4 de anima, & eius origine, cap. 1.

¶ In tractatorum opusculis multa corrigenda inueniuntur. Cap. IIII.

NEgare [c] non possum, nec debeo, sicut in ipsis maioribus, † ita multa esse in tā multis opusculis meis, quæ possint iusto iudicio, & nulla temeritate damnari.

Idem ad Hieronymum epist. 19.

¶ In scriptis canonicis mendacia non admittuntur. Cap. V.

EGo solis eis scriptorum † [d], qui iam canonici appellantur, didici hunc timorem, honoremq; deferre, vt nullum eorū † scribendo errasse [e] audeā credere: ac si aliquid in eis offendero, quod videatur cōtrarium veritati, nihil aliud quàm vel mendosum esse codicem, vel interpretem nō assecutū esse quod dictū est, vel me minimè intellexisse non ambigam. Alios autem ita lego, ut quantalibet [f] sanctitate, doctrinaq; polleant †, non ideo verū putem, quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi per alios [a] auctores, vel canonicas, vel probabiles [g] rationes, quod à vero non abhorreat, persuadere potuerunt.

a ¶ Mihi per alios.] *Sic etiā in manuscriptis, & ī glossa. Apud Beatum Augustinum est* mihi uel per illos auctores canonicos, vel probabili ratione. *Nec multo secus apud Ivonem. Alias uero nonnullas uarietates satis uisum est in margine indicare.*

Idem [b].

b ¶ Idem.] *Verba huius capitis sunt B. Hieronymi ad Lucinium Baticum, epist. 28. sed mutata non est inscriptio ob glossam, in ver. Graci.*

¶ Libris veterum Hebræa volumnia, nouis Græca auctoritatem impendunt. Cap. VI.

VT veterum [h] librorum † fides de Hebræis voluminibus examināda est, ita nouorum Græci [i] sermo-

† al. certum habeas. exemp.]
† al. firmiter retineve.] orig.
Iuo p. 4. c. 73.
† moribus.] orig. & Iuo.
Iuo par. 4. c. 74. Pann. li. 2. c. 119.
† scripturarum libris,] ori. & Pann.
† eorum auctorem in scribendo aliquid errasse firmissime credam,] ori. Iuo, & Pann.
† prapolleant] orig.
† Adde Iac. Butr. & etiā aliquid per Bar. in l. intantum, §. si cū lege seq. ff. de rer. di. & Alexan. de Imo. in l. bene ad cognitionē. col. c. ff. si cert. pet.
* Hoc in c. illo ult. iubetur de epistola B. Leonis ad Flauianum.

1 Ad idem 28. q. 4. c. vlt.
Scriptura nō mentitur.
Veritas à quocumque dicat, omnibus est præferenda.
a Ista contraria omnia quæ sequuntur, nullo modo contradicūt, aut ulla sūt cōtraria: Vel dic. quod in hoc sūt cōtraria: quia vni soli quōq; creditur, ut illa iura probant pp dignitatem personæ secūdū Ioan. de Fan.

d ¶ Scriptorū.] idest, scriptoribus.
e ¶ Errasse.] Nefas enim est dicere, quod scriptura mētiatur, vt 23. q. 5. qd ergo. immo qd in eis dr, defendere dēmus vsque ad sanguinis effusionem. vt 25. q. 1 sunt quidam.
f ¶ Quantalibet.] Arg. quod nō ē cōsiderādū qs dicat, vt 19. dist. fin. & ē arg. quod dictis quorundā testiū. quod nō ē credēdū magis honorabiliori personæ q̄ alijs: qa veritas à quocūque prolata sp præferēda est, vt 2. q. 7. quirit, & infra, eo neqs ff. de sup. leg. l. Labeo. Eis. n. magis creditur, q rei ceptiora dicūt. vt 4. q. 3. §. itē in criminali. versi. si testes. Nec sanctitas personæ prodest, vt citius credatur. 50. dis. si quis pposterа. & arg. ad idē 1. q. 1. teneamus. 6. quæst. 2. placuit. & 3. q. 9. c. vlt. Arg. cōtra 2. 11. q. 1. quicunq; 97. d. nobilissimus. & 8. q. 3. c. 1. & 41. dist. ca. 3. & 11. q. 3. absit.

non est habendum pro firmo, nisi certum appareat.

a ¶ Canonicis.] Quia de canonicis scripturis non possumus disputare an iustæ sint, uel non. ut infra eo. quis nesciat.

b ¶ In istis.] Loquitur hic secundum illa tpa cum adhuc scripta August. & aliorum sanctorum Patrum non erant authentica, sed hodie iubētur * omnia teneri usque ad ultimum iota, ut infra 15. dist. c. vlt. Vel hoc ideo dicit, ut ostēdat quod maior sit auctoritas ueteris testamēti, quam sanctorum Patrum. vt 19. dist. in canonicis.

NEgare. CASVS. Vinc. reprehendebat opuscula Augu. dicens ibi esse multa mendacia. Et certe non est mirum dicit August. si sua opuscula culpanda sunt, cum maiorum opuscula reprehendantur.

c ¶ Negare.] Iusto iudicio. Vnde August. multa opera

g ¶ Probabiles.] Argu. quod ratio æquiualet canoni, ut supra dist. 1. consuetudo. & infra, c. sane. Ioan.

VT veterum.] CASVS. Dī in hoc cap. quod sicut recurrendum est ad volumina Hebræorum, si dubitatio aliqua oriatur de ueteri testamento: sic si dubitatur super libris noui test. recurrendū est ad Græcorū scripta.

h ¶ Veterum.] idest, ueteris testamenti.

i ¶ Græci. Hieron. in secūdo prologo Bibliæ contra ait, dicens, quod emendatiora sunt exemplaria latina, quam græca, & græca quàm hebræa. Sed August. ad primitiuam ecclesiam respicit, qū exemplaria græca & hebræa non erant corrupta: sed procedente tempore cum populus Christianus multū esset auctus, & hæreses multæ essent facta inter Græcos, in inuidiam Christianorum Iudæi & Græci sua exemplaria corruperunt: & sic factū est, quod exem-

exemplaria eorum magis corrupta sunt quàm latinorum, ad quod tempus respicit Hiero. Vel respicit ad latina exēplaria a fidelibus interpretibus translata. Aug. respicit ad exemplaria latina à non fidelibus, & falsatoribus translata: in quibus si quid falsitatis videatur, dicit eūdū esse ad originalia. Vel dic. ꝙ I hoc magis credēdū est Hieronymo, quā August. quia inter istos tres Aug. Hierony. & Greg. Augustino magis credēdū ē I disputationibus, Hieronymo in historijs, & translationibus. Gregorius in moralibus prępōnitur, quia non oēs in omnibus, sed certi ꝗ certa, &c. C. de uete. iu. enu. l. 1. ibi, qa nō oēs. Et ē hic arg. ꝙ quantūcunq; authenticū sit aliquod instr̄m: si tñ de ipso aliquid ī dubiū reuocatur, semper exhibendum sit illud a quo originē ducit, vt 76. dist. c. ieiuniū. ī pri. & if. 25. q. 2. sancimus. & optime extra de sentē. & re iud. cum inter. Et hoc cōtra dominum Alberic. q dicit, ꝙ si vna publica charta originē ducit ab alia publica charta, nō est necesse exhibere originale. arg. in Authē. ut fratrum filij. §. quia vero. coll. vlt. secus ī priuata. Authē. vt spō. larg. §. & hoc Isuper coll. 8. arg. ꝓ ipso 19. dist. si Romanorū. Quid iuris sit de hoc, dixi inf. 100. dist. ꝯ morem.

Augustinū disputationes, Hieronymū translationes, & Gregorium moralia cōmendant.

falsitatis reperiatur in instrumento, ꝙ totum redditur suspectum: nec ei creditur, vt ff. de fide instr. l. 2. in fi. & hoc notaui in quæstionibus. Bart. Brixien.

d ¶ Pondere.] idest, auctoritate.

QVis nesciat sanctam.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ que-

nis [a] normam desiderat.

Item Augustinus ad Hieronymum, epist. 9.

¶ Nihil auctoritatis canonicis remanebit scripturis, si ad eas mendacia fuerint admissa. Cap. VII.

SI ad scripturas sanctas admissa fuerint, vel † officiosa [b] mendacia; quid in eis [c] remanebit auctoritatis? Quæ tandē de scripturis illis sententia proferetur; cuius pondere [d] contentiosæ falsitatis obteratur † improbitas?

Ino p. 4. c. 215.
† *al. velut officiosa*] orig. *al. fuerint officiosa.*
† *al. subruatur.*

Idem de Baptismo contra Donatistas, lib. 2. c. 3.

¶ Literis omnium episcoporum sacra præponitur scriptura. Cap. VIII.

QVis nesciat sanctam scripturam canonicam tam veteris, quàm noui testamenti certis suis terminis [e] contineri, eamq; omnibus posterioribus episcoporū literis ita præponi, vt de illa omnino dubitari, & disceptari [f] nō possit, vtrum verum vel vtrum rectū sit quidquid in ea scriptū esse constiterit? Episcoporū autem literas, quæ post cōfirmatum canonem vel scriptę sunt, vel scribuntur per sermonē forte sapientiorem cuiuslibet in ea re peritioris, & per aliorū episcoporum grauiorē auctoritatem, doctioremq; † prudentiam, & per concilia licere reprehendi, si quid in eis forte à veritate deuiatum est?

Ivo p. 4. c. 217.
Polyc. li. 3. tit. 21.
† *al. dest.* [illegible]

Idem ad Vincentium epist. 48. contra Donatistas.

¶ Ex dictis quorumlibet episcoporum contra diuina mandata calumniæ non colligantur. Cap. IX.

NOli frater cōtra diuina tam multa, tā clara, tam indubitata testimonia colligere velle calumnias [g] ex episcoporū scriptis, siue nostrorū, sicut Hilarij, siue ex (antequam pars Donati [h] separaretur) ipsius vnitatis, sicut Cypriani, & Agrippini: primo, quia hoc genus literarum ab auctoritate canonis distinguendum est: nō enim

Deusdedit p. 2.
Ansel. li. 4. c. 58.
Ivo p. 4. c. 238.

a ¶ Sermonis.] Totum enim nouum testamentum scriptum est græce præter Euangelium Matthæi, & epistolam Pauli ad Roma. quæ est scripta latinè. Ioan.

SI ad.] CASVS. Dicit Aug. ꝙ si in sacris scripturis inueniatur mendacium etiam officiosum, nihil auctoritatis remanebit in eis: nec ex illis pōt sententia ferri.

b ¶ Officiosa.] Officiosa dicuntur quæ continent pietatem, quæ nulli obsunt, & alicui prosunt: sicut inofficiosum dicitur testamentum, quod est contra officium pietatis, ut ff. de inoff. testam. l. 3.

c ¶ Quid in eis.] Argu. ꝙ si instrumenta, vel attestationes pro parte inueniuntur falsæ, ꝙ in totum reprobantur, ut inf. eod. canones. & 3. q. 9. puta. & inf. de cons. d. 5. non licet. & ff. de ædil. edic. eiusdem. Arg. contra. 37. dist. qui de mensa. 12. q. 2. si quis. & de consecr. dist. 4. si nō sanctificatur. & 17. q. 4. questi sunt. & extra de arbit. cum tempore. & de præb. dilectus & C. de transac. si ex falsis. Sol. si plura cap. sibi cōnexa sunt, vel vnū est accessoriū alteri, vno cassato, cōnexa & accessoria cassantur: secus si diuersa & separata sunt ff. de mi. ēt. §. si. & ff. de neg. gest. cum actum. & 2. quæst. 6. diffinitiua. ver. est autem q̄nque. circa fi. Vel distingue, vt distinguitur extra de fide instr. ex literis 1. Ioan. ego dico, quod si aliquid

Officiosa q̄ dicantur.

Inofficiosa quæ dicant.

1 Scilicet super diuersis articulis. s. si ille articulus nō est uitiosus, in quo tota est uis quæstionis, ut in hac de[illegible] ex lite[illegible] sic intelligitur. C. de [illegible] si [illegible] ff. de [illegible] [illegible]ndum [illegible] Pan.

quilibet debet scire scripturā ueteris & noui testa. præponi scripturis episcoporum: & nemo debet dubitare de ea utrum verum vel sit rectum quod in ea continetur: scripta uero aliorum possunt reprehendi per homines peritiores & diligentiores, & qui sunt maioris auctoritatis.

e ¶ Terminis.] idest, libris.

f ¶ Disceptari.] Ita vt in dubium reuocentur quæ ibi statuta sunt. Sed disputare licet de eis ad maiorem intelligentiam, non reprobando. 6. dist. satis.

NOli.] CASVS: Vincen. Donatista reprehendebat scripta noui & uete. testa. quia in scriptis quorundam episcoporum quædam reprehendenda inueniebantur. Sed eum reprehendit August. quia illa reprehendēda non sunt: hæc uero sic: quia ab auctoritate canonum distinguuntur, unde reprehendi possunt, si contra ueritatem scripta sunt. Et hoc probatur auctoritate Pauli: Et si quid aliter sapitis, &c.

g ¶ Calumnias.] Verba enim iuris non sunt calumnianda. inf. 37. dist. relatum. & ff. ad exhib. l. pen.

h ¶ Donati.] Donatus primo fuit catholicus: sed postea est in hæresim lapsus: cuius hæresi adhæserunt Cyprianus, & Agrippinus.

Neque.]

NEque.] CASVS. Aug. reprehendebat dicta quorundam peritorũ, de quo Fortunatus eũ reprehendebat. Nunce autem ei scribit, & dicit ꝙ non vult adhibere tantam fidem illis scripturis quantam adhibet canonicis, & licet eis honor debeatur, tamen vult eas corrigere si quid inuenerit in eis corrigendum. Idem vult fieri de suis scripturis.

a ¶Disputationes.] idest, expositiones, non. n. ex ipso leditur fama alicuius per id quod reprobatur testimoniũ suum, ut extra de except. denique.

b ¶Eorum scriptis.] Arg. quod quisq; iuris in alterum statuit, &c. sic. 2. q. 6. q sc icit. 22. q. 5. de forma. ff. quod quisque iur. l. 1. extra de const. cum omnes.

SAna.] CASVS. Quæsitum fuit ab Aug. utrum ratio iuris naturalis sit exemplis anteponenda? Et respondet, quod sic, sed nõ illis, quæ cum ratione concordant.

c ¶Sana.] Aliàs sanè.

d ¶Cui.] Rationi.

e ¶Concordant.] Quandoque.

f ¶Sed illa. s. exempla.] Hoc ideo dicit. Quia non semper imitanda sunt exempla. C. de sen. nemo. sed exemplum Papæ est sequendũ, ut 16. quæst. 3. licet. extra de sent. & re iud. in causis.

g ¶Excellentiora.] Non est tale exemplum Lucretiæ 1 32. q. 5. proposito, vers. Lucretiam.

h ¶Pietate.] Argu. pro misericordia a iudice impetranda, vt 45. dist. licet, p legumque 26. q. vlt. alligant. 50. dis. ponderent. 1. quæst. 7. dispensationes, & exigunt. 86. distin. non satis. 35. quæst. 9. veniam. de pœn. dist. 1. quia diuinitatis. 2 Arg. contra 50. dist. absit 23. q. 4. est iniusta. 35. q. 9. loci. contra 45. dist. sed illud extra de sortileg. ex tenore.

1 Sed in ratione, q. d. vbi exemplũ non concordat rõni, nõ est sequendũ. nã illud exemplũ Lucretiæ nõ cõcordat rõni. Archid.

2 Et ext. de sortil. c. 2. in parte decisi.

i ¶Cum ergo.] Infert ex supradictis vel continuat ad inferiora hoc modo. cũ in iure naturali nihil precipiat, vel vetet, ꝗ quod Deus vult fieri, vel nõ fieri. & in canonica * scriptura nihil aliud ꝗ quod in diuinis legibus inueniat: diuinæ vero leges natura cõsistũt: patet, ꝙ quæ contraria diuinæ seu canonicæ legi inueniunt, iuri naturali cõtraria sunt, & iuri naturali postponuntur. Et facit hic correlationem iuris naturalis ad canonicã scripturam, & diuinas leges.

* Vide supra dist. 6. ca. non est peccatum, §. his itaque.

sic leguntur, tãquam ita ex eis testimonium proferatur, vt contra sentire nõ liceat, sic vbi forte aliter sapuerint, quam veritas postulat. In eo quippe numero sumus, vt non dedignemur etiam nobis dictum ab Apostolo accipere. [Et si quid aliter sapitis, id quoque Deus vobis reuelauit β.]

Philipp. 3.

α ¶Siue antequam.] *Antea legebatur*, siue Cypriani, & Agrippini, antequam pars Donati separetur. *Restituta est uera lectio ex B. Augustino, & aliquot exemplaribus Gratiani & Iuone Cyprianus enim, & Agrippinus multo ante Donati schisma in Ecclesia unitate decesserunt, qua in re errauit auctor glossa.*

β ¶Reuelauit.] *Ita etiam originale, & Iuo, & aliquot editiones noui testamenti. Sed idem B. Augustinus in Ioannem tract. 5 45. 53. & 98. & alibi fere semper legit* reuelabit, *& explanat. Græce est* ἀποκαλύψει.

Item ad Fortunatianum Epist. 11.

¶Non debetur par auctoritas canonicis scripturis, & expositionibus earum. Cap. X.

Iuo p. 4. c. 237.

NEque quorumlibet disputationes[a], quãuis catholicorũ, & laudatorum hoĩum, velut scripturas canonicas habere debemus; vt nobis nõ liceat salua honorificentia, q̃ illis debetur hoĩbus, aliquid in eorum scriptis[b] improbare, atq; respuere; si forte inuenerimus, ꝙ aliter senserint, quam veritas habet, diuino adiutorio, vel ab alijs intellecta, vel a nobis. Talis † ego sum in scriptis aliorum, quales † volo esse intellectores meorum.

† al. Qualis] orig. Antu.
† al. salu.]

Idem ad Marcellinum de ciuitate Dei lib. 1. c. 23.

¶Exemplis ratio sana præfertur. Cap. XI.

Poly. l. 1. tit. 26.

SAna[c] quippe ratio et exemplis anteponenda est: cui[d] quidem, & exempla concordant[e]; sed illa[f], quę tãto digniora sunt imitatione, quãto excellentiora[g] pietate[h].

Cum ergo[i] in naturali iure nihil aliud præcipiatur, q̃ quod Deus vult fieri; nihilq; vetetur, quam quod Deus prohibet fieri; denique cum in canonica scriptura nihil aliud, quã in diuinis legibus inueniatur, diuinæ vero leges natura consistant patet ꝙ quæcumq; diuinæ voluntati, seu canonicæ scripturæ cõtraria probantur, eadẽ & naturali iuri inueniuntur aduersa. Vnde quæcunq; diuinæ voluntati, seu canonicæ scripturæ, seu diuinis legibus postponẽda censentur; eisdem naturale ius præferri oportet. Constitutiones ergo uel ecclesiasticæ, vel seculares, si naturali iuri contraria probantur penitus sunt excludendæ.

DISTINCTIO X.

CONSTITV-

COnstitutiones.] Hęc dist. diuiditur in duas partes, in quarum prima probat per quinq; capitula, quod leges principum non præiudicant canonibus. Secunda ibi, [Ecce.] Ioan. de Fan.

CASVS.

CASVS. Ostensum est supra, quòd Ius naturale pfertur consuetudini, & constitutioni tam ecclesiasticæ, quàm sæculari. In hac uero 10.d.ostenditur, ꝙ constitutio ecclesiastica præfertur sæculari cõstitutioni, & ad hoc inducuntur sequentia c.

a ¶Constitutiones,] in hac 10.d.ostendit magister, ꝙ sæcularis constitutio cedit ecclesiasticæ, quia sacræ leges non dedignãtur sequi sacros canones, vt 2. q.3.§. hinc colligitur. ext. de iud.clerici. 1

Imperator legẽ condere, ut 96.d.bene. 2 nisi hoc ecclesia petat. vt 17.d.§. hinc etiam, & nisi in ecclesia priuilegiũ statuat aliquid, ut 16.q.1.g̃naliter, & q.3.nemo.Io.

d ¶Diuisiones.] Arg. ꝙ eps inuito plebano non potest diuidere parochiam eius: nec Papa inuito episcopo diuide-

Canones preferuntur legibus.

1 Concord. tex. in l.1. leges sacratissimæ. cũ concor. vulg. C. de epi.& cle.

Iares ecclesiam non adstringunt.

2 Vide quod notab.5.q.6. presbyteri 2. & 22.q.8.cõ uenior. in glo. ecclesia enim &c.

earum.] orig.

tiones a *vero principum ecclesiasticis constitutionibus non præeminent, sed obsequuntur.*

Vnde Nicolaus Papa scribit episcopis in concilio apud Conuicinum congregatis.

¶Lex Imperatorum ecclesiastica iura dissoluere non potest. Cap. I.

Iuo par.4.c.87. Pann.l.2.c.138. Ans.l.1.c.97. Poly.l.1.tit.27. † *al. idem.* in c.adiectis.c.17. Burc.l.15.c.10. Iuo p.16.c.11. Pann.l.2.c.139.

LEge a Imperatorũ non in omnib. Ecclesiasticis controuersijs vtendũ est, præsertim cũ inueniatur euangelicæ, ac canonicæ sanctioni aliquotiẽs obuiare. Itẽ. ¶Lex Imperatorum nõ est supra legem Dei, sed subtus, Imperiali iudicio non possunt ecclesiastica iura dissolui. Ad quod ostendendũ duorum horum†, scilicet Innocentij, & Gregorij satis sufficiunt testimonia. Sanctus quidẽ Innocentius in decretali epistola sua ad Alexandrũ Antiochenũ episcopum ait: [Nã quod sciscitaris, vtrum diuisis Impiali iudicio puincijs b, vt duæ Metropoles fiãt, sic duo Metropolitani episcopi debeãt nominari, non visum † est ad mobilitatẽ necessitatum mundanarum Dei ecclesiam c commutari, honoresq; aut diuisiones d perpeti; quas pro suis causis faciendas duxerit Imperator.] Beatus aũt Gregorius scribens ad Theoctistã patritiam, inter cætera: [Si inquit, religionis causa coniugia debere dissolui dicantur: sciendũ est, quia etsi hoc lex humana e concessit, lex tñ diuina prohibuit.] Ecce quemadmodum imperiali iudicio non possunt ecclesiastica iura dissolui. Ecce qualiter, quod lex humana concessit, diuina lex phibuit. ¶Non quod Imperatorum leges (quibus sæpe ecclesia vtitur contra hæreticos f, sæpe contra tyrannos, atque contra prauos quosq; defenditur) dicamus penitus renuendas; sed quod eas euangelicis, apostolicis, atque canonicis decretis (quibus postponenda sunt) nullum posse inferre præiudicium asseramus.

Innoc.1.epis.18.c.3

† *vero visum.* orig.

Lib.9.reg.epi.39.

Iuo p.4.c.187. Pann.l.2.c.140.ex c. adiectis,c.17.

a ¶Lege.] *Caput hoc sumptũ est in epist. Nicolai, q̃ extat in codice bibliothecæ Dominicanæ: de quo dictũ est sup.*

1 Lege.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. in prima parte quæritur a Nicolao, an legib. Imperatorum sit in omnibus controuersijs ecclesiasticis utendũ. Et rñdet ꝙ nõ, vbi leges vidẽtur canonib. obuiare. In secunda parte quæ incipit ibi [Itẽ, &c.] quærebatur an lex Imperatoris præsit diuinæ, ut per eã iura ecclesiastica dissoluantur. Et respondet, ꝙ non. & hoc pbatur duorum auctoritate, scilicet Innocẽtij, & Gregorij. Dicit.n. Innocẽtius, ꝙ in una prouincia nõ debet esse nisi unus Metropolitanus: cũ ecclesia hoc statuat. Vnde si Imperator diuidat unam prouinciã in duas: non propter hoc erunt ibi duo Metropolitani. Item statutum est ab ecclesia, ut dicit Gregorius, ut post carnalem commixtionem alter cõiugum non possit ad religionem transire sine consensu alterius: sed lex sæcularis statuit contrariũ. sed statutum ecclesiæ præualet, quia etsi lex humana cõcessit, lex tñ diuina prohibuit. In tertia parte, quæ incipit ibi. [Non ꝙ.] Circa fi. dicitur, ꝙ bene vti possumus legibus vbi canonibus non contradicunt.

b ¶Diuisis imperiali iudicio prouincijs.] Imperator diuidit prouincias, vt ff. de off. asses. si eadem, & Papa episcopatus diuidit, & vnit episcopus ecclesias, vt extra de excess. prela. sicut vnire. Quid autem iuris sit dum uniuntur, vel diuiduntur, not. 16. q.1. postquam, &c. & tẽporis. Licet ergo Imperator diuidat vnam prouinciam in duas, non ideo erunt duæ Metropoles, vt hic, & 101. dis. peruenit. Et est hic arg. ꝙ si princeps legitimat aliquem in temporalibus, non ideo est legitimatus in spiritualibus extra qui filij sint legit. per uenerabilem. nisi ubi princeps restituat aliquem, qui fuit infamis ratione paterni criminis, ut 6.q.1.§. verum.

c ¶Ecclesiam.] Ecclesia non adstringitur mundanis legibus. 33. q.2. inter. nec etiam de reb. ecclesiasticis põt uidere epatum, ut 16.q.1. multis, quod enim est unum diuidi non potest, ut 24. q.1. loquitur, & cap. schisma. Io. Sed credo, ꝙ Papa hoc possit facere ex causa, & etiam episcopus 3 ut in ca. Dextre. sic et vnire. Bart.

e ¶Lex humana. Vt habes 27. q.2. sunt qui dicunt. Sed mirum est cum Iustinianus fuerit ualde catholicus Imperator, qualiter illud statuerit 5 legem Dñi: cum Dñs dixerit ꝙ ob solã causam fornicationis mulier possit separari a uiro, ut 33.q.2. quos Deus. Sed dic (ut qdã dñt) ꝙ ignoranter fecit, & ideo ueniã meruit, ut sup. 8.d. consuetudo. Vel errauit sicut Hiero. ut 26.d. c.1. Vel ideo permisit 4 hoc, ut grauia uitarentur, sicut usuras Permisit, ut uitarentur rapinæ, & coniugia permitit dissolui, ut uitaretur uxoricidium, ut 33.q.2. si quod uerius.

f ¶Contra hæreticos.] Et sic utor pro me quo non utor cõtra me, inf. 37.d. si quid uerius. & 2.q.7. si hereticus, & sic est contra 19.d. si Romanorum. in fi. 4.q.3.c. si testes, §. item si quis testibus.

Legitimatus quo ad temporalia non censetur quo ad spiritualia.

Leges sæcu-

3 Sub, & hoc est uerũ cum nulli fit præiudicium: alias secus. 2. q.6. q se fit Io. de Fan.

4 De comparatiua permissione, de qua not. 34. c. ult.

Non

a NOn licet.] Casum præsentis capituli pone per te ipsum.
¶ Non licet.] Argu. contra illas leges, quæ permittunt vsuras exigere. arg. 11. q. 1. c. quicunque litẽ. & 9. d. c. 1. vers. quicunque. & 95. dist. bene 11. q. 3. qui omnipotentẽ. 35. q. 1.

CErtum.] CASVS. Imperator uolebat præesse rebus ecclesiasticis; & prælatis ecclesiarum obedire nolebat: imò quod plus est, eis dñari uolebat, & iura præfigere, quem Fælix Papa docet ecclesiæ debere colla submittere, & non velle eius sacerdotibus dominari ne si contra fiat, catur in contumeliam creatoris.

dist 8 ca mala Titulus autem epistola hic est, Nicolaus seruus seruorum Dei, Reuerendissimis, ac sanctissimis cõfratribus nostris metropolitanis episcopis, & cæteris diuersarũ prouinciarum, ac vrbium præsulibus, qui in Cõuicinum villam publicam secus ciuitatem Siluanectis conuenistis. *Eadem epistola nuper impressa est in appendice bibliotheca sanctorum Patrum.*

C ¶(Obuiare.) *Apud Nicolaum sequitur continenter* ad quod ostendendum &c. *Quæ autem apud Gratianum sunt interiecta, non sunt hoc loco in epistola neq; in Polycarpo neq; apud Anselmum. sed verba illa*, Lex imperatorum non est supra legem Dei, sed subtus, *a Burchardo & Iuone citantur ex decretis Pij Papa c. 3 habentur aũt in capitularibus adiectis, c. 17 reliqua autẽ habentur inf. in hoc eodẽ capite §. ecce quemadmodũ.*

Item Symmachus † Papa in sexta synodo Romana tempore Theodorici Regis.

¶Nihil quod euangelicis regulis obuiet, Imperatori agere licet. Cap. II.

NOn licet [a] Imperatori, vel cuiquam pietatem custodienti aliquid contra diuina mandata præsumere, nec quidquam quod euangelicis, propheticis, aut apostolicis regulis obuiet, agere.

Item † Fælix Papa.

¶In ecclesiasticis causis Regis voluntas sacerdotibus est postponenda. Cap. III.

CErtum est [b] hoc rebus vestris esse salutare, ut cũ de causis Dei agitur, iuxta ipsius constitutionẽ, regiã voluntatem sacerdotibus Christi studeatis subdere, non præferre; & sacrosancta [c] per eorũ præsules potius discere, quàm docere; ecclesiasticam † formam sequi, nõ huic humanitus sequenda iura præfigere; neq; eius sanctionibus velle dominari, cuius [d] clemẽtię Deus voluit tuę pię deuotionis colla submittere [e]: ne, dum mẽsura [f] cęlestis dispositionis † excedit, eatur in contumeliã disponentis.

Item †.

¶Bonis moribus & decretis Romanorum Pontificũ constitutiones contraire non possunt. Cap. IIII.

COnstitutiones [g] cõtra canones, & decreta psulũ Romanorũ, vel bonos mores [h] nullius sunt † momẽti.

Item Nicolaus Papa I in epistola ad Michaelem Imperatorem, cuius initium est, [*Proposueramus*]

¶Quæ sacerdotum sunt, Regibus vsurpare non licet. Cap. V.

IMperium vestrum suis publicæ rei quotidianis administrationibus [i] debet esse contentum; non vsurpare quæ sacerdotibus Domini solum conueniunt.

Item Gregorius Nazianzenus in oratione ad ciues Nazianzenos angoris plenos. & Magistratum iratum.

& Calixtus episc. 1. c Marcellinus in extrema epist. 2. & in capitu. Hadriani, c. 36. ex quo citant Burchar. & Iuo p. 16. c. 9.

Deusd. p. 1. & 3. Burch. li. 15. c. 8. Iuo p. 4. c. 231. & p. 16. c. 7. Pann. li. 2. c. 141. Pol. l. 6. ti. 1.

† In exemplari Veronensi est *Felix iij*.

† Ansel. lib. 4. c. 11. Polyc. lib. 1. c. 18.

§ *al. ecclesia.*

† *sunt*] orig.

† *al dispensationis.*
† antea legebatur.] *Idem.* Habetur in c. Hadriani, nu. 39. Deusdedit p. 1. & 3. Ansel. lib. 3. c. 88. Burch. lib. 15. c. 7. Iuo par. 5. cap. 38. & par. 16. c. 10. Polyc. li. 1. c. 8.

1 Sed illud ex permissione ecclesiæ.

15. q. 1. omne quod. & c. nulli. & c. generali. 23. quæst. 5. conuenior. arg. contra dist. 63. cap. Hadrianus 1. 1

b ¶Certũ est.] Hoc cap. & c. suscipitis. et c. quoniam, loquuntur quasi de eadem materia.
c ¶ Et sacrosancta.] idest, præcepta.
d ¶ Cuius.] Scilicet ecclesiæ.
IN Canonicis scripturis ecclesiarū catholicarū quamplurimū diuinarum scripturarū solertissimus indagator auctoritatē sequatur, inter quas [e] sane illę sint, quas Apostolica sedes habere [f], & ab ea alij meruerunt accipere epistolas. Tenebit igitur hunc modum in scripturis canonicis, vt eas, quæ ab omnibus recipiunt ecclesijs præponat [g] eis quas quidā non accipiunt. In eis vero, quę non accipiuntur ab omnibus præponat eas quas plures [h], grauioresq; accipiūt eis, quas pauciores, minorisq; auctoritatis ecclesię tenēt. Si aūt alias inuenerit à pluribus, alias

calcaneum contra Romanam ecclesiam, & nolentes sedis Apostolicæ præcepta obseruare, sed Grecos reprehēdit, & hortatur eosdem ne ab Eccle. Romana recedant: alioquin deponentur, & eorum sententię inutiles erunt: quia quanto maiora eis committuntur, tanto magis puniri debent.

a ¶Prostratus.] 1 Hic videtur, quod omnis, qui nō obedit statutis Romanæ sedis sit hæreticus. & varios modos hæresis notant 24. q. 3. quia uero & c. quidā. Sed intelligas, quod hic dr, quod qui dicit Romanam ecclesiam non esse caput, nec posse condere canones, iste est hæreticus, vt 22. distin. c. 1. & 25. q. 1. violatores. & q. 2. si quis dogmata. Sed si quis alias transgreditur eius mandata, non propterea est hæreticus, licet peccet. extra de rescript. si quando. lo. 2

b ¶Iudicio.] Sed contra 24. q. 1. subdiaconus. Sed ibi non admittit damnatū ab hæreticis: sed si vult pœnitere, admittit eum: sed hoc non est ideo, quia hæreticus eum damnauit: sed quia alias malus est.

c ¶Maioris.] Arg. quod quanto aliquis delinquens est maior, tanto magis est puniendus, ut 40. d. homo Christianus. 11. q. 3. præcipue. 25. q. 1. nulli fas.

d ¶Sed etiam alijs.] Arg. quod qui tenetur aliquē defendere contra alios, multo fortius cōtra se ut 16. q. 1. si canonib. & ff. si ser. ven. altius. 3

IN canonicis. CASVS. Hoc ca. diuidit in duas partes: In prima parte dī quod bonus indagator diuinarū scripturarū debet sequi auctoritatem catholicarum ecclesiarū in scriptu ris recipiendis & pōnēdis: inter quas scripturas præponēdæ erūt scripturę sedis Apostolicę. In secūda parte, quę incipit ibi, Tenebit igitur.] Di. quod illæ scripturæ, quę recipiuntur ab oībus sunt pponendæ illis, quas non recipiunt quidam: inter illas vero quæ non recipiunt ab oībus præponendas eas, quas plures & grauiores recipiūt eis, quas pauciores & minoris auctoritatis recipiūt. Sed si alię a grauiorib. alię a plurib. recipiantur, æqualis erunt auctoritatis licet hoc de facili inueniri non possit.

3 Arg. extra de natis ex lib. ven. c. 1. l. altius. in glo. alle. ff. de cond. indeb. frater a fratre, ff. de pact. cum in eo.

e ¶Inter quas.] Canonicę scripturę sūt epistolæ.

f ¶Habere.] Meruit ab alia ecclesia.

g ¶Præponat.] Arg. quod semper præsumit pro multitudine, ut 61. dist. nullus inuitis. Itē arg. quod a pluribus recipit maioris est auctoritatis quod à paucioribus. 4 vt 3. 16. dist. Isidorus. & 2. q. 7. puto. 63. dist. ca. ult. Sed qualiter stare potest quod hic dicitur? Nonne omnes canonicæ scripturæ æqualiter sunt recipiendæ. arg. 15. distinct. sancta Romana? Quomodo ergo una præponitur alijs? Respondeo potest esse quod omnes recipiantur, non tamen quod omnes in eadem veneratione habeantur. Vel intelligas istud de localibus canonibus, ut ille præponatur alijs qui a pluribus tenetur: & sic potest intelligi 50. distin. Domino sancto. in fi. ubi de hoc in glo. nonne.

h ¶Plures.] Nota quod hic dignitas personarum compensatur cum numero, similiter in testibus, ut extra de test. in nostra similiter in creditoribus, ut ff. de pactis, maiorem. Sed in electione semper par numerus præiudicat, licet maior sit dignitas ex parte altera, & maius merit um personę, ut extra de elect. dudum 1. licet sit argum. contra 63. distin. c. ult. & 76. dist. ieiunium. 5 non autem.

1 Papæ statutis nō obediens, an sit hæreticus.

2 Intellige cū determinatione eius quod legitur & not. extra de rescript. si quā. & dicit Hug. quod canō isti potest intelligi esse datæ sententiæ, & pro hoc faciunt illa verba, prostratus. & ibi iam damnatus. Archid.

4 inf. di. 20. de quib. extra de offic. leg. prudentiam 65. d. ca. 2. & 3. Archid.

Scripturæ canonicæ non sunt in eadē veneratione.

Dignitas an compēsetur cū numero.

5 Iuxta finē, ibi æqualis eorū, &c. Archid.

ADDITIO. Non est contra: ibi enim erant æquales in numero, non in meritis. Cyn.

a ¶ Inueniri.] Arg. quod iura aptantur ad ea, quæ raro accidunt de consec. dist. 4. sanctum est. & ff. si pars hæred. pe. antiqui. Arg. contra 28. dist. de Syracusanæ. 24. q. 3. deniq. ff. de leg. nā ad ea.

ADDITIO. Ad idē in Auth. de consul. coll. 4. in Auth. vt si ne prohib. ma. &c. circa med. coll. 7. Archidiaconus.

ITA Dñs.] CASVS. Quidam episcopi contra ecclesiā Romanā erigebant ceruicem, ei obedire nolentes: nec uolebant sequi doctrinam, quā à ueteribus receperunt contra quos inuehitur Leo, probans, quòd ab ecclesia Romana non debent recedere: quia ita est cōfirmata a Dño & corroborata in Petri soliditate, quod nec temeritas hominū nec portæ inferi aduersus eam præualebunt: ostēdit etiam quod à principio sic voluit Dominus Euāgelicam prędicationem ab Apostolis & alijs prædicatoribus per vniuersum orbē diffundi, ut Petrus cuius vice Papa fungitur esset quasi quoddam caput illius prędicationis: & quicūque à Petri soliditate recedere voluerit deponatur.

b ¶ Sacramentum.] idest, hoc sanctum munus. 1

c ¶ Hunc.] idest, Petrum.

d ¶ Indiuiduæ.] Scilicet ecclesiæ.

e ¶ Erat. idest, ab eo quod ipse Dominus erat, s. petra: voluit eū vocari dominus Petrū. de conse. dist. 2. reuera.

f ¶ Et super hanc petram.] Per hanc dictionem non credo Dominum aliud demonstrasse, quam hæc verba, quæ Petrus respondit Domino cum Dixit: Tu es Christus filius Dei viui: quia super illo articulo fidei fundata est Ecclesia [ergo super seipso fundauit Deus ecclesiam.]

1 Scilicet prædicandi, quod est Petro cōcessum. 11. d. c. vlt. Sed id ideo dicit sacramentum, quia omnia habebant in figura 45. d. sit rector. Archid.

g ¶ Appetere.] idest lacessere & calumniari.

h ¶ Nec portæ.] idest, vitia vel etiam hæreses: quia ecclesia non potest errare, ut 24. q. 1. a recta. Nec ecclesia potest nulla, vt 24. q. 1. pudenda, quia ipse Dominus rogauit pro ea ut non deficeret, ut 21. dist. c. 1. in fi.

i ¶ Cupiditatibus.] idest, uoluntatibus.

k ¶ A veteribus.] Arg. quod dicta veterum sunt sequenda, vt 37. dist. relatum. 24. q. 3. transferunt. & infra distin. proxi. de quibus.

HOC AVTEM. CASVS. Dictum & probatum est supra, quod decretales epistolæ vim habent auctoritatis: quod uerum est (sicut dicit Gratianus) de decretalibus, quæ decretis patrum & scripturis Euangelicis non contradicunt. Vnde quia Anastasius Papa fauore Anastasij Imperatoris ordinatos ab Acacio hæretico decreuit rite & de iure communi posse suis officijs fungi: ideo Romana ecclesia eius decretum repudiauit.

l ¶ Hoc autem.] Scilicet quod decretales epistolæ sint paris auctoritatis cum canonibus.

à grauioribus haberi (quamquā hoc inueniri [a] vir possit) æqualis tamen auctoritatis eas habendas puto.

¶*Caput hoc apud B. August. loco indicato sic habet*. In canonicis aūt scripturis ecclesiarum catholicarū quamplurium auctoritatē sequatur: inter quas sanè illæ sunt, quæ Apostolicas sedes habere, & epistolas accipere meruerunt. Tenebit igit hunc modū in scripturis canonicis, vt eas, quæ ab oībus accipiuntur ecclesijs, pponat eis, quas quidam non accipiunt. In eis vero, quę non accipiuntur ab oībus, præponat eas, quas plures, grauioresq; accipiunt, eis, quas pauciores, minorisque auctoritatis ecclesię tenēt. Si aūt alias inuenerit a pluribus, alias a grauioribus haberi, (quāquam hoc † inuenire non possit) æqualis tñ auctoritatis eas habendas puto. *Qua quidem B. Augustini sententia non ad decretales Romanorū Pontificū, sed ad canonicas, & sacras scripturas referenda est.*

† facile] orig. Antuerp.

Item Leo Papa 1. ad episcopos Viennenses, epist. 87.

† Misterij.

¶Ministerij † diuini se exortem intelligat, qui a soliditate Petri recedit. Cap. VII.

Iuo p. 5. c. 6.

ITa Dominus noster Iesus Christus humani generis saluator instituit, vt veritas, quæ antea legis & pphetarum præconio continebatur, per Apostolicam tubam in salutem vniuersitatis exiret, sicut scriptum est: [In oēm terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.] Sed huius muneris sacramentum [b] ita Dominus ad oīum Apostolorum officiū pertinere voluit, vt in beatissimo Petro Apostolorum oīum summo, principaliter collocaret, vt ab ipso quasi quodā capite dona sua, velut in corpus omne diffunderet, vt exortē se mysterij †, intelligeret esse diuini, qui ausus fuisset à Petri soliditate recedere. Hunc [c] enim in consortium indiuiduę [d] vnitatis assumptum, id quod ipse erat [e], voluit noīari, dicendo, [Tu es Petrus, & super hanc petrā [f] ædificabo ecclesiam meam: vt æterni ędificatio templi mirabili munere gratię Dei in Petri soliditate consisteret, hac ecclesiam suam firmitate corroborans, vt illam nec humana temeritas posset appetere [g], nec portæ [h] contra illā inferi prępualerent. Verum hanc petrę istius sacratissimam firmitatem Domino, vt diximus, ędificāte cōstructam, nimis impia vult præsumptione violare, quisquis eius potestatē tentat infringere, fauendo cupiditatibus [i] suis, & id quod accepit à veteribus [k], non sequendo.

Psal. 18.

† al. ministerij.

Matth. 16.

Hoc autem [l] intelligendū est de illis sanctionibus vel

a ¶ Acacius.] Hæreticus, & excommunicatus. 24.q.1. Acacius 1 fuit enim excommunicatus propter hæresim a Gelasio, & a Fœlice Papa, vt ibi dicitur.

1 Secundum Archid'.

SEcundum.] CASVS. Acacius hæreticus baptizauit, & ordinauit multos tempore suæ hæresis, quos dicebat quidam non posse sua officia de iure communi exequi: quare Anastasius Imperator de hoc dubitans quæsiuit a Papa, qui respondit eos posse de iure communi suis officijs fungi: nec per malitiam Acacij lædi posse. Nam baptismata, & ordines a malo collata, per ipsius malitiam non impediuntur. Et probatur hoc 6. rationibus. Prima ratio est, quia in sacramentis virtus Christi operatur, quæ omnem maculam repellit. Secūda est de radijs solis, qui & si transeant per loca fœtida, tamē non coinquinantur, idem est de sacramentis per malos ministratis. Tertia est de Iuda, qui licet malus fuisset, multa tamen fecit, quæ rata sunt habita. Quarta est de auctoritate Domini, qui pcepit verba Scribarum, & Phariseorum seruāda, & implēda. Quinta ratio est, quod oē bonum a quocūque fiat, fit a Deo. Sexta ratio est qa in sacramētis nō est attēdendum qualis, vel quis cōferat, sed quid cōferatur, quia incremētū solus Deus pbet, & neq; q plantat neq; qui rigat est aliqd: sed qui incremētū, &c. Postea cōcludit ex sup. dictis, quod sacra rite seruari dēnt.

b ¶ Secūdū.] Varijs modis ponit casus huius ca. G. inducit quasi sit abrogatū, & Melendus sentit cum eo, & omnes qui dicunt veritatē sacrorum non esse apud hæreticos, vt 24. q.1. schisma, & 1.q.1. extra ecclesiā. H. dē, quod nec capitulū est re, batū. nec auctor ij iis, q hic cōtinētur dānatus fuit: quia nihil hic cōtinetur qd nō canonice dicat: sed iō fuit iste damnatus: quia cōicauit Photino hęretico, & qa voluit reuocare Acaciū hæreticū post mortē. & iō iste Anastasius fuit dānatus, vt inf. c. Anastasius. Alij dicunt, quod hoc c. cū auctore reprobatū est: qa voluit dicere quod ordinati ab hætico sine omni dispensatione de iure possūt sua officia exercere dict. a. H. quod hæretici habent veritatem sacrorum, sed nō habēt executionē eorū, vt de cōse. d.4. sicut in sciis, &c. non l vobis, vt no. 1.q.1. q pfictionē, &c. dns.

c ¶ Baptizauit.] in forma ecclesiæ.

d ¶ Munus.] idest, baptisma.

decretalibus epistolis, in quibus nec præcedētium Patrū decretis, nec Euangelicis præceptis aliquid contrarium inuenitur. Anastasius a.n. secundus fauore Anastasij Imperatoris quos Acacius [a] post sententiam in se prolatam sacerdotes vel leuitas ordinauerat, rite fungi acceptis officijs debere decreuit: ita inquiens.

a ¶ Anastasius.] *Minime verū est sensisse Anastasiū ordinatos ab Acacio post latā in ipsum sententia, rite fungi acceptis officijs potuisse. Hoc.n. duntaxat inquit in capite sequēti firmā esse sacramēti gratiā ab Acacio traditā: qđ verissimū est sicut, & alia omnes sententiæ quas in ea epistola ex B. Aug. Anastasius accepit, vera sunt. Habetur aūt hac eadem Anastasij Papæ ij. epistola in corpore canonum, quod Romana ecclesia semper approbauit, vt inf. d.20. c. de libellis. est adnotatum. Itaq. sine causa reprehenditur hoc loco Anastasius a Gratiano.*

Anastasius II. Ad Anastasiū Augustū, epis.1.c 7. & 8.

Sacramentorum veritas an sit apud hæreticos.

¶ Nulla læsionis portio attingit eum, qui ab hæreticis iam damnatis ordinatur. Cap. VIII.

In codice canonum fol. 156. Poly. l.5. tit. 10. Ansel. l.9. c.61. Iuo p.1. c.151.

SEcundum [b] ecclesię catholicę consuetudinē sacratissimum serenitatis tuæ pectus agnoscat, quod nullum de his, quos baptizauit [c] Acacius, vel quos sacerdotes, siue leuitas secundū canones ordinauit, vlla ex nomine Acacij portio læsionis attingat, quo forsitan per iniquū tradita sacramenti gratia minus firma videatur. Nā, & baptisma (quod pcul sit ab ecclesia) siue ab adultero, vel a fure datum fuerit, ad percipientē munus [d] peruenit illibatū: quia vox [e] illa, quæ sonuit per columbam [f], omnē maculam humanæ pollutionis exclusit, qua declaratur, ac dicitur: [Hic est qui baptizat in spiritu sancto, & igne [g].] Nā si visibilis [h] solis istius radij, cū per loca fętidissima trāseunt, nulla contactus inquinatione maculantur; multo magis illius, qui istum visibilem fecit, virtus, nulla ministri indignitate constringitur. Nam, & Iudas, cum fuerit, sacrilegus, atq; fur, quicquid egit inter Apostolos pro dignitate commissa, beneficia per indignum data, nulla ex hoc detrimenta senserunt, declarāte hoc ipsum Domino manifestissima voce: [Scribæ, inquit: & Pharisæi super cathedram Moysi sedent, quæ dicunt, facite; quæ autem faciunt, facere nolite: dicūt enim, & nō faciūt.] Quidquid ergo ad hominū profectum quilibet in ecclesia minister pro officio suo videtur operari: hoc totum cōtineri [i] implente † diuinitatis effectu [k], ita ille, per quem loquitur

Nicolaus ad consulta Bulg. c.15.

Ioan.1.

Ioan.12.

Matth.23.

† al. implendo diuinitatis effectum.

e ¶ Quia vox.] Hic est qui baptizat. de consec. d.4. baptismus in sp.

f ¶ Per columbam.] idest, per spiritum sanctum in specie columbæ. Hu.

g ¶ Et igne.] idest charitate.

h ¶ Nam si visibilis.] 1.q.1. si fuerit.

i ¶ Contineri.] idest, perfici.

k ¶ Implēte diuinitatis effectu.] idest, Deo cooperante.

a ¶ Plan-

a ¶ Plantaui.] Prædicando.
b ¶ Apollo.] Discipulus Pauli.
c ¶ Rigauit.] Baptizando.
d ¶ Incrementum.].i.gratiā, & remissionē peccatorū.
e ¶ Vel qualis.] Hoc intellige de toleratis. alias bñ q̄ritur, vt 42. dis. quiescamus. nā nemo pōt p̄dicare nisi mittat, vt 16. q. 1. adijcimus & extra de hære. cū ex iniūcto. Vel loq̄r s̄m antiqua tpa, q̄n oēs poterāt p̄dicare.
f ¶ Prædicet.] Sed quæ prædicet.
g ¶ Vt inuidos.].i. pseudo apostolos.
h ¶ Affirmet.] Et hoc i epistola ad Philippēses, cū dicit. siue p veritatē siue alio mo do Xp̄s p̄dicet, i hoc gaudeo, & gaudebo.
i ¶ Hoc.].i. inuidiā.
k ¶ Et hic.] Scilicet Acacius.
l ¶ Alijs.] Scilicet ignorantibus.
m ¶ Suæ virtutis.] Quoad veritatem sacramenti.
n ¶ Generaliter.].i. in omni sacramēto.
o ¶ Vt imaginētur.] scilicet Acacium.
p ¶ Metuere.].s. s̄m suā opinionē falsā. Nam in veritate susceperūt ordinē, sed nō executionē. 1. q. 1. ordinationes. 1. q. 7. Daibertum.

1 23. q. 5. c. vlt. Arch.

2 Sub. qui ex inuidia bonorum, & causa lucri Christū prædicabant. 28. q. 1. iam nunc in fin. Arch.

tur, & tunc synodus * maior est Papa. vt 15. d. sicut. In fi. arg. ad hoc 93. d. legimus.

f ¶ Qui communicauerat.] cōtra 11. q. 3. quoniā, vbi dr̄ q̄ excommunicatio non transit in tertiam personam: sed hic cōmunicauit ei in maleficio, vnde potuit transire ad tertiam

* Synodus simul cum Papa (de qua nunc glo. loquitur) est maior Papa solo, exceptis, non intersit. Vide Caietanum Apologia par. 2. c. 13. ad 6. et ad recre. summa de eccl. lib. 3. c. 64. Nec textus citati, quod faciunt aliud concedunt.

Christus, Paulus affirmat, (Ego plantaui,[a] Apollo[b] rigauit:[c] sed Deus incrementū[d] dedit. Itaq; neq; qui plātat est aliquid, neq; qui rigat; sed q̄ incrementū dat Deus.) Adeo autē nō quęritur, quis, vel qualis[e] prædicet †, sed quid † prædicet, vt inuidos[g] et bene Christū prædicare affirmet[h]: quo malo ipse diabolus deiectus est, & hoc[i] ipse † prædicare non desinit. Ideo ergo & hic[k], cuius nō men dicimus reticendū, male bona ministrando sibi tantum nocuit. Nam inuiolabile sacramentum, quod per illū datum est alijs,[l] perfectionem suę virtutis[m] obtinuit. Quod † quidem generaliter[n] verum est, nisi aliquorū in tantum se extenderet curiosa suspicio, vt imaginentur[o] p̄lato a Fęlice Papa iudicio, postea inefficaciter in sacramētis, quæ Acacius vsurpauerit, egisse; ac p̄inde eos metuere[p], q̄ vel i cōsecrationib. vel in baptismate mysteria † tradita susceperunt, nē irrita beneficia diuina videātur.

1. Cor. 3.
† al. quem.
Philip. 1.
† al. ipso.
Cap. 8.
† Quod cum ita sit, aliquorum in tantum se extendit curiosa.] orig.
† al. ministeria.

Quia ergo illicitē, & non canonicē, sed cōtra decreta prædecessorum, & successorum suorū hæc rescripta dedit (vt probat Fælix, & Gelasius, qui Acaciū ante Anastasium excommunicauerunt, & Hormisda qui ab ipso Anastasio tertius eundem Acacium postea damnauit) ideo ab ecclesia Romana repudiatur, & a Deo percussus legitur fuisse hoc modo.

3 Quia concludit Grat. s̄m opi. forte suā. s. qua asserit veritatē sacramentorum non esse apud hęreticos: quod falsum est. Io. de Fan.

3. QVIA ERGO. CASVS. Concludit Gratianus ex s̄. dictis & dt, q̄ q̄a Anastasius ita decreuit, ideo Fęlix, & Gelasi⁹ & Hormisda eū excōicauerūt: sed Acaciū pri⁹.

¶ Anastasius a Deo reprobatus, nutu diuino percussus est. Cap. IX.

ANastasius[a] secundus, natione Romanus, fuit temporib. Theodorici regis. Eodem tempore multi clerici, & presbyteri se a cōmunione ipsius abegerunt[q], eo q̄ communicasset sine concilio[r] episcoporum, vel presbyterorum, & cleri cunctæ ecclesiæ catholicę, diacono Thesalonicensi, nomine Photino, qui communicauerat[s] Acacio, & quia voluit occulte[t] reuocare Acacium, & nō potuit, nutu diuino[u] percussus est.

Ex libro.] (vt in corpore conciliorum citatur) Pontificali. Iuo p. 14. c. 40.

ANastasius.] CASVS. Photinus diaconus Thessalonicen. cōicauit Acacio i hęresi. Post mortē vero Acacij Anastasius Papa cōicauit Photino sine cōcilio clericorū, & occulte voluit reuocare Acaciū defunctū in hęsi vt orōnes p̄ eo in ecclesia fierent, & iō multi clerici recesserūt ab obediētia ei⁹ & lepra percussus ē. ¶ CASVS autem sequētis §. planus est.

a ¶ Anastasius.] *Caput hoc habet quidē tomo secūdo cōciliorū in vita Anastasij; sed esse omnino cōfictū, cū ex multis alijs argumentis, tū ex hoc manifeste ostenditur, quòd Acacius (sicut Nicephorus lib. 16. c. 12. & Euagrius lib. 3 c. 18. & sequen. & clarissimè Anastasius bibliothecarius in chronologia testantur) tp̄e Fælicis 3. obijt cui successit Gelasius, & Gelasio Anastasius qui initio epistolæ suæ, & c. 1 ad Anastasium Imperatorē, Acaciū mortuū iā & ante iudicē Christum vna cū Fælice adstare scripsit ut Gelasius quoq. ante ipsum scripserat, & habetur inf. 24. q. 2. c. nec quisquā, quomodo ergo potuit Anastasius de eo reuocādo tractare, qui iā obierat?*

q ¶ Abegerūt.].i. remouerūt. 32. d. c. p̄ter hoc §. verū. Sed cōtra 8. q. 4. nōne. vbi dr̄, q̄ ante tp̄s sententiæ nō possunt clerici recedere ab ep̄o. Sed hic non recesserunt ante sniam, quia inciderunt in hæresim iam damnatam, vt 24. q. 1. c. 1. 2. & 3. 4.
r ¶ Concilio.] Videtur ergo, q̄ Papa tenetur requirere concilium episcoporum, quod verū est vbi de fide agitur, & tunc synodus maior est Papa (see above)

4 Hic videas quod not. 2. q. 7. sacerdotes.

tertiam personam, vt extra de sent. excom. nuper.
t ¶ Occulte.] Magis inde præsumitur cōtra ipsū, vt extra, vt eccl. benefi. vt nostrū extra de offi. de leg. cōsuluit. ff. de ritu nup. palam ff. de admi. tut. non existimo. Lau.
u ¶ Diuino.] Quia dum assellaret, emisit intestina, ignominiose lapsus.

a ¶ Propter

Hinc etiã de Maximo a episcopo in Constantinopolitana synodo statutum est sub Damaso Papa c. 6.

¶ Quæ circa indisciplinatos prælatos, vel ab eis geruntur, in irritum reuocentur. Cap. X.

PRopter totius indisciplinationis eius doctrinã, q̃ Cõstantinopoli orta est, statutũ est, ne Maximus fuisse, aut esse iam putetur eps, neq; hi, qui ab eo sunt ordinati qualemcunq; gradum clericatus obtineant, [a] oĩbus, s. q̃ circa eum, [b] vel ab eo gesta sunt, in irritum, reuocatis.

a ¶ De maximo.] *Ex verbis huius canonis, præsertim Græcis, & interpretatione Balsamonis, ac vita Greg. Theologi per Gregoriũ presbyterũ descripta, & alijs ex locis (tametsi Theodoretus videtur parũ diligenter hoc tractasse) apparet hunc Maximũ nunquã fuisse epm ac ppea recte statui nullum ab eo potuisse imprimi ordinis characterem, q̃d non erat de Acacio asserendũ. Verba Græca huius canonis hæc sunt:* Περὶ Μαξίμου τοῦ κυνικοῦ, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἀταξίας τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει γενομένης, ὥστε μήτε Μάξιμον ἐπίσκοπον ἢ γενέσθαι ἢ εἶναι, μήτε τοὺς παρ' αὐτοῦ χειροτονηθέντας ἐν οἱῳδήποτε βαθμῷ κλήρου, πάντων καὶ τῶν περὶ αὐτὸν, καὶ τῶν παρ' αὐτοῦ γενομένων ἀκυρωθέντων i. De Maximocynico, de que ijs, reb. quæ nullo ordine circa ipsum Cõstantinopoli gestę sunt. Neq; Maximum aut fuisse, aut esse epm, neque eos, qui ab ipso sunt ordinati, in vllo cleri gradu cẽsendos oĩbus, quæ & in ipso, & ab ipso facta sunt, infirmatis. *Ac de eodem Maximo, quòd nunquam fuerit eps, est locupletissimum testimonium in epistola Hadriani Papæ scripta Basilio Imperatori, quæ habetur actione prima octauæ synodi manuscripta, quæ est penes Cardinalem Sirletum. Citans.n. Leonem primum ait:* Dicit .n. altisona tuba, sanctus videlicet sedis Apostolicę Papa Leo, cuius sñiam, quidquid vbique catholicum est velut cœleste miraculum celebrat, & veneratur oraculum, cũ sæpe quæstio de male accepto honore nascatur, quis ambigat nequaquam istis esse tribuendum, quod non docetur fuisse collatum? Neque enim inter Photium mœchum, & Maximum Cynicum synodo secunda damnatum, vel inter ordinationes huius, & illius, distinctionis aliquid esse conuicimus.

a ¶ Propter.] ¶ Obtineãt.] Quia præter formã ecclesiæ cõtulit. 1.q.1. extra ecclesiam.

b ¶ Quæ circa eũ.] Arg. q̃ quidquid fit ab intrusis, vel vitiose electis, totum cassatur, vt 12.q.2. alienationes 25.q.1. omne. Arg. contra. 3.q.7.c. infamis. §. verũtamen. in princ. & C. de sacros. eccl. l. decernimus, 5 sed hic fauor tutorũ ecclesię: quia aut sunt in vtilitatem ecclesiæ, & tunc valent, alias non. 16.q.6. § episcopum.

5 Dicit no. de cler. nihil in gl. vl. & § schism. ca. 1. & de conso. d. 1. hi ergo. & 1.q.1. si a pseudo. ibi videas Arc.

DISTINCTIO XX.

† al. expositoribus exemp.

DEcretales [c] itaq; epistolæ canonib. conciliorum pari iure exequantur. *Nunc aũt quæritur de expositionibus † sacræ scripturæ, an exæquentur, an subyciãtur eis. Quo.n. quisque magis ratione nititur, eo maioris auctoritatis eius verba esse videntur. Plurimi autẽ tractatorum, sicut pleniori gratia sancti Spiritus, ita ampliori scientia alijs præcellentes, rationi magis adhæsisse probantur. Vnde nonnullorum Pontificum cõstitutis, Augustini, Hieronymi atque aliorum tractatorum dicta videntur esse præferenda.*

2 ¶ *Sed aliud est causis terminũ imponere: aliud sacras scripturas diligenter exponere. In negotijs definiendis*

DEcretales. CASVS. Supra ostendit Gratianus decretales epistolas parem vim habere cum canonibus conciliorum. In hac vero 20. dist. quærit an expositiones sanctorum Patrum exæquentur canonib. & decretalib. vel pferãtur. Quòd præferantur videtur, quia maioris auctoritatis videntur, cum pleniori gratia Spiritus sancti ea præcellat. Vnde expositiones Augustini, Hieronymi, & aliorum videtur præponendæ statutis Pontificum. & hoc in prima parte. In secũda parte, quę incipit, ibi [Sed aliud.] soluit Gratianus, & dicit, q̃ in negotijs definiẽdis nõ solum necessaria est scientia, sed etiã potestas quod significatur p claues, quas Christus tradidit Petro: In quarum altera denotatur sciẽtia discernendi inter lepram & lepram in altera verò notatur potestas soluendi, & ligãdi. Cum ergo in causis definiẽdis necessaria sit potestas, apparet, q̃ Põtifices expositoribus præferuntur, & hoc probatur per seq.

c ¶ Decretales.] In hac 20. distin. magister quærit de expositionibus sacræ scripturæ an sint paris au-

auctoritatis cũ canonibus, & decretalib. & infra soluit. ꝙ quantũ ad sacrãm scripturã exponendã præualet sanctorum auctoritas: quantum autem ad causas definiendas præualet auctoritas Romanorum Pontificium, nes conciliorum. & ad decreta, vel decretales Pontificũ. Secundo ad sanctorum expositiones, s. Hier. & August. & aliorum sanctorum, in quibus si ueritas non reperiatur, tunc recurrendum est ad sedem Apostolicam, cuius statuta qui non recipit, hæreticus esse conuincitur.

Auctoritas sanctorũ quandoque papali præfert auctoritati.

Imperitus non potest esse iudex ecclesiasticus.

1 Ista concor. & 4 xi. 3 a sequens parũ aut nihil faciunt ad hoc. nec eas ponunt Hug. & La. quorum fuit istud dictũ. Archid.

a ¶ Scientia.] Arg. ꝙ nullus potest esse iudex: maxime ecclesiastic⁹ nisi sit peritus, vt extra de cõsang. & affinita. ex literis. in fi. & 1. q. 1. vt euidẽter. 11. q. 3. & si ad tp̃s. i. 24. q. 3. si ĝs nõ. de pœn. dist. 5. cõsideret. & di. 6. q vult. & q̃a leges scire tenet. i authẽ. de iud. colla. 6. §. q̃a uero. Item q̃a sentẽtia ferenda est in scriptis, ut 2. q. 1. i primis. i fine. Item quia iudices per se debẽt scribere sentẽtias & recitare, vt C. de assess. præsides. Sed cõtra, C. de iud. capi. certi, vbi dicit. quod milites possint esse iudices: quia per quotidianum vsum possent habere peritiã iudicandi. Mediocris tamẽ scientia sicut in p̃latο, ita & in iudice sufficit, vt extra de elect. cum nobis olim.

b ¶ Prius.] Arg. ex ordine facti aliquid præsumendũ. vt 23. q. 4. displicet. & 1. q. 1. vt euidẽter. Similiter ex ordine verborũ. vt 43. di. sit rector. & ext. de rescri. cũ dilecta. ff. de solut. nec ordo ꝗ.

c ¶ Dedit. G. hic videtur uelle, ꝙ alia sit clauis ligandi, & soluẽdi, alia sciẽ: & ita ꝙ sint duæ claues. Sed dico tantũ vnã esse, sed & dr̃ duæ esse ꝑꝑ duos effectus. Sed qualiter scientia dr̃ esse clauis, cum aliquis possit habere scientiam, qui non habet clauẽ: & ecõtra? Sed dic, ꝙ licet scientia prius non fuisset clauis anteq̃ hr̃et ordinem: tñ post ordinem incipit esse clauis. Si tñ quæras quid proprie sit clauis sacerdotalis: dico ipsam potestatem sacerdotalem, per quam ligat, & soluit.

Clauis sacerdotalis an sit una an plures.

d ¶ Inter leprã & lepram.] Idest, inter causam, & causam. alludit ei quod fiebat in lege, cum. n. dubitabatur de aliquo an esset infectus lepra, ducebatur ad sacerdotes, & ſm eorum arbitrium, vel recipiebatur, vel deijciebatur, vt 11. q. 3. quomodo de pœn. dist. 1. §. ex his vers. Moysi.

Inter leprã & leprã vnde dicatur.

ADDITIO. Hug. & de pœn. dis. 1. §. denique. ver. Moysi. & extra qui filij sint leg. per venerabilem. §. rationibus. Archidiac.

non solum est necessaria sciẽtia [a] *sed etiam potestas. Vnde Christus dicturus Petro:* [*Quodcunque ligaueris super terrã erit ligatum & in cælis, &c.*] *prius* [b] *dedit* [c] *sibi claues regni cælorum: in altera dans ei sciẽtiã discernendi inter lepram & lepram* [d], *in altera dans sibi potestatem eiciendi aliquos ab ecclesia, uel recipiendi. Cum ergo quælibet negotia finem accipiant vel in absolutione innocẽtium, vel in condemnatione delinquẽtium, absolutio vero vel condemnatio non scientiam tantum, sed etiam potestatem præsidentium desideret; apparet, quòd diuinarum tractatores scripturarum, & si scientia Pontificibus præmineant, tamen, quia dignitatis eorum apicem non sunt adepti, in sacrarum quidem scripturarum expositionibus eis præponuntur: in causis vero definiendis secundum post eos locum merentur.*

Mat. 16.

Vnde Leo Papa IIII. scribit episcopis Britanniæ.

In suo regesto.

¶ Aliorum scripturæ, Romanorum Pontificum decretis, non sunt præponendæ. Cap. I.

DE libellis [e], & cõmentarijs aliorum [f] non conuenit aliquem iudicare, & sanctorum conciliorũ canones relinquere, vel decretalium regulas, idest, quæ habentur apud nos simul cum † canonibus. Quibus autem in oĩbus ecclesiasticis vtimur iudicijs, sũt canones [1] Apostolorum ‡, Nicænorum, Ancyranorum, Neocæsariensium, Gangrẽsium, Antiochensium, Laodicensium, Constantinop. Ephes. Chalcedonensium, Sardicensium, Africanensium, Carthaginensium [2], & cũ illis regulæ præsulũ Romanorum, Syluestri, Syricij, Innocentij, Zozimi, Cœlestini, Leonis, Gelasii, Hilarij, Symmachi, Hormisdę, Simplicij, & Gregorij iunioris [g]. Isti omnino sunt, & per quos iudicãt episcopi, & per quos episcopi simul iudicantur, & clerici. Nã si tale emerserit, vel cõtigerit inusitatũ negotiũ, qđ minime possit per istos definiri, tũc si illorũ [h],

Deusdedit p. 1. Poly. p. 3. tit. 20. Ans. l. 3. c. vlt. Iuo p. 4. c. 27. Pan. l. 2. c. 118.

† al. cum illis in canone.

‡ al. qui dicuntur Apostolorum.

Apud Anselmum, & Polycarpũ desũt omnia Pontificum nomina.

DE libellis.] CASVS. Epi Britanniæ iudicabant causas tantũ secundum expositiones August. & Hieron. & aliorum postponentes canones conciliorum, & decreta Pontificum: quos Leo redarguit, ostendens. ꝙ in causis definiendis, primo recurrendum est ad canones conciliorum...

e ¶ De libellis.] Idest, secundum libellos, & commentarios.

f ¶ Aliorum.] Idest, Hieronymi & August. per quorum scripta non est iudicandum omissis canonibus. 50. distinct. si ille.

g ¶ Iunioris.] Ecce hic approbantur dicta Gregorij iunioris, alibi uidẽtur reprobari. 32. q. 7. quod proposuisti. & in seq. §. vbi dicit G. ꝙ sunt contraria Euangelio. sed illud c. intelligitur de arcta, & sic bene tenet. Ioan.

h ¶ Illorum.] Hic uidetur, ꝙ potius iudicandum sit secundum illum, qui innititur auctoritati canonis, quam secundum illum, qui innititur auctoritati Hieronymi, vel August. quod verum est. nisi Aug. iuuetur auctoritate no. vel veter. testa. [2] vel etiam aliquo canone. nam licet concilium apud Aquisgranum factum, constituerit, ꝙ raptor non possit matrimonialiter iungi cum rapta, vt 36. q. 2. placuit tamen Hieroy. contrarium statuit, & ei statur, vt 36. q. 2. tria. Sed hoc est quia iuuatur auctoritate Meldensis concilij, ead. causa & quæst. cap. si autem.

Auctoritas canonis est maior auctoritate sanctorum.

2 Idem Bal. in Auth. ad hæc. i 2. col. C. de vsur. & Alc. de Ime. in l. bene ad cognitionẽ. col. 8. ff. si ce. pet. vbi dicit illã glo. sin.

c ¶ De

a ¶ Con-

quorũ meministis, dicta, Hieronymi, Augustini, Isidori, vel cæterorũ similiter sãctorum Doctorum similium reperta fuerint; magnanimiter sunt retinẽda, ac ꝓmulganda, vel ad Apostolicã sedẽ referẽdum de talibus. Quã ob causã luculentius, & magna voce ꝓnunciare nõ timeo; ꝗa, qui illa, ꝗ diximus, sanctorum patrum statuta, ꝗ apud nos canonum nomine prætitulantur, (siue sit ille episcopus, siue clericus, siue laicus) non γ indifferenter recipere conuincitur;[a] nec catholicam & Apostolicam fidem, nec sancta quatuor Euangelia vtiliter, & efficaciter ad effectum † suum retinere, vel credere probatur.

†al. professam.

α¶Sunt canones.] *Indicat canones & regulas, ex quibus constat corpus, vel codex canonum, de quo in præfatione dictum est, quo Romani Pontifices præsertim in iudicijs vtebãtur, in quo codice sunt canones tãtũ, nõ synodalia gesta, ut superius Nicolaus, ĩ c Romanorũ 19 d scripsit.* β¶Carthaginensium.] *In codice canonum vnica est synodus Carthaginensis, continens canones trigintatres, qui ex varijs cõcilijs Carthagini habitis collecti fuerũt. Eos canones sedes Apostolica videtur probasse, & vsa eis esse, quãdo in codicem canonum referendos curauit. Eosdem etiam Græci quo ordine apud Latinos habẽtur, cũ alijs præterea multis Africanarum synodorũ coniunctos in linguam suam verterunt, & hi ipsi sunt, quos ysdẽ numeris Anselmus, Burchardus & Iuo citant quãuis Gratianus interdũ quidem his vtatur interdũ vero e singulis Carthaginensibus cõcilijs canones accipiat qd suis locis indicabitur. Et de hac vnica Carthaginẽsi synodo intelligẽdũ est quod habetur supra dis. 16 c prima adnotatio, ver. septima quod hic declarãdũ dilatũ fuit* γ¶Non indifferenter.] *Anselmus, Deus dedit, & Gregorius presbyter in Polycarpo habent* ꝗ eadem indifferenter non recipit, ipse se conuincit minime catholicam, & Apostolicam fidem ad effectum suæ retinere salutis.

Est eadem epistola 6. ex qua sumptum est c. quod dicitis, supra dist. 16.

Item Nicolaus 1 Photio, in epistola, cuius initium est [Postquam Beato Petro.]

Ansel. l. 3. c. 33.

¶Corripiendi sunt qui decreta Romanorum Pontificum non habent, vel non obseruant. Cap. II.

SI decreta Romanorum Pontificum non habetis;[b] de neglectu,[c] atque incuria estis arguendi. Si vero habetis, & nõ obseruatis; de temeritate estis corripiendi,[d] & increpandi.

Item Innocentius 1 Papa.

¶Ad quos sit recurrendum, cum sacræ scripturę auctoritas non occurrit. Cap. III.

Polyc. l. 7. tit. 1. Burc. l. 3. c. 128. Iuo p. 4. c. 70.

DE quibus causis nulla soluendi, ligandiq; auctoritas in libris veteris testamenti, quatuor Euangeliorum cũ totis scriptis Apostolorũ[e] appareat; ad diuina recurre scripta Græca. † Si neque in illis; canones β Apostolicę sedis intuere. Si nec in illis; ad catholicæ ecclesię historias catholicas à Doctoribus catholicis scriptas manum mitte. Si nec in illis, sanctorum exempla[f] perspicaciter recordare. Quòd si omnibus his inspectis, huius quæ-

†al. Graeca.

a ¶ Conuincitur.] Sed nõne Orientalis ecclesia recipit canones? Videtur q nõ, vt 31. dist. aliter. nũquid ergo ipsa est hæretica? Sed dic q licet ipsa nõ recipiat istos canones, nõ tñ contemnit eos. Vel dic quòd Papa approbat consuetudinem ipsorũ sup. d. prox. si Romanorum.

SI decreta.] Casus huius planus est.

b ¶ Non habetis.] Per scientiam.

c ¶ De neglectu.] Nulli. n. est licitum ignorare canones, vt inf. 38. d. nulli. & c. omnes. sup. d. proxima, si Romanorum.

d ¶ Corripiendi.] Arg. simile. 16. disti. quod dicitis.

DE quibus.] CASVS. Quidam ꝗsiuit, si aliqua dubitatio emergat in solutione alicuius quęstionis, ad quas scripturas potius sit recurrendum, & dicitur in hoc cap. quòd iste ordo seruandus est. Primo enim recurritur ad uetus, & ad nouum testamentũ, & ad scripturas Apostolorũ: Etsi in illis nõ appareat qd sit faciẽdũ, ad Græcorum scripturas recurrendum est: postea ad gesta Conciliorũ & Põtificum: deinde ad Sanctorũ expositiones, vltimo ad seniores. Sic Beneuenta posuit casum Hugo. sic dicit, quòd primũ locum obtinẽt vetus & nouum testamentum: secundum canones Apostolorum & cõciliorum: tertium decreta, & decretales epistolæ Romanorũ Pontificum, quartum scripta Græca: quintum dicta sanctorum patrum Latinorum: vltimum exempla sanctorum patrum: deinde, ad seniores est recurrẽdũ Tu autem pone secundum quod litera iacet.

e ¶ Apostolorum.] Id est, Apostolicorũ.

f ¶ Exempla. Arg. B

stionis qualitas non lucidè inuestigatur, seniores [a] prouinciæ cögrega, & eos interroga. Facilius namq; inuenitur quod à pluribus [b] senioribus quæritur. Verus enim repromissor Dominus ait: [Si duo ex vobis, vel tres côueniűt super terram in nomine meo, de omni re quamcunque petierint, fiet illis à patre meo.] *Matth. 18.*

a ¶ Innocentius.] *Caput hoc non est inter epistolas Innocentij primi quæ multa extant; neque vero Innocentij secundi esse potest, cũ ante ipsum scripserint Burchardus, & Iuo à quibus hoc ipsum citatur.*

b ¶ Canones.] *Verba hæc quæ apud Gratianum deerãt, sunt apud Burchardum, & Iuonem & Polycarpum: in quo Polycarpo habẽtur hoc ipso loco, in quẽ sũt restituta.*

DISTINCTIO XXI.

DEcretis [c] ergo Romanorum Pontificum & sacris canonib. conciliorũ ecclesiastica negotia vt supra monstratum est, terminantur. Ministri vero sacrorũ canonũ, & decretorũ Pontificũ sunt summi Pontifices, & infra præsules, ac reliqui sacerdotes, quorũ institutio in veteri testamento est inchoata, & in nouo plenius consummata. ¶ Summi enim Pontifices, & minores [d] sacerdotes à Deo sunt instituti per Moysem, qui ex præcepto Domini, Aaron in summum Pontificem, filios vero eius vnxit in minores sacerdotes. *Exo. 28.* *Postea vero Dauid, cum ministeria domus Domini ampliaret, ianitores & cantores instituit.* *1. Par. 25. & 2. 23.* *Porro Salomon quendam modum exorcizandi inuenit, quo dæmones adiurati, ex obsessis corporibus pellebantur: huic officio mancipati, exorcistæ vocati sunt de quibus Dominus in Euangelio: [Si ego in Beelzebub eycio dæmonia, filij vestri (videlicet exorcistæ) in quo eiciunt?] Hæc omnia* *Luc. 11.*

---

1 Ad idem 2. q. 5. quia suspecti. C. de edi. prin. an in totum ff. de leg. rñ Imperator. 2. q. 5. de Liguribus. in fi. Archid.

Exemplis quibus est utendum.

exempla posse iudicari. 1 vt 17. distin. qui de mensa & 24. q. 1. si habes arg. contra. C. de senten. nemo Sed illud intelligitur cum ius habetur. Tunc enim per exempla non est iudicandum. Vel dic ꝙ exemplis priuatorum non est vtendum, sed exemplis publicæ personæ siue authenticę, ut exemplis Pricip s primi, siue Apostolicorũ. ut 16. q. 1. licet. ext. de sent. & re iudic. in causis, vel dic, ꝙ exemplis paucorum nõ est utendum, sed plurium bene.

a ¶ Seniores. Idest, sapientes vt 84. dis. porro.

b ¶ Pluribus. Sic extra de offi. deleg. prudẽtiã in fi. ⁊ respõ. nam per ampliores homines manifesta veritas reuelatur, vt C. de fideicõ. l. pen. & C. de inge. manu l. 3. Hac patet, ꝙ primo ad cõsuetudinẽ loci recurritur, cum lex deficit, quam ad consuetudinem Ro. ecclesie 12. distinct. illa. & ff. de leg. & Senatusconf. de quibus. Alij dicunt, ꝙ primo ad consultatione Ro. eccle. recurrendum est, vt arg. sup. 11. distin. c. vl. Ioan. quid autem de hoc seruetur, notaui su. 12. distin. illud. melius 1. distin. consuetudo.

ADDITIO. De hoc etiam not. C. q̃ sit longe cõsuet. l. 1. ibi vide. Archid.

DEcretis.] Hęc d. diuidit in tres partes. In quarum prima dicit, quod ministri ecclesię sunt summi Pontifices & præsules infra positi cum reliquis sacerdotibus. Secunda ibi, [In nouo.] Tertia ibi, [In his.]

CASVS. Supra actum est de decretis, & canonibus conciliorum, quibus negotia dirimuntur. In hac uero 21. distin. agit Gratianus de ministris ecclesiæ & sacrorum canonum, & dicit ꝙ sunt summi Pontifices & præsules infra positi cum reliquis sacerdotibus. Et hoc in prima parte. In secunda parte, quæ incipit ibi, [Summi etenim.] di ꝙ summi Pontifices & minores sacerdotes à Domino per Moysen sunt instituti in ueteri testamento, qui unxit Aaron in summum Pontificem, & filios eius, in minores Sacerdotes & Leuitas. Dauid instituit cantores, & ianitores. Salomon exorcistas, & hæc omnia in nouo testamento ecclesia imitatur. Habet enim ostiarios, & lectores pro ianitoribus, & habet exorcistas: pro filijs uero Aaron habet omnes positos infra summũ Pontificẽ; pro quo summo Pontifice ponit Papa. In tertia parte, quæ incipit ibi, [Inter eos,] di ꝙ inter istos est discretio seruanda. Nam alij appellãtur simpliciter sacerdotes, &c. Et hæc discretio incipit à Paganis, qui habebant Flamines, & Archiflamines. Similiter in nouo testamento incepit a Christo, qui Petrum loco summũ sacerdotẽ constituit xij. Apostolos maiores sacerdotes, lxxij. discipulos minores. Sed nunc loco Petri est Papa: loco xij. Apostolorũ epi, loco lxxij. discipulorũ sũt Archipsbyteri. Leuitas uero statuerãt Apostoli, Ecclesia uero subdiaconos, & acholythos sibi cõstituit:

c ¶ Decretis.] Hic agitur de ecclesiasticis ordinibus, & ostendit originem ipsorum, & unde 2 sic appellẽtur. postea ostendit, quod ille qui est in maiori ordine, uel dignitate, non potest iudicari à minori, & sic Papa à nemine potest iudicari.

2 Idest, quare.

Papa à nemine iudicatur

ADDITIO. Vt infra eod. inferior. & cap. submittitur. Archid.

d ¶ Et minores.] Cum ergo Moses elegerit sacerdotes in ueteri testamento, & Dñs in nouo, ut inf. ead. in nouo, uidetur, ꝙ ad episcopum de iure spectet electio canonicorum. Et Imperator dicit, ꝙ episcopus elegit clericos in Constantinopolitana ciuitate, ut in Auth. de mensura ordinandorum clericorum in 1. §. colla. 3. Ad hoc dicas, quod episcopus de iure communi cum alijs eligit, ut extra de his quæ fiunt a prælatis sine consensu, cap. nouit, &c. ea noscitur. consuetudo tamen est seruanda, ut extra de elect. cum ecclesia. 3 Item uidetur ex loco isto, ꝙ Moses fuit sacerdos, cum unxerit sacerdotes, & idem dicit Innocen. extra de maio. & obed. solitæ. Sed contra homicida fuit, ergo non potuit esse sacerdos, ut 23. q. 3. nõ in inferenda. Sed dic, quod olim sacerdotes bene erant homicidæ, ut 2. quæst. 7. §. his

Electio canonicorũ ad quẽs spectat

3 Hęc sententia communiter approbatur p Io. Vinc. Lau. Goffred. & Ber. in ista decret. cum ecclesia.

ita.

Vt 11. q. 7. ita. Sed David primo fuit prohibitus cõstruere tẽplum quia vir sanguinũ erat 1. de consecrat. dist. 1. c. 1. Quare autem iudices, & executores testes, & aduocati in causa sanguinis promoueri nõ possunt, dic vt notaui in quæstionibus in illa quæstione, quæ sic incipit: Aliquis ex officio suo hominem interfecit. De hoc dixi 50. dist. per totum. Quæstio venerialis est. Archid.

§ quis oẽes. de consecra. d. 1. c. 1. Arc. off.

hic. extra de ætate & qualitate, a nullis.

CLeros.] CASVS. Hoc e diuidit in tres partes. In prima ostendit Isidorus, quo noĩe generaliter ministri ecclesiæ vocantur & dicit, quod generaliter clerici vocantur: & dicit quare sic vocantur, & ponit nomina & numerũ ministrorum. In secunda parte, quæ incipit ibi, [Ordo vero.] facit quadrimembrẽ diuisionem huius nominis episcopi, & ponit etymologiã eorũ, quæ sub diuisione illa continẽtur. In tertia parte, quæ incipit ibi, [Pontifex princeps ordinum.] ponit officia singulorum ordinũ interferendo interpretationes eorum.

in nouo testamẽto ecclesia imitata habet ianitores suos, quos ostiarios appellamus. Pro cantoribus lectores & simul cantores instituit. Exorcistas autem nomine antiquo, & officio permanente recepit. Pro filijs verò Aaron, oẽs infra summum Pontificem sacerdotum administrãtes sunt cõsecrati. ¶ Inter eos quædam discretio seruata est, vt alij appellentur simpliciter sacerdotes, alij archipresbyteri, alij chorepiscopi, alij epĩ, alii archiepĩ seu Metropolitæ alii primates,[a] alii patriarchæ alii sũmi Pontifices, Horum discretio a gentilibus maxime introducta est, qui suos Flamines, alios simpliciter flamines, alios archiflamines, alios protoflamines appellabãt. Simpliciter verò maiorum & minorum sacerdotum discretio in nouo testamẽto ab ipso Christo sumpsit exordium, qui duodecim Apostolos tanquam maiores sacerdotes, & lxxij. discipulos[b] quasi minores sacerdotes instituit. Petrum verò quasi in summum sacerdotem elegit, dum ei prae oĩbus, & pro omnib. claues regni cœlorum tribuit, & a se petra, Petri sibi nomen imposuit, atque pro eius fide se specialiter rogasse testatus est, & vt cæteros cõfirmaret, sibi iniunxit, dicens: [Ego rogaui pro te Petre, vt nõ deficiat fides tua: & tu aliquãdo conuersus confirma fratres tuos] Hanc eandem formam Apostoli secuti in singulis ciuitatib episcopos, & presbyteros ordinauerunt. Leuitas autem ab Apostolis ordinatos[c] legimus, quorum maximus fuit beatus Stephanus Subdiaconos,[d] & acolythos procedente tẽpore ecclesia sibi constituit. ¶ De his ita scribit B. Isidorus lib. 7. Etym. c. 12. nomina illorum, & nominum causas exponens, ita inquiens.

Luc. 22.

Act. 6.

¶ Vnde nomina ecclesiasticorum graduũ sumãtur. C. I.

De officijs l. 2. ca. 1. Rabanus: de instit. cler. l. cap. 2. *Act. 1.*

CLeros[e], & clericos hinc appellatos credimus, quia Matthias[f] sorte electus est, quẽ primum[g] per Apostolos legimus ordinatũ. Κλῆρος enim Græce sors Latine, vel hæreditas dicitur. Propterea ergo dicti sunt clerici, quia de sorte Domini sunt: vel quia Domini partem[h] habent. Generaliter autem clerici nuncupãtur omnes, qui in ecclesia Christi deseruiũt; quorum gradus, & nomina sũt hæc, ostiarius, psalmista[i], lector, exorcista, acolythus,

e ¶ Cleros.] Primo ostẽdit Isidorus quo nomine vocentur ministri ecclesiæ, & quare sic vocentũr ministri ecclesiæ. Secundo ponit quadrimembrem diuisionem episcoporum. Tertio ponit interpretationes omniũ ordinum ecclesiasticorũ, & eorum officia. Secunda pars incipit ibi, [Ordo vero episcoporũ.] tertia ibi, [Pontifex.]

f ¶ Matthias.] Cum quo fuit electus Ioseph, act. q. 1. c. 1.

ADDITIO. Hic habetur, q hoc nõ sit electus a Matthia incepit ipse cũ sorte electus est. Hag.

g ¶ Primum in clericatu. Scilicet, alij ante scilicet Iacobus fuit primo episcopus scilicet, vt 66. d. per re. Et est hic arg. q sorte [illegible] ad vel [illegible] fidelium habe. q in electionibus tempore necessitatis possimus sorte procedere, vt 26. q. 2. non exẽplo. contra extra de elect. ecclesia vestra & ita ista glos. non tenet extra de elect. quia propter. Vel dic tunc esse vtendum sorte, cum est vtrobique paritas in omnibus, & subest causa necessitatis, ut cum est contentio de electione. 26. q. 2. non exemplo.

Sors in electionib. est reprobata.

*Semper fuit sacer, licet olim, quidam de hoc dubitauerint. Vide glo. in c. amul. tis. de æta. & qualitat. ord. vir. solos. & B. Thomã 4. sent. dist. 24. art primo. q. 1.

a ¶ Alij primates.] Hæc diuisio non est nisi ratione nominum: quia ijdem sunt primates, quod patriarchæ 99. dist. c. 1.

b ¶ Lxxij. discipulos.] Contra inf. ea. dist. in nouo. vbi dicitur, q discipuli Dñi, idest, Apostoli elegerunt lxxij. discipulos: hic dicitur, q a Domino. Sed dic, quod Dñs bene dr fecisse, quod eius minister facit: q q per aliũ facit, p seipsũ facere vr, ut extra de sent. excom. mulieres.

c ¶ Ordinatos.] Vt 93. d. Dominus noster, & ei diaconi.

d ¶ Subdiaconos.] Non videtur uerũ dicere, quia tempore Apostolorum aliqui fuerunt subdiaconi, ut 15. dist. episcopus, quia ille est canon Apostolorum. Sed dic, q subdiaconatus tunc fuit: sed non *fuit sacer ordo ad-

h ¶ Partem.] Idest, decimas, & primitias, quæ dicuntur Dei 2. ut 11. q. 2. [illegible] quis. 1. & c. qui abst [illegible].

i ¶ Psalmista.] Hic patet q psalmistæ, & ostiarij, & lectores sunt clerici 25. distinct. perlectis. & 32. distin. feria [illegible] 23. distinc. clericum. & 11. q. 1. de persona. & depõni possunt sicut alij clerici. 23. q. 1. si quis episcopus, & qui iniicit manus in illos, excommunicatus est, 17. q. 4. si quis & extra de senten. excom. non dubiũ & c. parochianus. Et per primam tonsuram fit aliquis Psalmista, uel clericus, & illa tonsura est sacramentale an sit ordo

a Sub [illegible] quãuis Dñi [illegible] & plenius [illegible] ps. [illegible] Arch.

sign um, vt 32. q. 1. duo. Sed si hoc dicatur, tūc erunt nouem ordines. Verūtamen uidetur, ꝙ non sit ordo: quia vbi tractatur, ꝙ clericus alij obedientiam præstabit, nihil agitur de istis ordinibus, vt 93. dist. a subdiacono similiter alibi, vt 77. d. illud. Sed dic, ꝙ tantum septem sunt ordines, q conferuntur cum solemnitate, sed tamen nouē sunt. Io. Sed certe omnes conferuntur cū solemnitate hodie preter Psalmistatum, qui a solo sacerdote confertur, vt 23. distin. psalmista. Bar.

sine consensu. ca p. ea. noscitur. &c. quanto.

g ¶ Ex Græco.] Scilicet dos, quod est datio.

h ¶ Virga.] Qua arcebāt aues a carnibus sacrificiorum.

i ¶ Nudis.] Arg. quòd non incedit nudus qui filum fert in capite.

Sacerdos simplex spalmistarū conferre potest.

a ¶ Episcopus.] Argu. ꝙ episcopatus est ordo 1, vt 93. dis. diaconi.

1 Quid sit ordo hēs If. 82. dis. ca. 1. ibi, de hoc & ad idem extra de renuncia. post translationem. §. vlt. vbi de hoc.

b ¶ In patriarchas.] Quo nomine comprehendit principales patriarchas, vt Romanum, Cōstantinopolitanum, Alexandrinum, Hierosolymitanum, Antiochenum.

c ¶ Archiepōs.] Id est, primates, quod nomine comprehendit alios patriarchas siue primates, vt Aquileiensem 2, Cantuariensem, Bituricensem.

2 Sub de quo habetur 9. q. 3. nunc vero Arch.

d ¶ A mēsura.] Quia x. vel xj. debet sub se hēre, vt 6. q. 3. scitote. Vel dicitur a metros quod est mater, & polis, quod est ciuitas, quia est mater aliarum ciuitatum. 12. d. de his.

Archiepūs quot suffraganeos habeat.

e ¶ Licet.] De ijs, quæ spectāt ad totā prouinciam. sed de ijs, quę ad suam diœcesim spectant, sine eorum licentia possūt disponere. 11. q. 3. c. 1. & 2.

f ¶ Disponit.] Ergo episcopus confert dignitates ecclesiasticas, vt 73. dist. episcoporum. Argu. contra. 93. distinctione, legimus. vbi dicitur, quod tantum ad episcopum spectat confirmatio: sed hoc refert ad diuersas consuetudines, vt extra de elect. cum in cunctis. &c. cū ecclesia Vulterrana. Io. Ergo credo, ꝙ de iure communi tātum electio dignitatū spectet ad capitulum, cum episcopo, vt extra de ijs quæ fiunt a prælat.

3 60. dist. c. 2. Archid.

Dignitatum electio ad quos spectat.

¶D

subdiaconus, diaconus, presbyter, episcopus [a]. ¶Ordo episcoporum quadripertitus est. i. in patriarchas [b], archiepiscopos [c], Metropolitanos, atque episcopos. Patriarcha, Græca lingua, summus patrum interpretatur: quia primum, idest Apostolicum retinet locū; & ideo, quia summo honore fungitur, tali nomine censetur, sicut Romanus, Antiochenus, & Alexādrinus. Archiepiscopus Grę co dicitur vocabulo, ꝙ sit summus epōrū: tenet enim vicem Apostolicam; & præsidet tam Metropolitanis, quā, cæteris episcopis. Metropolitani autem a mensura [d] ciuitatum vocantur; singulis enim ꝓuincijs præeminēt, quorum auctoritati, & doctrinæ † cæteri sacerdotes subiecti, sunt, sine quibus nihil reliquos agere licet [e] episcopos: sollicitudo enim totius prouinciæ ipsis commissa est. Omnes autē superius designati ordines vno eodemque vocabulo episcopi nominantur: sed ideo priuato nomine quidā vtuntur, propter distinctionem potestatum, quam singulariter acceperunt. Patriarcha patrum princeps. Αρχων enim princeps; inde archiepiscopus princeps episcoporum, sicut Metropolitanus a mensura ciuitatum. ¶Episcopatus autem vocabulum inde ductum, quòd ille, qui efficitur † episcopus: superintendebat, scilicet curam gerens subditorum: Σκοπεῖν enim Græcè, Latinè intendere dicitur. Episcopi autem Græcè, Latinè speculatores interpretantur: nam speculator est præpositus in ecclesia dictus, eo ꝙ speculetur, & perspiciat populorum infra se positorum mores, & vitam. ¶Pontifex princeps sacerdotum est, quasi via sequentium. Ipse summus sacerdos, ipse & Pontifex maximus nuncupatur. Ipse enim efficit sacerdotes, atq; leuitas; ipse omnes ordines ecclesiasticos disponit [f]; ipse, quid vnusquisque facere debeat, ostendit. Antea autem qui Reges erant, & Pontifices erant. Nam maiorum hæc erat consuetudo, vt Rex esset etiam sacerdos & Pontifex. Vnde & Romani Imperatores Pontifices dicebantur. ¶Vates a vi mentis appellatus est, cuius significatio multiplex est: nam modo sacerdotem, modo prophetam significat, modo poetam. ¶Antistes sacerdos dictus est, quod antestat: Primus est enim in ordine ecclesiæ, supra se nullum habet. ¶ Sacerdos autem nomen habet compositum ex Græco [g] & Latino, quasi sacrum dans: sicut enim rex a regendo, ita sacerdos a sacrificando vocatus est; consecrat enim, & sacrificat. Sacerdotes autem gentilium Flamines dicebantur. Hi in capite habebant pileum, in quo erat breuis virga [h] desuper habens lanæ aliquid, quod cum propter æstum ferre non possent, filo tantum capita religare cœperunt. Nam nudis [i] penitus eos capitibus incedere nefas erat. Vnde a filo, quo vtebantur, flamines dicti sunt, quasi filamines. Verum festis diebus filo deposito pileum imponebant pro sacerdotij eminentia. ¶ Presbyter Græcè, Latinè senior interpretatur: non modo pro ætate, vel de-

† al. doctrina & potestati] orig.

† Superefficitur, superintendebat] orig. & Rab.

decrepita senectute, sed et pp honoré, & dignitaté, [a] q̄ acceperunt, presbyteri nominantur. vnde & apud ß veteres, ijdé epi, & presbyteri fuerunt; quia illud nomen dignitatis est, & non ætatis. [b] ideo aūt & presbyteri sacerdotes vocantur, quia sacrum dant, sicut & epi: qui licet sint sacerdotes; tñ Pontificatus apicem non habent: quia nec chrismate frontem signant, nec paraclitum spiritum dant, qđ solis deberi epis lectio Actuum Apostolorum demonstrat. Leuitæ ex noíe auctoris vocati. De Leui.n. Leuitæ exorti sunt; a quibus in templo Dei mystici sacramenti ministeria explebantur. Hi Græcè diaconi, Latinè ministri dñr; quia sicut in sacerdote consecratio, ita in diacono ministerij † dispensatio habetur. Hypodiacones Græcè, quos nos subdiaconos dicimus, qui ideo sic appellantur, quia subiacent præceptis, & officijs Leuitarum. Oblationes.n. in templo Dei a fidelib. ipsi suscipiunt, & Leuitis superponendas altaribus deferunt: hi apud Hebræos Nathinæi [c] vocantur. Lectores a legendo, psalmistæ a psalmis canēdis vocati: illi.n. prędicant [d] populis, quid sequātur; isti canunt, ut excitent ad compunctionem aíos audientium; licèt & quidam lectores ita miserabiliter [e] pronuncient, vt quosdam ad luctum, lamentationemque compellant. Ijdem ēt & pronunciatores vocantur, quod porro † annuncient: Tanta enim & tā clara erit eorum vox, vt quamuis longè positorum aures adimpleant. Cantor autem vocatus, quia vocem modulatur in cantu. Huius duo genera dicūtur in arte musica, sicut ea docti homines Latinè dicere potuerunt, præcentor, & succentor: præcentor.s. qui vocé præmittit in cantu: succentor autem, qui subsequenter canendo respondet. Concentor autem dicitur, quia consonat; qui autem non consonat, nec concinit; nec cātor, nec concentor erit. Acolythi Græcè, Latinè cero ferarij dicuntur, a deportandis cereis, qñ legendum est Euāgelium, aut sacrificium offerendum: tunc.n. accenduntur luminaria ab eis, & deportantur, non ad effugandas tenebras, dum sol eodem tēpore rutilet, sed ad signum lætitiæ demonstrandum, vt sub typo luminis corporalis illa lux ostendatur, de qua in Euangelio legitur: [Erat lux vera, quæ illuminat oēm hoiem venientem in hunc mūdum.] Exorcistæ ex Græco, in Latinum adiurantes, siue increpantes vocantur: inuocant.n. super cathecumenos, vel super eos, qui habent spiritum immundum, nomen Dñi Iesu, adiurātes per eum, vt egrediatur ab eis. Ostiarij ijdem, & ianitores, qui in veteri testamento electi sunt ad custodiam templi; vt non ingrederetur in illud immundus in omni re. Dicti autem ostiarij, quòd præsint ostijs templi. Ipsi enim tenentes clauem, omnia intus, extraque custodiunt, atque inter bonos & malos habentes iudicium, fideles recipiunt, & respuunt infideles. [f]

Act. 1.

† al. ministerij.

† al. populo.

Iuo p. 6. c. 1.

Ioan. 1.

a ¶ Dignitatem.] vt 84. dist. porro.
b ¶ Et non ætatis.] Tantū supple: quia alibi dicitur, quod est nomen ętatis, vt 93. distinctio. legimus.
c ¶ Nathinæi.] Isti dicūtur ministri ministrorum, & interpretantur in humilitate Deo seruientes, vel Deo donati: & sunt dicti ab eo tempore, quo Iosue Gabaonitas donauit ad ministerium tēpli, scilicet, vt ligna ibi cęderēt in ipso, & aquam portarent ad opus sacrificii, de quib. dicitur 22. q. 4. innocens. H. Et not. quod isti Nathinæi lauabant hostias in probatica piscina. Probaton Grę cè dicitur, ouis Latinè: sic ergo dicta erat, quia in ea Nathinæi, &c. sicut prę dixi, vt legitur in historijs Euangelij. c. post hoc erat, &c. Arch.

Probaton qd dicatur.

d ¶ Prædicant.] Idest, legunt recitando, non autem prædicando: quia illud est officium sacerdotum. 16. quęst. 1. adijcimus.
e ¶ Miserabiliter.] non per prauā, vel raucam vocem: sed potius per altam vocem & sonoram, & iste intellectus patet ex litera sequēnti, vbi dicit, tanta enim, &c.
f ¶ Et respuunt infideles.] idest, excommunicatos. Et ita ostiarius remouet, [1] excōmicatos ab ecclesia

1 Scilicet ab ingressu ecclesiæ corporaliter arcendo. Hugo.

a Idest Apostolicum.] *Antea legebatur*, post Apostolicum. *Restituta est vera lectio non modo ex Isidori & veterum exemplarium Gratiani fide, sed exipsa ab Isidoro allata ratione, qui Romanum, Antiochenum & Alexandrinum Patriarchas propterea vocat: quia Apostolicum locū tenent. Hoc idem B. Gregorius lib. 6. epist. 37. scribens Eulogio Alexandrino, declarat his verbis.* Itaque cum multi sint Apostoli.

pro ipso tñ principatu sola Apostolorũ principis sedes in auctoritate conualuit, quæ in tribus locis vnius est. Ipse.n.sublimauit sedem, in qua etiam quiescere, & præsentem vitã finire dignatus est: ipse decorauit sedem, in qua Euangelistam discipulum misit: ipse firmauit sedẽ, in qua septem annis, quamuis discessurus, sedit. *At que hoc idem ait Anacletus c. sacrosancta, infra dist. 22.*

β ¶ Vnde & apud.] *Restituta hæc sunt in locum suum, quo loco habentur apud Sanctum Isidorum.*

γ ¶ Et non ætatis.] *In originali est*, hoc ætatis. *& ita apud Hieronymum in epist. 83. ad Oceanum: sed ob glossam non est mutatum.*

Item Anacletus ad episcopos Italiæ. epist. 2.

¶ Romana ecclesia a Christo primatum accepit.

Cap. II.

IN nouo testamento post Christum Dominũ a Petro sacerdotalis cœpit ordo: quia ipsi primo Põtificatus in ecclesia Christi datus est, Dño dicente ad eum: [Tu es Petrus, ᵃ & super hanc petram ædificabo ecclesiam meã, & portæ inferi nõ præualebunt aduersus eã: & tibi dabo claues regni cœlorum.] Hic ergo ligandi, atq; soluendi potestatem primus accepit a Domino primusq; ad fidẽ populũ virtute suæ prædicationis adduxit. Cæteri vero Apostoli cum eodem pari ᵇ cõsortio honorem, & potestatem acceperunt: ipsumq; principẽ eorum esse voluerunt: qui etiam iubente Domino in toto orbe dispersi, Euangelium prædicauerunt. Ipsis quoq; decedentibus, in locum eorum successerunt episcopi: quorum ordinatio prætaxato ᶜ debet fieri ordine & modo: quos qui recipit, & verba eorum, Deum recipit; qui autem spernit eos; eum, a quo missi sunt, & cuius legatione funguntur, spernit; & ipse indubitanter spernetur a Domino. Videntes aũt ipsi Apostoli messem esse multam, & operarios ᵈ paucos: rogauerunt ᵉ dominum messis, ut mitteret operarios in messem suam; inde ab eis electi sunt lxxij. discipuli; quorum typum gerunt presbyteri, atque in eorum locum sunt constituti in ecclesia.

Ansel.l.1.c.1. Burch.l.1.c.1. Iuo p.5.c.1. Pann.l.3.c.82. *Matth.16.* *Matth.vlt.* *Luc.10.* *Matth.9.* In decretis cũ lxx. episcopis.

Item Gelasius vrbis Romæ episcopus omnibus orthodoxis.

¶ Primatum Romanæ ecclesię non aliqua synodus, sed Christus instituit. Cap. III.

Poly.l.1.tit.2. Ansel.l.1.c.69. Burch.l.3.c.220. Pann.l.4.c.3.

QVamuis vniuersę per orbẽ catholicę ecclesię vnus thalamus Christi sint; sancta tamẽ Romana Catho-

---

1 Arg. contra [illegible] ... Archid.

sia, 1 vt hic. & c. [illegible] dist. [illegible]

IN nouo testamento. Hæc est secunda pars huius distinctionis, in qua probatur, ꝙ Romana ecclesia fit caput, ab ipso Domino specialiter instituta: secundario [illegible] Ioan. de Fant.

CASVS. In hoc cap. ostendit Anacletus, ꝙ primus sacerdos post Christũ fuit Petrus, cui data est potestas ligandi & soluendi: cæteri vero Apostoli, qui cũ eo parẽ honorem assecuti sũt, ipsum in principem elegerunt, loco quorum hodie sunt epi. Videntes aut Apostoli prædicatores paucos, elegerunt lxxij. discipulos, loco quorum sunt presbyteri in ecclesia [illegible] ... spernit [illegible] spernẽt.

a ¶ Tu es Petrus.] Videtur ergo, ꝙ per hæc verba; tu es Petrus, &c. datus fuit Petro Pontificatus, & ita ante passionẽ: quã fuit ecclesia: & ita vi [illegible] ... ibidẽ, ꝙ post passionẽ fuit datus ecclesiæ pastor, & nõ an. Sol. primo fuit Apostolus [illegible] passionẽ sed post passionem fuit pastor creatus [illegible] illa verba: Si diligis me, &c. vt ex. de electio. significasti. qd & hic innuit cũ dicit: tibi dabo claues, &c. 2 hoc.n.est permittere, & nõ dare. ADDITIO. Ad huius verbi declaratio nẽ vide quod legit & not. 23.q.6. [illegible] vero. §. ex his. iuxta princ. in gl. sed qualiter. Archid.

2 Idẽ tenet Alex. de Im. in l. iurisgentium. col. 3. ff. de pactis.

b ¶ Pari.] Arg. ꝙ omnis episcopus sit par apostolico quantum ad ordinem & rationem consecrationis 24.q.1. loquitur. in princ. Petrus tamen maior fuit aliis in administratione, vt 2.q.7. puto: põt enim aliquis esse maior alio in ordine, sed tamen minor in administratione, vt archipresbyter maior est Archidiacono [illegible] dist. perlectis. De Apostolis qñ fuerunt consecrati non legimus: Dicunt tamen quidam ꝙ in cœna, qñ dictum est eis: Hoc facite in meam commemorationem. de consec. dist. 2. in Christo. in fine. Alij dicunt, ꝙ tunc dictum est eis: Ite, baptizate omnes. de consec. dist. 3. propriæ. De Paulo, & Barnaba habemus 75. dist. quod die. & de Iacobo 66. distinct. porro.

Petrus in administratione maior aliis fuit. Apostoli qñ fuerint consecrati.

c ¶ Prætaxato.] In pariete cap. quæ hic non est.

d ¶ Operarios.] Arg. hic signauerunt doctores, 3 ꝙ licet sit statutus certus numerus canonicorum, si tñ excrescant ecclesiæ facultates, ꝙ præbendæ debent augeri, vt extra de vita & hone. cler. qñ hoc expeditum est, extra de consti. cum M. Fer. & extra de censi. quanto.

3 Vt Laur.

e ¶ Rogauerunt.] Arg. ꝙ non nisi volentibus dabitur prælatus, etiam a Papa. vt sup. dist. proxi. sacrosancta. & 8.q.1. sciendum, 4 & c. audacter. Dic a principio non datur inuitis, sed ex postfacto sic, si sint negligẽtes. 61. distinct. nullus inuitis.

Prælatus nolentibus nõ est dandus.

4 al. si ergo.

QVamuis.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quod ecclesia Romana caput est aliarum ecclesiarum, & ꝙ præfera-

præferatur alijs. Et hoc probatur duabus rationibus. Prima est, quia Christus dedit ei primatum & auctoritatem quando dixit dicens: Tu es Petrus & super, &c. Secunda est: quia Petrus & Paulus vna die gloriosa morte in vrbe Romana sub Cæsare Nerone coronati, ecclesiam Roma-

INferior.] CASVS. Omnia cap. seq. loquuntur de Ignatio Constantinopolitano patriarcha, qui fuit depositus a suis suffraganeis auctoritate & fauore Michaelis Imperatoris, contra quos inuehitur Nicolaus Papa dicens, quod suffraganei Ignatium deponere non potuerũt, quia inferior sedes non potest superiorem absoluere vel ligare, & hoc probatur auctoritate Esaiæ dicentis. Nunquid gloriabitur securis. &c.

lica, & Apostolica Ecclesia nullis synodicis cõstitutis,[a] cæteris ecclesijs plata est, sed euãgelica voce Domini, & Saluatoris nostri primatum obtinuit,] Tu es Petrus (inquies) & super hanc petram ædificabo ecclesiam meã: & portæ inferi nõ preualebũt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni cœlorum; & quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis; & quodcunq; solueris super terram, erit solutũ, & in cœlis.] Cui data est etiam societas beatissimi Pauli vasis electionis, qui nõ diuerso (sicut hæretici garriũt) sed vno tempore, vno eodemq; die,[b] gloriosa morte cũ Petro in vrbe Roma sub Cæsare Nerone agonizans coronatus est, & pariter supradictam sanctam Romanam ecclesiam Christo domino consecrarunt,[c] eamque omnibus vrbibus in vniuerso mũdo sua præsentia, atque venerando triumpho, prętulerunt: Est ergo prima[d] Petri apostoli sedes Romana ecclesia non habẽs maculam, neque rugam, nec aliquid[e] huiusmodi.

Matth. 16.

Inf. dist. 22. c. sacrosancta. ex Anacleto.

3 In his omnibus quãto gradus[f] celsior, tanto maior auctoritas inuenitur. In maioribus si quidem est regẽdi & iubendi potestas, in minoribus obsequendi necessitas.

Vnde Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem in epistola cuius initium est [Proposueramus.]

¶ Inferiorum facta superiorum sententijs obnoxia sunt. Cap. IIII.

INferior[g] sedes superiorem absoluere non potest. Sola ergo potior inferiorem cõuenienter absoluit. Hinc[h] liquido peruidetur; quia quem non potest absoluere, nõ potest iudicio inferior potiorem ligare. *& infra.* Vnde propheta[i] ait: [Nunquid gloriabitur securis: contra eum, qui secat in ea? aut exaltabitur serra contra eũ, qui

Esai. 10.

g ¶ Inferior.] Ex hoc c. & inf. ca. denique. tres colliguntur regulæ. Prima est hæc: Inferior superiorem nõ potest ligare, vel soluere. 3 Secunda hæc est: qui potest ligare, potest & soluere: Tertia talis qui potest soluere põt & ligare. quælibet harum regularũ videtur habere exceptionem. Prima regula vĩ recipere instãtiam cum maior se subijcit arbitrio minoris, vt 11. q. 1. peruenit. Secunda regula similiter fallit in incẽdiarijs & excõmunicatis, qui debent per Papam absolui. ext. de sent. excomm. tua, & extra de offi. deleg. quærenti. & in excommunicato propter rem iudicatam vltra annum post sententiam, qui per Papam absoluitur. Tertia regula fallit inf. de consec. dist. 4. sanctum. vbi habes, quod

3 De hoc & habetur 26. q. 1. in summa. Archid.

Romanam consecrauerunt, & eam alijs sui præsentia prætulerunt. Et ostẽditur hic quis minister præsit alijs: unde bene facit ad propositum Gratiani.

a ¶ Constitutis.] Scilicet, tantum.

b ¶ Eodemque die.] Hic videtur quod eodem die Petrus & Paulus fuerunt crucifixi. 2. q. 7. beati. dicunt tamen quidam quod reuoluto anni spatio Paulus fuit decollatus, sed eodem die post annum. Historia 1 tamen dicit 14. ann. Imperij Neronis eos fuisse occisos.

Petrus & Paulus eodẽ die passi sunt.

1 Scilicet Romana H.

c ¶ Consecrarunt.] Sic ergo ecclesia consecratur sanguine alicuius, sicut aliquis baptizatur in sanguine suo, vt de consecr. dist. 4. baptismi vicem.

d ¶ Prima.] Dignitate. Nam ecclesia Antiochena præcessit istam, vt 24. q. 1. rogamus.

e ¶ Nec aliquid.] Argu. quod vbicunque sunt boni, ibi est ecclesia.

IN HIS. Hæc est tertia pars dist. in qua ponit sex cap. de materia de pœnis Ignatij Constantinop. patriarchæ, qui fuit depositus a suis subditis & excommunicatus & postea per Romanam ecclesiam restitutus. 63. distin. Hadrianus. Io. de Fan.

CASVS. Dicit Gratianus in hoc §. quod quanto gradus est celsior, tanto maior est auctoritas in maioribus: & regendi potestas: In minoribus obsequendi necessitas.

f ¶ Gradus.] In ordinibus, 2 de quibus supradixi eadem dist. electos.

2 Et ordinatis. Archid.

quidam penitens absoluit alium tempore periculi, quẽ tamen ligare non posset. Idem fallit 3. q. 6. quamuis. & C. ubi senatores. l. 3. Similiter fallit (vt uidetur) cum aliquis confitetur extraneo sacerdoti, qui ipsum tunc absoluit, non tamen posset ligare. Ioan. Sed illa exceptio non ualet: quia non concedo quod aliquo modo consequatur quis remissionem qui confitetur extraneo sacerdoti, ut dicitur extra de pœnit. & remiss. omnis. nisi prius obtenta licentia a proprio sacerdote, ut dicitur in ea. decre. omnis nisi in necessitate, ut extra eod. tit. ca. vlt. de pœnit. dist. 1. quem pœnitet. vers. tanta Bart. Et est hic arg. quod si Papa mandat alicui quod excommunicet aliquem, quod possit etiam ipsum absoluere: quia excommunicatio & absolutio pari conditione censentur, ut cui unum permittitur, & reliquum, vt inf. de pęnitẽt. distinct. 1. uerbum. argum. contra 27. quęstio. 1. si homo. 4 Sed ibi Papa præcipit non absolui eius auctoritate, secundum quosdam. In omnibus istis cap. vsque in finem loquitur de eadem materia. scilicet de facto suffraganeorum Ignatij Constantinopolitani archiepiscopi, qui a suis suffraganeis est depositus fauore Imperatoris.

Confitens extraneo sacerdoti non consequitur remissionẽ.

4 Vbi de hoc extra de ma. & o. dẽ cũ inferior. ibi in gl. 1. dic ut ibi. Archid.

h ¶ Hinc.] Arg. quod idem iuris est in vno contrariorum, quod in reliquo, vt inf. ca. denique. & 26. distin. deinde. & 1. q. 4. hæc quippe. & ff. de uerb. oblig. inter.

i ¶ Vnde propheta.] Esaias.

a ¶ Exhi-

a ¶ Exhibuimus.] id est, probauimus.

NOlite.] CASVS. Clerici Constantinopolitani obijciebant Nicolao Papæ, quod uellet defendere Ignatiũ in malo: quibus Nicolaus rñdet, dicens se nolle eum in malo defendere: sed vult quod filij sint deuoti psi spirituali, & discipuli magistro: ita ut eos nullo modo iudicent, sed nec etiam reprehendant.

b ¶ Reprehendẽdã.] Sed contra j. 2. q. 7. oues. 1 & c. sequenti. & 9. q. 3. si autem, vbi dicitur quod subditi possunt reprehendere plātos. Sol. triplex est reprehẽsio: imperiosa, quæ fit imperio potestatis: hęc tantum maioribus conceditur, 43. dist. si rector, ut hic. Alia socialis: hęc minoribus cõcedit, 81. dist. i omnibus. Tertia temeraria est, quæ infamandi causa fit: & hęc nulli cõcedit, vt 5. q. vlt. delator. ADDITIO. Quarta humilis & deuota, vt 2. q. 7. nos si. §. item cum Balaam.

1 Hoc c. potius facit pro quam contra, prout ibi notatur in gl. vlt. Archid.

Reprehensio est triplex.

trahit eam?] His ita ex diuina scriptura, & probabilium Patrum doctrina commemoratis, sole clarius exhibuimus [a], non posse quemquam, qui minoris auctoritatis est, eum, qui maioris potestatis est, iudicijs suis addicere, aut proprijs definitionibus subiugare.

Idem eadem epistola.

¶ De eodem. Cap. V.

NOlite nos existimare facta cuiuscunq; proximorũ nostrorum, quę sunt digna reprehensione, velle defendere; sed quod ita uelimus filios circa spiritalem patrem, & discipulos erga magistrum deuotos, ac sobrios esse; vt nulla penitus temeritate ad eorum vitam (vt nõ dicam dijudicandam,) sed nec saltem tenuiter reprehendendam [b] prosiliant.

Idem Nicolaus Papa eadem epistola.

¶ Inferiores maioribus nec benedicere, nec maledicere possunt. Cap. VI.

DEnique si in epistola legimus ad Hebræos [c], quòd minor à maiore benedicitur; restat profecto, vt exigente ratione etiam maledicatur [d]. Si quidem hęc vtiq; prænoscentes periculosa tẽpora illi qui ante nos fuerũt; prouidam in ecclesijs cõsuetudinem tradiderũt; hodieque in Romana ecclesia, quæ magistra est omnium ecclesiarum impræter missa † seruatur: ita vt nullus sacerdos maiore [e] suo nõ innuente † consacerdote, cuilibet rei benedictionem † dare nitatur: sed & anterior stans ad pronunciandam aliquam lectionem, benedictionem quidẽ postulat, sed ei quilibet inferior nõ audet penitus benedicere [f]. Cur hoc? nunquid benedicere peccatum [g] est? absit. De maledicis enim, non de benedicis dicit Apostolus; quia regnum Dei non possidebunt, sed per hoc innuitur, quantæ censuræ fræno inferiores quique à suis præpositis iudicandis coercendi sint, si his nec etiam benedicendi ius vllum penitus obtineant.

Heb. 4. Ansel. li. 7. c. 144. Iuo par. 5. cap. 17. & par. 6. c. 355. Heb. 7.

† al. impræteruissę.

† al. iubente.

† al. benedicere videatur.

Gal. 5.

DEnique.] CASVS. Probat Nicolaus in hoc cap. quod maiores pñt iudicare minores, & benedicere, sed nõ econtra. Et hoc probat exemplo Melchisedech, qui sicut legitur in epistola ad Hebræos, benedixit minori, scilicet Abrahæ. Similiter hoc pbatur consuetudine ecclesiæ: quia nunquam maior legens lectionẽ, benedicit à minori. Vnde patet, quod maiores possunt iudicare minores, cum ab eis benedici non possint.

c ¶ Ad hebræos.] vbi legitur, quod Melchisedech benedixit Abrahæ, & per hoc probat Apostolus Melchisedech fuisse maiorem.

Idem eadem epistola.

¶ De eodem. Cap. VII.

NVnc autem diuina inspiratione nõ nos pigebit, nec nobis impossibile erit, ostẽdere vobis (si tñ audire velitis) nõ posse quemquam rite ab ijs, qui inferioris

Poly. li. 1. tit. 20. Ansel. lib. 2. c. 67. al. 65. Iuo p. 5. c. 8. Pann. li. 4. c. 6.

d ¶ Etiam maledicatur.] Contrariorum enim eadem est ratio, ut supra, ead. inferior. ff. de uerbo. oblig. inter stipulantem.

e ¶ Maiore.] Arg. quod minor iudex nõ potest exercere iurisdictionem suam præsente maiore iudice, vt 95. distin. presbyter. ff. de offic. proconsul. l. vlt. Arg. cõtra 11. q. 1. peruenit. & C. de donat. in hac 95. distin. ecce. Dic, quod si minor habet iurisdictionem à maiore, nihil agit, quod sit ad derogationem illius, extra de offic. lega. uolentes.

Minor quis sit præsente maiore.

f ¶ Benedicere.] Sed dic episcopo, qui postulat hanc benedictionem. Ora pro nobis pater sancte: in quibus locis ipse inferior dicit episcopo: Iube domne benedicere, & episcopus benedictione facta legit.

g ¶ Peccatum.] Argum. quòd aliquid prohibetur, non quod ipsum malum sit, sed quod inde malum potest sequi, vt 22. q. 1. in nouo, & 11. quæst. 3. noliте. & 63. distin. cum Hadrianus. §. verum.

NVnc autem.] CASVS. Probat Nicolaus in hoc c. quod subditi non possunt iudicare prælatos. Et hoc facit duobus exemplis scilicet Marcellini Papæ, qui licet confessus fuisset in synodo episcoporum se à Paganis compulsum grana thuris diabolo immolasse: nullus tñ episcoporum ausus fuit eum iudicare, sed omnes dixerunt: Ex ore tuo iudica te ipsum: quia prima sedes non iudicabitur a quoquã. Et exemplo Sixti Papæ cui cum in cõcilio vbi Valentinianus Imperator interfuit, multa obijcerẽtur: tribuit ei Imperator potestatem iudicandi seipsum: cum ipse non sit subiectus iudicio minorũ.

a ¶ Diocle-

a ¶Diocletiani.] Nota simul duos fuisse Imperatores. Dic, ꝙ erant duæ personæ, sed tamen erant loco vnius. Sed contra 7.q.1. in apibus. Sed forte vnus habuit dignitatem, alter administrationem.
ADDITIO. Dic, ꝙ huic cõtrario standum est, quia non debet

Imperatorque duo eodem tempore fuerunt.

dignitatis, vel ordinis sunt iudicialib. submitti definitionibus. Siquidem tempore Diocletiani [a], & Maximiani Augustorum Marcellinus [b] episcopus vrbis Romæ, qui postea insignis martyr effectus est, adeo compulsus [c] est a paganis, vt in templum eorum ingressus, grana thuris super prunas imponeret; cuius rei gratia collecto numerosorum concilio epõrum, & inquisitione facta, hoc idem Pontifex se egisse confessus est. Nullus tñ eorum, pferre sententiam in eum ausus est; dum ei sępissime oẽs perhiberent; Tuo ore iudica causam tuam, nõ nostro iudicio. Et iterum; Noli aiunt audiri in nostro iudicio: sed collige in sinu tuo causam tuam; & rursus: qm̃ ex te, inquiũt, iustificaberis, aut ex ore [d] tuo condemnaberis. Et iterum dicunt: Prima sedes nõ iudicabitur a quoquam. *Idem in eadem* ¶Sed, & cum quidam tp̃e quodam cõtra Sixtum Papam tentassent quædam mali † rumoris obijcere, & in concilio, cui & Valentinianus Augustus intererat, dictũ fuisset. Non licere aduersus Pontificem dare sentẽtiam, surrexit idem protinus Imperator, & in arbitrio præfati Pontificis tribuit iudicare iudicium suum. Etenim nullus Pontificum minorum, vel inferiorum vrbium subactus iudicijs inuenitur.

† al. criminis] orig.

Idem Nicolaus eadem epistola.

¶Maiores a minoribus iudicari non possunt. Cap. VIII.

SVbmittitur Ignatius minorũ, inferiorũ, & subiectorũ deliberationibus, cum sacris canonibus pręcipientibus, & exemplis sanctorum Patrum, semper, vbi est maior auctoritas, sit eundum, & in omnib. controuersijs ad potioris sedis iudicia (actio † dirigatur. Quod non solum a catholicis, verum etiam ab ipsis cõstat obseruatum hęreticis [e]. Alioquin acephalum liquet esse concilium, vbi de tanta persona agitur, & maiorum non expectatur sententia; cum nec in causa clericorum inferioris [f] gradus, solius episcopi sui iudicium tantummodo postulandum † sit.

† orig. non habet.

† al. præstolandum.

Idem Nicolaus eadem epistola.

¶Minorum sententię maiores damnare non valent. Cap. IX.

IN tñ hanc pręsumptionẽ [g] sancti Patres apud Chal-

Poly. l.1.tit.20.
Ans. l.2.c.65.
Dio p.5.c.8.
Pann. l.4.c.6.& 7.

ꝙ non fuit sententia quam tulit, sed quędam interpretatio, & infuit ei tacita conditio, scilicet nisi Deus aliter reuelauerit [1], & Dñs reuelauit aliter, quia sepultus fuit post xxx. dies post mortem. Item quæritur, quare isti episcopi non deposuerant Papam cum esset confessus de hęresi, ut 40. distin. si Papa? Dicit Hugo. quia paratus erat corrigi licet .n. Papa, vel alius sit hæreticus, si tamen paratus est corrigi [2] nõ deponitur, vt 24. q.3. dixit Apostolus. Vel ideo non debebant ipsum deponere: qa coactus fecit. 50.d. presbyteros.

1 Arg. ad hoc 27. q.2.§. cũ vero. Arch.

2 Imò dicit Hug. ꝙ nec potuerũt nec debuerũt eũ condemnare in de, qa spõte, & humiliter confessus est errorem suum. Tunc .n. Papa põt condemnari de hęresi, cũ pertinax fuerit. aliàs nõ. Hugo.

c ¶Cõpulsus.] Conditionali non absoluta coactione. si .n. fuisset absoluta, nõ deliquisset, vt 50. d. presbyteros.

d ¶Ex ore.] Arg. ꝙ aliquis potest esse iudex in propria causa. sic. ff. de dol. p. l.3. C. de fideicom. l. vlt. sed iudex ibi improprie dicitur, idest, arbitrator in iurisdictione contentiosa non potest, sed in voluntaria sic.

SVbmittitur.] CASVS. Probat Nicolaus in hoc cap. ꝙ Ignatius non potuit deponi a subditis, qa canones & exempla sanctorũ Patrum pręcipiũt semper esse recurrẽdũ ad maiorem sedem in causis episcoporũ, quod non solum a catholicis, sed etiã ab ipsis hæreticis obseruatũ, quia etiam clericus a solo episcopo iudicari non põt: & nisi Dñs Papa intersit vbi episcopus iudicatur, acephalum erit tale concilium.

e ¶Hereticis.] Arg. ꝙ ab exemplis gentilium est argumentandum, vt 11. q.1. sacerdotibus, 13. q. 2. questa. & c. non æstimemus.

debet esse nisi vnus. Ad hoc extra de off. ord. quoniam §.1. & hoc causale fuit secundum Pet.

b ¶Marcellinus.] Sed de isto legit, ꝙ concilio congregato confessus est quod fecerat, & in se tulit sentẽtiam depositionis, & veniens coram Diocletiano cõfessus est se Christianum esse, & excommunicauit quicunq; eum post mortem sepeliret. Sed videtur, ꝙ hęc sentẽtia, quia pręcepit non sepeliri corpus suum, contineat errorem: vnde nulla deberet esse: vt extra de sent. excommun. per tuas. si quis enim præcipiat, ꝙ corpus suum nõ sepeliatur, hoc præceptum non est adimplendum, ut ff. de condit. instit. quidam. Præterea qualiter poterat iste seipsũ excõicare [1] vel deponeret cũ par in parẽ non hẽat Imperium, vt extra de electio. innotuit. Ad hoc potest dici,

1 Valent. ꝙ bene. 11. q.3. Si is qui vbi de hoc. Arc.

f ¶Inferioris.] inf. 15. q.7. si autem. in fi. contra, vbi dicitur, quod solus episcopus illorum causas potest audire. Sed non excluduntur ibi clerici, sed alij episcopi, 15. q.7. episcopus nullus.

IN tantum.] CASVS. Dioscorus in tribus deliquit, qa .s. per Regem fuit inthronizatus in ecclesia Cõstantinopolitana, vnde multi clerici recesserunt ab eo. Item quia factus fuit hæreticus. Post hæc duo delicta, ausus fuit excõicare Papam Leonem. vnde sancti Patres apud Chalcedonem congregati ipsum damnauerunt, nõ tantum de heresi, sed etiam quia ausus fuit suum maiorem excommunicare.

g ¶Pręsumptionem.] Scilicet depositionem Ignatii.

a ¶Vt Dioscorum.] Qui inthronizatus fuit per Regem qui post excommunicauit Papam.
b ¶Quoniam secundis.] Videtur hic, quod iudex in sententia tenetur exprimere causam, quæ ipsum mouit, ut C. de iud. properandum §. illo. & ff. de ijs, qui not. infa. l. quod ait. §. penul. arg. contra extra de sentent. & re iudic. sicut ad hoc dico, quod semper tenet. exprimere causam, si tñ nõ expresserit, tenet snia 2. quæst. 6. biduum.
ADDITIO. De hoc not. in prædic. sicut. & extra lib. 6. de sententen. excommu. cum medicinalis. in princip. Archid.
c ¶Fidem.] Tantũ, ne sit contra. 15. d. canones, circa medium. ver. quarta synodus.

1 Vt 16. q. 7. c. sane. Arch.

rij: Vnde qui priuilegijs Rom. eccl. detrahit, hæreticus est: qui uero alijs iniustitiam facit. Secundo probat exemplo Ambrosij, qui confessus est in omnibus se velle sequi Rom. ecclesiam.
a ¶Omnes.] 2 Sic construe. Rom. eccle. instituit omnes.

2 Ordo literæ.

cedonem detestati sunt, vt Dioscorum. a Alexandrinum antistitem inter cætera, idcirco potissimum sine vlla restitutione damnauerint, qua in cõtumacia a permanens erga primæ sedis Romanæ priuilegium, resipiscere a suis superstitionibus, ut seruaretur a prima sede Apostolica, noluit: & ponens in cœlo os suum, & lingua eius trãseunte super terram, excommunicationem in S. Leonem Papam dictauit, ita vt in sententia contra ipsum prolata, hoc videantur memorare præcipue, dicentes; [Quoniam secundis b excessibus priorem iniquitatem valde transcendit; Præsumpsit enim, & excõicationem dictare aduersus sanctissimum, & beatissimum archiepiscopũ magnæ Romæ Leonem.] Nunquid ibi legitur inquisitionem fuisse factam, vtrum iuste, an iniuste ipsam Dioscorus excommunicationem dictasset? Non plane: sed absq; omni controuersia hoc in eo vlti sunt: quia cũ esset inferior; potiorẽ quibuslibet conatus est lacessere cõtumelijs, teste Anatolio Constantinopolitano præsule: qui dicit, [Propter fidem c non est damnatus Dioscorus: sed quia excommunicationem fecit domino archiepiscopo Leoni.]

Psal. 72.

In concilio Chalcedonen. act. 4.

a ¶In contumacia.] *Hinc vsque ad verb.* ponens. *addita sunt ex originali.*

Q Via ergo. Hæc dist. diuiditur in duas partes. Secunda ibi. [Prima ergo.]
CASVS. Dictum est supra: Quod maior a minori iudicari non potest. In hac uero 22. dist. videndum est quæ dicatur prima sedes, quæ secunda, & quæ tertia, & quidem primum locum obtinet Roma. eccl. Alexandrina sum. Antiochena tertium, & hoc probat Gratianus per 7. cap. sequentia.
d ¶Quia ergo.] In hac dist. ostendit ordinem maiorum ecclesiarum. Et primo ostendit quem ordinem habuerunt secundum antiqua tempora. Secundo ostendit quem ordinem habuerunt postea secundum moderna tempora. Secundum antiqua tempora talis fuit ordo. Prima fuit Romana ecclesia: Alexandrina secunda: Antiochena tertia: quarta Hierosolymitana, vt j. ea. c. 2. & c. 3. sed Constantinopolitana nullum locum habuit, ut j. ead. c. qua traditione: sed postq̃ imperium fuit translatũ Constantinopolim, Constantinopolitana ecclesia obtinuit secũdum locum post Ro. Alexandrina tertium: Antiochena quartũ: Hierosolymitana quintũ: & hoc dicitur j. ea. renouantes, ext. de priuil. antiqua.

Ecclesiarum maiorũ ordo.

DISTINCTIO XXII.

Q Via d ergo maior a minori iudicari nõ debet videndum est, quæ inter cæteras ecclesias primum locum, quæ secundum uel tertium obtineat. Romana ecclesia (sicut supra dictum est) primum locum inter cæteras obtinet, Alexandrina secundum, Antiochena ecclesia tertium ab ea locum accepit.

Vnde Nicolaus Papa II. † scribit Mediolanensibus per Petrum Damianum legatum suum.

¶Romana ecclesia cæterarum primatum tenet. Cap. I.

O Mnes e siue patriarchij cuiuslibet apices, siue Metropoleon primatus, aut epatuũ cathedras, vel ecclesiarum cuiuslibet ordinis dignitates, instituit Rom. ecclesia. Illã vero solus ille fundauit, & super petram fidei mox f nascẽtis g erexit, qui beato æternæ vitæ clauigero terreni simul, & cœlestis h imperij iura cõmisit. Nõ er-

Anſ. l. 1. c. 63. al. 64.

† [illegible] Anſ.

O Mnes.] CASVS. Mediolanẽses nolebãt Rom. sequi, nec ei reuerentiã exhibere: sed Nicolaus Papa probat, quod Ro. ec. omnibus est prælata, & omnes alias instituit: & hoc probat duobus modis. Primo quia illud verbum, per quod cœlum & terra, & cætera elementa sunt creata, dedit Petro potestatem cœlestis, & terreni imperij.

nes. [illegible] patriarchæ [illegible] per hoc patet quod solus Papa nouas facit dignitates.
f ¶Mox.] [illegible] ab initio.
g ¶Nascentis.] Quantum ad nouum testamentum.
h ¶Cœlestis.] 3 Arg. quod Papa habet vtrumque gladium [illegible] spiritualem, & temporalem. [illegible] domino. & [illegible] & papa [illegible] sanctorum, &c. iurato. & [illegible] dist. [illegible] quod transtulit enim de Græcis [illegible] extra de elect. venerabilem. Arg. contra 96. dist. duo 4. & 9. dist. legimus, & 21. dist. [illegible]

3 Papa habens vtrũq; gladiũ, transtulit imperium.
4 Et si Imperator, in [illegible] de hoc & 2. q. 6. & item cum [illegible] Arch.

a In-

go quælibet terrena sententia, sed illud verbū, per quod constructum est cœlum & terra, per quod denique omnia condita sunt elementa, Romanā fundauit ecclesiam. Illius certe priuilegio fungitur, illius auctoritate fulcitur. Vnde non est dubiū, quia quisquis cuilibet ecclesiæ ius suum detrahit, iniustitiam [a] facit. Qui autem Romanę ecclesiæ priuilegium ab ipso summo omnium ecclesiarum capite traditum auferre conatur [b], hic proculdubio in hæresim labitur; & cum ille vocetur iniustus, hic est proculdubio dicendus hæreticus. Fidem quippe violat, qui aduersus illam agit, quæ mater est fidei: & illi cōtumax inuenitur, qui eam cunctis ecclesijs prætulisse cognoscitur. *& infra.* ¶Vnde & ipse S. Ambrosius se in omnibus sequi magistram sanctam Romanam profitetur [c] ecclesiam.

Lib. 3. de sacramentis. c. 1.

Item Anacletus seruus Christi Iesu ad omnes episcopos. epist 3 c. 3.

¶Non ab Apostolis, sed ab ipso Domino Ecclesia Romana primatum accepit. Cap. I.

In præfatione concilij Nicæni. Poly. li. 1. tit. 2. Ansel. 1. c. 2. & 65. Iuo p. 5. c. 2. & 26. Pann. li. 4. c. 2. *Matth. c. 16.* sup. distinct. 21. c. quamuis.

SAcrosancta Romana & Apostolica Ecclesia nōn ab Apostolis, sed ab ipso Domino Saluatore nostro primatum obtinuit: & eminentiam potestatis super vniuersas ecclesias, ac totum Christiani populi gregē assecuta est: sicut ipse B. Petro Apostolo dixit: [Tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo ecclesiā meam; & portę inferi non præualebunt aduersus eā: & tibi dabo claues regni cœlorū, & quodcunq; ligaueris super terrā, erit ligatum & in cęlis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cęlis.] Adhibita est ēt societas in eadem Romana vrbe beatissimi Apostoli Pauli vasis electionis, qui vno die, vnoq; tpe gloriosa morte cum Petro sub principe Nerone agonizās coronatus est: & ambo sanctā ecclesiam Romanam cōsecrauerunt, alijsq; omnibus vrbibus in vniuerso mūdo sua pręsentia, atq; venerādo triūpho prætulerunt. Et licet pro oībus assidua apud Deum omnium Sanctorum effundatur oratio; his tamen verbis Paulus Beatissimus Apostolus Romanis proprio chyrographo pollicetur dicēs: [Testis. n. mihi est Deus, cui seruio in spiritu meo in Euāgelio filij eius: ꝙ sine intermissione [d] memoriā vestri facio semper in orationib⁹ meis. ¶Prima ergo sedes est cœlesti beneficio Rom. ecclesiæ, quam (vt memoratū est) Beatissimi Petrus & Paulus suo martyrio cōsecrarunt. Secunda aūt sedes apud Alexandriam B. Petri nomine a Marco [e] eius discipulo atq; Euāgelista con̄secrata est, quia & ipse in Aegypto primum verbū veritatis directus a Petro pręedicauit; & gloriosū suscepit martyriū, cui venerabilis successit Abilius. Tertia vero sedes apud Antiochiā eiusdem, idest, B. Petri Apostoli nomine habetur honorabilis; quia illic, priusquā Romā veniret, habitauit, & Ignatium episcopum constituit: & illic primum [f] nomen Christianorum [g] nouellæ gentis exortū est. *& post pauca.* ¶Inter Beatos Apostolos quędā fuit discretio † potestatis; & licet omnes essent Apostoli, Petro tamē a Dño concessum est (& ipsi inter

Rom. 1.

Pann. lib. 4. c. 4.

† al. discretus. & licet.

Polyc. lib. 1. tit. 1. Ansel. 1. c. 7. Burc. l. 1. c. 159. Iuo p. 5. c. 269.

a ¶Iniustitiā.] Nec Papa dēt uni ecclesiæ detrahere. 1 & dare alteri. vt 9. q. 3. d. ecce. & ca. nullus. & 25. q. 2. de ecclesiasticis nisi subsit cā, ut 9. q. 3. cōquestus. & c. nunc uero. & cap. per principalem.

b ¶Conatur. Solus ergo conatus hic punitur, vt 6. q. 1. §. quęro utrum, & 1. q. 1. qui studet. de pœn. dist. si quis.

c ¶Profitetur.] Arg. ꝙ confessio prælati nocet ecclesiæ suæ. arg.]. ca. de Cōstantinopolitana in fi.

SAcrosācta.] CASVS. Capitulum hoc diuiditur in tres partes. In prima parte probatur Ro. eccl. primā esse siue priorē, & alijs præferri. & hoc ostenditur tribus modis. Primo auctoritate Christi dicentis: Tu es Petrus, &c. Scdo in gloriosa morte Petri, & Pauli, qui Ro. Eccl. consecrauerunt: & eam alijs sui pręsentia prætulerunt. Tertio speciali oratione facta pro Romanis. In secunda parte, ¶ incipit ibi. [Prima ergo.] dr̄ ꝙ prima sedes est Romana, Secunda Alexandrina. Tertia Antiochena in tertia parte, quæ incipit: ibi. [Et post pauca] discretio fuit inter Petrum & alios apostolos; quæ hodie est inter Papam & alios episcopos. Hoc etiā fuit in veteri testamento. Vnde Moyses & Aaron cæteris præfuerunt sacerdotibus.

c ¶Casus aūt sequē. §. & c. per se patet.

d ¶Sine intermissione.] Non tamen in quolibet instāti, sed horis constitutis. 2 sic]. 31. d. si laicus. & 37. d. de qbusdā.

e ¶A Marco.] vt 24. q. 1. cū beatissimus.

f ¶Primum.] vt 7. q. 1. mutationes.

g ¶Christianorū.] Primo enim omnes fideles fuerunt dicti discipuli de consec. dist.

1 In cuiusquam enim iniuriam beneficiū tribuere nostri moris non est, dicit Imperator. C. de emancip. nec auus. ar. ad hoc 14. q. 5. denique. Archid.

2 Quasi fieri sine intermissione dicatur licet medi⁹ actus interueniat. ar. ff. de duobus reis. l. duos. §. dño. Archid.

ſe idipſum voluerunt) vt reliquis omnibus preeſſet Apoſtolis, & Cephas β id eſt caput, & principiũ teneret Apoſtolatus: qui & eandem formam ſuis ſucceſſoribus, & reliquis γ epiſcopis tenendam tradiderunt. Et non ſolum hoc in nouo teſtamento eſt conſtitutum, ſed etiam in veteri fuit; vnde ſcriptum eſt; Moyſes [a], & Aaron in ſacerdotibus eius.] id eſt primi inter eos fuerũt. *& poſt pauca.* ¶Hæc vero Apoſtolica ſedes cardo & caput (vt prætactum eſt) omnium eccleſiarum a Domino, & non ab alio eſt conſtituta: & ſicut cardine oſtium regitur; ſic huius ſanctæ ſedis auctoritate omnes eccleſiæ (Domino diſponente) reguntur.

Pſal. 98.
Poly. li. 1. tit. 8.
Anſ. li. 1. c. 2.
Burc. l. 1. c. 178.
Iuo p. 5. c. 194.

α ¶Quia. *Hinc uſque ad ver.* Tertia *addita ſunt ex originali, quemadmodum & alia nonnulla.*

β ¶Cephas] *In Euãgelio* Ioan. *c. 1. Cephas (quæ vox Syriaca eſt) exponitur* πέτρος, *quod græce petram ſignificat, idq; docet etiam B. Hieronymus in cõm. epiſt. ad Galatas, c. 2. neq; credendam eſt ignoraſſe Anacletum, ſed voluiſſe eam dictionem ad Græcam linguam eo tempore notiſſimã referre. Quod fecit Cyrillus Hieroſolymitanus catecheſi decima in nomine (Ieſus) nõ modo Hebraicum, ſed etiam Græcam illi etymologiam tribuens. Atqui hoc ipſum nomen Cephas, Optatus Afer antiquus & probatus auctor: quem Hieronymus & Auguſtinus magni faciunt, lib. 2. eodẽ modo, quo Anacletus, accepit, his vtens verbis:* Igitur negare non potes, ſcire te in vrbe Roma, Petro primo cathedram epiſcopalem eſſe collatam in qua ſederit omnium Apoſtolorum caput Petrus: vnde & Cephas appellatus eſt. *Et Iſidorus lib. 7. ethym. c. 9 ſic de Petro loquitur:* Cephas dictus, eo quod in capite ſit cõſtitutus Apoſtolorum: κεφαλὴ enim Græcè caput dicitur. *Verum apud Burchardum & Iuonem ſic habetur;* ut reliquis omnibus præeſſet Apoſtolis Cephas, id eſt vt Petrus principatum teneret Apoſtolatus.

γ ¶Et reliquis.] In *originali eſt*, & reliqui Apoſtoli epiſcopis.

Hac auctoritate Alexandrina eccleſia ſecundum a prima locum habere cenſetur. Sed poſtea in Conſtantinopolitana ſynodo eccleſia Conſtantinop. ſecundum a ſede Apoſtolica locum accepit. Vnde in eadem ſynodo, id eſt, Conſtantinop. 1. c. 5 ita conſtitutum eſt.

¶Secundum a Romano Pontifice Conſtantinopolitanus obtinet locum. Cap. III.

Ex priſca verſione.
Poly. lib. 2. tit. 22.

CONſtantinopolitanæ [b] ciuitatis epiſcopum habere oportet primatus honorem poſt Romanum epiſcopum; propterea quòd ſit noua Roma.

¶Canon hic ex ijs eſt, quos Apoſtolica Romana ſedes a principio, & lõgo poſt tempore non recepit: quod ex epiſt. 53, aliàs 13. Leonis Papæ primi ad Anatolium Conſtantinopolitanum, & alijs eiuſdem epiſtolis facile eſt omnibus cognoſcere: itemq; ex duabus epiſt. Leonis noni, vna aduerſus præſumptiones Michaelis & Leonis, c. 28. altera ad eundem Michaelem. Sed multo clarius ex B. Greg. epiſt. 31. lib. 6. ad Eulogium Alexandrinum, & Anaſtaſium Antiochenum: atq; ex epiſt. Nicolai primi ad Michaelem Imperatorem; quæ incipit, Propoſueramus. *Quamquam Conſtantinopolitani epiſcopi, Imperatorum potentia freti ſecundum locum Patriarchalium ſediũ ſibi vſurparunt: idque tandem pacis & tranquillitatis cauſa fuit ipſis conceſſum; ſicut in c. antiqua. de priuil. Innocentius Papa iij. declarauit.*

Item Gregorius Ioanni epiſcopo Syracuſano, lib. 7. epiſt. 63.

dist. 2. prima vel fratres. 11. q. 5. c. ad menſam. ſed poſtquam Apoſtoli fecerũt cõcilium Antiochenũ, dicti ſunt Chriſtiani. 24. q. 1. rogamus.

a ¶Moyſes.] Licet Moyſes & Aarõ primi & ſũmi dicti ſint ſacerdotes: tamen Moyſes fuit maior ꝙ Aaron in adminiſtratione, nõ quoad conſecrationem ſacerdotalem. In hoc eñ ambo pares fuerunt: Moyſes tamen hoſtias non offerebat, ſed vota offerebat pro populo, ut 36. d. ſi quis vult. & 88. diſt. decreuit. Itẽ & in hoc erat maior Moyſes, quã Aaron: quia inſtruebat & redarguebat eum tanquam minorẽ, 1 vt de pœn. diſt. 3. inter hæc hircum.

1 Nã in hoc caſu dicitur quis minor alio. 2. q. 7. Paulus Petrũ. Archid.

b ¶Conſtantinopolitanæ.] ¶Roma noua dicta eſt Conſtantinopolis: quia Conſtantinus illuc cum alijs Romanis iuit, & eã cõſtituit. vnde & Conſtantinopolis & Roma noua eſt dicta. 96. d. Conſtantinus.

DE Conſtãtinopolitana.] CASVS. Dicit Grego. in hoc ca. ꝙ nullus debet dubitare Cõſtãtinop. eccleſiam eſſe Romæ ſubiectã: & tñ ſi quid boni hẽt ipſa, uel alia eccleſia, libenter ſumere ab ea paratus eſt: qa ſtultus, &c. Nam cũ Conſtant. epiſcopus cõfiteatur eam eſſe ſubiectam Romanæ eccle. nullus de hoc dubitare debet.

a ¶De

a ¶ De Constantinopolitana.] Immo ipse Imperator eam fatetur subiectam Rom. ecclesiae, vt in Auth. de eccl. ti. in princ. coll. 9.
ADDITIO. Et C. de sum. Trin. l. inter claras. Lau.
b ¶ Stultus.] Stultus, ta, tum. dicitur quasi exultus. ab extollo.

Stultus unde dicatur.

e ¶ Subiectus.] Ita domum si qua culpa. &c.
f ¶ Nescio. q. d. ex quo Constantinop. eps fatetur se esse subiectum Romano, multo magis & alij tenent fateri. Sic vt ex confessio praelati nocet ecclesiae, vt extra de cano. more. dilectus. & de sent. & re iu. suborta. & de postul. pla. ad haec lo. 1 quod credo verum esse si de consensu sui capituli facta est in iudicio, ut extra de iu. causam & de proc. c. 1. B.
g ¶ Humilitatis.] Hoc vult dicere, quod oes essent equales, si oes vellent esse boni: sed quia aliqui peccare volunt, necesse est quod aliqui sint maiores qui puniant peccata eorum: culpa enim ca subiectionis est. nam no peccantes legi no subijciuntur, ut in Auth. de incest. nupt. §. si vero. coll. 2. 10. q. 2. due sunt. Et aliter no posset consistere genus humanum nisi quidam essent maiores, & alij minores, sicut est in Angelis, vt 89. d. ad hoc.

Praelati confessio an noceat ecclesiae.

1 De hoc tenens ut legit & not. extra lib. 6. de test. praesentium. & est Inno. & no. de ele. dudu. 2. Arch.

Culpa est subiectionis causa.

¶ Apostolicae sedi Constantinopolitanam constat esse subiectam. C. IV.

Ans. l. 2. c. 66.

DE Constantinopolitana [a] ecclesia quod dicunt, quis eam dubitet sedi Apostolicae esse subiectam? quod & D. piissimus Imperator, & frater noster Eusebius eiusdem ciuitatis episcopus assidue profitentur? Tamen si quid boni, vel ipsa, vel altera ecclesia het, ego & minores meos quos ab illicitis prohibeo, in bono imitari paratus sum. Stultus [b] est.n. qui in eo se primum existimat, vt bona, quae viderit, discere contemnat. *Idem eidem epist. 64.* Nam quod Primas Bizanzenus [d] sedi Apostolicae dicit se subijci, [e] si qua culpa in episcopis inuenitur, nescio [f] quis † ei subiectus non sit, cum vero culpa non exigit, omnes secundum rationem humilitatis [g] aequales sumus.

† al. ti episcopus subiectus.

¶ Hoc caput sumptum est ex duabus epistolis eidem Ioanni episcopo Syracusano scriptis: sed in epist. 63. ex qua accepta est prior pars agitur de Constantinopolitana ecclesia: in sequenti vero 64 agitur de primate Byzacena prouincia Africa non autem Constantinopolitano, quod videntur, & Gratianus, & Anselmus, apud quem eodem modo legitur, voluisse, adducti fortasse summula illa, quae proposita est epistolae Gregorij. Auctor quidem glossa, quod Gratianum putauit sensisse, aperte exposuit.

Item Gelasius Papa I. ad Faustum magistrum legationis.

¶ Constantinopolitanus episcopus auctoritate Romani Pontificis deponitur. Cap. V.

Ivo p. 5. c. 9.

QVa traditione maiorum, Apostolicam sedem in iudicium vocant? [h] An secundae sedis Antistites, & tertiae, caeteriq; bene sibi cōscij sacerdotes depelli [i] debuerunt, & qui religionis extitit inimicus, [k] depelli nō debuit? Viderint ergo, si alios habent canones, quibus suas ineptias exequantur. Caeterum isti qui sacri, [l] qui ecclesiastici, qui legitimi celebrantur, sedem Apostolicam ad iudicium vocare non possunt, & Cōstātinopolitanae ciuitatis episcopus, quae vtiq; per canones inter sedes nullum nomen [m]

QVa traditione.] CASVS. Acacius Constantinopo. patriarcha cum esset in haeresi excommunicauit Alexandrinum & Antiochenum patriarchas, & eos a suis sedibus fecit expelli, quia sibi non fauebant in suo errore, quare Gelasius Papa in illa synodo congregata excommunicauit Acacium, & Constantinopolitanos ei fauentes, quod inciderant in haeresim iam damnatam. Acacius vero Cōstātinopolitanus epus & cōplices conquerentes dicebant, Papam non debuisse eos excomunicasse nisi in synodo congregata, & sic volebant cogere Papam congregare concilium, vt de suo facto iterum cognosceretur in synodo, & hoc intendebant probare auctoritate quorundam canonum, quos fallaciter inducebant. Sed Gelas. contra eos dicit, quod iustissime sunt damnati, cum illi iniuste condemnauerunt Alexandrinum, & Antiochenum patriarchas: nec auctoritates quas allegant, eos defendere possunt. 2
g ¶ Capitula quae sequuntur cum §. plana sunt vsq; ad finem dist.
h ¶ Vocant.] Ad concilium faciendum. 3
i ¶ Depelli.] Ab Acacio Constantinop. patriarcha.
k ¶ Inimicus.] Acacius.
l ¶ Qui sacri.] Ironice dicit.
m ¶ Nullum nomen.] Quia tempore Gelasij Cōstātinopolitana ecclesia nō habuit secundum locum adhuc, vel nullum vocat propter haeresim ibi statutam.

extollo, lis. quia se extollit, vel dicitur stultus, quasi statim vltus, ab vlciscor, eris. quia stultus statim vltionem expetit nec deliberat. Vel dic quod proprie stultus est qui per stuporem non mouetur iniuria; seuitiam enim perfert, nec vltus est, nec vllo ignominiae mouetur dolore, quia stultus est hebetior corde, vnde quidam ait. Ego me esse stultum existimo, fatuum, esse non opinor, i. obtusis quidem sensibus, non tamen nullis secundum Pap. & Hug.
c ¶ Discere.] Arg. est hic contra seniores, qui erubescūt discere a iuuenib. sic 38. d. nullus. & 24. q. 3. si habes. & 84. d. peruenit. Item habes hic, quod maiores tenentur sequi exempla minorum si bona sunt. 1. q. 1. si fuerit. &c. neque in homine. & 10. d. secundum.
d ¶ Bizanzenus.] idest, Constantinopolitanus primo enim Constantinopolis dicta fuit Bizantium.

Senes nō debent erubescere a iuuenib. discere.

2 De hac materia loquitur 24. q. 3. cum quibus.
3 Scilicet propter damnationem alicuius, quasi Papa non possit sine concilio aliquem damnare, quod falsum est Hug.

a Reuera-

a R Enouantes.] ¶ Similia.] Simile priuilegiū habet in quibusdam, quia ad ipsum appellatur medijs prætermissis, vt 11.q.1.si clericus. Et quia deponit episcopum, vt videtur, 3.q.5. quia suspecti. Et Imperator dicit, ꝙ idem iuris hēt in suis subditis, qđ Papa in suis vt in Auth. de eccle. tit. §.1. coll.9. Similiter Alexandrina ecclesia forte in prædictis simile hēt priuilegiū Romanę, vt 65.d. quoniam, &c. mos antiquus.

Appellatio pōt ad Papā omisso medio interponi.

b ¶ Priusquam.] Sic ergo aliqua ecclesia priuatur iure suo sine culpa sua, & hoc fit quandoque propter fauorē qnq; ꝓpter odium. Propter fauorem multipliciter, vno modo vt hic alio modo fauore sacerdotij, vt 54. dist. frequēs. Et alio modo propter vim cōsecrationis, vt 14.q.6. cōperimus. Quandoque propter fauorē religionis, vt extra de eccl. edi. ad audientiā 2. Qnque pp scādalum, vt extra de cler. ægr. tua. Qnque pp defectū sacramenti, vt 34.d. si cuius. Itē pp odiū alterius, vt 70. dist. neminē, 16.q.7. decernimus. Propter paupertatē, 10.q.3. c. vnio. Itē pp ordines, vt d.54. frequēs. Alias regulare est, ꝙ nemo sine culpa sua priuādus ē iure suo, vt 16.q.7. inuētum & 56.d. satis peruersum. 1 Hic pōt habere locum distinctio, ꝙ qnque perdit priuilegiū pp fauorē, vt hic qnque ꝓpter enorme damnū, vt extra de deci. suggestum. qnque pp abusum 11.q.3. priuilegiū. qnque pp delictū. 25.q.2. ita nos qnque pp negligētiā, ff. de nūdinis. l. 1. qnque pp ꝯrium factū. extra de priuil. si de terra. & c. accedētibus. Et no. ꝙ licet quis sine culpa perdat priuilegium, nūquam tñ sine causa. extra, vt lite non contest. quoniam frequenter, §. porro. vnde versus.

Iure suo multis modis q̄s priuatur.

1 De hoc & not. ext. de priuil. antiqua.

a Scilicet ꝙ patriarchalibus sedibus præsident, vt Pisanus, Bituricensis, Gradēsis. nā plures debēt esse qui in capite cuiusque prouinciæ, c.1. 99.d. 2. c.1. fin. H.

Paupertas, odium, vitium, fauor, scelus, & ordo,
Personas spoliant, & loca iure suo.

c D Issinimus.] Ac Hierosolymorum.] Sunt & alij patriarchæ, vt Bituricen. Aquileien. vt 9.q.3. cōquestus, & c. nunc vero. inf. 32.d. erubescant.

B Reuiter.] Hæc distin. diuiditur in sex partes, in quarum prima ponit quid iuris sit de electione Romani Pontificis. Secunda ibi.] Episcopi vero.] Tertia ibi, [His, igitur.] Quarta ibi, Dalmaticis.] Quinta ibi.] Quæritur.] Sexta ibi.] Subdiaconus

CASVS. Supra ostensum est, quæ differentia sit inter ecclesiastica officia, & ministros ecclesiæ in illo c. cleros. In hac vero 23.d. ostenditur qualiter quisque debet ordinari a summo vsque ad vltimum gradum.

d ¶ Breuiter.] In hac dist.23. ostēditur qualiter singuli ordines

accepit: in communionem recidens perfidorum, non debuit submoueri?

Item ex 6 synodo sub Iustiniano congregata, c.36.

¶ Constantinopolitana ecclesia secundum a Romana obtinet locum. Cap. VI.

R Enouantes *a* sancti Cōstantinopolitani decreta cōcilij, petimus †, vt Constantinopolitana sedes similia [a] priuilegia, q̄ superior *β* Roma hēt, accipiat, nec nō *γ* in ecclesiasticis rebus magnificeť vt illa: sed hæc secūda post illam existens, prius quàm [b] Alexandrina sedes numereť, deinde Antiochena, & post eā Hierosolymitana.

† *ὁρίζομεν, idest, statuimus.*

α ¶ Renouantes.] *Hic agitur de quinto illo canone primæ synodi Constantinopolitanæ de quo supra ead. c. Constantinopolitanæ dictum fuit. Et quod attinet ad omnes hos canones, qui sextæ synodo tribuuntur, videnda est notatio ad c. sextam sup. 16.d.*

β ¶ Superior.] *Ita habetur ī aliquot vetustis exēplarib⁹: nā ī vulgatis erat*, iferior, *Græce est* τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης, *idest*, antiquoris, vel senioris Romæ, *vt inf. c. proximo. Oīno aūt caput hoc lōge breuius est in hac versione, quā in Græco exēplari, uno tātū loco copiosius, qđ Antiochenā numerat sedē, cuius in Græco vulgato nulla mentio.*

γ ¶ Nec non.] *Sic emandatum est ex aliquot manuscriptis, & Græco, antea enim legebatur*, non tamen.

Hinc datur intelligi, quod Alexādrina ecclesia de secunda facta sit tertia & Antiochena de tertia sit quarta, nisi forte quis duas contendat esse secundas, ut Constantinopolitanam, & Alexandrinam parem sua dignitatis uelit locum obtinere.

Vnde in 8 synodo habita sub Hadriano Papa II. cā. 21.

¶ Quæ Patriarchalium sedium, primum, vel deinceps teneant locum. Cap. VII.

D Issinimus neminē prorsus mundi potentū, quēquā eorū, qui Patriarchalibus præsunt sedibus, inhonorare, aut mouere a ꝓprio throno tentare: sed oī reuerentia, & honore dignos iudicare, præcipue quidē sanctissimum Papam senioris Romæ, deinceps autem Constantinopoleos Patriarchā, deinde vero Alexādriæ, ac Antiochiæ, ac Hierosolymorū. [c]

Deusdedit p.3. Ans. l.2. c.72.

DISTINCTIO XXIII.

B Reuiter [d] *qua inter Ecclesiastica officia sit differentia, monstrauimus. Nunc a sum-*

ordines sunt conferendi. Et primo ostendit qualiter debet Papa eligi, & ordinari. 1 Secundo qualiter ordinandus in episcopum debeat examinari. 2 Tertio qualiter episcopus, & alij inferiores sint ordinandi. 3 Quarto annectit de habitu clericorum, & quod moniales non debeant

sitæ, ordinandi Rom. eccl. si inthronizari non potest. In tertia parte, quæ incipit ibi. [Quod si quis contra hoc.] maledicitur ei qui contra hoc decretum fuerit ordinatus cum suis fautoribus, pœna depositionis adiuncta, & benedicitur omnibus obseruatoribus. Et no. quòd ab illo verbo, [Nouit beatitudo,] vsque in finem, sunt verba Nicolai.

1 Inf. eo. c. 1. inf. eo. c. 2. inf. eo. c. 3. & c. se. annectit. & quid iuris sit, si aliqua orta fuerit contradictio in cōsecratione episcopi. & de professione obedientiæ, quam debēt inferiores facere suis prælatis. inf. eo. c. illud. & c. seq. Ioan. de Fan.

mo incipientes, & vsque ad vltimum gradum descendentes, qualiter quisque eorum debeat ordinari, sanctorum auctoritatibus ostendamus.

Vnde Nicolaus Papa ij. in concil. Lateranensi.

¶ Decretum Nicolai Papæ de electione summi Pontificis. Cap. I.

Pann. l. 3. c. 1.

IN nomine [a] Domini nostri & Saluatoris Iesu Christi. Anno ab Incarnatione eiusdē MLIX. mense Aprili, indictione [b] xij. propositis sacrosanctis Euangelijs præsidente quoque reuerendissimo, † ac beatissimo Nicolao Apostolico Papa in basilica Lateranensis Patriarchij, [c] quæ cognominatur Constantiniana, considentib. etiam reuerendissimis episcopis, abbatibus, presbyteris, diaconis, idem venerabilis Pōtifex auctoritate Apostolica decernens de electione summi Pontificis, inquit. ¶ Nouit beatitudo vestra dilectissimi fratres, & coepiscopi, inferiora quoque membra Christi non latuit, defuncto piæ memoriæ Domino Stephano prædecessore nostro, hæc Apostolica sedes, cui auctore Deo, deseruio, quot aduersa pertulerit, quod denique per simoniacæ hæresis trapezitas [d] repetitis malleis, crebrisque tunsionibus subiacuerit, adeo, [e] vt colūna Dei viuētis iam iā pene videretur concussa mutare, & sagena summi piscatoris procellis intumescentibus cogeretur in naufragio profundo submergi. Vnde, si placet fraternitati vestræ, debemus, auxiliante Deo, futuris casibus [f] prudēter occurrere, & ecclesiastico statui, ne recidiua † (qđ absit) mala præualeant, præcauere. Quapropter instructi prædecessorum nostrorum, aliorumque sanctorum Patrum auctoritate, decernimus, atque statuimus, vt obeunte huius Romanæ vniuersalis ecclesiæ Pontifice, in primis Cardinales episcopi diligentissime simul de electione tractantes, [g] mox Christi † clericos Cardinales adhibeant: sicque reliquus clerus, & populus ad consensum nouæ electionis accedat, nimirum præcauentes, ne venalitatis morbus aliqua occasione subrepat. Et ideo religiosissimi [h] viri præduces [i] sint in promouenda Pontificis electione, reliqui autem sequaces. Certus vero, atque

† al. reuerentissimo.

† al. recidiua.

† al. episcopi.

¶ Casus. §. seq. per se patet.

a ¶ In noīe.] Hæc sunt verba Notarij vsque ibi, [Nouit beatitudo.]

ADDITIO. Sic 8. q. 3. Arts ad[?]. 16. q. 1. hunc est etiam, & 1. q. 7. conuenientibus argum.

b ¶ Indictione.] Indictio dicit spatiū trium lustrorum.

c ¶ Patriarchij.] In quo Papa residet.

d ¶ Trapezitas.] i. campsores.

e ¶ Adeo.] Hic tangitur latenter quod legitur i chronicis, quod Benedictus x. qui successit Stephano, eiectus est de pōtificatu, & factus est Papa Ioannes Sabinē. episcopus pro pecunia, 4 cui impositū est nomē Syluester. quod iste etiā deiectus ē; & deinde reparatus, & restitutus est Benedictus, & iterū eiectus est Benedictus. & datus papatus Ioāni archipresbytero ant portā Latinā, cui impositū est nomē Gregorius. & hic ab Henrico Imperatore est depositus, & vltra mōtes translatus est. hoc totum uno anno factum est, & propter hoc datum fuit priuilegiū Henrico de quo hic fit mentio.

f ¶ Futuris casib.] No. ad cautelam futurorum aliquid statui, vt 61. dist. cum Hadrianus. & 1. q. 7. conuenientibus. ff. loc. si quis domum. §. 2. arg. cōtra. quia non imputatur alicui si nō damnauit ecclesia, vt extra, vt ecclesi. bene, vt nostrum ff. ad leg. Aquil. l. si putator.

Multiplex Papa mutatio.

4 Nunquid iste sic electus, posset accusari de simonia? argu. quod sic 79. dist. si quis pecunia. vbi de hoc. infra ead. dist. c. 3.

debent contingere sacra vasa.

IN nomine Domini.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima parte ponūtur verba notarij. In secunda parte, quæ incipit ibi, [Nouit beatitudo.] dicit Nicolaus, quod mortuo Stephano Papa, ecclesia multas passa fuit tribulationes & iniurias: & ideo volēs futuris casibus prouidere, statuit, vt quoties mortuo Papa electio de successore eius imminet facienda, conuenire debeant Cardinales, & vocare qui vocandi sunt, qui debent eligere vnum de seipsis, si ibi idoneus inueniatur: alioquin de alia ecclesia eligatur, & consecrabitur a Cardinalibus, sicut archiepiscopi cum episcopis suis consecrant, & confirmant episcopos, & hæc electio fiat in ciuitate Romana, vel alibi in necessitate, & ex sola electione habeat potestatē disponendi de rebus eccle-

g ¶ Tractantes.] 5 Videtur, quod electionem semper debet præcedere tractatus; alioquin electio nulla est, sicut alienationem debet præcedere tractatus, vt 12. q. 2. sine. Io. quòd hodie c[?] [?] est contra de electi. in Genesi. & c. quia propter B. 6

h ¶ Religiosissimi.] idest, episcopi Cardinales.

i ¶ Præduces.] inf. dist. inst. se. c. 1. contra. Sed hic dixit præduces, non respectu Cardinalium, sed aliorum clericorum. Vel religiosos appellat hic episcopos Cardinales.

5 Electionē tractatus præcedere dēt.

6 Et not. quod hinc ēt colligit, quod clerici prius debebant in aliquem cōsentire, & postea alijs religiosis vi[?] rita vel laicis renunciare Lau.

legitimus [a] hic electionis ordo perpenditur: si perfectis diuersorum Patrũ regulis, siue gestis, etiã illa beati Leonis prædecessoris nostri sententia recolatur: [Nulla [b], inquit, ratio sinit, vt inter episcopos habeantur qui nec a clericis sunt electi, nec a plebibus expetiti, nec a comprouincialibus episcopis cum Metropolitani iudicio consecrati.] Quia vero sedes Apostolica cunctis in orbe terrarum præfertur ecclesijs; atque ideo super se Metropolitanum habere non potest: Cardinales episcopi proculdubio Metropolitani vice fungũtur [c], qui videlicet electum episcopum ad Apostolici culminis apicem proueha nt. Eligatur aũt de ipsius ecclesiæ gremio [d], si reperitur idoneus, vel si de ipsa non inuenitur, ex alia assumatur: saluo debito honore, & reuerentia dilecti filii nostri Henrici, qui in præsentiarum Rex habetur, & futurus Imperator Deo concedente: speratur; sicut iam sibi concessimus, & successoribus illius, qui ab hac Apostolica sede psonaliter hoc [e] ius impetrauerint. Quòd si prauorum, atque iniquorum hominum ita peruersitas inualuerit, vt pura, sincera, atque gratuita fieri in vrbe [f] non possit electio; Cardinales episcopi cum religiosis clericis, catholicisq; laicis, licet [g] paucis, ius potestatis obtineant, eligere Apostolicæ sedis Pontificem, vbi cõgruere viderint. Plane postquã electio fuerit facta, si bellica tempestas, vel qualiscũq; hominum conatus malignitatis studio restiterit, vt is qui electus est, in Apostolica sede iuxta cõsuetudinem inthronizari non valeat: electus tamen, sicut verus Papa obtineat auctoritatem regendi Romanam ecclesiam, & disponẽdi [h] omnes facultates illius: quod beatum Gregorium ante suam consecrationẽ fecisse cognouimus. Quod, si quis contra hoc nostrum decretum synodali sententia promulgatum, per seditionẽ, vel præsumptionẽ, aut quolibet ingenio electus, aut etiam ordinatus, seu inthronizatus fuerit, auctoritate diuina, & sanctorum Apostolorũ Petri & Pauli, perpetuo anathemate cũ suis auctoribus, fautoribus, & sequacib. à liminib. sanctæ Dei ecclesiæ separatus abijciatur, sicut Antichristus inuasor, & destructor toti⁹ Christianitatis: nec aliqua † sup hoc ei audientia [i] reseruetur: sed ab omni ecclesiastico gradu, i quocũq; fuerat prius, sine retractatione deponatur; cui qsquis adhæserit, vel qualemcũque tanquam Põtifici reuerentiã exhibuerit, aut in aliquo eum defendere præsumpserit, pari sentẽtia † sit mãcipatus. Quisquis autẽ huius nostrę † decretalis sentẽtię

inf. dist. 61. nulla ratio.

† al. aliqu modo.

† al. senten.

† al. nostra.

a ¶ Legitimus.] idest, canonicus.

b ¶ Nulla.] dist. 62. c. 1.

c ¶ Funguntur.] Non tamen ideo sunt maiores Papa, quia consecrant eum, quia suffraganei cõsecrant Metropolitanum, non tamen ideo sunt maiores, vt 66. dist. c. 1.

d ¶ Gremio.] Ergo aliqs in Romana ecclesi. põt esse nõ idoneus ad papatũ, & sic est cõtra. 21. dis. quãuis. in fi. vbi dr. q ibi non est macula, nec ruga, sed bene põt esse, & oẽs sunt sancti, non tamẽ omnes sunt idonei ad papatum, vel q2 sunt corpore vitiati, vl aliud habẽt impedimentum. Itẽ habes hic, q semper de clericis ipsius ecclesiæ, eligendus est platus, si ibi est idoneus. vt 61. dist. nullus. & obitũ & 63. dist. Metropolitano. idẽ in abbate, vt 18. q. 2. quã sit, 1 & tũc sufficit, quòd sit bon⁹, 2 sed si de altera ecclesia eligitur, requirit quod sit optim⁹, vt dicũt qdã, & est argu. ad hoc. ff. de tutori. & curatori. datus. De hac materia plene Inuenies. 8. q. 1. licet Io. & tñ tali iuri potest renũciari. vnde si maior pars capituli eligit de alia ecclesia, valebit electio. ext. de elect. cũ nobis olim. & cap. cũ inter canonicos, & capit. in causis. licet Ioan. dixerit cõtra: & sufficit etiã tũc, quòd sit bonus, vt i prædi. decreta. cum nobis B.

e ¶ Personal'r hoc.] Ex his verbis apparet psonale priuilegium hoc fuisse: & ideo ad alios nõ, prorogari. ff. de cẽsi. eta tẽ. & 7. q. 1. petisti. & 16. q. 1. hinc etiã.

f ¶ Fieri in vrbe.] Sẽper eñ ibi facienda est ordinatio, & examinatio, clericorũ, vt 24. dist. q̃ñ. & si alibi fit electio, q̃ in loco ad hoc determinato, electio est nulla, vt ext. de elect. venerabilem nisi subsit causa, vt hic dicitur, & 63. dist. quanto. & extra de elect. bonæ memoriæ.

ADDITIO. Nã duæ partes Cardinalium semper debẽt adesse. ext. de elec. licet nisi sint valde remoti. Io. de Fã.

g ¶ Laicis licet.] Hoc tantum ad laicos refertur.

h ¶ Et disponendi.] In alijs prælatis secus est, nam illi ante confirmationem, 3 nõ habent ius administrãdi, vt extra de elec. nosti. nisi sint archiepiscopi transmontani: extra de ele. q sicut. Vel nisi sint exẽpti, q si transmontani sunt. statim possunt administrare, vt extra de elect. nihil sed certe videtur, q in omnibus idem iuris est, vt si electus non posset intrare possessionem rei ad quam est electus, nihilominus pro possessore est habẽdus, vt 12. dist. si quis episcopus & extra de rest. spol. sępe. sed illa cap. loquũtur quando impeditur per aduersarium: secus posset dici quando impedimentum est in seipso: puta quia nondum est consecratus. ext. de do. & contu. contingit.

i ¶ Audientia.] Hic habes casum ubi alicui denegatur audientia, scilicet in casu intrusionis: & 3. q. 1. §. patet. Item

Consecrans est inferior consecrato. Papa an possit esse quis nõ idoneus.

Eligẽdus an debeat esse de gremio ecclesiæ.

1 Et c. Abbatem. 22. Arc. 2 Ad hoc extra de elec. cũ nobis olim. immo sufficit ne malus existat, vt 16. q. fin. monasterium.

Electio quæ fit in loco nõ determinato nulla est.

Electus ante confirmationem nõ administrat.

3 Subaudiũt quidam, & installationem, Alij dicunt solã cõfirmationem sufficere: & hoc verius. De hoc not. Inno. ext. de cau. pos. cum sup. in gl. 2. ibi uideas.

Audiẽtia est multiplicitur denegan da.

Item & in casu schismatis, vt 23. q. 5. non vos. Item cum quis recipit ecclesiam de manu laici, ut 16. q. 7. & quis deinceps. Item cum quis excõicat suum maiorem, vt 21. dist. in tantum. unde vr ꝙ spoliatus pro aliquo istorum casuũ non possit petere restitutionẽ, ex quo ei denegatur

maledictorum duo sunt genera. 24. q. 3. cum sancti. EPISCOPI VERO. Hæc est secunda pars distin. in qua ponitur q. sunt quærenda in episcopo tempore consecrationis. Ioan. de Fan.

Casus huius §. per se patet.

temerator extiterit, & Romanam ecclesiam sua præsumptione confundere, & conturbare contra hoc statutũ tẽtauerit, perpetuo anathemate; atque excõmunicatione damnetur; & cum impijs: qui non resurgent in iudicio, reputetur; omnipotentis iram cõtra se sentiat, & sanctorum Apostolorum Petri & Pauli quorum ecclesiam præsumit confundere) in hac vita, & in futura furorem [a] sentiat: fiat habitatio eius deserta, & in tabernaculis eius nõ sit q. inhabitet: fiat filij eius orphani, & vxor eius vidua: commotus amoueatur ipse, & filij eius, & mendicent, & eijciant de habitationib. suis: scrutetur fœnerator omnem substantiam eius, & diripiant alieni labores eius: orbis terrarum pugnet cõtra eum, & cuncta elemẽta [b] sint ei cõtraria, & omnium sanctorum quiescẽtium merita illum confundant [c]: & in hac vita super eum apertam vindictam ostendãt. [d] Obseruatores autem huius nostri decreti omnipotentis Dei gratia protegat, & auctoritas beatorum apostolorum Petri, & Pauli ab omnium peccatorum vinculis absoluat.

Psal. 1. Psal. 68. Psal. 108. Sap. 5.

¶ *Huius decreti integrum exemplum est in vetustissimo libro Abbatiæ monasterij Farfensis literis Longobardicis ante annos pene quingentos scripto. & alibi.*

2 *Episcopi vero, & cæteri ordines infra cõstituti, qualiter ordinari debeant, ex auctoritate Carthaginensis cõcilij quarti, c. 1. cui interfuit Augustinus tẽpore Honorij Augusti ostendamus ab eorum examinatione incipientes.*

¶ Quomodo sit examinandus, qui in episcopum eligitur. Cap. II.

Ordo Romanus pag. 95. Burch. l. 1. c. 8. Iuo par. 5. c. 62. Polyc. l. 2. tit. 9.

QVi episcopus ordinandus [e] est, antea examinetur, [f] si natura sit prudens, si docibilis, [g] si moribus temperatus, [h] si vita [i] castus, si sobrius, si suis negotij cauens, [k] si humilis, si affabilis, si misericors, si literatus, si in lege Domini instructus, si in scripturarũ sensibus cautus, si in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus; & ante omnia, si fidei documẽta [l] uerbis simplicibus [m] asserat. [n] idest, patrem, & filium, & spiritum sanctum vnũ Deũ esse confirmans totamque Trinitatis deitatem coessentialẽ, & cõsubstantialem, & coæternalem, & coomnipotẽtem prædicans; si singulas † quasque in Trinitate personas plenum Deum, & totas tres personas vnum Deum; si

† al. singulam quamque personam.

QVi episcopus.] CASVS. In hoc c. ostendit quot & quæ ab electo in episcopum & cõfirmando sint quærenda tpe consecrationis: quibus si inueniatur instructus, ab omnibus episcopis consecretur præsente archiepiscopo, uel auctoritate præsente. Ordinandus.] Id est cõsecrãdus, quia tunc est examinatio facienda.

f ¶ Examinetur.] Ista examinatio non est facienda, nisi circa electos, 79. dist. de Petro, & 24. dist. ad de. & hoc ueritur si de scrutinio electionis: si forte sũmatim etiam circa notum quæreret de modo eligendi, & de ijs quæ habes extra de elect. cum in cunctis. Scrutinium autem quod fit in consecrando, illud nunquam est omittendum, etiam circa notum, vt hic. & 65. d. c. 1. 2. & 3. & 85. dis. c. 1. immo repellit. & si in vno deficiat. 38. dist. quæ ipsis.

g ¶ Si docibilis.] Melius diceretur, docilis q. a homo est docilis & doctrinalis liber docibilis: quãdo que tamen ponitur vnũ pro alio, ut hic: & Ioan. In Eũg. Et erunt omnes docibiles Dei debet autem rationẽ reddere omni poscenti 36. dis. c. qui ecclesi. §. ecce.

h Temperatus.] in fo. 11. q. 3. illa præpositorum.

i ¶ Vita.] infra. dist. 5. legem.

Consecrandus an sit ante examinandus.

3 Arg. ad hoc inf. dist. prox. nullus vbi de hoc.

Docilis & docibilis, differunt.

1 Ad idem . q. 1. præ. entium. 64. distin. quo. umdã. Archidia.

. Idem no. nno. extra e concess. præben. cum nostris. in gl. pen. juxta finem. & fa. it qd not. q. 7. §. uerũ n gl. ecc. in in. Arch.

gatur audientia. Ar. contra extra de rest. spol. in literis. Ioan. Sol. quilibet spoliatus restitui dẽt, nisi spoliatus sit à iudice iusta de cã. vt extra de rescrip. dilectus. 1 & nisi in casib. exceptis. vt extra de resti. spol. literas, &c. ex transmissa. 3. q. 1. in summa. nec excommunicatus directe poterit restitutionem petere. 2 ut extra de except. cum inter 3. q. 1. in summa. ubi de hoc. Ber.

a ¶ Furorem. Id est, vindictam.

b ¶ Elementa.] Id est, siue sit in terra, siue in aqua. puniatur.

c ¶ Confundant.] Idest, à confusione non liberentur.

d ¶ Ostendant.] Nec peccauit iste maledicendo: quia

K ¶ Cauens.] Nã propter simplicitatẽ repellitur quis vt 39. dist. Petrus. sed iam promotus non deponitur: sed ei coadiutor datur. 7. q. 1. quia frater noster.

l ¶ Fidei documenta.] Id est, fidem.

m ¶ Simplicib.] Id est, apertis non implicitis, extra de sum. trin. firmiter. & super. §. 4. erit autem non inutilitatis 4. infra. dist. 36. illiterato. melius 37. dis. relatum. arg. ad testes repellendos. arg. q. 5. si testes. §. item in testibus arg. contra instrumenta.

n ¶ Asserat.] Profiteri debet ꝙ obseruabit patrum regulas in Authen. quomodo oportet episcopos. §. ad nos ergo, circa princ. il. 1.

4 Vñ Apostolus ad Timo. profanas uocũ nouitates: de vitia Io. de Fan.

incarnationẽ diuinam non in patre, neque in spiritu sancto factam, sed in filio tãtum credat vt qui erat in diuinitate Dei patris filius ipse fieret i homine hominis matris filius, Deus verus ex patre, homo uerus ex matre, carnẽ ex matris visceribus habens, & animam humanã rationalem, simulque in eo veritas vtriusque naturę. idem Deus & homo vna psona, vnus filius vnus Christus, vnus Dominus creator omniũ, quæ sunt, & auctor, Dominus, & rector cum patre, & spiritusancto omnium creaturarum q passus sit vera carnis passione; mortuus vera corporis sui morte, resurexerit vera carnis suę resurrectione,† & vera animę resumptione; i qua veniet iudicare viuos, & mortuos. Quęrẽdum etiam ab eo, si noui & veteris testamenti, idest legis, & Prophetarum, & Apostolorum vnũ eundemque credat auctorem, & Deum: si diabolus nõ p conditionẽ,[a] sed per arbitrium factus sit malus. Quęrendum etiam ab eo si credat huius, quam gestamus, & non alterius carnis resurrectionem; si credat iudiciũ futurũ, & recepturos singulos pro his, quę in carne gesserũt, vel pœnas, vel pręmia†; si nuptias non prohibeat†; si secũda matrimonia nõ damnet, si carniũ perceptionem nõ culpet; si pœnitẽtibus reconciliatis communicet, si in baptismate omnia peccata, id est tam illud originale cõtractũ, quam illa, quę volũtarie admissa sunt, dimittãtur:[b] si extra ecclesiã [c] catholicam nullus saluetur. Cum in his omnibus examinatus, fuerit inuẽtus plenè ĩstructus, tũc cũ cõsensu clericorum, & laicorum, [d] & cõuentu totius puincię episcoporũ, maximeque metropolitani vel auctoritate, vel presentia, ordinetur episcopus. Suscepto in nomine Christi episcopatu. non suę delectationi, nec suis motibus, sed his Patrum definitionibus acquiescat. α

¶ Caput hoc integrum extat in ordine Romano, additis ad initium his vocibus, Statuta ecclesiastica, *cui similem titulum toti Carthaginensi quarto concilio esse præpositum in aliquot vetustis codicibus testantur illi, qui tomos conciliorum ediderunt.*

α ¶ Acquiescat.] *post hoc verbum tam in concilio, q̃ in ordine sequitur.* In cuius ordinatione etiã ætas reqratur, quã sancti Patres in pëligendis episcopis cõstituerunt.

Item Isidorus de ecclesiasticis officijs, lib. 2. c. 2.

¶ Qualis esse debeat clericorum conuersatio.

Cap. III.

[3] HIs igitur lege Patrum cauetur, vt à vulgari vita seclusi à mundi voluptatibus sese abstineant; nõ spectaculis, [e] nõ pompis intersint; cõuiuia publica fugiãt priuata non tantũm pudica, [f] sed & sobria colant; vsuris nequaquã incumbant, neque turpium occupationes lucrorum, fraudisque cuiusquam studium appetãt; amo-

† al. receptione.

† al. improbet.
† al. gloriam.

Refertur in concilio Moguntino primo, c. 10.

3 scilicet, ut non dicantur ibi uel fiant impudica, uel inhonesta 44. di. cõuiuia, secundum Hug.

1 Sub. non necessitatẽ.

* *Nec diabolus sit peior, nec Angelus melior: neque eorum meritũ vel demeritũ augetur nisi quo ad pœnã, vel præmium accidentale: Vid. Beatum Th. 4. dist. 50. ar. 2. q. 6. & 1. pa. q. 62. ar. 9.*

* *Per sacramentum ex attrito quis fit cõtritus ĩ dimittuntur peccata non tantũ ostẽduntur dimissa. Vide S. Tho. 4. distin. 4. q. 2. art. 1. q. 1. ad primũ. & dist. 6. q. 1. ar. 3. q. 1. ad quintũ & 3. par. q. 69. ar. 4. ad secundum:*

a Sed remanet iniqtas ipsa, i. fomes peccati de pœn. dis. 4. c. ille Rex. & videas quod legit, & not. de con. dist. 4. c. 2. & cap. non ex quo. Arch.

Electioni possunt laici contra dicere.

a ¶ Non per conditionem.] Idest, per creationem, 1 vul. n. dicere q̃ non est creatus malus, vt quidam dñt, sed ex libero arbitrio factus est malus, immo adhuc habet liberum arbitriũ, sed illud est ad malum tãtum: alioquin, si non haberet liberum arbitriũ, non demeretur 23. q. 3. vasis irę. immo quotidie fit* peior: similiter angelus habet liberum arbitriũ, sed illud est tñ ad bonũ, & p id quotidie meretur, & sic melior. Homo habet liberũ arbitrium æque ad bonũ & ad malũ, ut 23. q. 4. Nabuchodonosor.

b ¶ Dimittantur.] Id est * dimissa ostẽdãtur nã per contritionẽ dimittuntur adulto peccata. non per baptismum: 2. aut. n. adultus accedit ad baptismum cum charitate, aut non: si cũ charitate, iam nullum in eo est peccatũ, ut legitur de Cẽturione, ut 26. dist. deinde. & de. cõsec. dist. 4. non dubito, si sine charitate nullũ peccatũ ei dimittit de cõsec. dist. 4. ostẽditur. Dimittũtur tñ satisfactiones, quas p peccatis facere debet, ut de cõse. dis. 4. sine pnia. Itẽ & originalia dimittũt per baptismum adultis, sed nullũ mortale, si non habet charitatem 1. q. 1. uide.

c ¶ Extra ecclesiam.] 1. q. 1. extra ecclesiã catholicam. & cap. ex ecclesia.

d ¶ Et laicorũ.] Sed quare hic post examinationem reqrit cõsẽsus clericorũ & laicorũ? qui enim electioni cõsẽsit postea electo nihil obijcere põt. ut 9. q. 2. dilectissimi. Sed dicas hic loq de examinatione, quæ fit tempore consecrationis: nec aliud vult dicere, nisi q cõsecrari debet si ita est, q oẽs cõsenserint in eum. Item patet hic, q laici possunt cõtradicere electioni, ut dicam inf. cap. illud. &c.

HIs igitur.] Hæc est tertia pars dist. in qua ostendit Isidorus qualiter clerici debeant uiuere, & quæ vitare, & quæ obseruare debeant, vt doctrinæ gratiam possint populus ministrare, et Io. de Fant. & P. & hæc sint loco casus.

e ¶ Non spectaculis.] ubi turpes ludi exercentur, ut infra de consecr. distin. 1. non oportet, & 34. distinct. presbyteri.

f ¶ Pudica.] Id est continentia quo ad sermones lasciuos.] & quotidie esurire debent, & esse cum vacuo uentre, vt infra de consecr. distinct. 5. sint tibi.

a ¶ Pecuniæ.]

a ¶ Pecuniæ.] Diuites tamen non sunt abijciendi cum bonis operibus. 30. dist. hæc autem scripsimus.
b ¶ Pro beneficijs.] Et pro sacramentis ecclesiasticis quæ dicuntur medicina; quia sanant vulnera peccatorum. 13. q. 2. animæ. Ioan. Fan. dixit in omnibus sacramentis committi simoniam, nisi in matrimonio. ideo forte quia ibi non confertur gratia * Spiritus sancti, ut 32. q. 2. connubia sed in alijs sacramentis confertur, ut 1. q. 1. quidquid inuisibiles. Greg. dixit quod ibi cōmitti tur simonia, cum sit maius inter sacramenta, ut dixi 32. q. 2. honorantur.

Simonia in omni sacramēto cōmittitur.

*Matrimonium etiam sacramentum confert gratiam. nec textus allegatus facit ad propositū: & vide Cōcil. Trident. sess. 24. ca. 1. & B. Th. 2. 2. q. 100. art. 2. ad 6. arg. & 4. d. 25. q. 3. ar. 2. q. 1. ad 2. d. 26. q. 2. arg. 3. per tot.

c ¶ Fræquentationem.] Nota solam frequentationem prohiberi ex eo enim, quod frequenter fit, præsumitur, quod male fiat, vt 81. d. clericus, & si quispiam. & uolumus & 32. d. hospitalium.
d ¶ Senioribus.] idest, prælatis.
e ¶ Exercitio.] inf. de consec. d. 5. nunquam.

TAles.] CASVS. Quidam episcopi multitudinis ordinandorum pompam quærentes, promouebant indignos, quos Papa reprehendit, dicens, quod melius est habere paucos & bonos, quam multos & inutiles; qui graue onus ordinatori afferant.
f ¶ Multos.] Multitudo enim aliquos facit magis vtiles, ut 93. distin. legimus, & multitudo est canomb. inimica, vt extra de præben. quia frātantum. & multitudo onerosa nihil habet honesti, vt in Auth. de referendarijs. in fi. coll. 2. Itē est hic arg. contra illos, qui alleg ant multa. de consec. dist. 5. non medioeriter. 24. q. 1. odi, & proieci. nam utilius est pauca effundere, &c. C. de vete. iur. enucle. tanta §. si quid autem.

rem pecuniæ, [a] quasi materiam cunctorum criminū fugiant, & sæcularia officia, negotiaque abijciant; honoris gradus per ambitiones non subeant: pro beneficijs [b] medicinæ Dei, munera non accipiant, dolos, & coniurationes caueant: odium, æmulationem, obtrectationem, atq; inuidiam fugiant: non vagis oculis, non effræni lingua, aut petulanti, fluidoque † gestu incedant; sed pudorem, & verecundiam mentis simplici habitu, incessuque ostēdant: obscœnitatem etiam verborum sicut & operū penitus execrentur. viduarum, & virginum frequentationem [c] † fugiant; contubernia extranearum fœminarum nullatenus appetant; castimoniam quoque inuiolati corporis perpetuo conseruare studeant: aut certe vnius matrimonij vinculo fœderentur; senioribus [d] quoque debitam obedientiam præbeant, neque vllo iactantiæ studio semetipsos attollāt: postremo doctrinæ lectionibus, psalmis, hymnis, canticis, exercitio [e] iugiter † incumbant. Tales enim debent esse qui diuinis cultibus se mancipādos student exhibere; scilicet, vt dum scientiæ operam dant, doctrinæ gratiam populis administrent.

† al. timidoq; gressu.

† al. visitationes frequentissimas.

† al. inge

Idem Clemens ad Iacobum fratrem Domini, epist. 2.

¶ Qui dignè sacramenta tractare non possunt, ad ministerium non eligantur diuinum:

Cap IIII.

TAles ad ministerium eligātur clerici, qui digne possint Dominica sacramenta tractare. Melius est enim domini sacerdoti paucos habere ministros, qui possint digne opus Dei exercere, quam multos [f] inutiles; qui onus graue [g] ordinatori adducant.

Poly. l. 4. tit. 31.

Item ex concilio Carthaginiensi. 3. c. 40.

Et in conc. Afri. cap. 17.

¶ Si electo in episcopum aliqua objiciuntur, quinq; vel sex episcopi ad eius purgationem conueniant. C. V.

ILlud [h] statuēdū est, vt quando ad eligendū [i] episcopū conueniremus; si qua cōtradictio fuerit oborta [k] (quia sæpe talia facta sūt apud nos) nō presumāt ad purgādū [l]

Poly. l. 2. tit. 8. Ans. l. 6. c. 65. Burc. h. l. 1. c. 6. Iuo p. 5. c. 60.

g ¶ Graue.] Qui ex certa scientia indignū ordinat, aut deponitur, aut priuatur potestate ordinā di, 1 ut 50. d. ex pœnitentibus. & 51. di. aliquantos.

1 De hac materia legitur, & not. 50. d. qui ecclesia sticis. & ibi dicam. Arc.

ILlud.] CASVS. Quidam episcopi conueniunt ad episcopum cōsecrandū: & in scrutinio cōtradicunt quidā ne consecret. & crimina obijcientes, deficiunt in probationes, cogitur clericus ad purgationem propter infamiā: quærebatur per quot, uel ubi debeat fieri purgatio? & respō. quod non tantum cum tribus, sed cum quinq; uel sex debet se purgare, & debet fieri purgatio coram plebe, cui ipse est præferendus, & facta purgatione ordinari debet. Potest & alio modo poni casus. Quidā episcopi conuenerunt ad consecrādum episcopum. cōtradicitur ei, non debet ordinari nisi de causa cognoscatur. sed de causa illa cum sit criminalis, nō debent cognoscere pauciores quā sex epi. & si tres conueniant, addantur tres: si quatuor, addantur duo; & tunc si accusator deficiat, ille se purget publicè. & postea ordinetur.

h ¶ Illud.] Si electo consecrando obijcitur crimen, nō est cōsecrandus ante causæ examinationem, & si prius uenerant quatuor episcopi ad consecrationem, adhuc ueniant duo: & si ante uenerant tres, ueniant adhuc alij tres ad audiendam causam criminis obiecti: & sic hoc exponas, eligendum, idest, consecrandum. 2 & expone, purgandum, idest, examinandum & ita intellige, quod hic objiciebatur crimen in modum accusationis: nam si esset obiectum in modum exceptionis, non uiderentur necessarij tot epi. cum causa illa posset expedire per procuratorem. ut extra de accu. super his. & sic patet, quod metropolitanus possit audire causam criminalem episcopi, licet non possit eum deponere: tamen requiritur præsentia plurium episcoporum. Alij intelligunt tantum de eo. qui tenetur se purgare. Dic ut 3. q. 6. c. quamuis. &c. accusatus.
i ¶ Ad eligendum.] idest, consecrandum.
K ¶ Oborta.] idest, quod ob jcitur crimen ei.
l ¶ Ad purgandum.] idest, examinandum.

2 Sub. & sic tenetur. sic impropriè exponit eligere, i. cōfir mare. 7. q. 1. remoto & eligere. l. cō secrare. 9. q. 3. episcopo. in fi. secundum Hug. & Io. de Fan.

a ¶ Tres.] Qui soli possent consecrare eum: sed ipsi nō possunt audire causam criminalem.
b ¶ Tm. Scilicet accedere. alias est in textu, accedere.
c ¶ Et in eadem.] Ibi enim melius potest inquiri de crimine, vbi aliquis conuersatus est, vt 24. q. 1. pudenda. ext. de elec. post quā.
d ¶ Plebe. Not. arg. q laici admittūtur ad accusandum electū, vt sup. ea. q episcopus. in fi. 61. dist. studij 63. dist. vota. nā eps debet habere bonū testimoniū ab his qui foris sūt, ut 8. q. 1. licet. & de cōsec. d. 1. iubemus. Item quia interest ipsorum, vt extra de test. ca. de cætero. & arg. ad hoc extra de testi. ex parte Adæ. & in authē. de san. epi. §. si quis autem coll. 9. & est argu. ad hoc 81. d. Maximianus arg. contra 28. d. consulendū. ubi etiā in denūciatione nō admittuntur laici, si malo zelo ducātur. Itē, si ideo dicis admittēdos laicos, q ipsorū interest, ergo siue sint bonæ famæ siue malæ, admittūtur, quia nullus remouetur ab accusatione, qui suam iniuriam prosequitur, vt 4. q. 6. omnibus male ergo dicit decretū, q laici infames nō admittuntur ad accusationem clericorum, 2 vt 2. q. 7. accusatio. Pōt hic dici, q hic loquitur cū ciuiliter agit. & in eo ca

1 Præterea ex hoc sequeretur, q siue iste electus malæ famæ fuerit, siue non: semper admittūtur laici p illud ca. omnibus quod tamen falsum est. 2. q. 1. in primis. ver. fin. Io. de Fan.

2 Scilicet contra promittentem. & dic, solet enim, &c. q. d. ad cautelam fit: hic enim non magis tenetur si specialiter promittatur, quā si generaliter: & quod dicit glos. ex priuilegio, d. c. 1. iure speciali. scilicet ex sua promissione. Arch. d.

eum, qui ordinandus est, tres a tantum† b; sed postulentur ad numerum supradictorum duo, vel tres, & in eadem c plebe, d cui ordinādus est, discutiantur primo personę contradicentiū: postremo illa et, quę obijciuntur, e pertractetur & cum purgatus fuerit f sub conspectu publico, ita demum ordinetur. Si hoc cum vestræ sanctitatis aio concordat, roboretur vestræ dignitatis † responsione. Ab vniuersis episcopis dictum est; Satis placet.

†al. tātum accedere.

†al. dignationis.

Item ex concilio Toletano xi. c. 10.

¶ Vota suæ promissionis spondeant, quos ecclesiastica promouet disciplina. Cap. VI.

Ans. l. 7. c. 88.

QVamquam omnes, qui sacris g mancipantur, ordinib. canonicis regulis teneantur adstricti; expedibile h tamen est, vt promissionis suę vota sub cautione i spondeant, quos ad promotionis gradus ecclesiastica probat † disciplina. Solet enim plus k timeri quod singulariter pollicetur, quam quod generali sponsione concluditur. Et ideo placuit huic sancto concilio, vt vnusquisque, qui ad ecclesiasticos gradus est adcensurus; non ante honoris consecrationem accipiat, quam placiti † l sui adnotatione m promittat, vt fidem n catholicam sincera cordis deuotione custodiens, iuste & pie viuere debeant, & in nullis operibus suis canonicis regulis contradicat; atque vt debitum per omnia honorem, atque obsequij reuerentiam pręeminenti sibi vnusquisque dependat, iuxta illud beati Leonis Papę edictū. [Qui se scit aliquibus esse præpositum, non moleste ferat aliquem sibi esse prælatum; sed obedientiam, quam exigit, etiam ipse dependat.] Pœna etiam † iuxta ecclesiasticæ consuetudinis morem, & placitis talium

†al. prouehit.

†al. placita sibi.

Epist. 82. ad Anastasium Thess. episcopum.

†al. tamen] orig.

su quilibet admittitur, etiam fœmina, ut extra de test. tam literis. Si quæris quare, ergo tot epi conuocantur cum ciuiliter agitur? Respon. quia agitur de crimine, licet non criminaliter. Vnde oportet etiam inscribi ad pœnam extraordinariam, vt extra de accu. super his. Et est argu. ad hoc. 3. q. 6. hæc quippe. vbi xij. episcopi requiruntur, & tamen ibi ciuiliter agitur, ut uidetur.
e ¶ Illa quæ obijciuntur.] Si sint grauiora, vel non.
f ¶ Et cum purgatus fuerit.] Idest, iudicatus innocens.

QVamquam.] CASVS. Quæsitum fuit in concilio Toleta. an clerici qui promouentur ad ordines, & prælatus promittere debeant suis maioribus viuere iuxta fidem catholicam, & eis reuerentiam & obedientiam præstare. & respondet, q quamuis ad hoc teneantur generaliter: tñ ab eis hoc exigitur expresse: Solet. n. plus timeri. &c. & qui contra hoc promissum uenerit, iuxta consuetudinem, pœnam persoluat.
g ¶ Sacris:] idest, ecclesiasticis.
h ¶ Expedibile.] idest, iustum.
i ¶ Cautione.] Scilicet iuratoria.
k ¶ Plus.] Si ergo aliquis iure communi se potest tueri, a & priuilegio. 87. dis. quisquis. & extra de rescript. c. 1. arg. cōtra de fid. instr. inter. vbi dicitur, q idem non potest dari & confirmari. Itē arg. contra. C. de thesau. l. vnica. de hoc plura arg. inuenies 100. d. contra morē. Sed ita dicat consilio meo. si quæratur ab eo; hoc habeo de iure communi: & si hoc non esset, habeo ex priuilegio vt extra de prescrip. veniens. Itē not. q plus ualet specialis cautio quam generalis, vt hic. & ff. si quis cau. l. sed & si. §. quæsitum. Item & plus specialis confirmatio quam generalis. extra de confirmatio. bonæ. Itē & specialis appellatio quam generalis, ut extra de appell. super eo. & specialis delegatio quā generalis, ut extra de rescr. ad hoc. & specialis subscriptio quā generalis. ff. ad l. Cornel. de fal. diuus. 1. respon. & speciale mandatum, vt extra de rescrip. c. 1. & melius cap. pastoralis. alias tamen plus valet generalis correctio, quam specialis, quando multitudo est in causa. 23. q. 4. non potest. & generalis petitio, ut 13. q. 2. non æstimemus, & generalis quæstio ff. de quæstio. l. 1. §. qui quæstionem.
l ¶ Placiti.] idest, pacti.
m ¶ Adnotatione.] idest, scriptura.
n ¶ Vt fidem.] Not. q quilibet clericus suo plato præstabit obedientiam, ut infra de consecr. dist. 5. in omnibus. & not. quod præstat electus suo maiori iuramentū de fide & canonib. seruandis, ut hic. de indemnitate rerum ecclesiæ seruanda. vt 28. d. de Syracusanæ de immoderata exactione non facienda. 10. q. ult. c. 1. in fin. Item de fidelitate. extra de iureiuran. ego N. Item de pensionibus debitis soluendis. arg. extra de non. oper. nuncia. cum ex iniucto. extra de elect. qualiter. Item de pensionib. nō augendis. arg. extra de iu. iu. tua. Itē suspectus de inobedientia, iuramentum præstat de obedientia seruan. extra de maiorita. & obed. cum in ecclesijs: in fine: Nec obstat. contrarium extra de maiori. & obedien. legebatur. quia ibi loquitur de iam promoto, & non suspecto.

Specialitas an sit generalitati præferenda.

Specialitas generalitati præferenda.

Electus suo superiori multa cum iuramēto promittit.

a ¶ Trans

a ¶ Transgressores.] Hic habes, quod clericus se potest obligare sub pęna spirituali. & pecuniaria, ad spiritualem pęnam se potest obligare, scilicet ad pęnam depositionis vel anathematis, vt 1.q.7. quoties. de consec. dist.2.ego Berengarius. extra de elect. cum dilectus, in fin.

Clericus sub pęna se potest obligare.

DE HINC. Supra ostensum est, de electione, & ordinatione Papæ, & de examinatione epõrum, & quales esse debeant epi, & alij clerici. Nunc vero ostendit qualiter debeat fieri ordinatio primo epi, & postea cęterorũ.

† al. inferenda.

inferenda † & ab ijs, qui transgressores [a] fuerint, persoluenda est:

Ordo Romanus, pag.100. Poly.c.l.2.tit.9. Ansel. l. 6. c. 49. al.55. Iuo p.5.c.124. Pann.l.3.c.18.

De hinc disponitur, qualiter ecclesiastica officia ordinantur, in concilio Carthag.4.c.2.

¶ Qualiter ordinetur episcopus. Cap. VII.

EPiscopus, cũ ordinetur, duo episcopi ponãt, & teneant Euangeliorum codicem [b] super caput, & ceruicem eius; & vnus super eum fundendo Benedictioné, reliqui omnes episcopi, qui adsunt, manibus suis caput eius tangant.

Ex eo.concilio.c.3. Poly.l.2.tit.32. Ansel.l.7.c.53. Iuo par.6.c.12. Pann.l.3.c.33.

¶ Qualiter ordinetur presbyter. Cap. VIII.

PResbyter cum ordinatur, episcopo cum benedicente, & manum super caput eius tenéte, etiam omnes presbyteri qui pręsentes, sunt manus suas iuxta manũ episcopi super caput illius teneant. Sicut autem in die suæ ordinationis sacerdos oratio vtroque humero ambitur; ita tempore consecrationis eodem orario debet vti instanter.

Vnde in concilio Bracarensi.3.c.3 legitur.

¶ Quod quisque accipit tempore consecrationis ferat tempore oblationis. Cap. IX.

ECclesiastica, & antiqua institutione præfixũ nouimus, vt omnis sacerdos cũ ordinat̃ orario [c] vtroq; humero ambiatur, scilicet vt qui imperturbatus præcipitur consistere inter prospera & aduersa, virtutum semper ornaméto vtroque circumseptus appareat humero. Qua ergo ratione tempore sacrificij non assumit quod se in sacramento accepisse non dubitat? Proinde modis omnib. conuenit, vt quòd quisque percepit in consecratione honoris, hoc retineat & in oblatione, vel perceptione suæ salutis; scilicet, vt cum sacerdos ad solennia missarum accedit, aut per se Deo sacrificium oblaturus, aut sacramẽtum corporis [d] & sanguinis Domini nostri Iesu Christi sumpturus, non aliter accedat, quã orario vtroque humero circumseptus, sicut & tempore ordinationis suæ dignoscitur cõsecratus, ita vt de vno eodem quæ orario ceruicem [e] pariter, & vtrunque humerum premens signum in suo pectore præparet † crucis. Si q̃s autem aliter egerit, excõmunicationi debitę subiaceat.

† perferat.] manuscr.

4 *Dalmaticis autem nec episcopis, nec diaconis absque Apostolica licentia vti permittitur.*

Vnde Gregorius Aregio episcopo Francorum. lib. 7. epist.111.

EPiscopus.] CASVS. Quando ordinatur episcopus, duo episcopi debẽt tenere librum Euãgeliorum super caput ordinandi. tertius super eum fundat benedictionẽ: reliqui episcopi, q adsunt, caput eius tangant.

¶ Casus sequẽtis c. & §. p se planus est

b ¶ Codicem.] Cõsueuit quæri, an q̃libet istorum episcoporum ordinet episcopũ, & an appositio libri sit de substantia consecrationis: & potest dici, quod nullus solus eum ordinat: sed quilibet eorum cõsecrat eum: quia consecrare est cum alio sacrare, vt 24. q.1. pudenda. sicut plures ferũt trabẽ ita quod nullus per se ff. ad legẽ Aquil. ita vulnerat§.1. nõ autem credo q liber sit de substantia cõsecrationis.

Episcopus solus consecrare nõ potest episcopum.

Cõsecrare qu id est.

ECclesiastica.] CASVS. quidã episcopi vel sacerdotes cũ cãtabãt Missam, non habebant orarium, id est, stolam, quæ situm fuit in concilio Brachareñ. quid iuris esset. Et respõdet q sicut in die suæ ordinationis habuerũt orarium, sic cum Missam cantant orariũ teneãt, quod vtriq; humero attribuat, & q aliter fecerit, debet excõmunicari. Sequens §. patet.

c ¶ Orario. Id est, stola.

d ¶ Corporis. 2]Io. q si in ægritudine sumit sacerdos Eucharistiam, circumdabit stola vtrumq; humerum.

2 Consecrationis Eucharistiæ. Hug.

e ¶ Ceruicem.]Si sacerdos legit Euãgelium, nunquid vtetur stola secundum

fin. similiter ad pecuniariam pœnã se potest obligare. 21.q.5. si quis cuiuslibet. extra de arbit. cum dilecti. 1 Sed nunquid pęna soluta potest agi ad obedientiam, vel ad id quod promissum est sub pęna, vel an sufficiat tantum pęna esse contentum? De hoc dic, vt no. 25.q.2. quæcunque.

1 De hoc etiam no. 2. q. si quis p̃sbyter.

q̃ diaconus? Arg. q sic, vt 93. dist. præcipimus. & 94. dist. c.1. & 2. Potius credo sequendam consuetudinem, vt 12. dist. scit. maximè de his, quæ breuiter sunt edita. ff. de ventre inspiciend. l.1.§. vlt. 3 DALMATICIS. Hæc est quarta pars vbi quęritur quid iuris de dalmatica. Ioan. de Fan. & P.

3 Lau. & Hu. dicunt hos non es-

COmmunis filius. CASVS. Episcopi & archidiaconi olim dalmaticis non vtebantur nisi Papæ eis concederet specialiter quare Aregius episcopus supplicauit Papæ per Petrum diaconũ, vt cõcederet sibi, & archidiacono suo vsum dalmaticarum : sed tunc temporis Papa nõ concessit; quia Petrus nuncius epĩ cito recessit propter infirmitatẽ suorum hominum, & quia Papa multis implicitus negotijs erat illud nouũ subito & incõsulte sibi concedere nõ potuit : nũc vero concedit eis priuilegiũ vtendi dalmaticis, & eas per Cyriacũ abbatem sibi transmittit. Quod sequitur planũ est vsque ad capitulũ, pterea.

a ¶ Communis filius.] Ille diacon⁹.

b ¶ Suorum infirmitate. Nota quod ꝓpter ĩfirmitatẽ suorum potest aliqs se excusare, sicut propter timorem suorũ, ut extra de appe. ex parte. Item nota ꝙ propter intemperiem loci aliquis excusat, vt hic, & 74. distin. quorundam Argu. ↄ extra. de dolo & cõtumac. cum dilecti. in fi. Ioan.

c ¶ Nouũ. & Not. ꝙ ea q̃ de nouo petũt non sine magna deliberatione cõcedũtur, vt hic, & 16. q. 1. in parochia. maxime a Romana ecclesia, q̃ oĩa cũ magna maturitate solet tractare, vt 35. q. 9. apostolicæ. quia in rebus nouis cõstituẽdis euidẽs debet esse vtilitas, vt est ff. de cõstitut. pricipũ. reb. hodie vero diaconi indistincte vtũtur dalmatica. vt 11. q. 3. epĩs aut pͣsbyter 76. d. 1. de ieiunio.

d DIaconus dũ ordinat, solus episcopus. Sacerdoti autem imponunt manus omnes presbyteri astantes, vt supra c. presbyter.

QVÆRITVR. Hæc est quinta pars dist. vbi quæritur, vtrum sacerdotes vngantur oleo vel chrismate, & respõdetur quod oleo tantum Ioan. de Fan.

PRæterea.] CASVS. Bituricen. archiepiscopus quæsiuit a Papa, an manus presbyteris tm̃ debeant vngi chrismate, an etiam presbyteris & diaconis, quando ordinantur? & respondit Papa, ꝙ neutris debet hoc fieri; sed transmittit eum ad decreta Innoc. ubi in prima pagina ad Decẽtium episcopum missa inueniet quæ sunt in consecrationibus obseruanda.

e ¶ Chrismatis.] Manus sacerdotis inungũtur oleo similiter inungitur & brachium siue humerus principis: sed & manus & caput epĩ iungitur chrismate, vt extra de sacra vnc. cum venisset in fin. contrarium hic assignatur 16. q. 1. §. ecce sufficienter. vbi dr̃. ꝙ manus sacerdotis sicut manus episcopi consecrantur : sed verũ est, ꝙ consecrantur oleo, sed non chrismate 2 vt dixi. si autem aliquis est vnctus oleo pro chrismate, vel econuerso : nihilominus ordinatus est : sed suppleri debet id quod omissum est, vt extra de sacra. non ite. pastoralis.

f ¶ Fallat.] Non ergo Papa habet omnia iura in pectore suo. 3 vnde etiam Vrbanus dicit, quod non reperitur prohibitum quin vir. & vxor simul possint suscipere puerum, vt 30. q. 4. quod autem. & tamen antecessor huius Leo illud prohibuerat de consecra. dist. 4. non plures. & hoc concedo. Quod autem dicitur quod Papa habet omnia iura in pectore suo, 4 vt C. de testa. omnium. verum est per interpretationem : quia omnia

se in iure determinatum & ideo statur cõsuetudini, alias credit verũ esse qđ supra. prox. dictum est, scilicet ꝙ debet stolam habere vt diaconus, Scripsit etiã Lau. de subdiacono: stola quã portat in manu sinistra consuetudine reperitur, non iure.

Loci intemperies excusat.

1 Hoc cap. non videtur hoc probare: quoniam ibi habetur de albe sic, 93. dist. diaconus in cõuentu. sed Hug. & Lau. intelligunt albam idest dalmaticam. sic etiam exponitur in præcedenti ca. diaconus.

¶ Absque Apostolica licentia Dalmaticis nec episcopis, nec diaconis vti licet. Cap. X.

Ansel. l. 7. c. 88. al. 96.

COmmunis filius [a] Petrus Diacon⁹ nobis innotuit, quòd fraternitas vestra tempore, quo hic fuit poposcerit, vt sibi & archidiacono suo vtẽdi dalmaticis licentiam præberemus. Sed quia ita hominum suorum infirmitate [b] cõpulsus festinanter abscessit, vt nec ipse mæror incumbẽs diutius. (vt dignum erat, & res desiderata poscebat) sineret permanere, & nos in multis implicitos, ecclesiasticæ rationis consideratio nouũ [c] hoc inconsulte, & subito nõ permitteret indulgere; idcirco postulatę rei prolõgatus effectus est. Nunc vero charitatis tuæ bona reuocantes ad animũ, huius auctoritatis nostrę serie, petita concedimus, atque te, & archidiaconum tuum dalmaticarum vsu decorandos esse concessimus, easdemque dalmaticas dilectissimo filio nostro Cyriaco abbate deferente transmisimus.

¶ Qualiter ordinetur Diaconus. Cap. XI.

Ex conc. Carth. 4. c. 4. ordo Romanus par. 91. col. 1. Poly. l. 2. tit. 32. Ansel. l. 7. c. 52. al. 60. Iuo par. 6. c. 13. Pann. l. 3. c. 34.

DIaconus dum ordinatur, solus episcopus [d], qui eũ benedicit manum super caput illius ponat; quia nõ ad sacerdotium sed ad ministerium consecratur.

5 *Quæritur autem, an post benedictionem manus presbyterorum, & diaconorum chrismatis liquore debeant perungi.*

De his ita scribit Nicolaus Papa Radulpho archiepiscopo Bituricensi.

¶ Nec presbyteris, nec diaconis in consecratione; chrismate manus perungere licet. Cap. XII.

Iuo p. 6. c. 121.

Inno. PP. I. ep. 1.

PRæterea sciscitaris, vtrũ solis presbyteris, an & diaconis debeant, cum ordinãtur, manus chrismatis [e] liquore perungi. Quod in sancta hac Romana ecclesia, cui Deo auctore deseruimus, neutris agitur. Sed & quia sit à nouæ legis ministris actũ, nusquã (nisi nos fallat [f] obliuio) legimus. Ergo B. Innocẽtij Papæ canonica decreta ad sanctitatem tuam transmittimus, & quæ tibi sint in consecrationibus, & ordinibus † obseruanda, principia paginæ ad Decẽtium Eugubinum episcopum missæ te affatim † edocebunt.

† *al. ordinationibus.*

† Adde de hac dictione affatim, No. in c. vni. in gl. super ver. affatim, extra de reli. domi. lib. 6. & per Archi. hic.

2 Vnde qđ hic dicit, chrismate, sol. contrarium, nam in contrario dicit de vnctione olei secundum Lau.

3 Hoc non vr̃ procedere hic. nam hic non erat obliuio iuris sed exemplorum, secundũ Laur.

Illud autem [l] quod in canone Apostolorum, & in Gangrensi concilio, & in sexta synodo legitur ex causa consideratur, & ex tempore. Causa fuit heresis Manichæorum, [β] quia coniugium detestabantur, sicut etiam quorundam [m] superstitio multa in catholicorum detestationem introduxisse inuenitur: contra quos in Gangrensi concilio capitibus sexdecim statutum legitur.

β ¶ Manichæorum. *Propriè Gangrensi synodus statuit cõtra Eustathianos, ut sup. d. 16. c. prima adnotatio. Sed hunc errorem Eustachiani hauserant a Manichais.*

¶De multimoda superstitione hæreticorum, quos Gangrense concilium anathematizauit. C. I.

Ivo p.8.c.339.

Si qui filij parentes, maxime,

Illud.] Hæc distin. diuiditur in tres partes. Secunda ibi, Hæc autem, Tertia ibi, Si quis presbyter.] In 1. ponuntur quædam cap. contra Manichæos.

l ¶ Illud autem.] Dictum fuit supra 28. distinct. capit. si quis docuerit. & cap. sequent. quòd sacerdotes non debent a se abijcere uxores suas prætextu religionis. hic dixit, quòd ex causa fuit hoc statutum scilicet propter quosdam hæreticos, qui coniugia detestabantur.
m ¶ Quorumdam.] Scilicet hæreticorum.
Si qui filij. CASVS. Quidam filij occasione illius

verbi Euangelij. Qui non reliquerit patrem & matrem propter me, non est me dignus: debitum honorem parentibus denegabant, & alimenta eis subtrahebant, putantes hoc religioni conuenire. Dicitur hic quod tales debent anathematizari. Plana sunt usque ad c. quis eorum.

fideles, [a] deseruerint occasione Dei cultus, [b] hoc iustũ esse iudicantes; & non potius debitum honorem parentibus reddiderint, vt hoc ipsum α in eis venerentur quod fideles sunt, anathema sint.

† al. fit.

¶ *In aliquot vetustis exemplarib. hæc omnia, quæ hic citantur ex concilio Gangrensi, vnico capite, & coniuncta oratione leguntur. Sunt autem ex prisca versione. Sed ea, quæ est Dionysij exigui, longe magis respondet originali Græco, quamuis neque ipsa vsquequaque.*

α ¶ Vt hoc ipsum.] *Græcè est*, Πρωτιμωμένης δηλονότι παρὰ τοῖς τῆς θεοσεβείας. i. Quòd scilicet diuinus cultus apud ipsos omnibus rebus præferatur.

Item ex eodem c. 17.

¶ De eodem. Cap. II.

† Hunc textum dixit Brixien. in suo dictiona. in versi. mulier, esse fin. ad hoc quod nat.

Burch. l. 8. c. 61. Iuo par. 7. c. 80. & par. 8. c. 310.

QVæcumque [c] mulier religioni β iudicans conuenire comam sibi amputauerit, quã Deus ad velamen eius, γ & ad memoriam subiectionis illi dedit, tanquã resoluens ius subiectionis, anathema sit. †

β ¶ Religioni.] Græcè est. Διὰ νομιζομένην ἄσκησιν, i. Ob eã, quæ existimatur pietatis exercitatio: *quod Dionysius vertit*, propter diuinum cultum, vt extimat. *Græci enim religiosorum, quos nos dicimus, vitam propriè* ἄσκησιν *nominabant. Burchardus, & Iuo in par. 7. secuti sunt versionem Dionysij, in octauo autem Iuo priscam.*

γ ¶ Ad velamen eius.] *Hæc non sunt in Græco originali, neque in versione Dionysij: Videntur autem sumpta ex epist. 1. ad Corinthios, c. 11.*

Item ex eodem, c. 14.

¶ De eodem. Cap. III.

Iuo par. 8. cap. 229. & 317.
† al. contemnendo.

SI qua mulier derelicto viro discedere [d] voluerit soluto vinculo coniugali, nuptias condẽnando, † anathema sit.

Item ex eodem c. 10.

¶ De eodem. Cap. IIII.

Repetitur inf. d. 31. c. quicumque ex versione. Dionys. Burch. l. 8. c. 64. Iuo par. 7. cap. 82. & par. 8. c. 316. & hoc secundo loco ex hac eadem versione. Burch. l. 8. c. 61. Iuo par. 7. c. 79.

SI quis propter Deum virginitatem professus, in cõiugio positos per arrogantiam vituperauerit, anathema sit.

Item ex eodem c. 9.

¶ De eodem. Cap. V.

SI quis vel virginitatem, vel cõtinentiam professus, δ tanquam abominabiles nuptias iudicat; & non propter hoc solum, quòd continentiæ, & virginitatis bonũ, sanctum propositum est, anathema sit.

δ ¶ Professus.] *Hic erat additum*, in coniugio. *quod neque est in canone Græco, neque etiam in Latino, qui citatur infra distin. 31. c. quicunque, neque in multis manuscriptis Gratiani codicibus.*

Item ex eodem, c. 13.

a ¶ Fideles. Fidelibus & infidelibus parẽtib. tenemur subuenire: magis tamẽ fidelibus. 86. d. non satis. Sed pone quod habes patrem hæreticum: nũquid præferes ipsum extraneo bono? Pmaducator dixit hanc quæstionẽ esse nebulã, & tenebrosam aquã in nubibus aeris. Sed dicas quod patrẽ, qualiscunq; sit, debemus pponere extraneo, etiam sancto, in his quę spectãt ad opus misericordię in prouidẽdo ei in necessarijs: nisi alter magis indigeat: quia tũc potius tenemur extraneo subuenire, vt 86. dist. pasce. Ambrosius tñ videtur cõtradicere huic opinioni I cãticis I illo loco: Ordinauit in me charitatẽ. ait enim, Multorũ est charitas Iordinata. quidam enim id, quod est primum, ponunt tertiũ vel quartum. Sed primo diligẽd. est Deus: 2 secundo parentes: de inde filij, postea domestici: qui si boni sunt, malis filijs sunt prę ponendi. de pœn. d. 2. charitas. sed illa auctoritas intelligẽda est de affectu interiori, nõ de bñficiorũ exhibitione: nã magis debemus diligere extraneos bonos q̃ ppinquos malos, licet illis potius dẽamus subuenire. 23. q. 2. nõ æstimemus.

Pater malus an sit extraneo bono pferendus.

1 Dicit Beat. Bern. in lib. de diligẽdo Deum, cũ diligendũ Deũ est: modus, sine mõ diligere, ob duplicẽ cãm Deum ppe diligendũ dixerunt: siue, quia iustius, siue quia nil diligi fructuosius potest. Arch.

b ¶ Dei cultus.] Quã quidã hæretici fecerũt ratione illius auctoritatis. Qui reliquerit patrẽ & matrem propter me, cẽtuplum accipiet. 28. q. 1. in princip.

2 Sed i multis locis moniales, tondentur, vt Rhegii & & Mutinæ amputant sibi comas: forte & male faciunt. 27. 20. q. 1. c. 9. vbi etiã dicam. Arch.

c QVæcũque.] Infra, de conse. dist. 5. fucare. 33. q. 5. mulier. Ioan. 2

d SI qua mulier.] Discedere. sine eius consensu.

a ¶ Si quo

De eodem. Cap. VI.

Burc. l. 8. c. 60. Iuo p. 7. c. 78.

SI qua mulier suo ꝓposito ª vtile iudicās, ut uirili ueste vtat̄, pp hoc virilē habitū imitet̄ α anathema sit.

α ¶ Imitetur.] *Gracè legitur* καὶ ἀντὶ τοῦ εἰωθότος γυναικείου ἀμφιάσματος, ἀνδρεῖον ἀναλάβοι, *qua Dionysius exiguus apte vertit*, & pro solito muliebri amictu virilem sumit: *sicque habet Burchardus, & fere etiam Iuo.*

Item ex eodem, c. 18.

¶ De eodem. Cap. VII.

Burch. l. 13. c. 19. Iuo p. 4. c. 51.

SI quis tanquam hoc continentię conuenire iudicās, die Dominico ieiunauerit in eiusdem β diei contēptum, ᵇ anathema sit.

β ¶ In eiusdem.] *In originali huius prisca versionis est*, aut in eiusdem diei cōtemptum; *quod in versione Dionysij, quam attulerūt Burchar. & Iuo, istis vocib. videtur exprimi*, aut contumaciam, *al.* propter contumaciā. *Sed in Graco vulgato nihil est, quod istis respondeat.*

Item ex eodem, c. 19.

¶ De eodem. Cap. VIII.

Burc. l. 13. c. 5. Iuo par. 4. c. 38.

SI quis eorum, qui in proposito sunt continentiæ, propter necessitatem γ ᶜ corporalē superbiat, & ieiunia cōmunia putauerit contemnenda, totius ecclesię perfectam in sua conscientia iudicans rationē, anathema sit.

γ ¶ Propter necessitatem.] *Nihil mutatū est ob glossas, caterum multis modis discrepat a prisca versione, & a Dionysiana, q̄ secuti sunt Burch. & Iuo. Prisca sic hēt:* Si quis corū, qui in proposito sunt continentiæ, præter necessitatē corporalē, & superbiens ieiunia cōia totius ecclesiæ putauerit contemnenda, perfectam in sua scientia vindicans rōnem, anathema sit. *Dionysiana aūt hoc modo.* Si quis eorum, qui continentiæ student, absq; necessitate corporea, tradita in cōe ieiunia, & ab ecclesia custodita, superbiendo dissoluit, stimulo suæ cogitationis impulsus, anathema sit. *Qua versio in cateris quidē partib. originali Graco, et vulgato, satis respondet: sed in postrema insignis est varietas. Nā vbi Dionysius hēt,* stimulo suæ cogitationis impulsus, *in Graco vulgato est,* ἀποκυροῦντος ἐν αὐτῷ τελείου λογισμοῦ, i. nimirū perfecta, quæ in ipso est, ratiocinatione, illa abrogante. *In manuscriptis aūt huius canonis exemplarib. partim est,* ὑποικουροῦντος *i.* perfecta in eo *residente ratione, partim* ἐπικουροῦντος *i.* perfecta, quæ in ipso est, rōne sibi auxiliū ferente. *Notātur vero Eustathiani (quos postea Bogomilici sectati sunt) qui ita statuebant, per acto certo quodam ieiunio, ad eam se perfecta uita rationem peruenisse, ut postea omnia sibi essent indifferentia, nullisque praceptis obligarentur, sed soluti omnino essent, ac ne peccare quidem possent: qua de re Balsamon in capitis huius interpretatione.*

Item ex eodem, cap. 20.

¶ De eodem. Cap. IX.

Pann. l. 2. c. 8.

SI quis per superbiam tanquā perfectum se existimans, conuentus, qui per loca, & basilicas ᵈ sanctorum martyrum fiunt, vel accusauerit, vel etiam oblationes, quæ ibidem celebrantur, spernendas esse crediderit, memoriasque sanctorum contemnendas, anathema sit.

Item ex eodem, cap. 5.

ª SI qua mulier suo proposito.] quia magis est habilis, & magis parata in scissa veste, quam in clausa ad meretricandum.

ᵇ SI quis. Cōtemptum.] quia si non facit incontemptum illius diei, et omni die bonū est ei si ieiunat, ut 76. dist. vtinam.

SI quis eorū. CASVS. Beneuētan. sic ponit casū. Quidā dū ieiunasset, cœpit cum fames affligeret ille propter famem superbiens dicebat nō esse ieiunādū, & sufficere solā conscientiam pro facto, dicitur q̄ dēt anathematizari. Ego Bart. Brix. aliter casum intelligo, sic ponēs. Quidā dum permanet in ꝓposito abstinentiæ, i. continentiæ: pp necessitatem corporalem, i. abstinentiā, per quam multa necessaria corpori subtrahuntur, superbiebat, omnia ieiunia parui pendens, cum plus alijs ieunaret: perfectam constitutionem ecclesiæ iudicans in sua cōsciētia, dicitur q̄ talis anathema sit. Seq. c. vsq; ad c. Si quis virorum patent.

ᶜ ¶ Necessitatē.] Idest, continentiam.

ᵈ SI quis. ¶ Basilicas.] Nisi cum fiunt per inanes reuelationes, ut de cōsecr. dist. 1. placuit.

a ¶ Si quis

¶ De eodem. Cap. X.

Burch.li.3.c.94. Iuo p.3.c.84.

SI quis docet domum Dei contemptibilem esse debere, & congregationes quæ in ea fiunt, anathema sit.

Item ex eodem, c.6.

¶ De eodem. Cap. XI.

Burch.li.3.c.95.

SI quis extra [a] ecclesiã priuatim populos congregans, contemnat ecclesiasticas sanctiones; α ipsamq; ecclesiam apud se sine concilio † episcopi cum presbytero agat, anathema sit.

† al. consilio.

α ¶ Sanctiones.] *Post hoc verbum in prisca versione ista sunt interiecta,* aliterque ea, quæ sunt ecclesiæ, uoluerit vsurpare, non conueniente presbytero iuxta decretum episcopi, ipsamque, *& cætera, quæ hic sequuntur. Dionysij autem uersio, quæ optimè respondet verbis Græcis, & refertur à Burchardo, hæc est.* Si quis extra ecclesiam seorsum conuentus celebret, & despiciens ecclesiam, ea, quæ sunt ecclesiæ, voluerit vsurpare, non conueniente presbytero, iuxta decretum episcopi, anathama sit.

Item ex eodem, c.1.

¶ De eodem. Cap. XII.

Inf. 31. d. ca. si quis nuptias. ex versione Dionysij. Burc.l.8.c.61. Iuo p.7.c.79.

SI quis nuptias in accusationẽ duxerit; & mulierem fidelem, ac religiosam cum viro suo dormiẽtem, abominandam crediderit, aut etiam accusandam, tanquam non posse coniugatos in regnum Dei ingredi, anathema sit.

Item ex eodem, c.2.

¶ De eodem. Cap. XIII.

Iuo p.4.c.30.

SI quis carnem mãducantem ex fide [b] cum religione, præter sanguinem, & idolo immolatum, † [c] & suffocatum, crediderit condemnandum, tanquam spem non habentem, qui eam manducat, anathema sit.

† al. immolatam, & suffocatam.

Item ex eodem, c.15.

¶ De eodem, Cap. XIV.

Iuo p.8.c.318.

SI quis dereliquerit proprios filios [d] suos, & non eos aluerit, & (quod pietatis est β) necessaria nõ præbuerint, sed sub occasione continentiæ negligendos putauerit, anathema sit.

β ¶ Quod pietatis est.] *Lõgè fidelius Dionysius:* & quod ad se pertinet, non ad pietatem diuini cultus informat. *Græcè n. est,* καὶ τὸ ὅσον ἐπ' αὐτῷ † πρὸς θεοσέβειαν τὴν πρὸ σήκουσαν ἀνάγῃ. *Subintelligitur autem particula negans, id est,* μὴ, *ex superiore membro.*

† al. ἑαυτῷ.

Item ex eodem, c.12.

¶ De eodem. Cap. XV.

Burch.li.6.c.83. Iuo p.7.c.81.

SI quis virorum putauerit sancto proposito (id est cõtinentiæ) conuenire, vt pallio vtatur, tanquam ex eo iustitiam habiturus; & reprehẽdat vel iudicet alios, qui cum reuerentia birris vtuntur, & alia veste [e] communi, quæ in vsu est, anathema sit.

† al. beris.

Item ex eodem, c. vltimo.

¶ De eodem. Cap. XVI.

Iuo p.8.c.321.

[a] HAec autẽ scripsimus non abscindentes eos, qui

---

a SI qs extra.] Et domus in qua hæc fiunt publicanda est, vt in auth. de eccl. tit. §. si quis in sua domo. collat. 9. Ioan.

b SI quis.] Ex si de. [illegible] dist. ex bona cõscientia. extra de præscrip. quoniam omne.

c ¶ Immolatũ.] Idolothytis non debemus vesci, vt hic. & §.d. presbyteros. & 22.q.[illegible] sicut satius. Sed contrarium videtur illud Apostoli ad Corinth. Si quis infideliũ vocat vos ad cenam, omne quod vobis apponit manducate nihil iterrogantes. 1 Sed illud, loquitur secundum sua tpa, cum adhuc pauci erant fideles. Quod autẽ dicit de sãguine & de carne suffocata, hodie nõ tenet: quia tantũ in figura fuit istud prohibitum.

1 Vt 11.q.3. ad mensam. & 1. q. 4. §. notandum. Archid.

ADDITIO. 12. q.2. gloria epi. Archid.

d SI qs.] Filios.] Nam ex iuramẽto nõ possumus adstrigi ad illud, vt 22.q.4. inter. de hoc habuisti supra dist. 1. ius naturale.

SI quis virorum.] CASVS. Quidam i quadã pretiosa veste iustitiã ponebat, quasi proposito continẽtiæ cõuenirct reprehẽdẽs eos, qui alia veste vtebãtur. dicitur quòd talis anathema sit.

e ¶ Veste.] Sufficit ergo quod qs veste vtatur ẽm consuetudinem regionis: & sic transmontani non coguntur vti affibulatis uestibus, vt Italici, nõ obstante noua cõstitutione, extra de vi. & honest. cler. clerici. qa lex debet conuenire cõsuetudini, vt supra, dist. 4. erit.

Consuetudinem in vsu vestium debemus obseruare.

HAec aũt scripsimus.] Hæc est 2. pars dist. i qua cõcilium interpretatur prædicta. Arch. CASVS. Dicitur in hoc c. quod ea quæ statuta sũt in supioribus

bus cap. non sunt statuta, nisi contra eos, qui religionis habitum & propositum continentiæ assumentes in superbiam efferuntur contra eos, qui simpliciter viuunt, facientes noua statuta contra diuinas scripturas, & ecclesiasticos canones: illi vero commendantur, qui continentiam seruant, & proprijs abrenunciant cum humilitate: & qui diuitias possidēt cū iustitia, & bonis operibus.

stinct. presbyter.

d ¶ Prosternant.] Vt de consecr. distinct. 3. quoniam sunt.

e ¶ Prægustet.] Ecce q̄ suspectus cogitur comedere siue gustare. Sed nunquid idem est si aliquis est suspectus

ecclesię Dei secundum scripturas sanctū propositū continētiæ eligūt. sed eos, qui suscipiūt habitum α eius, & in superbiam efferuntur aduersus eos, qui simplicius viuunt. Sed & hos condēnamus, qui se extollunt aduersus scripturas, & ecclesiasticos canones, & noua a introducunt præcepta. Nos aūt & virginitatem cum humilitate admiramur, & continentiam cum castitate & religione Deo acceptissimam dicimus, & renunciationē sæcularium negotiorum, atq; actuum cum humilitate approbādo laudamus; & nuptiarum vinculum, β quod secundū castitatem † perdurat honoramus: & diuites b cum iustitia, & operibus bonis non abijcimus. γ

† castitatem seruat.] orig. & Iuo.

α ¶ Eos, qui suscipiunt habitum.] *Gracè est:* τοὺς λαμβάνοντας τὴν ὑπόθεσιν τῆς ἀσκήσεως εἰς ὑπερηφάνειαν κατὰ τῶν ἀφελέστερον ζώντων ἐπαιρομένους τε καὶ παρὰ τὰς γραφὰς, καὶ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας καινισμοὺς εἰσάγοντας. i. qui ex instituto exercitationis huiusmodi, capiūt occasionem sese efferendi: seque extollūt aduersus eos, qui simplicius viuunt, & aduersus scripturas, & ecclesiasticos canones introducunt nouitates.

β ¶ Et nuptiarū vinculum.] *Gracè* καὶ γάμου συνάφειαν σεμνὴν, *quā Dionysius vertit:* & nuptiarū castū vinculū.

γ ¶ Non abijcimus.] *Post hæc verba in concilio ipso proximè sequuntur quæ habentur inf. c. parsimoniam, d. 41.*

Item ex concilio Martini Papæ.

Apud Martinum Bracarensem, c. 57.

¶ Anathematizatur, qui Manichæorum superstitiones sequitur. Cap. XVII.

Burc. li. 13. c. 20. Iuo p. 4. c. 32.

SI quis presbyter α pp publicā c pęnitentiam a sacerdote acceptam, absq; aliqua necessitate die Dominica pro quadā religione ieiunauerit, sicut Manichæi, anama sit. Similiter quia, β qđ ab Apostolis traditū est, canon tenet antiquus; placuit, vt per oēs Dn̄icas, & per oēs dies Paschæ vsq; ad Pentecosten, † nō prosternant d se in oratione cā † humilitatis: sed recto vultu ad Dn̄m fungantur orationis officio: quia in his diebus gaudiū resurrectionis Dn̄i celebramus. Si quis ēt δ non pro abstinentia, sed pro execratione escarū a carne abstineat; placuit sancto concilio vt prægustet; e & sic, si vult abstinere, abstineat. Si aūt spernit, ita ut olera cocta cū carnibus non degustet, iste nō obediens, nec suspicionē hęresis a se remouens, deponatur de ordine clericatus.

† al. quinquagesimam.
† abest uox ista ab orig.
Ibid. c. 58.

α ¶ Presbyter.] *Sequebatur,* vel diaconus, *q̄ sublata sunt, quomā absunt à plerisq; manuscrip. & originali: Cæterū Burch. & Iuo similem canonē citant ex concilio Turon. atq; ita habent:* Si quis pp publicā pęnitentiam a sacer-

Diuites aliq boni sunt.

a ¶ Et noua.] ff. de constit. princ. in rebus.

b ¶ Diuites.] Hōc verum est de talibus, qui faciunt misericordiam non habētibus. vt 33. quęst. 5. secundum. nam & Dominus habuit pecuniā, vt 12. quæst. 1. exemplum. aliàs abijcienda est pecunia exēplo Cratis, vt 12. quæ. 2. gloriā episcopi. §. Crates. nam aliena rapere conuincitur qui ultra necessaria sibi retinet, ut 42. dist. §. 1. lo.

Rapere alienādi qui ultra necessitatem sibi retinet.

b ¶ Diuites.] Nō est cōtra illud, facilius est camelum per foramen acus trāsire: quia illud de talib⁹ intelligitur, qui in diuitijs spem ponētes, gratius intuentur aurum quàm solem, de quibus habetur 47. distinct. sicut hi. 1

1 Et dicit Hieronym. Diuitias habuisti, requiem perdidisti. Dum vigilas augmentum diuitiarū cogitas. Dum dormis latronē somnias. In die solicitus, in nocte pauidus, & sic semp mēdicus. Arch.

SI qs presbyter.] CASVS. Hoc c. diuiditur I tres partes. In prima parte dicitur quod si quis pbyter accepta publica pœnitentia in die Dominica ieiunauerit ea intentione qua Manichæi ieiunabāt, anathema sit. In secūda parte, quæ incipit ibi, [Similiter.] dicitur, q̄ in diebus Dominicis & inter Pascha & Pentecosten non debemus flectere genua; sed vultu erecto orare ad Dn̄m. I tertia par. quæ incipit ibi. [Si qs ēt.] dicitur: Si quis nō comedit carnes uel olera, in quibus carnes coquuntur, propter execrationem escarum, compelli debet degustare, & si noluerit tanquam hæreticus deponatur.

a SI quis.] Propter publicam.] Quam facere potest sacerdos, sed non solennem, ut dixi supra 78. di-

ctus eo q̄ non cōicat in anno. 2 nunquid cogēdus est cōicare? Non: quia illa non recipitur sine peccato, si recipiens est peccator, sed ad hoc potest cogi vt faciat se dignum, i. vt pęniteat de consec. dist. 2. si qui intrat. ex. dist. hi qui. secundum Hug. cuius fuit ista gl.

2 Vt de cōs. dist. 2. sæcularis. cum duobus cap. seq. sc̄m Hug. &c. & si nō.

Tem-

Tempus quoque.] Haec distinct. diuiditur in sex partes, in prima corripitur sententia Pelagij per Greg. ut in cap. sequen. Secunda ibi. [Causa vero.] Tertia ibi. [Potest. & aliter.] Quarta ibi. [Sed obijcitur. [Quinta ibi. [Aliter.] Sexta ibi. [Similiter.] Ioan. de Fan.

CASVS. In hac 31. distinct. dicit Gratia. quod illa capit. quae fuerunt posita in distinct. 38. intelliguntur ex tempore, quia nondum erat indicta continentia sacerdotibus, & hoc probat per sequentia. Dicit etiam quae est causa, scilicet quod propter munditiam fuit continentia dicta: quod sacerdotes vxores nō abijciāt a sua cura, quin eis necessaria ministrent.

a ¶Tempus.] In hac 31. distin. ostendit, quod a tēpore Gregor. statutum fuit, vt subdiaconi non ordinarent nisi promissa cōtinentia: 1 Secundo agit de causa continentiae presbyterorum, & diaconorum. 2 Tertio dicit quod licet ordinati in sacris ordinibus vxoribus non debeant cōmisceri, tamen necessaria prouidebūt eis. 3 Vltimo assignat differentiā inter orientales, & occidentales.

1 Vt inf. eo. cap. 1.

2 Vt inf. eo. §. causa. vsq; ad §. quod autem.

3 Hoc facit ad predictū §. qđ autem vsq; ad c. Nicena. Arch.

dote acceptā, aut pro aliqua necessitate. *In aliquot Gratiani manuscriptis est*; si quis praeter publicam poenitentiam, a sacerdote acceptam, absq; aliqua necessitate, &c. *quae optima videtur lectio. Nam in ca.* 18. *concilij Gangrensi, vnde hoc videtur Martinus sumpsisse nulla presbyteri fit mentio, sed vniuersè pronunciatur, vt sup. ead. cap. si quis tanquam.* Si quis ob pietatis, quemadmodū putatur exercitationem, die Dominico ieiunet, anathema sit, & verba illa, absq; aliqua necessitate, *videtur huc importata ex cap.* 19. *eiusdem concilij. Neq; vero presbyteris huiusmodi poenitentia more laicorum imponebantur. c. illud cum sequētib. d.* 50. *& c. fin. ver. nec enim.* 82. *d. Sed quando in grauissima crimina publice incurrebant: depositi peregrinari iubebantur. c. si quis sacerdos.* 30. *q.* 1. *c. sacerdos. de poen. d.* 6.

β ¶Similiter quia.] *Hoc sumptum est ex canone ultimo concilij Nicaeni.*

γ ¶Non prosternant.] *In codice Lucensi Regio legitur:* non prostrati, sed erecto vultu ad dominum fungantur orationis officio.

δ ¶Si quis etiā.] *Hoc sumptū est ex concilio Ancyrano, c.* 13. *al.* 14. *& in eo mentio fit presbyteri, ac diaconi.*

DISTINCTIO XXXI.

Tempus quoque, quia nondū a erat institutum, ut sacerdotes continentiam seruarēt

a ¶Nondum.] *Quid ait hic Gratianus, fuisse tp̄s, quo nondū erat institutum, ut sacerdotes continentiā seruarent, in subdiaconis (Nam, & hi sacerdotum nomine interdū cōprehenduntur, valetq; idem sacerdotis nomen atq; in sacris constitutus, ut infra ad initiū dist.* 33. *notaturq; in gl.* 1. *q.* 1 *qui per pecuniam) locum habere potest. Fuit enim tp̄s, cum subdiaconi in aliquibus prouincijs, ut in Sicilia, continentiae legibus nō adstringebantur; quod Gregorij locus, qui solus ad hanc rem confirmandam proximè a Gratiano citabitur, manifeste probat. Diaconis autem, & presbyteris in Latina ecclesia nunquam licuisse vxoribus, quas ante sacros ordines duxerant, uti ex canonibus, qui post primū in hac ea. d. citantur, & alijs multis praesertim epistola* 2. *Syricij ad Himerium Tarraconnensem clare demonstratur.*

Vnde Gregorius scribit Petro subdiacono Siciliae, lib. 1. *epist.* 42.

¶Qui castitatem non promisit, ab vxore sua separari non cogatur. Cap. I.

Pana. l. 3. c. 29. Poly. l. 4. tit. 31.

Ante triennium subdiaconi oīum ecclesiarum Siciliae prohibiti fuerant, vt more Romanae ecclesiae nullatenus suis vxoribus miscerentur. Quod mihi du-

Ante trienniū.] CASVS istius c. ex quadā constitutione Pelagij pēdet. vnde scire debes, quod vna constitutio facta fuit ab Apostolis de continentia clericorum, ut 84. distinct. cum in praeterito. Idem fuit postea a Syricio repetitum in 82. dist. plurimos. Tertia fuit facta auctoritate Pelagij, quae hī 27. q. 2. multorū de qua fit hic mentio. Est ergo casus huius cap. Pelagius fecit quandam constitutionē per quendam diaconum nomine Seruum Dei, ut omnes subdiaconi Siciliae a suis vxoribus abstinerent, quas in minoribus ordinibus duxerant aut ab officio cessarent: quam constitutionē, quia dura fuit, & iniqua, vt subdiaconi compellerētur ad continentiā Gregor. primus, qui successit Pelagio retractauit, & statuit, vt nullus de cetero fiat diaconus, nisi cōtinentiā promittat; ita tamen, vt mala praeterita, id est continentia, quae solet esse in nenibus mala, id est, poenalis, vel mala si non seruetur,

per

per violentiam non exigatur: & hoc in prima parte. In secunda parte, quæ incipit ibi. [Qui vero.] commendat illos, qui cõstitutionem illam, quæ facta fuit ante triennium seruauerunt: & hortatur eos, ut debeant in suo proposito permanere. Illi vero qui noluerint a suis vxoribus abstinere, pro moueri nõ debent: quia nullus dēt promoueri, nisi eius castitas fuerit approbata. Vel sic: Olim promouebantur subdiaconi non promissa continẽtia, & licitè vtebantur vxoribus & beneficijs: Postea Pelagius ꝑdecessor Gregorij statuit, ut uel contenti essent uxoribus tantũ, uel beneficijs tantũ: de qua ꝯstitutione Gregor. facit mentionẽ 27.q.2.multorũ. Postea idem Pelag. aliã edidit constõnem, in qua præcise ꝓhibuit, ut subdiaconi nullo modo commiscerī debeant amodo uxoribus suis, & illam cõstitutionem quidam subdiaconi seruabant, quidam non, sed quia illa cõstitutio fuit iniqua, scilicet ꝙ aliquis, q non promisit continentiam, cogeretur cõtinere: ideo retractatur hic a Greg. & statuit, ꝙ si qui subdiaconi nõ sunt, nõ cogantur continere, nisi velint. si qui autem in futurum sũt ordinandi, non admittantur, nisi promittant continentiam. a [Durum.] Statutum Pelagij fuit cõtra Euangelium, in quo excipitur sola fornicatio. [1] 33.q.2. quos Deus, & ideo reprobatũ fuit. Sed quare reprobatur illa constitutio Pelagij, in qua statuit, ut aut beneficia, aut uxores dimittant: cum idem statuerit Alexander extra de cler. coniug. cap. 1. Sed dic, cum aliquis in minoribus ordinibus existens postea contrahit, potest priuari beneficio prius habito, & de illis loquitur Alex. Cum uero aliquis primo contrahit, & postea ecclesia scienter ei confert beneficium, postea non potest illud ei auferre, & de illis loquitur Pelagius, & ideo constitutio eius fuit iniqua. simile ex. de cle. cõiu. diuersis.
b [Non inuenit.] Idest, non suscepit.
c [Promiserit.] Hoc intelligo si hãat licentiam uxoris.
d [Mala.] Idest, continentia, quæ iuuenibus est mala. [2] 33.q.2. in adolescentia.

[1] Vt 32.q.1. dixit.
[2] Sub, & ad

CAVSA VERO: Hæc est secunda pars d. in qua dicitur, ꝙ causa huius constitutionis fuit mũditia sacerdotalis, & hoc probat per 6.c. Io. de Fant.
CASVS. Dicit Gratianus, ꝙ propter munditiam sacerdotalem inducta fuit continentia in ecclesia, quia cum sacerdotes semper debeant orare, semper debent ab uxoribus abstinere. Et hoc probatur auctoritate Apostoli per seq. c. quorum prima duo patent.
e [Sacerdotibus.] Idem est de alijs clericis. Laur.
f [Semper.] i. horis debitis. sic inf. eod. si laicus. 22. d. sacrosan. & inf. 37. dist. de quibusdam. 36. dist. cap. ult. Archid.
g [Episcopos.] Hoc c. habetur 84. d. cum in præterito.
h [Vel qui.] Idest, subdiaconi. nam & subdiaconi sacramentis inseruiunt. 84. dist. cum in præterito. Et expone

[3] pœnam, & id onus. 28. dis. de his, & accipitur hoc nomẽ mala pro pœna: & est sensus a subdiaconis uxorem habentib. sine uoto per uiolentiam non exigatur continentia. sed ab ordinandis de cætero, quam si promittere noluerint, repellantur. Io. de Fan.

rum [a], atque incompetens videtur, vt qui vsum eiusdem continentiæ nõ inuenit [b], neque castitatem ante promisit, compellatur a sua vxore separari, atq; per hoc (quod absit) deterius cadat. Vnde videt mihi, vt a præsenti die episcopis omnibus dicatur, ut nullum subdiaconũ facere præsumant, nisi qui se victurum castè promiserit [c] quatenus, & præterita mala α [d], quæ per propositum mentis appetita non sunt, violenter non exigantur, & futura cautè caueantur. ¶Qui vero post eandem prohibitionẽ, quæ ante triennium facta est, continenter cum suis vxoribus vixerunt laudandi, atque remunerandi sunt, & ut in bono suo † permaneant, exhortandi. ¶Eos autem, qui post prohibitionem factam se a suis vxoribus continere noluerint, ad sacrum ordinem nolumus promoueri: quia nullus debet ad ministerium altaris accedere, nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata.

sup. d. 28. c. nullum.
† sic. orig.

α ¶Mala.] *Vox ista abest a Polycarpo, & aliquot vetustis Gratiani codicibus.*

2 *Causa vero huius institutionis munditia sacerdotalis fuit, vt libere cunctis diebus orationi possint uacare. Si enim (vt Paulus ait) ab uxoribus est cessandum, ut expeditius orationi vacemus: ministris vtique altaris, quibus quotidiana necessitas orandi incumbit, nunquam coniugali officio vacare permittitur.*

1. Cor. 7.

Vnde Beda in commentarijs super Lucam ad cap. 1. ait.

¶Sacerdotibus semper castitas obseruanda præcipitur. Cap. II.

SAcerdotibus [e], vt semper [f] altari queant assistere, semper ab vxoribus continendum; semper castitas obseruanda præcipitur.

Pann. l. 3. c. 91.

Item in concilio Carthaginensi 2. c. 2.

¶Qui diuinis sacramentis inseruiunt, continentes esse oportet. Cap. III.

EPiscopos [g], presbyteros, & diaconos ita placuit (vt decet sacros antistites, ac Dei sacerdotes, necnon, & leuitas, vel qui [h] sacramentis diuinis inseruiunt) continentes esse in omnibus.

inf. d. 84. c. cum in præterito.
Pann. l. 3. c. 95.
Raba. pœn. c. 29.

Item Innocentius I. Victricio Rothom. episcopo, epis. 2. cap. 9.

pone

pone istud, vel, pro, &, secundum Hug. & ita per hoc, & per illud infra 32. distinc. placuit. suppletur illud 84. distinct. cum de quorundam. quia hæc tria cap. sunt. Carthaginensis concilij, & faciunt pro opin. Hug. secundum Laur.

Ideo quæsiuit a Papa, an presbyteri & Leuitæ deberent viuere continenter? Et respondet quod sic, & hoc probat auctoritate prophetę dicentis: Sancti estote, &c. idest, mundi. & exemplo sacerdotum vete. test. qui in sua hebdomada a suis vxoribus abstinebant, sed finita sua hebdomada suis vxoribus commiscebantur propter sobolem procreandam: quia nullus poterat fieri sacerdos, nisi de tribu Aaron: hodie uero cum sacerdotes quotidie debeant orare, nec requirit, de qua tribu promoueantur, semper debent ab uxoribus abstinere. Sequentia duo c. plana sunt. & per te videbis.

Tene-

¶Sacerdotes, & Leuitæ cum vxoribus suis misceri non debent. Cap. IIII.

Burch. li. 2. c. 118.
Ansel. li. 7. c. 134.
Iuo p. 6. c. 94. & 194.
Pann. li. 3. c. 94.
Leuit. 11.
Luc. 1.
Num. 18.
† *al. præceptum fuerat*

TEnere debet omnino ecclesia, vt sacerdotes, & Leuitæ cum vxoribus suis non misceantur; quia ministerij quotidiani necessitatibus occupantur. Scriptum est enim: [Sancti estote, quoniam, & ego sanctus sum [a] Dominus Deus vester.] Nam si priscis temporibus anno [b] vicis suę de templo Dei sacerdotes non discedebant (sicut de Zacharia legimus) nec domum suam omnino tangebant, quibus utique propter sobolis successionem, vxoris vsus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu, & præter quam ex semine Aaron, ad sacerdotium nullus accedere præcipiebatur †; quanto magis hi sacerdotes, vel leuitæ pudicitiam ex die ordinationis suæ seruare debent; quibus vel sacerdotium, vel ministerium sine successione est, nec præterit dies, [c] qua vel a sacrificijs diuinis, vel a baptismatis [d] officio vacent.

PALEA Cap. V.

Ibidem cõtinenter.
Ansel. li. 7. c. 132.
1. Cor. 7.
† *al. officium.*

NAm sicut α Paulus ad Corinthios scribit dicens: [Abstinete vos ad tempus, vt vacetis orationi: & hoc vtique laicis præcepit; multo magis sacerdotes, quibus orandi, & sacrificandi iuge sacrificium † est, semper debebunt ab huiusmodi consortio abstinere.

α ¶Nam sicut.] *Hæc palea in duobus Vaticanis (in quibus solis reperitur) est coniuncta cum superiori capite, quemadmodum etiam in epistola Innocentij, & legitur,* Nam si Paulus. *Sed non est mutatum, quoniam est initium capitis.*

Item Exuperio Tholosano episcopo, epist. 3. c. 1.

¶Qui ab vxoribus suis abstinent, ad sacrificia admittantur. Cap. VI.

Infra dist. 82. c. proposuisti.
Pann. li. 3. c. 95.

EOs β ad sacrificia fas sit admitti, qui vel cum vxore [e] non exercent carnale officium [f].

β ¶Eos.] *Apud Innocentium, & infra dist. 82. c. proposuisti, vbi hoc idem est repetitum, legitur,* neque eos ad sacrificia fas sit admitti, qui exercent vel cum vxore carnale consortium.

Item Hieronymus contra Iouinianum, lib. 1.

¶Sacerdoti, cui est semper orandum, matrimonio semper est carendum. Cap. VII.

Pann. li. 3. c. 96.

SI laicus, & quicunque fidelis orare [g] non potest, nisi careat officio coniugali; sacerdoti, cui semper pro populo offerenda sunt sacrificia, semper orandum est: si semper orandum est; ergo semper matrimonio carendum [h].

a ¶Quoniam, ego sanctus sum.] Ex quo Dominus se commendauit, & Christi actio nostra est instructa lectio. 81. d. legit, ergo & nos possumus nos commendare, & Aug. se comendat, æquiparando se prophetis, ut 23. q. 5. ecce. & procõsul pôt permittere libellum commendationis suæ, vt ff. de off. procon. obseruare. Similiter ille qui impetrat ueniam ætatis, se commendat. 1 C. de his qui ve. ęta. imp. l. 2.

b ¶Anno.] idest septimana. sic alibi ponitur dies pro anno, ut 33. q. 2. hoc ipsum. & tempus pro anno, ut de consecr. dist. 4. omni tempore. 2

c ¶Nec præteriti dies.] excepto Sabbato sancto. & die Veneris præcedente, ut de cõsecr. dist. 3. Sabbato. qui duo dies nulli reputantur propter paucitatem. sic est de cõs. dist. 2. reuera.

d ¶Vel a baptismatis.] dum est necessitas. arg. 5. dist. baptizari.

e EOs.] Vel cum vxore.] Ne dum cum alia.

f ¶Officium.] Post uotum factum.

g SI laicus.] ¶Orare.] Quid de hac materia iuris sit, habes 33. q. 4. c. 1. & 2.

h ¶Matrimonio carendum.] arg. quod si aliqua sibi coheręt, vel si aliquid sequitur ex alio, uno probato, & reliquum est probatum, 3 ut 33. dist. si quis viduam. 26. dist. deinde 3. q. 6. hæc quippe arg. contra de pœn. dist. 1. sicut primi, in fi.

Comendare pôt aliquis seipsum.

1 Ad idem quod dicit Bald. Custodi animam meam quia sanctus sum, &c. & in psal. Inclina Domine.

2 Ideo autem fit hoc, quia annus dicit ab an, quod est circum. quia circum uoluitur. sic & quodlibet ips. Laur.

Probato vno coniunctorum, probantur reliquum.

3 Sic de talibus uno concesso & aliud concessum est. 2. 1. sicut Christus. ubi de hoc. Arch.

TEnere debet.] CASVS. Victorius Rothomagen. episcopus, habebat quosdam presbyteros & leuitas in sua diœcesi, qui nolebant a suis uxoribus abstinere,

Quod autem [a] *Manichaeorum causa de coniugio sacerdotum illud supradictum sit, ex Gangrensi concilio apparet, in quo c.1. sic statutum legitur.*

a ¶De coniugio.] *Sequentem canonem Gratianus restringit ad coniugia sacerdotum; cum tamen in eo damnentur illi, qui omnino nuptias vituperabant, nec volebāt aliquem Christianum etiam laicum, liberis operā dare. Nec fuit editus proprie contra Manichaeos, sed contra quendam Eustathium, qui hunc errorem cū alijs multis in Armenia disseminauerat. Est aūt caput hoc idē cum capite. si quis nuptias. sup. dist. 30. sed ex alia versione.*

¶Anathema sit, qui nuptias vituperat. Cap. VIII.

SI quis vituperat nuptias, & dormiētem cum viro suo fidelem, ac religiosam detestatur, aut culpabilem aestimat, velut quae regnum Dei introire non possit, anathema sit.

sup. dist. in. 30. cap. si quis nuptias.

Item ex eodem, c.8. & 9.

¶De eodem. Cap. IX.

QVicunque virginitatem custodiens, aut continentiae studens, velut horrescens nuptias, nec propter hoc, quòd bonum, & sanctum est: nomen virginitatis assumit, anathema sit.

sup. d. 30. ca. si quis vel virginitatem, ex alia versione. Burch. li. 8. c. 61. Iuo p. 7. cap. 79. sup. dist. 28. c. si quis.

§ *Potest & aliter intelligi illud, quod in canone* [b] *Apostolorum legitur, ut iste sit sensus capituli: [si quis doces sacerdotem vxorem suam contemnere,] non quam vxorem in sacerdotio accepit, sed quam, dum adhuc esset laicus, uel in minoribus ordinibus constitutus, sibi copulauit, cum qua continentiam professus est, cum ad sacros ordines ascenderet, quam nullus debet contemnere, hoc est ab animo, & cura sua abijcere, quin ei necessaria prouideat. Probatur autem hac interpretatio auctoritate Leonis Papae, qui epist. 90. c. 3. scribens Rustico Narbonensi episcopo ait.*

¶Ministris altaris cum episcopis, & presbyteris eadem est lex continentiae. Cap. X.

LEx continentiae eadem est altaris ministris, quę episcopis, atq; presbyteris, qui cum essent laici, siue lectores, licitè & vxores ducere, & filios procreare potuerunt: sed cum ad predictos peruenerunt gradus, cœpit eis non licere [c], quod licuit. Vnde, vt de carnali fiat spiritale coniugium, oportet eos nec dimittere vxores, & quasi non habeant, sic habere, quo & salua sit charitas, & cessent † opera nuptiarum.

Burc. l. 2. c. 114. Ansel. li. 7. c. 135. & 6. c. 204. Polyc. li. 4. tit. 32. Iuo p. 6. c. 68. Pann. li. 3. c. 106. 1. Cor. 7.

† al. cessent carnalia opera nuptiarum.

Item Leo [a] *ix. contra epistolam Nicetae Abbatis.*

a ¶ Leo. *Habetur in responsione Humberti ad libellum Nicetae presbyteri, & Monachi aduersus Latinos editum: quam responsionem, cum nomine Leonis ix. cuius erat legatus, scripserit, potest rectè nomine ipsius citari, sicut multa ex Ennodij libro nomine Symmachi citata inueniuntur supra dist. 12. c. concilia. & inf. 40. dist. c. nō nos. & 81. dist. c. nemo rectè. 8. q. 4. c. nonne, & 9. q. 3. cap. aliorum. Ac supra dist. 22. nomine Nicolai ij citatur cap. Omnes, quod habetur in oratione Petri Damiani.*

QVOD AVTEM. CASVS. Dr̄ in hoc §. q̄ illud qd̄ dictū fuit in Gāgrēsi cōc. 7. 28. d. in c. si qs docuerit. & c. si qs discernit. ex cā fuit statutum, s. propter Manichaeos, q nuptias condemnabant exēplo sacerdotum. Et hoc probat duobus seq. ca. q̄ plana sunt, & per se patent.

a ¶Quod aūt.] Respicit tria pen. c. 28. d. dicens. q̄ illud statutum fuit pp heresim Manicheorū, q nuptias cōtemnūt.

QVicunq;.] POTEST ET ALITER. Haec est tertia pars d. in qua dr̄, q̄ illud qd̄ supradictū est in c. si qs docuerit. dist. 28. ex causa vel ex tpe intelligiē. Nunc aūt aliter exponit, dicēs q̄ illud c. pōt intelligi de sacerdotibus nostri tēporis, vt si qs docuerit sacerdotē ptēnere uxorem, quam in minorib. ordinibus duxit, uel cū erat laicus, ut eam a sua cura abijciat, cum qua postea cum promoueretur continentiā est professus, anathema sit. & hoc probatur per duo cap. seq.

b ¶In canone.] sup. 28. dist. si quis docuerit. Io.

LEx.] CASVS. Rusticus Narbon. Eps̄ q̄siuit a Leone, vtrum diaconi possint vel dēant cognoscere vxores suas? Qui respōdet quod nō, sed debent cōtinere sicut episcopi & presbyteri. nam cum erant laici uel lectores, hoc eis licebat, sed postquam promoti sunt ad sacros ordines, cœpit eis non licere quod ante licebat; eas tamen a sua cura abijcere non debent, q̄n eis necessaria subministrent.

c ¶Eis non licere.] Nota quod propter commutationē status incipit aliquid nō licere quod prius licuit. 1. 32. q. 2. ne quis arbitretur.

a Ad hoc ī. 27. q. 1. nuptiarum. 32. q. ult. c. ult. 27. q. 1. sunt quidam. & habes ēt ad hoc 83. dist. fornicari. ff. de solut. cū quis. 1. resp. regu. contra extra de diuort. gaudemus.

Om-

Omnino.] CASVS. Abbas Nicæus dicebat licere episcopo, presbytero, & diacono amplecti vxorē suā, & cognoscere, & hoc probabat auctoritate Apostoli dicentis se habere potestatem circumducendi mulierem sicut fratres Domini, & Cephas. Leo autē Papa eum reprehen-

¶ Episcopus, vel presbyter vxorem propriam a cura sua non abijciat. Cap. XI.

Pann.l.3.c.115.

Omnino confitemur non licere episcopo, presbytero, diacono, subdiacono, propriam vxorē causa religionis abijcere a cura sua. s. vt ei victum, & vestitum [a] largiatur [b], non vt cū illa ex more carnaliter iaceat. Sic & sanctos Apostolos legimus egisse, beato Paulo Apostolo dicente, [c] [Nunquid nō habemus ɑ potestatē mulierem fororē [d] circumducēdi [e], sicut fratres Domini, & Cephas?] Vide insipiens, quia nō dixit, [nunquid nō habemus potestatem sororem mulierem amplectendi?] sed, [circumducēdi,] scilicet vt de mercede [f] prædicationis sustentaretur ab eis: nec tamen foret deinceps inter eos carnale coniugium.

1.Cor.9.

ɑ ¶ Nunquid non habemus.] *Varia sunt huius loci interpretationes, quod inter alios B. Hieronymus in 1. libro contra Iouinianum ostendit.*

Hinc & illud [g] *Greg.* [*Presbyter quidam.*] *Quod require inf. dist. seq. c. penu.* ¶ *Vt igitur ex his auctoritatib. apparet sacerdotes vxoribus, quas in laicali habitu, vel in minoribus ordinibus constituti sibi legitime copularunt, necessaria ministrare, debita uero reddere non ualent.*

4 ¶ *Sed obijcitur illud tripertitæ historiæ, lib. 2. c. 14.*

¶ Dissuasu Paphnutij Nicæna synodus non constituit, quod presbyteri cum suis uxoribus non dormirent. Cap. XII.

Pann.l.3.c.85.

Nicæna synodus corrigere volens hominum vitā in ecclesijs commorantiū, posuit leges, quas canones vocamus, in quorum tractatu videbatur aliquibus introducere [h] legem, vt episcopi, presbyteri, diaconi, & subdiaconi ɑ cum coniugib. quas ante consecrationē duxerant, nō dormirent. Surgēs autem in medio Paphnutius confessor contradixit, honorabiles confessus nuptias, & castitatem [i] esse dicens, cum propria coniuge concubitum; † suasitque cōcilio, ne talem poneret legē, grauem esse asserens causam, quæ in ipsis, aut eorum coniugibus occasio fornicationis existeret. Et hæc quidem Paphnutius (licet nuptiarū esset iexpertus) exposuit: synodus-

† Adde glo. concor. in c. si propofui. 1 ver. estote. inf. 62. dist.

prehendit, & scribens contra eum dicit non esse verum, vt possint cum ea dormire more solito, tamen debēt ei largiri victum, & vestitum, & hoc probat exemplo Apostolorum, reprehendens eum ex eo, ꝙ male intelligebat illud verbum circumducendi.

Victus nomine comprehenditur vestitus.

a ¶ Et vestitum.] ¶ Ex quo dicitur victum, & uestitum videtur, ꝙ nomine victus non comprehendatur vestitus, vt ff. de transf. cum hi. §. qui transigit 1 quod non est verum, ff. de verb. sig. verbo victus.

1 Vbi not.

b ¶ Largiatur.] Sequestrato tamen habitaculo, vt 77. distinct. episcopus. & hoc cum persona est suspecta.

c ¶ Paulo apostolo dicente.] Ducebant enim vxores secum, vt seruirent eis in cibis parandis, & ab eis pascerentur (cum essent pauperes) de mercede pdicationis.

d ¶ Sororem.] idest, quasi sororem.

sed hæc verā est quo ad trāsactionē, aliter bene continetur. Arch.

e ¶ Circumducēdi.] nobiscum.

f ¶ Vt de mercede.] Arg. ꝙ si quis habet vxorem, & filios, de bonis ecclesiæ ipsos potest pascere, si nō habet ppria, vt 86. dist. non satis. inf. d. prox. si quis vero, & 50. dist. studeat in fi. & 37. d. legant. quia nemo carnem suam vnquā odio habuit, vt 23. q. 2. non æstimemus, & hæc vera sunt si indigent 2 alias secus, vt 28. di. de Syracusanæ. vnde & si viro relictus est vsus alicuius rei, mulier eadem re potest vti, vt ff. de vsu. & ha bi. l. cæterum. §. mulier.

Beneficiatus suis consanguineis subuenire pōt.

2 Ad hoc 18. q. 1. habebat. in prin.

g ¶ Hinc, & illud.] inf. in illo c. presbyter quidam, quod est infra dist. proxima. Ioan.

VT IGITVR. CASVS. Concludit Gratianus ex supradictis ꝙ sacerdotes debent suis vxorib. cū quibus in minoribus ordinib. vel laicali habitu contraxerūt, necessaria ministrare, sed debitum reddere non valent. Sed contra hæc duo sequētia cap. inducuntur. s. ꝙ sacerdotes debēt reddere debitum vxoribus suis.

SED OBIICITVR. Hęc est 4. pars dist. I qua ponit duos canones orientales, in quib. conceditur clericis habere vxores. Io. de Fan.

Nicęna synod°.] CASVS. Nicæna synodus volebat legē imponere, & necessitatem epis presbyteris, diaconis, & subdiaconis vt seruarent castitatem cum vxoribus, cū quibus in minoribus ordinibus matrimonium contraxerūt. Sed quia hæc lex erat occasio fornicandi, surrexit Paphnutius confessor inexpertus nuptiarum, & synodo contradixit ne talem poneret legem, cum castitas sit cognoscere vxorem propriam. synodus autem sententiam eius laudauit, & approbauit.

h ¶ Introducere de consensū vxoris, aliter esset iniqua.

i ¶ Castitatem.] Sic qui bene comedit, abstinens est. 44. d. conuiuia. n fi.

ɑ ¶ Sen-

a ¶ Sententiam.] Vnus ergo pōt contradicere toti vniuersitati 1 si habet rationabilem causam, vt extra de his quæ fi. a ma. par. cap. c. 1. 1. nam sententia vnius pōt alios trahere ad partem suam, vt extr. de eo qui mit. in pos. ca. cum sicut, ff. de arb. item si vnus. §. vlt. C. de vet. iu. enuc. l. prima, §. sed is, &c.

potest promoueri sine licentia vxoris? Dicit H. ꝙ sic, quia nec fit ei præiudicium aliquod. Sed certe præiudicium fit ei, quia post mortem viri non potest contrahere. 4 Item & in alio fit ei præiudicium: quia tpe vicis suæ non debet ei commisceri: cum etiam ad tempus vir

Cōtradicere potest unus multis.

1 Et est hic argu. ꝙ unus canonicus pt se opponere pro defensione ecclesiæ suæ. Ad idē extra de cōces. pb. ex parte, ubi dicit Ioã. de Fan. hoc esse verum etiam si capitulum illi⁹ ecclesiæ nollet defendi, & hoc facit. uore ecclesię arg. ff. de lib. cau. l. 1. 2. & 3.

3 Scilicet Lau. contra.

4 Hæc ratio nō uī bona; nam in uxorib. orientaliū non hēt locum quod habetur in 28. dist. quia sunt culpæ, & seq. quia continent: ā non promittunt tacitè uel expressè Arch.

QVoniam.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod in canone Romano statutum erat, quod diaconi, & presbyteri orietalis ecclesiæ deberēt continentiam profiteri: quod male seruabant, qđ sexta synod⁹ cognouit: iō statuit iuxta antiquū canonē Apostolorum, vt vnusquisque clericus suā possit habere vxorem: nec propter hoc repellatur a promotione si dignus fuerit. nec tempore suę ordinationis cogatur continentiam profiteri: eo tamen tempore, quo ministrat altario, dēt abstinere. In secunda parte, quæ incipit ibi, ¶ Si quis.] dī quod si q̄s presbyteros, vel diaconos a contactu legitimæ vxoris priuauerit, deponi debet, & quicunq. clericus causa religionis suā vxorē abiecerit, deponi dēt: si in contumacia perseuerct.

b ¶ Quoniam.] i. quamuis.

c ¶ Romani.] Hic assignatur differentia inter orientales, & occidentales.

d ¶ Qui ordinati sūt] idest, ordinantur.

e ¶ Apostolicę.] quia Apostolus precepit, vt vir reddat debitū uxori, 33. q. 1. c. 1.

f ¶ Opportuno.] Istud est contra Gandulphū & alios, qui dicunt, qđ uir quolibet loco etiā in ecclesia, & quolibet tēpore tenetur reddere debitum uxori petenti. Sed hoc non est uerum: qa sicut debitor non debet semp venire cū sacro paratus, ut ff. de so. quod dicimus. sic nec uir semper debet esse paratus. 33. q. 4. Christiano. 2 uir inuita uxore non possit orare, ut 33. q. 4. Apostolus. sed ibi expone, orare, idest, peregrinari. Io.

Vir debitum uxori nō sp nec ubiq; tc dere tenet.

2 Melius ea. causa & q. c. apostolus in gl. ult.

g ¶ Diligens.] idest, dignus.

h ¶ Continentes.] Sed nūquid in orietali ecclesia uir

HOC AVTEM. CASVS. Modo Gratianus soluit supra

que laudauit sententiam [a] eius: & nihil ex hac parte sanciuit: sed hoc in vniuscuiusque voluntate, non in necessitate dimisit.

α Et subdiaconi.] *In aliquot vetustis codicibus, & in originali Socratis non sunt duæ istæ voces. Sozomenus tamen lib. 1. c. 22. habet tam Græce, quam in Latina vetere, & noua versione, vt etiam Nicephorus.*

Item synodus sexta, c. 13. lib. 8. c. 19.

¶ Non in perpetuum, sed tempore oblationis a complexu suarum vxorum sacerdotes abstineant.

Cap. XIII.

QVoniam *β* in Romani [b] ordine canonis esse cognouimus traditū, eos qui ordinati † sunt diaconi, vel presbyteri, debere confiteri; quòd iam suis non copulentur vxoribus: nos antiquum sequentes canonem Apostolicæ [e] diligentiæ, & constitutiones, sacrorum virorū legales nuptias amodo valere volumus, nullo modo cū vxorib. suis eorum connubia dissoluētes; aut priuantes eos familiaritate adinuicem in tēpore opportuno. [f] Quicunq; ergo diligens † [g] inuentus fuerit in subdiaconali ordinatione, aut diaconali, aut sacerdotali, hic nullo modo prohibeatur ad talem ascendere gradum pro vxoris suæ legitimæ cohabitatione. Nec etiam tempore ordinationis suæ profiteri cogatur: quod abstinere debeat a legalis proprię vxoris familiaritate. *Item infra.* ¶ Oportet eos, qui altari ministrant: in tēpore oblationis † sanctorū continentes [h] esse in omnibus; vt a Deo possint consequi, quæ simpliciter postulāt. ¶ Si quis igitur præsumpserit contra Apostolicos canones, aliquos presbyterorū & diaconorum priuare contactu, & cōmunione legalis vxoris, deponatur. Similiter & presbyter, aut diaconus, qui religionis causa vxorem suam expellit, excommunicetur. Si vero in hoc permanserit, deponatur.

Pann. l. 3. c. 86.

† *ordinandi*; sed ob glossam non est mutatum.

† *leg. dignus*; sed ob glossam non est mutatum.

† *al. tractationis.*

β ¶ Quoniam.] *Græcè sic habetur*, ἐπειδὴ ἐν τῇ ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ ἐν τάξει κανόνος παραδεδόσθαι διέγνωμεν, *i.* Quoniam in Romana ecclesia loco canonis traditum esse cognouimus, &c. *Hanc vero Ecclesiæ Romanæ traditionem non solum B. Hieronymus contra Iouinianū, Humbertus supracitatus, & alij Latini scriptores defendunt, sed etiam Balsamon in explanatione huius canonis satis aperte probat. Verum de omnibus huiusmodi canonibus, qui sextæ synodo adscribuntur, quid sit sentiendū, ad caput, Habeo librum d. 16. satis explicatum fuit.*

Hoc autem ex loco intelligendum est, orientalis. n. ecclesia (cui sexta synodus regulam uiuendi præscripsit) uotum castitatis in ministris altaris non suscepit.

supradictā obiectionem: & dicit, quod hæc duo cap. intelliguntur de clericis orientalis ecclesiæ, qui non susceperant votum castitatis, cui sexta synodus præfuit: licet occidentalis sic: & hoc probatur per sequens cap.

Aliter.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quod alia est traditio orientalis ecclesiæ, & alia occidētalis. Nam in orientali ecclesia oēs clerici indistincte possunt uti matrimonio contracto. In occidentali vero ecclesia aliter seruatur.

a ¶ Copulantur.] Idest, copulato vtuntur. Multi ex hac litera dixerunt, quod orientales possunt contrahere in sacris ordinibus, sed eis obstat infra d. proxi. si quis eorū. sed ipsi dicunt, quòd ibi sexta synodus nobis præfixit regulam.

SIMILITER. CASVS. In hoc §. ostendit Grat. qualiter intelligantur tria cap. in 28. dist. scilicet, consulendum, & presbyterorum, & si quis discernit. & vnum c. in 34. dist. si subdiaconus. Dicit. n. quod illud cap. consulendum locale fuit, quia Bulgari nondum susceperant votum continentiæ. in cap. presbyterum. non legitimæ nuptiæ intelliguntur secundæ scilicet, si quis discernit, locale fuit: vel intelligitur de vxore, quæ ducta fuit in minoribus ordinibus. Similiter cap. illud si subdiaconus. de secunda vxore intelligitur.

Vnde Stephanus Papa, ait in prima actione synodi ab ipso in Basilica Lateranensi congregata.

¶ Occidentalis, non orientalis ecclesia castitatis obtulit votum. Cap. XIIII.

Pann. l. 3. c. 84.

ALiter se orientalium traditio habet ecclesiarum, aliter huius sanctæ Romanæ ecclesiæ. Nam earum sacerdotes diaconi, atque subdiaconi matrimonio a copulantur, istius autem ecclesiæ, occidentalium nullus sacerdotum a subdiacono usque ad episcopum licentiā habet coniugium sortiendi.

a ¶ Matrimonio.] *Idest possunt simul esse in sacris ordinib. & matrimonio iuncti. Nā neq; illis, postq̄ ad sacros ordines ascendissent, licebat contrahere matrimonium.*

sup. 28. d. c. vlt.

Similiter & capitulum Nicolai [b] ex loco consideratur, quid gens Bulgarorum nouiter ad fidem conuersa, propositum sacræ religionis ex integro assumere nondū didicerat. ¶ Quod autem in c. 6. synodi [c] presbyter non legitimis nuptijs detentus punitur, non legales nuptiæ secūdæ intelligendæ sunt, a quib. auctoritate canonica sacerdos quilibet debet esse immunis. Illud autem Gangrensis concilij. [Si quis [d] discernit presbyterum coniugatum, &c.] similiter intelligendum est, vel localiter traditum, vel coniugatum ab ea appellatum, quam ante tempus ordinationis suæ duxerat. Illud quoque Martini Papæ.] si subdiaconus [e] secundam duxerit vxorem] non dissimiliter intelligendum est. Primam enim uxorem ante subdiaconatum habere permittitur: qua defuncta, vel castitatem professa, promouetur iste ad subdiaconatum. Promotus autem si secundas desiderauerit nuptias, sententiæ Martini Papæ subiacebit.

sup. 28. d. c. presbyterum. sup. 28. d. c. si quis.

Infra 34. d. c. si subdiaconus ex Martino Bracarensi.

b ¶ Nicolai.] 28. d. consulendum.
c ¶ Synodi.] 25. dist. presbyterum.
d ¶ Si quis.] sup. 28. d. si quis.
e ¶ Si subdiacon⁹.] inf. 34. dist. si subdiaconus.

SEruāda.] hæc dist. diuiditur in sex partes: In prima parte probat. quod in sacris nullus pōt habere vxorem: in minoribus autem potest: & etiam habere beneficium. hoc probat per tres auctoritates. Secunda ibi, [Nullus.] Tertia ibi, [Verū.] Quarta ibi. [Prohibetur] Quinta ibi, [Interdixit.] Sexta ibi. [Presbyteram.] Io. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur 32. d. in qua dicitur, quod in occidētali ecclesia clerici in sacris ordinib. constituti debent continentiam seruare, ut probatur p sequens cap. Sed in minorib. ordinib. non coguntur: & hoc per c. inf. ea. seriatim.

Clerici in quatuor sacris ordinib. constituti cōtinere tenentur.

f ¶ Seruāda est.] In hac 32. d. adhuc prosequitur de continētia clericorū. Dicit ergo, quod cōstituti in quatuor sacris ordinib. tenenf continere: & q non fuerint continentes, priuātur officio & beneficio: & si habent publicas concubinas, nullus Missam eorū audiat 2 & vt facilius possint, seruare continentiā, præcipit eis, ut extraneaerū fœminarum familiaritatem vitēt 3 Io. Sed nunquid quilibet ordo est sacer? Et certe vr, quod sic: nam dr in lib. 4. sententiarum, 22. d. c. 1. in prin. quod ordo est sacrum signaculum in quo traditur spiritualis potestas ordinato, & officium, & in quolibet ordine confertur gratia si digne sumatur, ut ibi dicit. Solut. reuera quilibet ordo 4 sacer est: sed quatuor præcipue dicuntur sacri a sanctimonia, idest, castitate, & continentia, quam indicunt sup. 28. d. nullum. & cap. decernimus.

DISTINCTIO XXXII.

SEruanda est [f] ergo continentia ab omnib. in sacris ordinibus constitutis.

Vnde Leo Papa ad Anastasium epist. 82. c. 3. & 4. ait.

Burc. l. 2. c. 5. & l. 2. c. 148. Ans. l. 7. c. 137. & l. 6. c. 18. in fi. Iuo p. 5. c. 59. & par. 6. c. 98. & 221. Pann. l. 3. c. 100.

1 Idest, carnaliter commiscētur. sæpè. n. inueni tur copulari pro carnaliter cōmisceri & copulatio pro carnali commistione, ut s. c. pxi. 30. q. 1. §. nosse, 27. q. 2. Agathosa. & c. priusq̄ fm Hug.

a Vt inf. ea. nullus, &c. præter hoc. Arch.
3 Inf. ea. interdixit. & c. seq.
4 Hic quæro an ordo sit vnum sacramentū? Dic fm Petr. quod vnum dr pfectione unius finis: qa constituitur ex diuersis ordinib. specialibus, qui oēs ordinant ad vnū actum consecrationis, sicut & domus una di. Arch.

¶ Neque etiam subdiaconis connubium conceditur. Cap. I.

OMnium sacerdotū tam excellens est electio, ut hæc,

OMnium.] CASVS. Quæsitum fuit a Leone, an subdiaconi possint habere vxores. Et respondet, quod clerici in minoribus ordinibus constituti si contrahant immunes sunt a culpa: sed hoc subdiaconis non licet. Vnde

Vnde qui habēt, sint tanquam non habentes: & qui nō habent, permaneāt singulares. Et si hoc custoditur i subdiacono, multo fortius in diacono, presbytero & episcopo custodiri oportet.
a ¶ Quæ in alijs.] Idest, laicis.
b ¶ Clericorum.] Sacrorum.
c ¶ Singulares.] Idest, diuisi ab eis.
d ¶ In hoc ordine.] Idest, subdiaconali.
e ¶ A capite.] Idest, ab episcopatu. & sic videtur, q episcopatus sit ordo. 54. dist. si seruus. & 93. dist. diacones. & dist. 21. cleros. sic 28. d. nullū.
f ¶ Item.] Hic habēt quidam ca. quod est 27. quæstio. 2. multorum. &c.
SI qui vero. CASVS. Quæsiuit Aug. Anglorum episcopus à Greg. quid deberet fieri de clericis in minoribus ordinib. constitutis, qui continere non possunt. & respondet Greg. quod ipsi debēt vxores accipere. & stipēdia sua recipere exterius. Et hoc pbat exemplo patrum, qui diuidebant singulis prout cuique opus erat. Et debent uiuere sub regula sua ecclesiastica, & lingua. & corde à malo abstinere.
g ¶ Exterius.] Signatur contrarium. 12. quæst. 1. necessaria. & de cōsec. distin. 5. in omnibus. vbi dicitur, quod omnes clerici simul dormiant. Sed dic, vt not. 12. q. 1. qa tua.
h ¶ Inuigilēt.] Licet enim sint vxorati, tñ abstinebant, a nego cia

quæ in alijs [a] membris ecclesiæ vacant † à culpa: in illis tamen habeantur illicita. Nam cum extra clericorum [b] ordinem cōstitutis, nuptiarum societati, & procreationi filiorum studere sit liberum, ad exhibendam tamen pfectæ continentiæ puritatem, nec subdiaconis quidem cōnubium carnale cōceditur: vt & qui habent, sint tanquā non habentes; & qui non habent, permaneant singulares [c]. Qđ si in hoc ordine [d], q quartus est à capite [e] dignū est custodiri, quāto magis in primo, vel in secūdo, tertioue seruādū est, ne aut leuitico ministerio, aut presbyterali honore, aut episcopali excellētia quisquā idoneus æstimet, q se à voluptate vxoria ß necdū frænasse detegitur?

† alias censentur ad culpam.

ß ¶ Vxoria.] *Sic emendatū est ex epistola Leonis, & cæteris collectoribus præterq̄ Iuone in parte 6. c. 98. nam ibi est ut antea apud Gratianum,* luxuriæ. *Ex isto aūt epistola loco ostenditur eo quoque tpe in multis ecclesiis eā fuisse cōsuetudinē, ut subdiaconi à pprijs uxoribus abstinerent. Quod tamē ante B. Gregoriū non erat generatim oībus ecclesiis præceptum, quippe cū in Sicilia aliter obseruaretur. c. nullū. sup. dist. 28. & c. ante trieniū. dist. 31.*

[*Item* [f] *Gregorius Leoni episcopo Catin. lib. 3. epist. 34.*]

PALEA Cap. II.

MVltorum relatione comperimus, hanc apud vos olim consuetudinem tenuisse, vt subdiaconi suis licite miscerentur vxoribus: quod ne denuo quisquam præsumeret, à Seruo dei sedis nostræ diacono ex auctoritate nostri decessoris est isto modo prohibitum, vt eodem tempore, ij qui iam vxoribus fuerant copulati, vnū è duobus eligerent, idest, aut à suis vxoribus abstinerēt, aut certe ministrare nulla ratione præsumerent. Et quātum dicitur, Speciosus tunc subdiaconus pro hac re ab administrationis se suspendit officio, & vsque in obitus sui tempus, notarij quidem gessit officium, & à ministerio, quod subdiaconum oportuerat exhibere, cessauit. *& post aliqua.*

Infra 27. q. 2. Ans. l. 7. c. 138. Poly. l. 4. tit. 31.

¶ De cætero vero fraternitas tua sit omnino solicita, vt quos ad hoc iam officium contigerit promoueri, hoc quam maxime diligenter inspiciat, ne si vxores habent, miscendi se cum eis licentia potiantur; sed ad similitudinem Apostolicæ sedis, eos cuncta obseruare sua nihilominus districtione constituat.

Item Gregorius Augustino Anglorum episcopo, ca. 2. ad secundam interrogationem.

¶ Extra sacros ordines cōstituti ducant vxores, & ab ecclesia stipendia accipiant. Cap. III.

SI qui vero sunt clerici extra sacros ordines constituti, qui se continere non possunt, sortiri vxores debent, & stipendia sua exterius [g] accipere; quia & de eisdem patribus, de quibus præfati sumus, nouimus scriptum, quod diuidebatur singulis, prout cuique opus erat, De eorum ergo stipendio cogitandum, atque prouidendum est, & sub ecclesiastica regula sunt tenendi, vt bonis moribus viuant, & canendis psalmis inuigilent [h], & ab omnibus illicitis cor, & linguam, & corpus Deo auctore conseruent.

Infra 12. q. 1. quia tua. §. si qui. Iuo par. 6. c. 86. Pan. l. 3. c. 108. Act. 2.

Item Nicolaus Papa Odoni † *Viennensi archiepiscopo.*

† al. Adoni.

cussione, & irmis. ut 88. dist. fornicari. 20. q. 3. cos. sic extra de elect. transmissam. & 81. dist. dictum.

DE illo.] CASVS. Quidam episcopus permisit alicui subdiacono ducere vxorem, de quo Nicolaus Papa eum reprehendit, cum tantum clericis infra sub- quia contra constitutiones ecclesiæ bene dispensat 25. q. 1. sunt quidam Ioan. Ego credo ꝙ Papa possit* dispensare, cum hoc non sit contra articulos fidei. 2 & ipse habeat plenitudinem potestatis, ut 2. q. 6. decreto & cap. seq. B.

*Vide B. Th. 2. 2. q. 88. ar. 7. & 11. & Caiet. ibidem.

2 Nec etiam pôt dispensare contra Apostolum. 25. q. 1. sunt quidam. Io. de Fan. sed hic videas ꝙ Io. & no. extra de uoto. c. nõ est.

Iuo. p. 6. c. 119.

† al. Alnico.

¶ Subdiacono vxorem ducere non licet. Cap. IIII.

DE illo clerico, Aluerico † nomine, quem per ordines ecclesiasticos vsque ad subdiaconatum castè [vi xisse dicitis, cur vestra auctoritate vxorem duxerit, miramur; eo quòd nulli vnquam (exceptis illis, quibus ecclesiastica regula habere permittit) vxorem ducendi † licentiam damus.[a]

† al. habendi.

In synodo Romana cxiij. eporum in basilica Constantiniana.

Item Nicolaus Papa omnibus episcopis.

¶ Non audiatur Missa presbyteri concubinam habentis. Cap. V.

Panor. l. 3. c. 135.

2 NVllus Missam audiat [b] presbyteri, quē scit [c] concubinā indubitanter habere, aut subintroductam mulierē. Vnde etiam ipsa sancta synodus hoc capitulum sub excommunicatione statuit, dicens. [Quicunq; sacerdotum, & diaconorum, &c.] [*Sicut in subsequenti* a *capitulo Alexandri secundi continetur.*]

a ¶ Sicut in subsequenti.] *Hæc clausula est Gratiani omittentis referre ex capite Nicolai ea, quo proximè ex Alexādro relaturus erat. Sunt enim eadem uerba. Nam Nicolaus secundus in epis. quae xtat, omnibus episcopis catholicis scripsit se in concilio, quod Romæ habuit centum tredecim episcoporum, hunc canonem edidisse, quem postea Alexan. secundus (ut ipse etiam testatur in epist. manuscripta) in cōcilio à se habito iisdem uerbis repetiuit. Quare in Pannormia appellatur decretum Nicolai iunioris, & Alexādri.*

In epis. prima notat. indicata.

Item Alexander secundus.

¶ Non est audienda Missa presbyteri, qui concubinam habet. Cap. VI.

Pann. ibidem, & li. 3. c. 142.

PRæter hoc autem præcipiendo mandamus, ut nullus Missam audiat presbyteri, quem scit concubinam habere indubitanter, vel subintroductam mulierem. Vnde etiam sancta synodus hoc capitulum sub excommunicatione statuit, dicens; ¶ Quicunq; sacerdos, diaconus, subdiaconus post constitutū beatæ memoriæ prædecessoris nostri sanctissimi Papæ Leonis, ac Nicolai de castitate clericorum, concubinam palam duxerit, uel ductā non reliquerit ex parte omnipotentis Dei, & auctoritate Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli præcipimus, & omnino contradicimus, ut Missas nō cantet, nec Euangelium, aut epistolam ad missam legat, neq; in presbyterio ad diuina officia cum his qui præfatæ constitutioni obedien-

Leo ix. in conc. Romano.

NVllus.] Hæc est secūda pars distinct. in qua dicitur quod in duob. c. seq. cōtinetur. Io. de Fa. CASVS Præcepit Nicolaus Papa in hoc ca. ut nullus audiat Missam sacerdotis, quem scit indubitā ter habere concubinam, aut subintroductam mulierem. Synodus ēt hoc sub excommunicatione ꝑcipit. quod sequitur est §. Gratiani.

b ¶ Audiat.] Cōtrarium legitur 28. dis. cōsulendū. 15. q. ul. c. vlt. Sed hic loquitur de illo, cuius crimē nototium est, uel p sntam, uel p ꝓpriā cōfessionē, ut extra de cohab. cle. & mu. uestra. Immo si adhuc post sententiam corrigi uoluerit, nō dicam eum suspensum ipso iure, ut 81. dist. si qui sunt presbyteri, extra de cohab. cleri. & mulier. cap. sicut. B. tā dicit hunc canonē fuisse quandoq; latæ sententiæ: sed hodie nō esse: & hoc quod dixi speciale est in hoc crimine fornicationis, ut notorius fornicator sit suspēsus ipso iure. & etiā simoniacus, ut §. uers. sed in alijs criminibus nō est: expresū & ideo licet notoria sint, non est ꝑpter illo abstinendū ab officijs ipsorum. uel dic ꝙ licet notorius fornicator ipso actu sit suspensus; tamē ꝑ cōtrarium actū ipso iure restituitur ei officium. 81. distin. si q sunt. unde quam cito pœnitet, licitè celebrat. Io. Sed certè quidquid dicat Io. hoc tene pro certo, siue sit notorium per sententiam, siue per confessionem, uel per rei euidētiam de fornicatione ipsius, quòd uitari debet, ut ext. de cohab. cler. cap. ult. B.

Concubinarij an sint in officio fugiendi.

c ¶ Quem scit. Scientia iuris, non facti. Io. 3.

Subdiaconus an de licentia Papæ possit cōtrahere.

subdiaconatum liceat contrahere matrimonium.

a ¶ Damus.] Sed nunquid Papa dare potest subdiacono licentiam contrahendi? Vr ꝙ sic. Nam dispensat ecclesia cum consanguineis, 1 & dispensat in alijs uotis, ut extra de uot. & uoti. redemp. ex multa. & in iuramentis ut 15. q. 6. auctoritatem. ubi dr; dissolue obligationes impietatis. Econtra vr, ut extra de statu mona. cum ad monasterium. in fi. Solu. si uotum ipsum obliget ordinatum, Papa non potest dispensare sed si constitutio obliget, & non uotum. tunc potest Papa dispensare

1 Scilicet ut contrahant. 35. q. 3. quidam & c. ꝙ scripsi.

PRæter.] CASVS. Capitulum hoc diuiditur in duas partes. In prima parte dr, ꝙ nullus debet audire Missam presbyteri, quem scit concubinam indubitanter habere, uel subintroductam mulierem. Hoc idem statuit synodus sub excōicatione seruandum, præcipiens.

3 Et ꝙ sic debeat intelligi, probatur 20. q. c. 1. ibi de hoc I gl. arg. ꝙ, & c. ubi ita not. Archid.

vt talis sacerdos Missam non cantet, nisi cessauerit, nec alia diuina celebret, cum his qui obediunt huic constitutioni, nec aliquid ab ecclesia percipiat. In sc̃da parte quæ incipit ibi. [Præcipientes etiam statuimus.] dr̃, ꝙ illi qui seruant castitatē, simul manducent & dormiant & decimas, & primitias, & oblationes ꝑcipiāt à laicis, quas qui non dederit, excommunicetur.

stiones scribit, & solutiones ponit. Diuiditur ergo hoc cap. uel hæc epistola I duas partes. In prima parte ponuntur duæ quæstiones: quarum prima est, utrũ sacramenta sint recipienda à criminosis? Rñdet Vrbanus, ꝙ uera sunt sacramenta in sui essentia a quocunq; fiant, dum-

tés fuerint, maneat, neque partem ab ecclesia [a] suscipiat. ¶Præcipientes etiam statuimus, ut hi prædictorum ordinum, qui eisdem prædecessoribus nostris obedientes castitatem seruauerint, iuxta ecclesias, quibus ordinati sunt, (sicut oportet religiosos clericos) simul mãducẽt, & dormiant, & quidquid eis ab ecclesijs competit communiter habeant. Et rogantes [α] monemus, vt ad Apostolicã, communem scilicet vitã, summopere peruenire studeant: quatenus perfectionem cum his cõsecuti, qui centisimo fructu ditantur, in cęlesti patria mereãtur adscribi. Deinde, vt decimæ, & primitiæ, seu oblationes uiuorum & mortuorum ecclesijs Dei fideliter reddantur à laicis; & ut in dispositione [b] episcoporum sint, quas qui retinuerint, à sanctæ ecclesiæ communione separentur. [c]

Matth. 13.

α ¶[Et rogantes,] *Hac vsque ad vers.* deinde, *addita sunt ex epistola non scripta Alexandri, quorum aliqua etiam sunt in concilio Nicolai, in quo est præterea sequens Versiculus,* Deinde. *qui in epistola Alexandri non est.*

3 *Verum* [d] *principia harum auctoritatũ contraire uidentur Hieronymo,* [e] *& Augustino,* [f] *& cæteris, qui Christi sacramẽta neq; in bono, neq; in malo hoĩe fugienda ostendunt; sicut subsequens causa; simoniacorũ plenius demonstrat. Sed Vrbanus secundus in* [g] *epistola destinata præposito Sancti Iuentij* [h] *hanc contrarietatẽ determinat dicẽs.* [*Ab* § *hoc* [i] *vero quod subiungitur in eadem epistola, id est, utrum sit vtendũ ordinationibus, & reliquis sacramentis à criminosis exhibitis, vt ab adulteris, uel sanctimonialium violatoribus, uel huiusmodi: Ad hoc, inquam, ita respondemus. Si schismate, uel hæresi ab*

1. q. 1. neque in homine.

a ¶[Ab ecclesia.] Hoc concedo in suspẽso à canone. Idẽ est in excõicato. extra de appel. pastoralis nõ ita dico in suspenso ab hoĩe, ꝙ ibi statim debeat amittere beneficiũ. 1 quia re legato ad tẽpus bona non adimuntur, nisi hoc in sentẽtia exprimat. C. de pęn. deportatorum, quia dũ alijs rationibus quis constringi põt, non sunt ei subsidia subtrahenda. C. de execu. rei iud. stipendia. Io. immo dico, ꝙ nec hæc admitterentur, nisi in sñia exprimeretur, quid de hoc iuris sit, notatur in quęstionib. B.

b ¶[In dispositione] arg. pro cõi uita clericorum. 2 ut 1. q. 2. sacerdos Sed. contra variæ sunt consuetudines ĩ. ca. placuit. extra de consti. cum omnes, & de elect. cũ ecclesia Vulterrana.

c ¶[Separẽtur.] Arg. ꝙ laici excommunicandi sunt qui decimas uel oblationes soluere nolunt. 16. q. 1. statuimus. &c. reuertimini. 13. q. 2. qui oblationes. 12. q. 1. duo sunt genera.

VERVM. Hæc est tertia pars dist. in qua ponit cap. Vrbani in quo dr̃ quæ differentia sit inter sacramenta celebrata a malis catholicis, vt in necessitate possint sumi. & sacramenta ab hæreticis, quę nullo modo possunt sumi, præter baptisma. Io. de Fan.

CASVS. Dictum est sup. in c. nullus. & cap. præter hoc ꝙ nullus debet audire Missam sacerdotis quem scit concubinã indubitanter habere. sed hoc uidetur contradicere Hieron. & Augu. & multis alijs, qui dicunt sacramenta non esse spernanda in bono uel malo prælato, ut 1. q. 1. in multis cap. Sed hæc contrarietas soluitur in epistola Vrbani, quæ epistola infra sequitur statim.

d ¶ Verum.] Hic §. diuiditur in tres partes.

e ¶ Hieronymo. & 1. q. 1. sicut Christus.

f ¶ Augustino.] 1. q. 1. si fuerit &c. neque in homine.

g ¶ In epistola.] 1. q. 3. saluator.

h ¶ Præposito Sancti Iuentij.] Epistola destinata fuit ab hæretico, in qua multa. 3. obijciebantur ei, s. utrum uera essent sacramenta uel sacrificia hæreticorum. cui cum non respondere posset, misit eam Papæ, Vrbano, ut responderet: ipse uero respondit ad singula.

AD HOC VERO. CASVS. Quidam misit epistolam quandam pręposito Sancti Iuentij, in qua duę quæstiones continebantur. quas cum nesciret soluere, Vrbanum super hoc consuluit. Vrbanus uero ei easdem quę-

dummodo fiant in forma ecclesiæ, & ab his qui potestatem habent conficiendi, & recipienda sunt ab eis nisi sint hæretici, uel schismatici: & hoc probat auctoritate Aug. Nicolaus tñ & Greg. præceperunt ab officijs simoniacorum & iacentium in fornicatione manifesta abstinendum esse. Secunda quęstio fit complexiue: Aut non sunt uera sacramenta quæ conficiuntur ab istis, nec hñt uirtutis effectũ; aut sunt uera. Si non sunt uera, ergo neq; agentibus, neq; suscipientibus obsunt. Si sunt uera, ergo sperni nõ debent. Et rñdet Vrbanus, ꝙ uera sunt. Veruntñ contra statuta Grego. & Nicolai non sunt recipienda de manibus eorum. In necessitate tñ ab istis, s. simoniaco, & notorio fornicatore potest baptisma suscipi, & etiam eucharistia. In secunda parte, quæ incipit ibi.] Hæc de malis, dicitur, ꝙ sacramenta schismaticorum, & hæreticorum uera sunt, ut dicunt doctores ecclesiæ, sed non habẽt effectum donec fuerint reconciliati ecclesię uel ipsi, uel ordinati ab ipsis per manus impositionem; sed non sunt recipienda ab ipsis, in mortis tamen articulo tantum baptisma ab eis recipi potest. Cyprianus tamen, & lxxx. epi cum eo dixerunt baptisma hæreticorum esse lauacrum diaboli. Sed reprehensi sunt ab Augustino, Stephano, Cornelio, & alijs Pontificibus Romanis, cum melius sit a talibus baptismum recipere, quam in æternum perire. Et hanc sententiam sequitur tota ecclesia.

i ¶ Ad hoc.] Hic incipit cap. Vrbani.

Clerico excõicato est subtrahẽdũ beneficium.

1 Fortè non bene dicit Io. quia qui nõ facit officium, non debet percipere beneficium. extra de cle. coniug. quod a te. & ca. diuersis. Arch.

2 12. q. 1. necessariũ. de consec. dist. 5. in omnibus ubi de hoc.

Excõicari possunt qui decimas nõ soluunt.

3 Quæ continetur 1. q. 3. saluator.

a ¶ Et veneranda.] Et etiam suscipienda, & per hoc respondet duabus quæstionibus, scilicet, quod ipsa sacramenta veneranda sunt, & præterea, quod suscipienda sunt: & ita facias vim in verbo illo, veneranda.

b ¶ Malus.] Nõ sufficienter probat hoc, cum aliud dici po-

g ¶ Officium.] Hug. istud intelligit de notorio simoniaco, sicut de notorio fornicatore, melius credo, quod etiam occultus simoniacus suspensus sit, si est simoniacus in ordine, vt 1.q.1. reperiuntur. suspensus est enim quo ad se, & quod ad alios. Hoc ideo dicit: quia quilibet peccator suspẽsus est quo ad se, licet non quo ad alios. 1 præter notorium fornicatorem, & occultum simoniacum, vnde ab occulto simoniaco in ordine, quem scis esse simoniacũ, nõ debes recipere sacramenta; vt dixi 1. q. 1. si quis a simoniacis. & probat extra de simo. per tuas, sed a quolibet alio, qui adhuc toleratur, potes recipere, quia licet quilibet peccator sit quo ad se suspẽsus, ut 1.q.1. sacerdotes nõ tñ quo ad alios, vt hic patet, & 55.q. vlt. c. ult. sic qñque aliquis est suspẽsus quo ad alios, & non quo ad se, ut extra de elec. peregri. tue.

Simoniacus an sit suspensus.

1 De hoc etiã not. sod. de his uero: in glo. ult. ibi iudeas.

Tract. 5. ad c. 1. Ioãnis, circa medium.

ecclesia non separãtur, eorundẽ ordinationes, & reliqua sacramenta sancta, & veneranda [a] *non negamus, sequẽtes Beatum Augustinum, qui super Ioannẽ de huiusmodi tam copiose, quã veraciter dixerit. Ait enim:* [*Baptizat seruus bonus, siue seruus malus:* [b] *non sciat se ille, qui baptizatur baptizari, nisi ab illo, qui sibi tenuit baptizãdi potestatẽ.*] *& paulo post;* [*Non horreat colũba* [c] *ministerium malorum, respiciat Domini potestatem.*] & infra. [¶ *Attamen* [d] *decessores nostri Nicolaus, & Gregorius a Missis sacerdotũ, quos tales re vera esse constiterit* [e] *fideles abstinere decreuerunt, vt peccandi licentiam cæteris auferrent, & huiusmodi ad digna pænitẽtiæ lamenta reuocarẽt. Scribit hoc pdecessor noster Gregorius Rodulpho duci* [f] *Sueuiæ, & Rodulpho duci Carentanorum inter cætera:* [*Officiũ* [g] *simoniacorũ, & in fornicatione iacentium scienter nullo modo recipiatis, & quantũ potestis, tales a sanctis ministerijs, † vt oportuerit, prohibeatis, &c.*] ¶ *Porro* [h] *ad hæc, quæ tibi syllogistice in eadẽ epistola obijciũtur, idest, si corpus & sãguis Christi non sũt, & alia, quæ prædiximus, proprias non habent virtutis dignitates quid agentib. obsunt? quod si habent, cur spernũtur, si* [i] *ab indigno præsumuntur?* [k] *Ad hæc inquam, ita respondemus: proprias quidem habent virtutis dignitates, vt præfatus Augustinus ait super Ioannem contra Donatistas; sed agentib.,* [l] *vel suscipientib. eadem sacramẽta contra præfatorũ* [m] *Pontificũ † instituta* [n] *(nisi forte sola morte interuenẽte, vt pote ne sine baptismate, vel cõione* [o] *quælibet humanis reb. excedat) eis, inquam, in tantũ obsunt, vt vere † idololatræ sint cum talib.* [p] *& ordinationum,* [q] *& sacramentorũ confectio & aliter quã præmissum est scienter susceptio, vehementer a sanctis canonib. prohibantur. Ait enim Samuel propheta: Quoniã quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere.*] ¶ *Hæc de malis* [r] *catholicis, qui intra ecclesiã sunt. Cæterũ schismaticorũ, & hæ-*

Gregorius. vij. l. 2. reg. epist. 45.

† *Misterijs*] orig.

† *al. fere.*

1. Reg. 15.

h ¶ Porro.] Hęc sunt uerba Vrbani.

i ¶ Si.] Exponitur, idest, quamuis.

k ¶ Præsumuntur.] idest, præsumptiue conficiuntur.

l ¶ Sed agẽtibus. Ab illo loco usq; ad illũ locũ, cęterũ, agit de simoniaco, & de fornicatore, & ab illo loco usq; ibi sufficiẽdũ, loquitur de hæretico, & schismatico, & tres innuũtur differẽtiæ inter hos duos, s. simoniacũ, & fornicatorẽ, & inter illos duos, schæreticũ & schismaticũ. Prima est, quod simoniacus & fornicator tpe necessitatis cõferũt duo sacramenta s. baptismum & corpus Christi: sed illi 2. baptismum tantum. Secunda est, quod isti conferunt sacramentũ & effectum sacramenti, illi tantum sacramentum [*] 3. Tertia: quia ordinati ab istis recipiuntur sine manus impositione, sed ab illis non. 1. q. 1. manus. & ca. quod quidam.

Simoniacus & fornicator tripliciter differũt. a Scilicet hæreticus & schismatic[*].

* *Nisi in casu necessitatis : quia qui a præciso accipit sacramentum in casu necessitatis, peccat: non tñ qui a malo. B. Th. p., q. 64. ar. 6. ad 2. & art. 9. ad 2. & q. 6[.] art. 5.*

; E. nõ corpus Christi 34. q. [.] c. ul. & quæ sic ra tio. not. sup. ead. q. 5. sed illud. Arch.

4 Et hoc est pper ipsius Eucharistiæ reuerẽtiam. arg. de consec. d. st. 4. pp regulam.

ci potest in baptismo, aliud in cæteris, nã & a pagano conferri potest. de conse. d. 4. a quodam. sed melius probat per sequens, non abhorreat. &c.

Baptizare potest Paganus

c ¶ Columba.] idest, bonus Christianus.

d ¶ Ad tamen. Hucusque intelligit de malis occultis, & de illis qui tolerantur.

e ¶ Constiterit. Per sententiam, vel per confessionem vel per rei euidentiam, ut supra dixi in c. nullus.

f ¶ Duci.] Arg. hic quod laicus de mandato superioris potest suspendere clericos, & excommunicatio est iurisdictionis potius quam ordinis. arg. extra de elec. trãsmissam nam electioni possunt interesse laici 64. distin. Hadrianus. & c. in synodo. & ar. 96. distin. bene quidam & c. nos ad fidẽ. & causis matrimonialibus. 35. quæst. 5. ad sedem. circa me. 2. q. 5. Mennam. Ioan. Hęc tamen uidetur alienum a laico, cum de rebus spiritualibus se non intromittat, ut extra de iudi. decernimus, immo ut ibi dicitur, prohibetur prælatis, ut talia laicis non committant, tamen dominus Papa, qui habet plenitudinem potestatis, eis posset committere, ut excommunicarent, 2. q. 5. Mennam. Bar.

Laicus quãdoq; potest clericos suspendere, & excõicare.

m ¶ Contra præfatorum.] Nicolai & Gregorij. Et sic patet, quod hic tñ loquitur de simoniacis, & fornicatorib.

n ¶ Instituta.] Scilicet obsunt.

o ¶ Vel communione. Sic ergo ab istis recipitur Eucharistia, sed non ab hæreticis, vt 24. q. 1. si quis dederit 4.

p ¶ Talibus. Sacerdotibus.

q ¶ Et ordinationum.] idest, ordinum.

r ¶ Et sacramentorum.] Aliorum.

s ¶ Confectio.] Improprie dicuntur ordines confici.

t ¶ De malis.] Hæc litera bene innuit, quod ab illo loco, porro ad hæc, &c. vsque huc, tantũ de malis catholicis intelligitur; non de præcisis, nec contradicit illud contra Donatistas, quia Vrbanus inducit auctoritatem Greg. a minori. Nam hic dicit de sacramentis Donati-

flatum.& quòd habent proprias virtutes.&c.
a ¶ Formam.] idest,uirtutem habent;quia uera & integra sunt.1.q.1.quod quidam. & de conse. d. 4. ostenditur.& cap.sicut in sacramentis.
b ¶ Initiari. Idest consecrati.si de consecr.d.2. quia corpus.12.q.2.aurum. 28.q.1.catc. Sed aliter accipitur. 27. q. 2.cum initiatur.
c ¶ Per manus.] 1.q. 1.hi qui.Sed quid de eis de pœnitentia? nunquid est ab istis præcisis accipienda? Respon. in casu necessitatis eis possumus confiteri. nam & cuilibet de pœn. d.1.quem. pœnitet. sed licet eis confiteamur, tamen non debemus recipere ab illis pœnitentiam: quia nec in eo casu imponenda est pœnitentia, sed innotescen.26. q. 7. ab infirmis.uel dic. quod non debemus confiteri. 24. q. 1. §. sed istud in fi. de pœni. d.6.c.qui vult.& illud ne inducant nos in desperationem sicut Iudæi Iudam. cũ ei pœnitẽti dixerũt qui ad nos tu uideris.de pæn.d.1.is potestatis.
d ¶ Apostolorũ.] Id est, qui sub nomine Apostolorum facti sunt, sed sũt apocryphi.15.d.sancta Romana.16.d.canones Hi.
e ¶ Quorum.] Simplex est hæc relatio.
f ¶ Ex parte.] 1. d. aliter.
g ¶ Diaboli.] Si quo ad effectũ dixissent in detestationẽ criminis hæreseos.bene dixissent: sed hoc dixerunt.quia non credebant esse sacramentorũ veritatem apud hæreticos, & ideo reprehensi fuerunt ab Aug.H.
h Appellãt. inf.de cõse.d.4. quomodo.
i ¶ In baptismo.] Videtur, ꝙ nec baptismus in necessitate ab hæretico sit accipiendus. nam cordis contritio sufficit,ut de conse.dist.4.baptismi uicem. sic nec corpus Christi.24.q.1.c.penul.& ult.quia qui credit manducat de consecra. dist. 2. ut quid paras? Resp. hæc est rõ, quia baptismus necessarior est, nam in eo delentur oĩa peccata. adeo ꝙ ẽt ignis purgatorij pœna non sentietur. de conse.dist.4.fine:non autẽ ita est in cordis contritione,uel pænitentia: nam per ea non potest purgatorium euitari 1, quod excedit omnem pænam quem hic quis possit sustinere,sm quod hæc colliguntur.de pœn.dist. ult.c.ult.& 25.d.qui in aliud.

Pœnitentia an possit ab hæreticis recipi.

¶ Vt continetur in pd. c. nullus. De hoc legit & not.24.q.1. §. sed illud ubi uideas

Purgatorij pæna est acerbior omni mũdanæ.

k ¶ Necessarior.] Immo est ianua omnium sacramentorum.1.q.1.si quis confugerit.de consecr.dist. 4. hi uero extra de presby.non baptiza.veniens.

PROHIBENTVR. Hæc est 4. pars dist. in qua probatur qualiter debeant puniri omnes qui in sacris recipiunt

reticorum sacramenta, quoniam extra ecclesiam sunt, iuxta sanctorum Patrum traditiones, scilicet Pelagij, Gregorij, Cypriani, Augustini, & Hieronymi: formã [a] *quidem sacramentorum, non autem virtutis effectum habere profitemur, nisi cum ipsi, vel eorum sacramentis initiati* [b] *per manus* [c] *impositionem ad catholicam redierint vnitatem. Sciendum verò, quòd canones Apostolorum,* [d] *(quorum* [e] *authoritate orientalis, & ex parte* [f] *Romana vtitur ecclesia) & insignis Cyprianus martyr, & lxxx. episcopi cum eodem baptisma hæreticorum, lauacrum diaboli* [g] *appellãt.* [h] *Stephanus verò, & Cornelius martyres, & pontifices Romani, & venerabilis Augustinus in libro de baptismo eundem Cyprianum, & præfatos episcopos ob hanc causam vehementer redarguũt, affirmãtes baptisma siue ab hæretico, siue schismatico, ecclesiastico more celebratum ratũ esse, & meritò: quia alia in baptismo,* [i] *& alia in reliquis sacramentis consideratio est, quippe cum & ordine prior, & necessarior* [k] *sit. Subito enim morituro prius baptismate, quã Dominici corporis communione, vel alijs sacramentis consulitur, & dum forte catholicus non inuenitur, satius est ab hæretico baptismi sacramentum sumere, quam in æternum perire. Et hanc sententiam præscriptorum Pontificum, Cornelij, Stephani, & Augustini, secuti sunt Innocentius, † Syricius, Leo Anastasius, & magnus Gregorius, & omnis catholica ecclesia.* 4. ¶ *Probibentur ergo de manibus talium sacerdotum sacramenta suscipi, non quia sint vera quantum ad formam, & effectum: sed quia, dum huiusmodi sacerdotes se a populo contemptos viderint, rubore verecundiæ facilius ad pœnitentiam prouocentur.*

Cap.45.46.47.

lib.1.epist.12.ad Ianuarium,& epist.ad Iubaianum,quæ ante illius concilium posita est.
In conc. Steph. 1. Aug. l. 7. cõtra Donatistas.

Inn.Victricio epist. 2.c.15. Syricius Himerio.c.1.
Leo de cons. d.4. hi de quib. Anastasius dis.19.c.secundum.

§ ¶ [Ad hoc.] *Hinc vsque ad finem capitis omnia accepta sunt ex epistola Vrbani secundi L. præposito sancti Iuentij apud Ticinum, quæ habetur in vetusto codice Bibliothecæ Vaticanæ, cuius epistolæ initiũ, & magna pars habetur inf.c.saluator..1.q.3. atque in aliquot vetustis Gratiani codicibus est caput distinctũ cum rubrica,* De eodẽ.

Item ex sexta synodo, c.6.

¶ Qui vxorem ducere voluerit, ante ordinem subdiaconatus hoc faciat. Cap. VII.

Extra de ætate qualita.c.a multis.
Pann. l.3.c.102.

SI quis eorum, [l] qui ad clerum accedunt, voluerit nu-

piunt uxores,uel retinent concubinas,& dicis,ꝙ debẽt clero submoueri, & uxores mancipari seruituti:& hoc probat per viij.auctoritates sanctorum patrum.Ioan.de Fant.

CASVS. Concludit Gratianus ex supradictis, ꝙ sacramenta de manibus hæreticorum simoniacorum, & in fornicatione iacentium nõ sunt recipienda, non quia sint uera sacramẽta:sed ideo fit,ut tales sacerdotes propter uerecundiam facilius ad pænitentiam prouocentur si uiderint se contemni.Casus seq.cap. patet.

SI quis eorum ista d c. euidenter est contra illos qui dicunt,ꝙ Græci possunt, contrahere in sacris ordinibus

Græci in sacris ordinibus nõ possunt contrahere.

1 Argu. ad hoc 31. dist. aliter. ubi et de ; hoc sed H. dicit, quod hoc Nicola' constituit, & secundum Laur. est contra ar. opt. ff. commod. l. 1. & l. incommodato. §. si cut aut. Archid.

nibus, et eum hoc cap. sit sextæ synodi, & sexta synodus præfixit eis regulam viuendi, vt 31. dist. Nicæna. cap. quoniam. §. hoc autem patet etiam quod apud eos in sacris ordinibus non contrahitur matrimonium, nec etiam tempore Apostolorum licitum fuit contrahere in

SVbdiaconis.] CASVS. Quæsiuit Bonifacius an subdiaconi sui episcopatus possint vxores ducere. & respondet Greg. quod non : sed hoc statuit de illis quod decreuit de alijs. nec quod decretum fuit, alicuius temeritate vult violari.

ptiali iure mulieri copulari, hoc ante ordinem subdiaconatus faciat.

Item ex concilio Carthag. 3. c. 19.

¶ Lectores aut vxores ducant, aut continentiam profiteantur. Cap. VIII.

Pann. l. 3. c. 111.

LEctores, cum ad annos pubertatis [a] venerint, cogantur [b] aut vxores ducere, aut continétiam profiteri.

Item Gregorius Bonifacio episcopo Rhegino, lib. 3. epist. 5.

¶ Subdiaconos continentiam seruare oportet. Cap. IX.

Pann. l. 3. c. 99.

SVbdiaconis tuis hoc, quod de Siculis statuimus, decernimus obseruari, nec illam definitionem nostram cuiusdam sinas contumacia [c] aut temeritate corrumpi.

Item Vrbanus ij. in synodo apud Melphiam, c. 13.

¶ Beneficio & officio careant, qui post diaconatum vxoribus vacant. Cap. X.

Pann. l. 3. c. 101.

EOs, q. [d] post subdiaconatú [α] vxoribus vacare volút, ab omni sacro ordine remouemus, officioque, atque beneficio ecclesiæ carere decernimus. Quòd si ab episcopo commoniti non se correxerint, principibus indulgemus licentiam, vt eorum fœminas mácipient seruituti: Si vero episcopi consenserint [e] eorum prauitatibus; ipsi officij interdictione mulctentur.

α ¶ Subdiaconatum.] *Antea legebatur*, diaconatum. *Sed emédatum est ex aliquot vetustis Gratiani exéplaribus, & ex ipso concilio. cuius unum exemplar est in bibliotheca Vaticana, & alterú missum est à Gallia Diaconis enim nunquam in Latina ecclesia legitur permissum fuisse coniugium, aut usum ipsius quos Siricius, & Innocentius semper eadem continentiæ lege cum episcopis, & presbyteris coniunxerunt. Subdiaconis quoque post B. Gregorium, & prohibitionem illam quæ continetur in cap. ante triennium supra dist. 31. eadem lex fuit cóstituta quá Vrbanus secundus hic innouádá statuit.*

Item Dominico Patriarcha Gradensi.

c ¶ Cótumacia.] quia nó est fauore alicuius personę omittédum quod statutis generalib. cótinet. 61. dist. miramur.

EOs q.] CASVS. Quidá diaconi contrahebant de facto, vel vxores quas duxerát ante sacros ordines cognoscebat. Quæsitum fuit quid de eis deberet fieri, & de vxoribus eorum? Et respódet Vrbanus, quod clerici ab officio & beneficio suspendantur, & si incorrigibiles fuerint, datur licentia principib. vt eorum feminas mancipiét seruituti, & si episcopi huic prauitati cósenserint, suspendantur.

d ¶ Eos qui.] Quod hic dicit, intelligo quando quasi matrimonialiter [2] ducút vxores, & I eo casu filij rediguntur in ecclesiæ seruituté, vt 15. q. vlt. cú multæ. primo tamé ipse episcopus rediget in seruitutem eas si potest, vt 81. dist. quidá clerici: sed si ipse nó sufficit, túc itur ad brachium sæculare, ut hic dicitur. Sed obijcitur, nonne principes habent iurisdictionem super istas, cú sint laicæ? quare ergo eis, indulgeť istud, cú ipsi eas per se possunt punire? Si legitima esset uxor ista, túc planú esset, quia legitima uxor sortitur forú

2 Hanc sententiá sequitur Vinc. & Inno. ext. de cohabi. cler. c. 2. in fi. ubi ét de hoc. Archid.

in subdiaconatu, ut 84. dist. cum in præterito.

LEctores.] CASVS. Clerici quidá in pubertate xviij. ann. positi uolebant ad subdiaconatum non promissa continentia promoueri. Quæsitum fuit in concilio Carthag. quid de hoc fieri deberet, & responsum fuit, quod isti aut ducant uxores, aut cogantur continentiam profiteri, si uolunt subdiaconi fieri.

a ¶ Pubertatis.] plenæ, quæ est 18. ann. in sæcularib. clericis ; sed 25. in monachis. 20. q. 1. illud. 77. distinct. de his. hic enim dr plena pubertas, ut Institu. de adopt. §. minorem. Sed quantum ad matrimonium contrahendum, dicitur plena pubertas 14. anni in uiro, uel 12. anni in muliere, ut extra de spon. imp. puberes.

b ¶ Cogantur.] inf. eod. placuit. contra. Sed illud quádo ecclesia penuriam non patitur. argumen. 55. dist. cap. 1.

ex persona uiri, ut ff. de iur. om. iud. cum quædam. Sed illa quæ non est legitima, non, ut ff. ad munici. de iure. §. ult. Ad hoc potest dici, quod cú sit de familia sacerdotis, est de foro ecclesiæ, sicut & alij, qui sunt de familia eius, ut 89. dist. indicatum. & 12. q. 2. ecclesiarú seruos. uel ideo confertur de foro ecclesiæ, quia deliquit in persona ecclesiæ ; quia ratione delicti dicitur in me princeps habere iurisdictionem: & ratione delicti fit quis de foro alterius, ut 3. q. 3. placuit.

e ¶ Consenserint.] hodie deponitur, ut extra de usu, & honesta. cleric. & clericorum mores. & 83. distinct. si quis episcopus. & extra de simo. nemo. Sed illud, uerum quando prece uel pretio consensit, ut ibi dicitur in illa constitutione, ut clericorum. Si autem episcopus negligens esset, suspendatur per duos menses, ut 3. q. 1. quidquid.

Vxor clerici est de foro ecclesiæ.

3 Idest qđ dr in illis cpdictis Gradensi patriarchæ, iste sub noie archiepiscopi continet, ut patet 21. dist. in cap. 1. uers. si ordo.

¶ Excludendi sunt à suorũ graduũ dignitate subdiaconi, & deinceps, si continentes esse nolunt. C. XI.

ERubescant impij, & aperte intelligant iudicio spiritus sancti eos, qui in sacris ordinib. presbyteratu, diaconatu, subdiaconatu sunt positi, nisi mulieres abiecerint, & caste vixerint, excludendos ab omni eorundẽ graduum dignitate. De manifestis quidem loquimur: secretorum [a] autem & cognitor Deus, & iudex est.

In c. à multis erubescant. extra de ætа. & qual. Pann. l. 3. c. 103.

Idem in Melphiensi synodo præsidens dixit, c. 12.

¶ Ad sacros ordines non accedat, nisi virgo, aut probatæ castitatis. Cap. XII.

NEmo ad sacrum ordinẽ permittatur accedere, nisi aut virgo, [b] aut probatæ sit castitatis, & qui vsq; ad subdiaconatũ vnicã, & virginem vxorem habuerit.

In c. à multis extra de ætа. & qual. Pann. l. 3. c. 104.

Item in concilio Carthaginensi. 5. c. 3.

¶ In tribus gradibus constituti etiam ab vxoribus abstineant. Cap. XIII.

PLacuit episcopos, presbyteros, diaconos α secundũ priora statuta β etiam ab vxoribus abstinere, [c] quod nisi fecerint, ab ecclesiastico remoueantur officio: cęteros vero clericos ad hoc non cogi, sed secundum vniuscuiusque [d] ecclesiæ consuetudinem obseruari debere.

Pann. l. 3. c. 105.

α ¶ Diaconos.] *sequebatur*, subdiaconos. *quæ vox sublata est. quoniam abest ab originali, & ab Africano, cap. 37. & a Carthaginensi Græco, c. 71. & infra dist. 84. c. cum de quorundam: quamuis habeatur in Carthaginẽsi codicis canonum, c. 5.*

β ¶ Secundum priora statuta.] *Græcè est* κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους. *& Balsamon interpretatur*, tempore uicis suę: *quod ab originalis sententia alienum est.*

Item Leo IX. contra epistolam Nicetæ abbatis.

Humbertus Cænomanen. legatus Leonis IX. in responsione contra Nicetam.

¶ In minoribus ordinibus constituti vxorem ducant; nisi voto, aut religioso habitu prohibeantur. Cap. XIV.

SEriatim, & aperte prosequemur, quid sãcta Romana ecclesia in gradibus clericorũ agat. Clericos tãtum, ostiarios, lectores, exorcistas, acolythos, si extra votũ, & habitum [e] monachi inueniantur, & continentiã profiteri noluerint, uxorẽ ducere virginẽ cũ benedictione sacerdotali permittit; non aũt viduam, aut repudiatam: quia propter hoc deinceps nec ad subdiaconatũ prouehi poterunt: quia nec laicus nõ virginem sortitus uxorẽ, aut bigamus ad clericatum põt ascendere. Quod si quis ex

Pann. l. 3. c. 107.

ERubescant.] CASVS. Quæsiuit Patriarcha Grãdensis quid debeat fieri de his qui erant in sacris ordinibus positi: nihilominus tñ mulierculas sibi habebant. Et respon. Vrbanus: nisi eas abiecerint, & vixerint continenter: si est manifestum, sunt ab omni dignitate ecclesiastica remouẽdi: si aũt occultũ, diuino iudicio reseruentur. Sequẽtia duo cap. plana sunt.

a ¶ Secretorum.] ex hoc patet q̄ ecclesia nõ iudicat de occultis. sic 32. q. 5. Christiano. 2. q. 5. cõsuluisti. & 6. q. 1. si oia. Et est ar. pro opinione illorũ, qui dicũt q̄ occultum delictũ non irrogat irregularitatem. Id quod est expressum hodie extra de temp. ord. cap. vlt. nisi i homicidio & simonia i ordine. 1. q. 1. reperiũtur. B.

Ecclesia nõ iudicat de occultis.

b NEmo. virgo.] quid si credit se contrahere cũ virgine, & ẽ corrupta? Dico eũ nõ promouendum, cũ sit maritus corruptæ, vt 51. d. qui i aliquo. quia ibi nec error nec violentia excusat, vt 32. quæst. 1. ille autem. sicut nec casus excusãt, vt 15. q. 1. cap. vlt. Quid si primo corrupi virginem, & post eam desponsaui? Argu. q̄ promoueri non possum, si volo eam ducere, vt 50. q. 5. qualis & infra. d. proxi. maritum hoc notaui in q̄stio. B.

Bigamus est cũ corrupta etiam ignoranter concumbens.

ADDITIO. Quæstio dominicalis est: & incipit. Aliquis cognouit virginem, &c.

c PLacuit. & abstinere.] Idest, non contrahere.

d Sed secũdũ vniuscuiusque.] nota consuetudinem seruandam i matrimonio, vt hic, & inf. ead. quoniam. & extra d cog. spi. cap. 2. Sed contra extra de spõ. duorum. tua. & ex hoc videtur quod episcopus in sua diœcesi possit statuere ne acolythi contrahant. Sed credo hanc consuetudinem referendam ad beneficia, vt si consuetudo sit vt acolythi vxorati habeant beneficia, ipsa seruetur, sed hodie corrigitur per decreta, extra de cler. coniug. Ioannes. & cap. cum de corep.

Consuetudo est obseruanda in matrimonio.

SEriatim.] CASVS. Abbas Niceta dicebat clericos in sacris ordinibus posse cognoscere vxores suas. Leo autem Papa reprehendẽs eius epistolã dicit, quòd clerici in minoribus ordinibus, si sunt extra votum vel habitum monachalem, possunt vxores sortiri virgines, nõ viduas vel repudiatas alioquin nec ipsi nec bigami potuerũt promoueri postea. Si autem postea uoluerint promoueri, debet hoc etiam fieri de consensu vxoris: quæ postea nec maritis nec alijs debet carnaliter copulari viuente marito, vel post mortem. Sequen. ca. plana sunt vsque ad cap. presbyter.

e ¶ Votum & habitum.] Bene dicit, habitum, & votum: quia solus habitus non solemnizat votum. vt ext. de reg. porrectum.

Vxor professa an matrimonium cõtrahere possit.

a ¶ Post

a ¶ Post mortem.] De ista vxore promoti dic. q eo ipso q dat licentiam, intelligitur vouere: similiter etiam ea cuius maritus suscepit habitũ religionis: vnde neutra debet contrahere. si tamen contraxerit, tenet secundum quosdam: nam votum non fuit solennizatum 1. Distin. gg votum, sed gg constitutionem ecclesiæ. s. vt non se matrimoniũ si contrahat. & vi. expressum. s. 28. dist. qa sunt. H. dicit. q. in vtraq; vxore promoti, & ingressi votum de præsenti dirimit. Ioan. Faber dicit aliud esse in vxore ingressi, aliud in vxore promoti: qa illa post mortem.

1 Arg. 27. q. 2. multorũ. ubi de uxore promoti loquitur, q qa uotũ nõ fecerat. post uiri mortem nubere nõ prohibetur, sed illud fm sua tga. 32. dist. c. 1. Dic ergo fm Ioan. de Fan. q illud nõ est uerũ in uxore p. moti. 38. di. qa & c. seq. Archid.

præfatis ordinib. desiderat ad subdiaconatum ascẽdere, nequibit hoc sine consensu vxoris suæ: vt fiat de carnali deinceps spirituale cõiugiũ, nemine eos ad hoc cogẽte. Neq; permittitur postea vxor iungi eidẽ marito suo carnaliter, nec cuiquã nubere i vita, aut post mortẽ [a] illius.

Item ex concilio Chalcedonensi, c. 14.

¶ Non liceat clericis alterius sectæ vxorem accipere. Cap. XV.

Fann. lib. 3. c. 110.

† ἑτεροδόξου.

QVoniam in quibusdam prouincijs cõcessum est lectoribus & psalmistis vxores ducere, [b] statuit sancta synodus, nõ licere cuiquam ex his accipere sectæ [c] † alterius vxorem.

Item in concilio Niceno, c. 3.

¶ Non habitent cum clericis mulieres, nisi quæ naturali fœdere omnem suspicionem excludunt. Cap. XVI.

† magna.

Burch. li. 2. c. 109. Ansl. li. 7. c. 133. & 6. c. 202. Iuo p. 6. c. 186. Fann. li. 3. c. 112.

5 INterdixit per omnia sancta † synodus non epõ nõ presbytero, non diacono vel alicui omnino, qui in clero est, licere subintroductam habere mulierem, nisi forte, aut matrem, aut sororẽ, [d] aut amitam, aut etiam α eas idoneas [e] personas, quæ fugiant suspiciones. [f]

α ¶ Aut etiam.] *Græcè est,* ἢ ὁμιλα πρόσωπα ἃ πάσαν ὑποψίαν διαπέφευγε *id est,* vel eas tantũ personas, quæ omnem fugerint suspicionem.

[*Item Hieronymus ad Nepotianum de vita clericorum, & alibi.*]

PALEA. Cap. XVII.

In epist. ad Ocea. Ibidem. In epist. ad Nepotianum prope fi. In epist. ad Rust. In epist. ad Ocea. li. 1. contra Iouin.

HOspitiolum α tuum aut raro, aut nunquam mulierum pedes terant. ¶ Quia non põt β toto corde cũ Deo habitare, qui fœminarum accessibus copulatur. ¶ Fœmina γ conscientiam secum pariter habitantis exurit. ¶ Nunquam de formis mulierum disputes. ¶ Fœminæ nomen tuum nouerint; δ vultum nesciant. ¶ Fœminam, quam bene videris conuersantem mente dilige, non corporali frequentia. ε Si bonum est mulierem non tangere, malum est [g] ergo tangere.

α ¶ Hospitiolum.] *Caput hoc habetur in multis manuscriptis, & sine Paleæ nomine. Est autem collectum ex varijs B. Hieronymi locis in quibus de vitanda mulierum consuetudine agitur.*

β ¶ Non potest.] *In epistola ad Oceanum, quæ non putatur esse B. Hieronymi legitur,* Mihi crede, non toto corde cum Domino habitare, &c.

γ ¶ Fœmina.] *Ibidem Paulo superius:* flammigero igne percutit fœmina conscientiam pariter habitantis, exuritque fundamenta montium.

õtrahit, sed vxor promoti non. & qua est ratio diuersitatis: quia dignior est clericatus quam monachatus: nam etiã bigamus pot esse monachus. 16. q. 1. legi. sed mirum est, quod tantus vir hoc dixerit, cum manifestè obuiet 27. q. 2. Agathosa, & c. si quis cõiugatus. & 33. q. 5. q uxorem. posset autẽ dici, q uotũ vxoris solennizatur ex uoto viri promoti: & ita vir uxori communicat uotum, ut 28. dist. qa sunt. de hoc not. in d. ca. qui uxorem.

ADDITIO. Idẽ no. Host. extra de regu. ad apostolicam. Archidiac.

b QVoniam.] 5 Vxores ducere. i. retinere.

c ¶ Sectæ.] inf. 28. q. 1. caue. & c. non oportet. 1

1 Illud c. nõ oportet potius cõtradicit: sed hic, q loquitur in sponsalib. de futuro: q inter tales pñt contrahi, ut ibi nota. Hug.

INterdixit.] Hæc est quinta pars huius dist. i qua vt clerici facilius continẽat, supponit Gratianus auctoritatẽ horũ cap. q clerici dẽnt vitare familiaritatem & cohabitationem fœminarum extranearum. Ioan. de Fan.

d ¶ Aut sororẽ.] In quib. nil sæui criminis existimari fœdus naturale pmittit, vt ext. de coh. cle. c. pe.

e ¶ Idoneas.] Vt vxores seniori suorũ, vt 81. dist. uolumus. & c. cum omnibus.

f ¶ Suspiciones.] Quia suspectas mulieres hẽbat, vt ext. de coha. cle. c. 1. & 2.

g HOspitiolum tuũ.] ¶ Malũ ẽ.] Ar. a cõtrarijs. si vnũ est bonum reliquũ est malũ, fallit in prodigalitate & auaritia. Item duo contraria qñque inueniuntur bona, vt nubere, & non nubere: quotidie cõicare, & non cõicare. 18. q. 1. sic enim de consecr. dist. 2. quotidie. & arg. C. de procur. exigendis, ibi, sed multo iustius fuit.

Contraria duo qñque sunt bona.

Distingue tñ, utrum huius uxor sciat ius vel dicatur sibi, quia tunc uouere intelligit, nõ tñ solennizatur uotum. Si uero ignorat, nec ei dicatur non intelligitur uouere, in uxore tamen promoti secus posset dici non

Pref-

Presbyter.] CASVS. Quidam de consensu vxoris suæ factus fuit presbyter: quem Gregorius valde commendat: quia & si eam post sacerdotium diligeret, vt sororem: tñ quo ad carnis officium vitabat vt hostem: nec appropinquabat ad eam. Quæ autem postea sequantur, plana sunt vsque ad distinctionẽ: & per te videbis.

a ¶ Presbyterum.] Cum qua in minoribus ordinibus cõtraxerat.

b Mulieres.] ¶ Et matricuriæ.] idest, habentes curã de reb. eccl.

Ecce.] Hæc dist. diuidit i quatuor partes. In prima ponuntur x. impedimenta quę impediunt promouẽdos. Secunda ibi, [Communiter.] Tertia ibi, [Laici.] Quarta ibi. [Cæterum.] Io. de Fan.

CASVS. Concludit Gratianus ex supradictis ꝙ in sacris ordinib. cõstituti uxores nõ possunt hře: nec bigami possunt ad sacros ordines ꝓmoueri. In hac vero 33. dist. queritur, an ille, qui præter uxorẽ. concubinam habuit, possit promoueri? Et rñdet ꝙ nõ. Et accipitur hic concubina quę habetur loco vxoris. Additur etiam in hac dist. de arreptitiis, dęmoniacis, & caducis maximè.

c ¶ Sed quæritur.] Hic intitulatur 33. dis. in qua magister ostendit ꝙ bigami, corpore vitiati, vsurarij, publicè pęnitẽtes, lusores, in scena ludẽtes, furiosi, arreptitij, accipiẽtes meretrices i vxores, habẽtes cõcubinas, nõ possunt promoueri: qñque tñ dispensat in concubinarijs. ꝭ. ea. c. vlt. 1 Et nota, ꝙ in primis duob. cap. magister accipit concubinã pro uxore. 2 ꝗ quis duxit sine solennitate, ut ꝭ. 34. dis. §. concubinã. sed H. intelligit de vera cõcubina: ꝗ si qs habuit post baptismum promoueri, non debet, vt 25. dist. c. vlt. Io.

Vsurarij & alij multi nõ possunt promoueri.

1 Ad idẽ 34. di. fraternitatis. Arch.

2 Idẽ tenet Goffr. prout po. inf. c. 1.

Si quis.] CASVS. Quidã post baptisma duas habuit vxores, vel vnam vxorem, & aliam concubinam: quæsitum fuit ab Apostolis, vtrũ talis possit promoueri & rñ. ꝙ non põt talis promoueri ad ordinem clericalem.

d ¶ Post acceptum.] Maxime. Idem. n. est, si ante baptisma habuit vnã, & post aliam vxorem vel concubinam: vel determinat uerbum infra positum habuerit.

3 26. di. captius.

e ¶ Aut concubinam.] Post primam vxorẽ: talis tamen ex

a ¶ Nouerint.] *Antea legebatur,* fœminæ nomen tuum nesciant. *Emendatum est ex aliquot manuscriptis, & ex epistola Hieronymi ad Rusticum monachum.*

s ¶ Frequentia.] *In epistola ad Oceanum est,* frequentes ornatu.

Item Gregorius in dialogo, lib. 4. c. 2.

¶ Presbyter vxorem suam quasi sororem diligat, & quasi hostem fugiat. Cap. XVIII.

Presbyter quidam sibi commissam regebat ecclesiam cum magno timore Domini; qui ex tempore accepti ordinis presbyteram [a] suã, vt sororẽ diligens, sed quasi hostem cauens ad se propius accedere non sinebat; eamque sibi appropinquare nulla occasione permittens, ab ea sibi communionem funditus familiaritatis abscidit.

b ¶ Quia Angelus.] Id est, nuncius Domini.

1 Et de po. dist. 3. c. 1. in princ.

dicitur Labia sacerdotis custodiunt[a] scientiam, & legem requirūt ex ore eius: quia Angelus[b] Dn̄i exercituū est.] Hinc per Esaiam Dn̄s admonet dicēs: [Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocē tuam.] Præconis[c] quippe officiū suscipit, quisquis ad sacerdotiū accedit, vt ante aduētū iudicij, q̄ terribiliter sequitur, ipse scilicet clamādo gradiatur. Sacerdos ergo si prædicationis est nescius, quam clamoris vocē daturus est p̄co mutus? Hinc est enim, q̄ super pastores[d] primos in linguarum specie spiritus sanctus insedit; quia nimirū, quos repleuerit, de se protinus loquentes facit. Hinc Moysi præcipitur, vt tabernaculū sacerdos ingrediens tintinabulis[e] ambiatur; vt videlicet prędicationis voces hēat; ne superni inspectoris iudiciū ex silētio offendat: scriptum quippe est: [vt audiat sonitus, quando ingreditur, vel egreditur sanctuarium in cō spectu Domini: & non moriatur[f].] Sacerdos namq; ingrediens, vel egrediens moritur, si de eo sonitus non auditur; quia iram contra se occulti iudicis exigit, si sine prædicationis sonitu incedit. Apte autem tintinabula vestimentis illis describuntur inserta. Vestimenta enim sacerdotis quid aliud, quam recta opera debemus accipere; propheta testante, qui ait: [Sacerdotes tui induantur iustitia.] Vestimentis itaque illius tintinabula inhærēt; vt vitæ viam cum linguę sonitu ipsa quoque bona opera[g] sacerdotis clament. Sed cum rector se ad loquendum præparat, sub quanto cautelæ studio loquatur, attendat; ne si inordinatè ad loquendum rapitur, erroris vulnere corda audientium feriatur: & cum fortasse sapiens videri desiderat, vnitatis compagem insipienter abscindat: Hinc namque veritas dicit [Habete sal in vobis, & pacē habete inter vos.] Per sal quippe, verbi sapientia designatur. Qui ergo loqui sapienter nititur, magnopere metuat, ne eius eloquio audientium vnitas confundatur Hinc Paulus ait. [Non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere[h] ad sobrietatem[i]]. Hinc in sacerdotis veste iuxta diuinam vocem tintinabulis mala punica coniunguntur. Quid enim per mala punica, nisi fidei vnitas designatur: Nam sicut in malo punico, uno exterius cortice multa interius grana muniuntur; sic innumeros sanctæ ecclesiæ populos vnitas fidei contegit, quos intus diuersitas meritorum tenet. Ne igitur rector incautus ad loquendum proruat; hoc, quod iam præmisimus, per semetipsam veritas discipulis clamat. [Habete sal in vobis, & pacem habete inter vos.] ac si figurate per habitum sacerdotis dicat; mala punica tintinabulis iungite, vt per omne, quod dicitis, vnitatem fidei cauta obseruatione teneatis. Prouidendum quoque est solicita intentione rectoribus, vt ab eis non solum praua nullo modo, sed ne recta quidem nimiè[k] & inordinatè proferātur: quia sæpè dictorum virtus perditur, cum apud corda audiētiū loquacitatis incauta importunitate leuigatur:[l] & auctorem suum hæc eadem loquacitas inquinat, quæ

Malach. 2.

Esa. 58.

Act. 2.

Exo. 28.

Psal. 131. al. s.

Mar. 9.

Rom. 12.

Exo. 28.

Mar. 9.

c ¶ Præconis.] Infra de consecratio. distinctio. quarta, baptismus.

d ¶ Pastores.] Id est, Apostolos.

e ¶ Tintinabulis.] Octoginta tintinabula, & totidem mala punica in inferiori margine tunicæ sacerdotalis pendebāt.

f ¶ Non moriatur.] Anima scilicet peccando, uel ut fama eius non sit mortua

g ¶ Opera.] Argum. q̄ si aliqua permiserit se desponsari uel arrhari, licèt expressè non consentiat, uidetur q̄ sponsalia sit contracta. argumen. 30. quæst. 4. fœminæ. 27. q. 2. si quis desponsauerit, 32. quæstio. 2. honoratur. ff. desponsa. Sed ca. 2 Nam opera probant, ut 46. distinctio. cap. 1. 11. quæst. 3. existimant, 22. quęst. 5. cauete, ut extra de his, quæ fiunt à ma. part. cap. ex ore argumen. ff. de mino. si filius. ff. de inoffi. testamen. l. ult. ff. de ædil. edict. si tamen. §. ei qui. Ioann. Ego dico, quòd si contrahentes possunt loqui, exprimere debent cōsensum suū: alioquin nō iudicaretur pro matrimonio, cum necessaria sint uerba quantum ad ecclesiam, ut extra de spons. tuę fraternitatis. quia etiā mutus si contrahit, signis debet exprimere consensum, ut extra de spon. cum apud. Bart.

2 Dicas q̄ si parentes contrahant cum filijs, sufficit eorum taciturnitas, ut in iuribus prædictis & extra de despo. impub. accessit. & cap. de illis Archid. Verba in cōtrahēdo matrimonio an sint de necessitate.

h ¶ Sed sapere.] Ad hæc quæ hic dicuntur, bene facit extra de hæret. cum ex iniuncto.

i ¶ Ad sobrietatem.] Id est, sine præsumptione.

k ¶ Nimiè.] Id est, in multiloquio.

l ¶ Leuigatur.] Id est, leuis, & inanis ab auditoribus iudicatur.

a ¶ Est.] Scilicet usque ad uesperam, ut supra dist. 6. testamentum.

Seminiuerbius quis dicatur.

b ¶ Seminiuerbius.]A presbyteris. Atheniensium dictum est de Apostolo, quid tibi vult iste seminator verborum? & secundum hoc erit hic seminiuerbius. sed si habes semiuerbius, tunc dic quod obscurus erat, uel quia (vt dicitur) uitium linguę habebat.

ADDITIO. Seminiuerbius, idest seminās verba, uel idest, abbreuians uerba, secundum Laur. Itē Paulus in quadam sequentia: dicit spermologus sperma enī Græcè, latinè dicit semen, & logos sermo, secundum Hug.

c ¶ Præmisit.] Argumentum quod ab ordine 1 uerborum est argumentādum 20. dist. c. 1. & 23. q. 3. displicet & 1. q. 1. vt euidenter. & 3. q. 7. in grauibus. extra de rescript. cū dilecta. E. si præcedens uerbum est dubium, & sequens manifestum, sequens clausula est sequenda. ff. de petit. hæred. utrū autem: quandoque etiam secūdum præcedentem exponitur sequens. ff. de leg. 1. si seruus plurium. in fin.

Argūm ab ordine uerborum sumi. 1 Alias dī quod de ordine scripturę nō est curandū. ff. de sol. nec enim. Arch.

d ¶ Importunitas.] Nota quod propter tria consueuit induci cap. scilicet quod tacens & timens uidentur fugere. Item quod æquè aliquid probatur factis ut dictis. Item ordinem uerborum attendendum, ut per notata sup. posita patet.

IN mandatis.]Hæc est secunda pars huius dist. in qua dicitur, quod hæreticis & paganis non sunt secreta nostræ fidei manifestanda. & hoc cap. ad hoc probandum inducitur. Si tu quæras quæ dicta Origenis recipiantur? Resp. recipit ecclesia tanquam sua ea, quę ex dictis eius Hiero. recipit. alias sunt cum suo auctore damnata per Papam Gelasium. 15. distinct. Sancta Romana. versic. item Origenis. Io. de Fan.

CASVS. Quæsitum fuit ab Origene, utrum indifferenter secreta fidei sint cuilibet reseranda? & Respondit quòd non duabus rationibus. prima est, quia Christus pręcipit ut intrantes ciuitatē examinemus, quis sit in ea dignus, ut apud eum cibum sumamus, multo fortius est hoc faciendum in cibo spirituali, cum non debeamus proijcere margaritas nostras ante porcos. Secunda est: quia si fidelis est, & bonus paratus corrigi, reserare sibi debemus, vt quod in eo deficit, per nos suppleatur, vt si qua in eo macula fuerit, emendetur: si autem perfidus est & incorrigibilis, nulla secreta fidei ei sunt reuelanda, sed monendus est ut resipiscat. Si uero nos prouocet dicere quod non decet ipsum audire, debemus eum prudenter eludere: ne si nil respondeamus, putent auditores inopia responsionis nos declinare certamen.

e ¶ In mandatis.] Scilicet Euangelicis. Matth. 10. c. & Mar. 7. ubi Dominus præcepit discipulis suis: In quamcumque ciuitatem intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit, & sic ibi manete. Ex uerbis illis arguitur hic a minori. Lau.

f ¶ Non potest.] Nam timor in dubijs deteriora canit. & Lucanus. Pessimus in dubijs augu. timor.

g ¶ Quòd] Idest, quia bona sint.

h ¶ Virtutum. Ergo uidetur, quod qui non habet fidem possit habere uirtutem, quod non est uerum, ut 24. q. 1. ubi.

seruire auditoribus ad vsum profectus ignorat. Vnde bene per Moysem dicit: [Vir, qui fluxum seminis patitur, immundus est [a]]. In mente quippe audientium, semen secuturæ cogitationis est qualitas auditæ locutionis; quia dum per aurem sermo concipitur, cogitatio in mente generatur. Vnde & ab huius mūdi sapientibus prędicatos egregius seminiuerbius [b] est vocatus. Qui ergo fluxum seminis patitur, immundus asseritur: quia multiloquio subditus, ex eo se inquinat, quod si ordinatè promeret, prolem rectę cogitationis edere. in audientium corda † potuisset: dumque incautus per loquacitatem defluit, non ad vsum generis, sed ad immundiciam semen effundit. Vnde Paulus quoque, cum discipulum de instantia prædicationis admoneret, dixit: [Testificor coram Deo, & Christo Iesu, qui iudicaturus est viuos & mortuos, per aduentum ipsius, & regum eius prædica verbum, insta opportunè, importune:] dicturus [importunè,] pręmisit [c] [opportunè:] quia scilicet apud auditoris mentem ipsa sua vtilitate se destruit, si habere importunitas [d] opportunitatem nescit.

Leuit. 15. Act. 17. † al. corde. 2. Tim. 4.

Item Clemens epist. 3. in extremo.

Porcis, & canibus sacra non sunt committenda. Cap. II.

Matth. 10. Mar. 7. Matth. 7.

2 IN mandatis [e] habemus, vt venientes ad ciuitatem discamus prius, quis in ea dignus sit, vt apud eum cibum sumamus; quanto magis nosse conuenit, quis, qualisue sit is, cui immortalitatis verba credēda sunt? Soliciti enim, & valde soliciti esse debemus, ne margaritas nostras mittamus ante porcos. Sed & ob alias causas vtile est viri huius habere me notitiam. Si enim sciam, quia in his, de quibus nō potest [f] dubitari, quod [g] bona sint, emēdatus est, & inculpabilis, hoc est, si sobrius, si misericors, si iustus, si mitis, & humanus (quæ vtique bona esse nullus ambigit) tunc consequens videbitur, vt ei qui obtinet bona virtutum, [h] etiam quod deest fidei, & scientiæ, conferatur: & in quibus maculari eius vita videtur, quæ est in reliquis probabilis, emendetur. Si ue-

i ¶ Quæ

a ¶ Quæ palam.] idest, dubitanter sunt mala.
b ¶ Permanet.] Sæpius admonitus.
c ¶ De secretioribus.] Sed ea quæ spectant ad admonitionem, non autem secreta fidei: quia si illa sciret: facilius non inde impugnaret, ut 11.q.3.nolite.
d ¶ Pru-

& recta æmulatione. i. dilectione: quia beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.
g ¶ Perdant.] idest, confundant.
h ¶ Aemulatione.] Idest, dilectione. Vnde no. Versum qui valet ad multas expositiones.

ro in ijs, quæ palā [a] sunt peccatis inuolutus permanet, [b] & inquinatus, non me oportet ei aliquid de secretioribus, [c] & remotis diuinę scientię proloqui, sed magis ꝓſtrari, & cōuenire eum, vt peccare desinat, & actus suos a vitijs emendet. Quòd si ingesserit se, & prouocauerit nos dicere, quæ eum minus rectè agentem non oportet audire, prudenter [d] eum debemus eludere. [e] Nam nihil omnino respondere, auditorum causa, vtile nō videtur, ne forte existiment nos respōsionis penuria [f] declinare certamen, & fides eorum lædatur non intelligentium propositum nostrum.

Item Anacletus, epist. 1. omnibus episcopis.

¶ Verba prædicationis persecutoribus suis prælati non subtrahant. Cap. III.

Iuo p.5. c.237. circa medium.
† al. institutis.
Matth. 5.

3 SCimus autem multos ob id infestare Doctores, vt eos perdant, [g] & placita proprię voluntatis adimpleant. Non propterea tamen Doctores (inquantum vires suppetunt) a recta æmulatione, [h] & bona intentione † recedere [i] debent, scientes, quia beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.

Item Gregorius Venantio. lib. I. epist. 33.

¶ Non est mundus a sanguine subiectorum, qui Dei consilium illis non annunciat. Cap. IIII.

Act. 20.

EPhesijs Paulus [k] dicit; [Mundæ sunt manus meæ a sanguinæ [l] omnium vestrum, non enim subterfugi, Quominus anunciarem [m] omne consilium Dei vobis.] Mūdus [n] ergo a sanguine eorum non esset, si eis Dei cōsilium annunciare noluisset; quia cum increpare delinquentes noluerit, eos proculdubio tacendo [o] pastor occidit.

Item Nicolaus ad Michaelem Imperatorem in epist. cuius initium est [Proposueramus.]

¶ Aeternę damnationis pœnam incurrit prædicator, qui semen diuini verbi non spargit. Cap. V.

† Dispensatione nobis iorig.

DIspensatio † est nobis cœlestis fæminis iniuncta:

Aemulor. Instatur, amat, inuidet, ac imitatur. Bar.

Aemulor varia significata habet.

i ¶ Recede.] Not. ꝙ ꝑ subsannationem, uel persecutionē non cessabit Doctor a docendo, uel prælatus a prædicando, ut hic. & 11.q.3. nolite: quia & si illi non proficiant, tñ ipse faciat quod suũ est, ut 47. dist. quod apud nos. & 23.q.4. sicut non est. nec obstat sup. ca. prox. ubi dicit, ꝙ prudenter debemus eludere tales nec etiam illud ob. 24. qō. 3. dixit Apostol[9]. ubi dicit, hęreticū hominem post primā & secundam correctionē deuita. quia vtrumque illorū obtinet in secretiorib. fidei, quæ non debemus pādere illis: sed ab illis ꝗ faciunt ad correctionē nunquam cessandum est, vt 1.q.7. cōuenientib. lo. Hodie aūt si hæretici non corrigant, statim tradendi sunt curiæ sæculari ad puniendū: si aūt corrigātur, & iurent stare mādato ecclesiæ, in perpetuo carcere debēt detrudi ad agendā pœnitētiam, vt extra de hęret. c. penul. Bar.

Prælatus ꝑ persecutionem non deserat prædicationem.

EPhesijs.] CASVS. Venantius eṗs suos subditos corrigere nolebat, uel negligebat. de quo eū Grat. reprehēdit: ꝗa peccata subditorum nisi eos corrigat, si-

Dolus quando bonus.

3 Dic, ꝙ ibi loquitur de hæreticis dānatis: hic de occultis: vel dic ꝙ eū eis possumus loqui quātum ad ea ꝗ possunt eos reducere ad fidem, ut not. inf. ca. prox. Archid.

d ¶ Prudenter.] Transferendo nos callide ad alienam materiam: cum nec ipsi debeant alieni regni scrutari arcana. C. de cōmer. mercatores. & extra de elect. quod sicut. immo subtili ingenio debemus a barbaris extorquere aurum, ut C. de commercijs, l. 2. & 14.q.4. ab illo. & q.5. c. dixit.
e ¶ Eludere.] Nota dolum esse bonum contra hostem. sic 23.q.2. vtilem. & ff. de do. l. 1.
f ¶ Penuria.] Arg. contra infra. 24.q.3. cum quibus. 3
SCimus.] Hæc est tertia pars huius dist. in qua dr̄, ꝙ si prælati non corrigunt suos subditos, sanguis subditorum de prælatorum manib. requiretur. Si autē faciamus, qđ in nobis est, non imputatur nobis malitia subditorum. & hoc probat per ista tria cap. Ioan. de Fan.
CASVS. Quidā prælati cessabant a correctione, & a recta uia, quia infestabantur a suis subditis, sed dicit Anacletus, quòd ꝑ hoc a prędicatione cessare non debēt,

bi imputantur. & hoc probat auctoritate Pauli: & quia pastor vr̄ occidere delinquentes, nisi eos corrigat.
k ¶ Paulus.] In Actibus Apostolorum 20. cap.
l ¶ A sanguine.] idest, a peccato.
m ¶ Annunciarem.] Arg. ꝙ si parte non stat aliqd quo minus fiat, nō est tibi imputandū, ut 24.q.2. admonere. & 47. dist. c. ult. & 5. necesse. & C. de inst. & subst. l. 1. Ar. contra ext. de eo qui mit. in pos. causa rei ser. ca. 1. Ioan. Sed certe ibi stetit non per petentem possessionem. ff. de reg. iur. l. culpa. Bar.
n ¶ Mundus.] Arg. a destructione antecedentis, ut 24.q. 2. sanè.
o ¶ Tacendo.] Infra 83. d. error.
DIspensatio.] CASVS. In hoc cap. Nicolaus papa reprehendit prælatos, qui nolunt corrigere subditos, & prædicare: quia væ erit eis, si uerba cælestis seminis non prædicauerint, & nō sparserint in subiectos: & hoc pro-

Imputandum non est ei ꝑ quem non stat.

probat auctoritate Pauli. Praeterea sicut magnū est periculū p̄latis silere, sic periculosū est subditis nō obedire.
a ¶ Væ.] Alias uel ęterna mors. 11. q. 3. ut. qui.
b ¶ Et clamet.] Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius sup. d. 5. sed pensandum.
ADDITIO. Vel dic clamet praedicando: vel se timere ęternā damnationē, secundum Hug.
c ¶ Quanto magis.] Arg. a maiori, vt 32. q. 5. si Paulus. 8. q. 1. si ergo tantus.
d ¶ His.] idest, subditis.
e ¶ Parere.] idest, obedire.
PARITER. Hęc est quarta pars huius d. Dictū est sup. in cap. In mādatis, q̄ secreta fidei nō sunt hīsti eis reuelanda. Nunc verò dicit Gratian. q̄ idem est de catholicis indignis, & nō intelligentib. si autem secus fiat, non fit ad eorum vtilitatem, sed potius ad ostentationem, vel adulationem, vel scientię iactationē, vel propter loquacitatem incautam. Et hoc probat per expositionē. Beati immaculati. Ex quibus omnibus patet, q̄ si prælatus in prædicādo discretionem nō seruat, tanquam torto naso, idest, discretione carens, sacerdotis officio videtur indignus.
f ¶ Irreuocabile.] Horatius. [Nam semel emissum manet irreuocabile verbū] extra de uerb. signi. fotus. & Ouidius. Nescit vox missa reuerti. iuxta illud: Vox emissa semel, irredituta volat.
g ¶ Torto.] Infra. d. 49. c. 1. Hinc etenim nasum cōparat discretioni: quia per eum perpenditur odor. & fœtor.

confessationes nouæ non solum sacerdotibus, sed etiā laicis qui dies, festiuos celebrare non putant, nisi comessationibus deseruiant.
CVM AVTEM. Hæc distinct. spectat ad tertium cap. apostolicæ regulæ, quæ tractata est 35. distinct. oportet etc.

ve [a] si non sparserimus: uę si tacuerimus. Quod cum electionis vas formidet, & clamet, [b] quāto magis [c] cuilibet exiguo metuēdum est: Proinde, sicut non leue discrimē incūbit Pontificibus siluisse pro diuinitatis cultu & ecclesię correctione quod congruit, ita his [d] (quod absit) non mediocre periculum est, qui cum debeant parere, [e] despiciunt.

1. Cor. 9.

4 *Pariter quoq; obseruare debet sacerdos, ne indignis, & non intelligentibus secreta mysteria, sua prædicatione reserare incipiat. Qui enim ea docet, q̄ ab auditoribus non valent intelligi, non ad eorum vtilitatem, sed ad sui ostentationem facit. Vnde in expositione. [Beati immaculati] dicitur. [Vitium est secreta mysteria vulgare indignis: quod fit, nel loquacitate incauta, dum sine iudicio velat irreuocabile [f] uerbum, vel adulatione, vt ei placeat, seu secreta reuelat, vel iactatione scientiæ, vt plura scire uideatur.] In quibus omnibus profectò datur intelligi, quanta debeat esse discretio in prædicatione sacerdotis: qua si fortè caruerit, tanquam torto [g] naso, sacerdotalis officij indicatur indignus.*

Glossa ord. ex Amb. ser. 2. in psal. 118. in ver. [Abscondi eloquia tua.

† Tex. est in fi. in l. 1. C. de stat. & imag. ubi uide quid sit adulatio.

DISTINCTIO XLIIII.

CVm autem uinolentus esse prohibetur, gulæ intemperantiam nequaquam habere permittitur. Neq; enim ebrietas prohibetur, & uoracitas permittitur. Vtrumq; [h] enim inter opera tenebrarum Apostolus connumerat scribens Romanis: [Non in comessationibus, & ebrietatibus.] Ventris namque ingluuies ad luxuriam prouocat facile, & omne opus bonum dissoluit. Vnde [uenter, & genitalia sibimetipsis uicina sunt: vt ex uicinitate membrorum cōfœderatio intelligatur uitiorum.] Hinc etiam Nabuzardam princeps coquorum muros Hierusalem destruxisse legitur, quia uenter, cui multitudo coquorum deseruit, ædificia uirtutum ad solum redigit. Sacerdos itaq; de altari uiuere, [i] nō luxuriari quã

Rom. 13.

Hierony. in epist. ad Amandum, & Aug. de Temp. serm. 65. Grego. in pastor. par. 3. cap. 20.

4. Reg. vlt. secundum 70.

Conuiuia et probata.
1 Infra. ea. c. 1. cōuiuia & ca. multi.
3 Vt inf. ead. non oportet cum duob. c. sequēti. Et concor. gl. in c. nōnulli. in gl. 1. d. 42. d. Ordo purgat infamiam.
4 Arg. C. de his qui not. in fam. le. 3. Idem sentit Hug. Victus & uestitus sufficiūt clerico.

1 Ad idem 5. q. 5. qui ambulat. ff. de ra. & post li. gener. in bal. l. 5. fact. in authē. de aqua. do. §. hic igitur in d. Arch.

CVm autem.] Hæc dist. diuiditur in tres partes: in quarum prima probat de temperantia gulæ, & hoc probat per quatuor auctoritates sanctorum patrum. Secunda ibi, [Multis.] Tertia ibi, [Non oportet.] Io. de Fan.
CASVS. Sup. in 35. d. st. dictum est, q̄ sacerdos non debet esse uinolentus, sed sobrius: quia comessatio & uoracitas ebrietatis sunt cohærētia, ideo prohibita ebrietate, prohibetur in hac 44. dist. uoracitas, & gulæ intemperantia. Et probatur tribus rationibus. Prima est, quia comessatio & ebrietas ab Apostolo enumerantur inter opera tenebrarum dicens: non in comessationibus, &c. Secundo est: quia uentris ingluuies facile prouocat ad luxuriā: & omne opus bonum dissoluit. Tertiò probat exemplo Nabuzardam, qui destruxit muros Hierusalem quia ei multitudo coquorum deseruit. Sunt autem ordinandum esse non uinolentum, sed sobrium, sed nō tractauit ibi nisi de sobrietate potus: ideo resumit eam hic, & tractat de temperantia & sobrietate cibi. Annectit, q̄ laici & clerici qui faciunt magna conuiuia causa lasciuiæ delinquunt. 2 Item addit, q̄ clerici non debent comedere, uel bibere in tabernis, nisi necessitas cogat 3 Deinde dicit, q̄ cibum clericorum semper præcedet, & sequitur oratio. Itē quod in sacerdotali conuiuio semper debet legi lectio sacræ scripturæ.
h ¶ Vtrumque.] Argument. quòd uno prohibito, uel permisso, idem erit in connexio sibi, ut sup. dist. 4. deni que. & 1. q. 1. sicut Christus. Et est hic argum. quòd si Papa, uel episcopus scienter aliquem ordinat, uidetur restituere ipsum famæ, a cum fama & sacerdotium sibi sunt annexa. Ioan. Quod falsum est, vt extra de schisma. ca. 2. vbi dicitur quod probare debet secum fuisse dispensatum. Bar.
i ¶ Viuere.] Sufficere debet ergo clerico, quòd uiuat, idest,

est, sola necessaria habeat: & arctatur illa necessitas tñ ad victum & vestitũ in 12. q. 1. episcopus. Qualiter tamen hoc intelligendum est, dixi 12. quæst. 1. cap. 1.

COmessationes.] CASVS. Quæsiuit Aurelius ab Augustino, vtrum laici, qui in diebus festiuis deseruiunt

disciplinæ non est exercenda: sed monendi sunt non imperiose, sed benigne, vt Deus i nostro sermone timeatur, & non nos: & vt cetera multitudo frangatur, incipiẽdum est à spiritualibus, vel spiritualibus proximis.

a ¶ Putantur.] à stultis videlicet.

1 Quod legitur & no. 24. q. 1. resecandæ. & 32. q. 2. sic nõ sunt. in gl. vlt.

In Michæam c. 3. in extremo.

rat, vt ait Hieronymus. [*Tibio sacerdos de altario viuere, non luxuriari permittitur.*] *Sunt autem comessationes non solum sacerdotibus, sed etiam laicis noxiæ: qui festiuos, & solennes dies non aliter se digne celebrare putant; nisi comessationibus deseruiant.*

Vnde Aug. scribit ad Aurelium episcopum epist. 64.

¶ Non est vacandum commessationibus, & ebrietatibus. Cap I.

Iuo p. 13. c. 68.

COmessationes, & ebrietates ita concessæ, & licitæ putantur, [a] vt in honorẽ etiã beatissimorũ martyrum non solum per solennes dies, (quod ipsum quis nõ lugẽdum [b] videat, qui hęc nõ carneis [c] oculis inspicit?) sed etiam quotidie celebrentur. *& post pauca:* Non ergo aspere, quantum existimo, non duriter, non modo imperioso ista tolluntur; magis docendo, quã iubendo: magis monendo, quam minando. Sic enim agendum est cũ multitudine [d] [peccantium.† Seueritas autem exercẽda est in peccata paucorum. Etsi quid minamur, cum dolore fiat, de scripturis comminando vindictã futuram; ne nos ipsi in nostra potestate, sed Deus i nostro sermone timeatur. Ita prius mouebuntur spiritales aut spiritalibus proximi; quorum auctoritate, & lenissimis quidem, sed instantissimis admonitionibus cętera multitudo frãgatur.

† abest ab orig. Iuo. & aliquot manuscriptis exemplaribus.

b ¶ Lugẽdum.] Id est nõne vnusquisque hoc lugendum videat.

c ¶ Carneis.] Scilicet spiritualibus.

d ¶ Cum multitudine.] Multi sunt xl. vt ext. de cle. excom. latores. Aliqñ a multa sunt pauci: vt 45. d. disciplina. Et habes hic q propter multitudinẽ detrahit seueritati, vt 50. d. vt constitueret & 1. q. 7. quotiens. 33. q. 4. ipsa pietas. &c. non põt. Qñq; & cũ paucitate mitius agẽdum est, cũ timetur scandalum 23. q. 4. cũ quisq;. 5 Vbi ergo aliqd male fit & quasi ex auctoritate defendit, tunc nõ debet dormire seueritas. quãdo vero non defenditur, tũc dissimulari potest propter scandalum, vt de pœnit. dist. 6. cap. 1. in fi. & 82. distinct. plurimos & 50. dis. domino sancto. sed propter scandalum, nunquam debet deseri veritas ipsa, vt extra de reg. iu. qui scandalizauerit. 6 sed seueritas pœnarũ põt deseri, vt hic. Io. Item vbi nõ habet locum dispensationis remedium, vt in matrimonio: propter multitudinem nõ est recedendũ à seueritate canonica. vt extra de transact. ex parte. Bar. 7

Seueritati an propter multitudinẽ uel paucitatem detrahatur.

5 Concor. textus in I. decretum [illegible] & ibi gl. & Doct. C. de pœn.

Item ex concilio Laodicensi, c. 24.

¶ Nulli clericorum, aut continentium licet tabernas intrare. Cap. II.

Conc. Aquisgran. c. 60. Burc. l. 2. c. 131. Iuo p. 6. c. 205.

NOn oportet clericos seruientes [α] à presbyteris vsque [e] ad diaconos, & deinceps ordinis ecclesiastici omnes vsq; ad ministros aut lectores, aut exorcistas, aut ostiarios, aut psalmistas, aut etiam eos, qui in proposito [f] continentiæ sunt, tabernas [β] intrare.

α ¶ Clericos seruientes.] *Græcè est* ἱερατικοὺς *quod Dionysius vertit,* sacro ministerio deditos: *quam versionem concilium Aquisgranẽse, Burchardus, & Iuo attulerũt.*

β ¶ Tabernas.] *sequebatur in impressis,* nisi causa necessitatis. *quæ sunt expuncta, quia neque in plerisque manuscriptis, neque in Burchardo, & Iuone, neque in ipso concilio Laodicensi, aut Aquisgranensi (vbi c. 60. hoc idẽ repetitur) leguntur: videntur tamen accepta ex can. Apost.* 54.

NOn oportet.] CASVS. Clerici omnes generaliter, & qui uotum cõtinentiæ fecerũt, prohibẽtur ingredi tabernas, nisi causa necessitatis, ut ifra. cap. sequenti. Sequẽtia duo capitula plana sunt.

e ¶ Vsque.] Improprie ponitur hic, usque, cum nulli sint in medio.

6 Vbi de hoc, & extra de tempor. ord. sanc. ibi videas.

7 Scilicet, & tacet quandoque prælatus non propter scãdalum, sed propter maius malum quod posset ecclesia præuenire, ut cum Rex aliquid facit in rebus ecclesiæ, secundum. Lau.

Item ex sexta synodo, c. 9.

¶ Deponatur clericus, qui tabernam, aut ergasterium habere voluerit. Cap. III.

NVlli clerico licet tabernã, [α] aut ergasteriũ [g] habere.

piunt comessationib. & ebrietatibus, propter hoc debeant suspendi. uel excommunicari. Et respondet quod non: quia multitudo est in causa, in quam seueritas

f ¶ Qui in proposito.] Vt Deo deuoti conuersi. 12. q. 1. duo, &c.

NVlli clerico licet.] g ¶ Ergasteriũ.] Id est stationẽ.

 a ¶ Quia-

Si enim huiusmodi, tabernam ingredi prohibetur; quanto magis [a] alijs ministrare in ea? si quis vero tale quid fecerit, aut cesset, [b] aut deponatur.

α ¶ Tabernam, aut ergasteriũ. *Graecè est, καπηλικὸν ἐργαστήριον, idest,* cauponariam tabernam.

Item ex concilio Carthagin. 3. c. 27.

¶ Nisi necessitate compulsi clerici tabernas non ingrediantur. Cap. IV.

CLerici, edendi vel bibendi causa tabernas nõ ingrediãtur, nisi peregrinationis [c] necessitate compulsi.

Aquisgr. conc. c. 90. Burc. l. 2. c. 130. Iuo p. 6. c. 204.

Item Gregorius Natali episcopo, lib. 2. reg. indict. 10. epist. 14.

¶ Corripiendus est episcopus, qui conuiuijs occupatur. Cap. V.

a MVltis ab vrbe tua venientibus, frater charissime, didici, pastorali cura derelicta, solis te cõuiuijs occupatũ, quæ audita nõ crederem, nisi hæc actionũ † [d] tuarum experimentis ad probarem. Nã quia nequaquam lectioni studeas, nequaquã exhortationi inuigiles, [e] sed ipsum quoque vsum ecclesiastici ordinis ignores, hoc est in testimonium, [f] quod eis, sub quibus es positus, seruare reuerentiam nescis.

† Adde q actio hic accipitur pro actu. simile. l. magistratuum. C. de ado. & in l. 3. ff. de offi. procons. & infra 100. d. rationis.

Idem ad eundem, lib. 2. epist. 37.

¶ De eodem. Cap. VI.

COnuiuia, quæ ex intentione impendendę charitatis fiũt, rectè vestra fraternitas † in suis epistolis laudat. Sed tamen sciendum est; quia tũc ex charitate veraciter prodeũt, cum in eis nulla absentium vita mordet, [g] nullus ex irrisione reprehenditur; nec in eis inanes sæcularium negotiorum fabulæ; sed verba sacræ lectionis audiũtur, cum non plus, quàm necesse est, seruitur corpori; sed sola eius infirmitas reficitur, vt ad vsum exercendę virtutis habeatur. Hęc itaque si vos in vestris conuiuijs agitis abstinentium, † [h] fateor, magistri estis.

† al. sanctitas.

† al. abstinentia.

[Item ex concilio Nannetensi.]

PALEA Cap. VII.

NVllus presbyterorum, quãdo ad anniuersariũ diem trigesimum aut septimũ, vel tertiũ alicuius defuncti, aut quacumq; vocatione ad collectam presbyteri cõuenerit, se inebriare vllatenus præsumat, nec precatus amore † sanctorũ, vel ipsius animę bibere, aut alios ad bibẽdum cogere, vel se aliena precatione ingurgitare; nec

De consec. dist. 5. c. nullus. Burc. l. 2. c. 161. Iuo p. 6. c. 252.

† al. in amore.

a ¶ Quanto magis.] Cui non licet minus, non licebit & maius, vt hic, & 24. q. 1. miramur. & 74. dist. gesta. 14. q. 5. pęnale. 1 sicut in casu conuerso, scilicet cui licet maius, & minus. 26. q. 2. visis.

1 Ad idem 30. q. 3. pytacium. ff. de inter. & rele. l. relegatorũ. §. ult. Arch.

b ¶ Aut cesset.] Sic 35. dist. c. 5.

c CLerici.] ¶ Nisi peregrinationis.] No. q permittitur viatori, qd alij nõ permittit, Arg. simile inf. 11. qõ. 3. quoniam multos.

MVltis.] Hæc est 2. pars huius d. in qua reprehendit quidam Natalis episcopus, qui semper erat in comessationibus. ita q officiũ suum nesciebat, & ita alijs detrahebat. & hoc probatur per hoc c. & per c. seq. Io. de Fant.

CASVS. In hoc cap. reprehendit Grego. Natalem episcopũ, qui tãtum cõuiuijs deseruiebat, in quibus vita absentium reprehendebatur, & inanes fabulæ cantabantur: quod ex eo apparebat, quia neque lectioni, neque exhortationi insistebat: neque suis maioribus reuerẽtiam exhibebat.

d ¶ Actionũ.] Arg. præsumi contra aliquem quãdoq; propter crimẽ præteritũ 18. di. peruenit, 2 34. q. 1. cũ p bellicam. Quandoq; ex præsenti circa præsens, ut hic quãdoque circa futurum. 50. d. si quis diaconus. Quandoque ex præterito circa præteritum. 22. q. 1. nõ est. quãdoq; ex præterito circa futurũ 23. q. 5. si apud. & 82. dist. plurimos.

2 Vbi de hoc & extra de præsu. scribã & C. de adul. l. qui. 32. quæ. 1. si quis inuentę. extra de elect. officij Archid.

e ¶ Inuigiles.] Quæ duo, scilicet lectioni studere, & exhortationi inuigilare, sũt opera pontificis. 36. dist. c. ult.

f ¶ In testimoniũ.] Hic unum factum probat aliud, vt 1. q. 1. constat. &c.

COnuiuia.] CASVS. Idẽ Natalis eps excusabat se, q a reprehensus fuit p cõuiuia, q faciebat, dicẽs q bona intentione & causa impendendæ charitatis hoc faciebat. Sed Gregorius dicit, q tunc fiũt ex charitate, cum vita absentium non reprehenditur, nec inanes fabulæ recitantur. sed verba sacræ lectionis, & cum infirmitas sola reficitur: & qui hæc in suis conuiuijs facit, magister est abstinentiæ, quæ autem sequuntur vsq; ad distinctionem, plana sunt, & per se patent.

g ¶ Mordetur.] Vnde versus. Quisquis amat dictis absentium rodere vitam. Hanc mensam vetitam nouerit esse sibi.

h ¶ Abstinentium.] Nota quod abstinens dicitur qui bene

plausus,& risus inconditos, & fabulas inanes ibi referre;aut cantare presumat,aut turpia ioca,vel vrso vel tornatricibus ante se fieri † patiatur: nec laruas dęmonū ᵃ ante se ferri consentiat:quia hoc diabolicum est, & a sacris canonibus prohibitum.

† *al. facere permittat.*

ᵃ ¶ Dęmonum. *Burchardus addit*, quas vulgo Talamascas dicunt.

[*Item ex eodem.*]

¶ De eodem. PALEA. Cap. VIII.

Burch. l.2.c.162. Iuo p.6.c.253. † *decanus, aut aliquis.* Burchar.

QVando autem conuenerint presbyteri ad aliquod conuiuium, aliquis † prior illorum, versum ante mensam incipiat,& cibum benedicat: & tunc secūdum ordinem sedeant,alter alteri honorem præbentes, & per vices cibum & potum benedicant,& aliquis de illorum clericis aliquid de sancta scriptura legat. Et post refectionem similiter sanctum hymnum dicant ad exemplū Domini; sicut in cœna fecisse legitur: & sic se contineant omnes presbyteri,maximè in talibus locis,vt non vituperetur ministerium illorum.

Matth.26.

[*Item ex eodem.*]

¶ De eodem. PALEA. Cap. IX. C. XII.

Burch.lib.2.c.164. Iuo p.6.c.255. † *al. ministerium.*

QVando presbyteri per Kalendas simul conueniunt post peractum diuinum mysteriū, † ad necessariā collationem, non quasi ad plenam refectionē, sed quasi ad prandium,ibi ad tabulas residean:ne per talia inhonesta conuiuia se inuicem grauent: quia indecens est, & onerosum; sæpè etiam tardè ad ecclesiam redeuntes maius damnum de reprehensione cōsequuntur,quod † de grauedine mutua contrahunt,quàm lucrum ibi † faciant. Nam de huiusmodi conuentu Paulus Corinthios reprehendit: qui inconuenienter cœnam Dominicam manducare conueniebant.Sic & qui ad cęnam Dominicam, idest ad collationem verbi sub occasione conueniunt,& ex veritate † ventris causa coniunguntur; reprehensibiles coram Deo & hominibus habentur.Et ideo peractis omnibus,qui voluerint, panem cum charitate in domo fratris sui simul cum fratribus frangant,& singuli singulos bibere faciant;& maximè vltra tertiam vicem poculum non contingant,& sic ad ecclesias redeant.

† *&* † *al. cibi.* *1.Cor.11.* † *al. ingluuitate.*

Item ex concilio Laodicensi,c.55.

¶ Christiani ex symbolis conuiuia non celebrent. Cap. X.

Conc. Aquisgr.c.83. Rab.in pę.c.27. † ista sunt addita loco cuiusdā glossæ.

ᶦ NOn oportet ᵃ ministros altaris, vel quoslibet clericos, aut etiam laicos Christianos ex symbolis, ᵇ [quæ † vulgus comessalia appellat] conuiuia celebrare. ᶜ

Item ex concilio Toletano 3.c.7.

¶ Sacrarum scripturarum lectio sacerdotalibus semper conuiuijs misceatur. Cap. XI.

Burc.li.2.c.169. Iuo p.6.c.260. Rab.in pęn.c.28.

PRo reuerentia ᵈ Dei, & sacerdotum id vniuersa sancta constituit synodus,vt (quia solent crebro mensis otiosæ fabulę interponi)in omni sacerdotali conuiuio lectio diuinarum scripturarum misceatur.Per hoc enim & animæ ædificantur ad bonum; & fabulæ non necessariæ prohibentur.

Item ex concilio Martini Papa,c.61.& 66.

Apud Martin. Brac.

benè conadit, & cōtinēs dicitur qui tamen cognoscit vxorem suam,vt 31.dist. Nicæna.

NOn oportet.] Hæc est tertia pars dist.in qua dicitur, q̄ nullus debet facere cōuiuium de confertis.i. de symbolis: quod in vulgari dicitur, eschot. & ad hoc probandū ista tria c. inducuntur. Ioan.de Fant.

a ¶ Non oportet.] Hic habent quidam ca. nullus.quod est, ĭ.de confect. dist.5. nullus.

b ¶ Ex symbolis.] Symbolum est quādo plures conferūt ad conuiuia facienda. idem est confertum.

c ¶ Celebrare.] Nã vt ait Iuuenalis. Miserum est aliena viuere quadra.

d PRo reuerētia.] infra de consecra.distin.5. in omnibus.

Non

NOn liceat.] ¶Hymno.] inf. de consecr. dist. 2. panis, & calix. & c. didicimus.

SEquitur.] Hæc distinct. diuiditur in quatuor partes. In quarum prima probatur per septem auctoritates, quòd prælati non debent esse accensi ad iram vel perturbationem. Secunda ibi, [Salomon.] Tertia ibi, [Ex his.] Quarta ibi. [Percussor.] Io. de Fan.

CASVS. In hac 45. d. prosequitur 9. ca. Apostolicæ regulæ, oportet episcopum nõ esse percussorẽ: quia nõ debet esse irascibilis, & perturbati sensus, sed patiens exẽplo Christi, qui dorsum posuit ad flagella. Et primo probat quòd prælati non debent aliquẽ percutere vsque ad §. Salomõ postea allegat in contrariũ vsque ad §. [Ex his.] Not. ergo quòd est percussio spiritualis: & est percussio corporalis. Spiritualis est cũ quis indiscreto sermone corrigit aliquos, ista prohibet vt inf. c. vlt. Corporalis est illa, quæ manu fit. & ista vbi fit ex ira, vel odio, vel ad hoc vt magis timeatur, peccatũ est, vt infra ea. c. 1. sed si fit causa correctionis, [1] licita est ei qui habet potestatem in eũ, vt infra ca. cum beatus. & 35. d. ante omnia hoc tamen scias, quòd episcopus suis manibus neminẽ verberabit, vt 86. d. non liceat. sed per aliũ põt, ut 5. q. 5. illi, non tamen per laicũ, sed per clericum, si clericus fuerit verberãdus, vt extra de sent. excõ. vniuersitatis. nisi penitus sit incorrigibilis. tũc etiam per laicũ põt, ut extra de sent. excom. c. ut famę. Itẽ distinguẽdũ est circa qualitatem ipsarum personarum, quæ corrigẽdæ sunt, & etiã circa quantitatem criminum. nam qui sunt in minoribus ordinibus constituti, licite verberantur etiam pro minoribus criminibus, vt inf. ea. §. Salomon. & 35. d. ante. sed maiores non sunt verberandi nisi pro maiorib. uel enormibus criminibus, ut inf. ea. cum beatus. & 35. distin. ante. Sunt tamen alij casus, in quibus licitè percutitur clericus, ut no. 16. q. 4. si quis suadente.

Percussio est duplex.

[1] De hoc membro dic ut leg. & no. ext. de sent. excom. cum voluntate. ver. quòd etiam de his.

Corrigens debet multa attendere.

Clericus an possit verberari.

QVidam autem.] CASVS. Quidam prælati erant, qui vt magis timerentur, suos clericos verberabant. Et præterea homines ad fidem verberibus, & non prædicatione cogebant: sed dicit Gregor. in hoc capit. quòd hoc facere non debent. & hoc probat auctoritate Pauli dicentis: Argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Et auctoritate concilij, in quo statuitur, vt nullus clericus percutiatur: qui contrafecerit, triduo suspendatur.

¶ Canones.

¶ De confertis nec conuiuia facere, nec ante horam diei tertiam clericis comedere licet. Cap. XII.

Burch. l. 2. c. 165. Iuo p. 6. c. 236. c. 66.

NOn liceat sacerdotes, vel clericos, sed nec religiosos laicos conuiuia facere de confertis. ¶Nec oportet clericos, vel laicos religiosos ante sacram horam diei tertiam inire conuiuia, nec aliquando clericos, nisi hymno [a] dicto, comedere panem; & post cibos gratias auctori Deo referre.

Si ergo laicis comessationes damnabiles sunt, multo magis sacerdotibus imputantur ad gehennam. Venter enim pinguis (vt Hieronymus ait) crassum sensum generat: cum sacerdotalis sensus contra vigil esse debeat, & tenuis: atq; ideo edacitatis vitio obnoxij in sacerdotes ungi non debent. Hi enim (vt ait Gregorius in moralibus) qui adhuc vitiorum bello subiacent, nequaquam per prædicationis usum præesse magisterio cæterorũ debent.

Epist. ad Nepotianum.

Lib. 23. c. 10.

DISTINCTIO XLV.

SEquitur, [non percussorem.] Non enim oportet episcopum ita esse irascibilem, & perturbati sensus, ut percutiat, qui debet esse patiens: sed sequatur eum, qui dorsum posuit ad flagella.

1. Tim. 3. & ibi glo. ordin. & Ansel. et Hier. ad Oceanum.

Vnde Gregorius scribit Ioanni episcopo Constantinopol. lib. 2. epist. 52. al. c. 91.

¶ Verborum correptione, non verberibus timeri debet episcopus. Cap. I.

Io. Diac. li. 3. c. 9. Polyc. li. 4. tit. 9.

QVid autem de episcopis, qui verberibus timeri volunt, canones [b] dicãt, † benè fraternitas vestra nouit. Pastores etenim facti sumus non percussores: & egregius prædicator dicit: [Argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina.] Noua vero, atq; inaudita est ista prædicatio, quæ verberibus exigit fidem. [c]

2. Tim. 4.

† Ar. quòd sufficit allegatio generalis nõ expresso li. de quo per gl. in verbo, continebat, in c. continebatur. de desp. impub.

Item in concilio Romano sub Syluestro c. 17.

¶ De eodem. Cap. II.

NEminem † [d] quisquam peccantem clericum cæde attingat, non presbyter, non diaconus non episcopus clericum, vel seruitorem ecclesiæ ad cædem perducat. Sed si ita causa exigit clerici triduo [e] priuetur honore, vt pœnitens redeat ad matrem ecclesiam.

† Nemo] orig.

b ¶ Canones.] 86. dist. non liceat.

c ¶ Fidem.] Ad fidem enim nemo cogendus est, ut 23. q. 5. ad fidem, & inf. c. de Iudæis. sed fidem receptam cogitur quis retinere, & sic non obstat 23. q. 4. quia nos. & q. 6. iam vero.

Fidem suscipere nemo cogitur.

d NEminem.] ¶ Peccantem.] Dum tamen non nimis enormiter excedat, vel intellige quòd clericus in sacris ordinibus constitutus non est grauiter & immoderate verberandus. & sic non obstat extr. de sent. excom. vniuersitatis. Ioan. de Fan.

2 Et sic non ob. extra de sent. excom. vt famæ. Io. de Fan.

e ¶ Triduo.] Similis suspensio est 5. q. 3. in loco ßis.

Qui

QVi fincera.] CASVS. Neapolitani verberabāt Iudęos vt ad fidem conuerterentur: nec permittebant eos suas festiuitates celebrare. De hoc conquesti fuerunt Iudæi Papæ. Præcipit ergo Papa Neapolitano archiepiscopo, ne hoc fieri permittat: quoniam non asperitatibus, sed rationibus, & auctoritatibus veter. testamen. sunt commouendi, & admonitionibus ad fidem sunt conuertendi. alias eorum conuersio erit inutilis. si autē conuerti noluerint, in ferijs, & festiuitatibus suis, quas ipsi & parentes eorum hactenus coluerunt, inquietari, nō permittat. sed liberam habeant licentiā celebrandi.

a ¶ Blandimentis.] Vel ēt munerib. ut 23.q.4.c. vlt. licet arg. sit contra. 1.q.1. quam pio. 22.q.2. primum.

b ¶ Cæremonias.] Cæremoniæ dicuntur sacrificia Iudæorum, quia cereis exercebantur supra d.6.§.his ita.

c ¶ Licentiam.] Sed nonne Iudæi mortaliter peccant ista faciendo? quomodo ergo dat eis licentia peccādi mortaliter? Item si peccant mortaliter, quare nō puniuntur, cum ipsi in alijs delictis puniantur, vt 17.q.4. cōstituit. ext. de vsu. post miserabilē? Sed dic quod non dat eis hic licentiam peccandi: sed liberationem a pęna, & est simile 4.d. deniq; & 21.q.2. placuit. 23.q.1. paratus. Ad aliud rňdeo. quod si Iudæi ab hoc prohiberētur, ergo iam cogerentur ad fidem & hæc vera sunt dūtamen ipsi in contēptū nostrę fidei non exerceāt talia, vt C. de Iudæ. Iudæos, & extra de Iudęis, & si Iudęos.

Ecclesia quare permittit Iudęos mortaliter peccare.

1 Nam celebrare, & exercere illa cæremonialia ē peccatū mortale, unde Hier. Cultus legis ab aduentu Chri non differt ab idololatria. Arch.

Item Gregorius Paschasio episcopo Neapolita. lib. 11. epist. 15.

¶ Non asperis, sed blandis verbis ad fidem sunt aliqui prouocandi. Cap. III.

QVi sincera intentione extraneos a Christiana religione ad fidem cupiunt rectam perducere, blandimentis [a] non asperitatibus debent studere, ne quorum mentē reddita ad† planum ratio poterat reuocare, pellat procul aduersitas. Nam quicunq; aliter agunt, & eos sub hoc velamine a consueta ritus sui volunt cultura suspendere, suas illi magis, quam Dei causas probantur attendere. ¶ Iudæi siquidem Neapoli consistentes questi nobis sunt, asserentes, quòd quidam eos a quibusdam feriarum suarū solemnitatibus irrationabiliter nitātur arcere, ne illis sit licitum festiuitatum suarū solemnia colere, sicut eis nunc vsque, & parentibus eorum longis retro temporibus licuit obseruare. Quòd si ita se veritas habet, super uacuæ rei videntur operam dare. † Nam quid vtilitatis est, quando, & si contra longum vsum fuerint vetiti, ad fidem illis, & cōuersionem nihil proficit? Aut cur Iudęis qualiter cęremonias [b] suas colere debeant, regulas ponimus, si per hoc eos lucrari non possumus? Agendum ergo est, vt ratione potius, & mansuetudine prouocati sequi nos velint, non fugere, vt eos, ex eorū codicib. ostendentes, quæ dicimus, ad sinum matris Ecclesię Deo possimus adiuuāte cōuertere. Itaq; fraternitas tua eos monitis quidem, prout potuerit, Deo adiuuante, ad conuertēdum accendat, & de suis illos solemnitatibus inquietari denuo non permittat. Sed omnes festiuitates, feriasque suas, sicut hactenus tam ipsi, quàm parentes eorum per longa colentes retro tempora tenuerunt, liberam habeant obseruandi, celebrandique licentiam [c].

† al. aplanū.

Iuo p.13.c.105.

† al. adhiberet.

Item Gregorius iiij. in epistola episcopis per Galliam, & Germaniam constitutis.

¶ Non seueritate, sed beneuolentia subditos prælati corripiant. Cap. IV.

LIcet plerumq; accidant in sacerdotibus, quæ sunt reprehendenda, plus tamen erga corrigendos agat beneuolentia [d], quam seueritas, plus cohortatio, quam cōminatio † plus charitas, quam potestas, cum nemo nostrum sine reprehensione, aut sine peccato [e] viuat. Nam si Dominus statim post trinā negationem beatū Petrum apostolum præceptorem nostrum iudicasset, non tātum ex eo fructum, sicut fecit, recepisset. Expectandi [f] ergo,

Inf. ea. c. licet. Iuo p.5.c.168.

† al. commotio.

Matt.26.

Licet plerumque accidant.] CASVS. Episcopi, in Gallia, Germania, Europa statim cum perpendebant clericos suos delinquere, eos iudicabāt, & eijciebant de ecclesia sua: de quo Papa eos reprehendit, & docet, quod si aliqui clerici delinquant, nō statim fulminēt illos: sed supportēt cum nec ipsi sint sine reprehēsione, & peccato, & hoc probat exemplo Christi: qui si Petrū post trinam negationem statim iudicasset, nō tantum fructum ex eo recepisset. Et auctoritate Euangelij dicentis. Quod tibi non vis fieri, &c.

d ¶ Beneuolentia.] nam sententia, quæ misericordiā uetat, fugienda est 50. dis. ponderet.

e ¶ Sine peccato.] Vt 81.d. Apostolus. & 25. dist. 1. nunc autem.

f ¶ Expectandi. Argu. quod semper iudex potius sequeratur misericordiam quam iudicium, vel æquitatē quam rigorem, ut 86. distinct. non satis. 50. distinct. ponderet.

Sententia sit cōiuncta misericordiæ.

Iudex sit amator equitatis & misericordię.

ret 26.q.7.allegant,& 35.q.9.veniam. Ad idem.9.dist. sana.
a ¶Iudicandi.] id est,damnandi.
b ¶Scandalorum.] nam scandalum est, clericū statim puniri post delictum. sic 11.q.3.rursus.
c ¶Non vult.]Sic 1.q.6.qui se scit.

alterius iniuriam,vt extra de eccles.ædif.c.3.& ext.de app.reprehensibilis.
h ¶Concordiam.] Scilicet,ut vnus præesset alijs, ne fie-

atque corrigendi magis sunt rectores ecclesiæ,quàm statim iudicandi [a];cum maiora negotia,& difficiliores causarum exitus,sanctorum patrum canones spiritu Dei cō diti, & totius mundi reuerentia consecrati iubeant sub nostræ sententiæ expectatione suspendi,nostroq; moderamine finiri. Vnde necesse est hæc, & alia ecclesiastica quæque negotia post multarum experimenta causarum solicitus perspici †,& diligentius præcaueri : quatenus per spiritum charitatis,& pacis,omnis materies scandalorum [b],& præsumptio inuidorum [æ] atq; oppressio simplicium fratrum de ecclesijs Domini auferantur.Et sicut non vult quisquam fratrum se aliorum iudicio prægrauari;ita non audeat alij inferre, quod sibi non vult [c] fieri : Iudæi non sunt cogendi ad fidem:quam tamen si inuiti susceperint,cogendi sunt retinere.

† *prospici*] orig.

æ ¶Inuidorum.] *In epistola Gregorij iiij.(quæ est in sæpe memorato codice bibliothecæ Dominicanæ)& aliquot vetustis exemplaribus Gratiani legitur,* Iudæorum.

Vnde in concilio Toletano 4.c.56.statutum est.

DE Iudæis.] CASVS.Quidā cogebant Iudæos ad fidem,& ideo statutū fuit in concilio Toletano, ne de cętero ad fidē, per vim adducantur: quia cui vult, Deus miseret: & quem vult indurat. Admonēdi ergo sunt,& nō cogendi. Veruntamen si iam coacti sunt ad fidē, sicut factū fuit temporibus principis.Sisebuti : quia iam sacramenta diuina receperunt, cogendi sunt ea seruare: ne nomen Domini blasphemetur in eis:& fides quam susceperunt, cōtemptibilis habeatur. Sequens c.satis planum est.
d ¶Saluandi sunt.] quia nullus inuitus fit bonus,vt 23.q.6.vides.
e ¶Coacti sunt.] Coactio conditionalis de qua hic loquit nō impedit sacramētū baptismi nec etiā sacramentū ordinis, vt 74.dist.vbi. impedit tñ sacramentum matrimonij, [2] vt extra de spon. cū locū, sed si fuerit absoluta coactio, nullus character imprimit, ut extra de bapt.maiores,sed in dormiētibus & amentibus distinguitur, ꝙ si prius habeāt propositum baptizandi,recipiūt characterem : aliter non, vt ibidem dicitur in fine.eo.ꝙ dormiens possessionem nō acquirit, ut ff.de acq. poss.l.1.§.1.
f ¶Vilis.]No.pp vilitatem uitandā aliquid fieri.100.d.prisca,& c.seq.

Coactio est duplex.

[2] Arg.cōtra 22.q.4.inter vbi de hoc. ibi videas.

¶Sicut non sunt Iudæi ad fidem cogendi:ita nec conuersi ab ea recedere permittuntur. Cap. V.

DE Iudæis aūt pręcipit sancta synodus nemini deinceps ad credendū vim inferri.[Cui enim vult Deus miseretur,& quem vult indurat.] Non enim tales inuiti saluandi sunt [d], sed uolētes,ut integra sit forma iustitię. Sicut enim homo proprij arbitrij volūtate serpenti obediens perijt,sic vocante se gratia Dei propriæ mentis cō uersione homo quisque credendo saluatur.Ergo non vi, sed liberi arbitrij facultate vt conuertantur, suadendi sunt,non potius impellendi. Qui autem iampridem ad Christianitatem coacti sunt [e] venire(sicut factum est tēporibus religiosissimi principis. Sisebuti)quia iam constat eos sacramentis diuinis sociatos baptismi gratiam suscepisse,& chrismate vnctos esse, & corporis, & sanguinis Domini extitisse participes; oportet, vt fidem, quam etiam vi,vel necessitate susceperunt,tenere cogantur,ne nomen Domini blasphemetur, & fides, quam susceperunt,vilis [f], & contemptibilis habeatur.

Burch.l.4.c.82. Iuo p.1.c.276.& p.13.c.94. Pann.l.1.c.72. Rom.10.

Item Leo Papa, epist.82. ad Anastasium episcopum Thessalonicensem,c.1.

¶Beneuolentia plus quàm seueritas erga corrigendos agat. Cap. VI.

LIcet nonnunquam accidant, quæ in sacerdotalibus sunt reprehendenda personis,plus tñ erga corrigēdos agat beneuolentia,quam seueritas, plus cohortatio quàm comminatio †:plus charitas,quam potestas. Sed hi, qui quæ sua sunt,quærunt, non quæ Iesu Christi, facile ab hac lege discernuntur, & dum dominari magis, quàm consulere subditis quærunt, placet honor, inflat superbia,& quod prouisum est [g] ad concordiam [h], tendit ad noxam.

sup.ead.c.licet plerumque. Poly.l.4.tit.29.
† *al.commotio.*

g LIcet.] Et quod prouisum est] simile est quod dicit decre.qd alicui proprietate cōcedit. nō debet redundare in

fieret schisma, ut 63. dist. legimus. & 89. dist. in. ad hoc.
Episcopum.] CASVS. Statutum fuit in canone Apostolorum, ut nullus episcopus, presbyter vel diaconus percutiat fideles delinquentes, uel infideles uolens ab eis timeri, quod si fecerit, deponatur: quia Dominus hoc nisi pro grauioribus, & mortalibus culpis. Et hoc probat auctoritate Apostoli, qui pcipit arguere & obsecrare in patientia & una rõne: qa si quis incaute honorabiliora mẽbra pcutit, sibi debitã subtrahit reuerentiã: iuxta illud Sapiẽtis, Leuiter castigatus reuerentiam exhibet castigãti: & q secus fecerit iuxta uerberũ modum pœnam excõmunicationis & exilij sustinebit.

Item ex canone Apostolorum, cap. 28. iuxta priscam versionem.

¶Deijciantur ab officio presbyter, & diaconus & episcopus verberibus timeri quærens.

Cap. VII.

Ansel. li. 6. c. 159. Polyc. li. 4. tit. 9.

EPiscopum, aut presbyterum, aut diaconũ percutientem fideles delinquentes, aut infideles inique agentes, & per huiusmodi volentem timeri, deijci ab officio suo præcipimus; quia nusquam nos, docuit [a] hoc Dominus. Econtrario vero ipse cum percuteretur, non repercutiebat: cum malediceretur, non remaledicebat: cum pateretur, non comminabatur.

1. Petri 2.

Item ex concilio Bracarensi 3. c. 6.

¶Non verberibus, sed verbis subditos episcopi corripiant. Cap. VIII.

2. Tim. 4.

c ¶ Suadere.] Plus enim est suadere, quam compellere. ff. de ser. cor. l. 1. §. persuadere & plus punitur suasor, quam faciens. 89. dist. tanta. Ioan.

¶ Post perpetratum homicidium sacerdotale officium ministrari non potest. Cap. IIII.

Ivo p. 6. c. 114. & p. 10. c. 51. Panu. l. 3. c. 153.

Miror [a] minus doctam scientiam tuam sacerdotẽ putare post perpetratum homicidiũ [b] posse in sacerdotio ministrare, imò (qđ est ineptius) nobis suadere [c] velle, vt ipsi tali præsumptioni pberemus assẽsum. Quis enim tam demẽs, tamque peruersi sensus, tale quid æstimaret, vel post quantamcunque pœnitentiam concedẽdum, cum omnino sit canonicæ disciplinæ contrarium? Debet ergo sacerdotio priuatus lachrymarum fonte flagitium tam immane diluere, vt talibus saltem remedijs curatus, salutis possit inuenire suffragium.

Item Nicolaus Papa.

¶ Ad maiorem gradum clericus prouehi non potest, qui paganum occidit. Cap. V.

Ivo p. 6. c. 120.

Clericum, qui paganum occiderit, [d] nõ oportet ad gradum maiorem prouehi, qui carere etiam debet acquisito: homicida enim est. Nam cum discreti sint milites sæculi a militibus ecclesiæ, non conuenit militibus ecclesiæ militare [e] sæculo, per quod [f] ad effusionem sanguinis necesse sit peruenire.

Clericum. CASVS. Cleric⁹ qdã occidit paganũ. postea volebat ad ordines ꝓmoueri maiores, quæsiuit quidã episcop⁹ an posset? Et rñdet Papa, quod non: imo carere debet etiam acquisito. Nam milites ecclesiæ non debẽt sæcularẽ militiã exercere, per quã necesse sit ad sanguinis effusionem peruenire.

d ¶ Occiderit.] Spõte. B.

e ¶ Militare.] Per hoc patet qđ loqtur de illo, qui in bello fuit. hortari tñ põt clericus aliquos ad defensionem suæ ecclesiæ. 23. q. 8. vt pridem. arg. ff. de his q not. infa. ob hęc verba. §. vlt.

f ¶ Per quod.] Arg. quòd ratione vnius delicti imputantur omnia delicta, quæ sequũtur ex illo, vt 15. q. 1. si quis insaniẽs. 22. q. 4. iter. ff. qđ met. cau. si mulier. Argu. cõtra ext. de spon. veniens. ADDITIO. Et facit qđ not. inf. ca. quãtũ. in glo. hic patet, ibi dicam. Sed Ber. contra loquitur in matrimonio, in quo licet quis sua culpa cadat in metum, non nocet, ut no. extra quod metus cau. Abbas. Arch.

Imputantur multa pp vnũ delictũ.

Item Osbaldo chorepiscopo Quadrantino.

¶ Qui defendendo se paganum occiderit, sacerdotali careat officio. Cap. VI.

De his [g] clericis, ꝓ quibus consuluisti, scilicet qui se

sed diluat tam immane flagitium lachrymis; vt possit inuenire suffragium salutis.

a ¶ Miror.] Hic habes quòd eps non põt dispensare 1 cum homicida: item nec cũ simoniaco, vt 1. q. 1. erga. nisi quandoque, vt 1. q. 5. c. 1. & vlt. Ioan. De simoniaco est exp̃ssum extra de elect. c. penul. vbi dr, qđ si aliquo ignorante sit commissa simonia, eps cum eo potest dispensare, si in simplici beneficio sit commissa simonia: secus si in prælatura si aũt eo sciẽte sit facta: episcopus non potest dispensare cũ eo. ext. de simo. nobis. B. Item nec cum deposito ꝫm quosdam. vt 2. q. 6. ideo. Item nec cum eo qui excõicatus, celebrat. vt 11. q. 3. si quis eps. & 7. q. 1. si quis presbyter. licet sit arg. contra 2. q. 5. quãto. Sed illud de mandato Papæ. Item nec cum eo qui accedit ad iudicum sæculare, vt 21. q. 5. si quis eps. Item nec cum bigamo, vt ext. de big. c. de bigamis. & 34. dist. lector. Io. Nec dispensat hodie cũ filijs presbyterorum, vt ext. de fil. presby. c. pen. vbi scilicet ministrauit pater immediate. B. Dispẽsat autem in plerisque criminib. vt notaui 1. q. 7. §. nisi rigor. & generaliter vbi non prohibetur epo dispensatio, semp dispensare põt, vt extra de sentẽ. excom. nuper. licet quidam dicant, q in illis solis casibus dispensabit vbi a iure ei permittitur; quia cum in quibusdam criminib. ei cõceditur dispensatio, vt extra de iud. at si clerici. ergo in alijs ei prohibetur. argu. 25. dist. qualis. & C. de procu. maritus. Et licet dispensatio sit ius, quod peti non potest: tamen qñque eps tenetur dispensare, vt infra ca. vt constitueretur. in fi. &c. si quis diaconus, & cap. domino sancto, & 1. quæst. 7. di-

1 Scilicet in ordine, sed 1 beneficio sic ext. de cler. pugn. in du. Hericus, infra. eo. psbyteros. & ca. studeat. Dici põt, q hoc ca. miror. loquitur in homicida notorio, siue manifesto, & voluntario. de hoc, leg. & not. inf. eod. de his vero. Ar.

De his.] CASVS. Quidam clerici defendendo se, paganum occiderunt: quare quæsiuit Quadrantinus episcopus, an peracta pœnitentia possint ad pristinum gradum redire, vel ascendere ad altiores? Et respondet q non, quia Papa non dat eis licentiam aliquem hominem occidendi; & ideo melius est illis in gradu inferiori irreprehensibiliter famulari, quam alta indebite appetendo in profundum inferni demergi.

g ¶ De his.] Circa illos, qui cõmittũt homicidiũ, distingue sic: quia aut cõmittit homicidiũ ex necessitate, aut ex casu, aut ex volũtate. Si ex necessitate: aut illa necessitas est euitabilis: aut ineuitabilis. Si est euitabilis, ad superiores ordines non potest ascendere: sed in iam susceptis toleratur. 2 ut inf. ead. de his clericis. Si fuit ineuitabilis necessitas, sine omni dispensatione potest ministrare in ordine iam habito sed ad superiores habẽdos petet dispensationem, vt extra de homicid. suscepimus. &c. 2 Nec obst. ext. eod. lator. vbi dr q ad superiores talis licitè promouetur: qa hoc intelligo ex dispensatione. 3 Ioan. Sed certè quidquid dicat Ioan. de necessitate ineuitabili, capitulum videtur expresse dicere q talis necessitas in nullo obsit, vt inf. ca. quia te quasi ob noxium. De hoc notaui in quæstionibus. B. Si uero casu committitur homicidium: aut dedit operam rei licitæ, aut non. Si dedit operam rei licitæ, ei non imputatur: sed potest ministrare in suscepto, & ascendere ad su-

Homicidiũ vtrum impediat promouendos, & deijciat iam promotos.

2 Scilicet de mĩa, ut not. ext. de hom. sicut. ubi plene de hoc.

3 Vel dic q ibi fuit casus fortuit⁹, ut not. inf. ca. de his clericis. in glo. 1. in fi. Arch.

1 Et c. hi q & ca. si duo. nisi forte grande scandalum inde oritur: qa tunc inducitur ei purgatio. ext. eod. ex literis 1. & no. ext. de homic. cum dilectus i gl. qui tñ. & c. q fuit gl. uin.

superiorẽ, vt extra eo. c. vlt. & inf. ea. sæpe. 1 & ext. eo. Ioannes. Sed si illicitæ rei operam dedit, tunc nec in suscepto potest ministrare, nec ad superiorem ascendere, vt inf. ea. clerico. & c. si quis voluntate. Si vero voluntate occidit nunquam dispensandum est cum eo secundum quod loquitur ca. mitor. H. tamen cũ suo rigore dixit q i nullo casu pōt homicida pmoueri: qa potius debet quilibet permittere se occidi, quã aliũ occidere, vt 32. q. 5. ita ne. & dicit quòd hoc uerbum, consulendi, ponitur p verbo præcipiendi, vt 28. q. 1. sic enim. Item secundum H. etiam si crimẽ homicidij sit occultũ: tñ post pænitẽtiam nō pōt exequi suũ officiũ. secus est i alio crimine alio. vt inf. ea. de his. nisi i simonia. Io. Ex hoc expresse dr ext. de tẽp. ord. ca. vl. & ita duo crimina tñ excipit: scilicet simoniam, & homicidium. Argu. ext. de accus. inquisitionis. B. Alij autẽ plerique di ũt q siue sit homicidiũ, siue aliud crimen, dummodo sit occultũ, post penitentiã bene exequit officiũ suum sine omni dispẽsatione licet nō possit pmoueri. Sꝫ i simonia post nullam pęnitẽtiam potest exequi officiũ suũ. 1. q. 1. ergo. Hodie aũt obtinet opinio H. circa crimen occultum, vt ext. de accus. inquisitionis. B.

a ¶ Defendẽdo. Incaute sine moderamine. cuilibet eñi licitũ ẽ se defendere cũ moderamine, vt su. di. 1. ius naturale. & extra de app. c. significauit. C. vnde vi. l. 1.

d ¶ Si quis.] Iudex executor & assessor in causis criminalibus non possunt promoueri. hoc non est ratione peccati: quia non peccant ista faciendo. 2 vt 23. qō. 4. quæsitum & 5. quæst. miles. sed propter irregularitatem, quam ex tali facto contraxerunt.

2 Ideo dicebat Ber. q istud c. intelligebatur de illis qui nō peccauerũt.

defendendo, [a] paganum occiderit, si postea per pęnitẽtiam emẽdati possint ad gradum pristinũ redire, aut ad altiorem cōscendere, scito nos nullam occasionem dare, nec vllam tribuere eis licẽtiam quemlibet hominẽ quolibet modo occidendi. Verum si contigerit, vt clericus sacerdotalis ordinis saltem paganum occiderit, multum sibi cōsulit, si ab officio sacerdotali recesserit; satiusq; est illi in hac vita Domino sub inferiori habitu irreprehẽsibiliter famulari, quam alta indebite appetendo damnabiliter in profundum demergi.

Item ex concilio Agathensi, c. 50.

¶ Cadat ab officio episcopus, presbyter, aut diaconus capitale committens crimen. Cap. VII.

SI episcopus, presbyter, aut diaconus capitale crimen commiserit, aut chartam [b] falsauerit, aut falsum testimonium [c] dixerit, ab officij honore depositus in monasterium retrudatur, & ibi quamdiu vixerit, laicam tantummodo communionem accipiat.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 26.

¶ Qui homicidij, facto, aut præcepto, aut consilio post baptismum conscius fuerit, clericus non ordinetur. Cap. VIII.

Apud Mar. Brac.

SI quis [d] viduam, aut ab alio dimissam † duxerit, nō admittatur ad clericatum. Quod si irrepserit, deijciatur. Similiter, si homicidij aut facto, [e] aut pcepto, [f] aut consilio, [g] aut defensione α [h] post baptismum [i] cōscius fuerit, & p aliquam subreptionem ad clericatum venerit, deijciatur, & in fine vitæ suæ † laicam communionem tantummodo recipiat.

Ansel. l. 7. c. 11. Ex cā. 14. Apost. † al. relictam.

† al. sua communionem recipiat.

α ¶ Defensione. *In codice Lucensi Regio, (in quo sunt etiam hac capitula a Martino Bracarensi episcopo collecta) & apud Anselmum, & in editione conciliorum tribus tomis in margine legitur,* assensione. *cui lectioni conuenit quod legitur in concilio Triburiensi, c. 11. circa finem.*

Item Gregorius Ianuario episcopo Calaritano, lib. 3. epist. 26.

SI eps.] CASVS. Quæsitum fuit in concilio Agathen. quam pœnam deceat pati eps, presbyter, vel diaconus, qui capitale crimen commiserit, vel chartam falsauerit, uel falsum testimonium dixerit? Et respondet, q deponi debet, & detrudi in monasterium ad agendam pœnitentiam: vbi donec uiuit, non nisi laicam tantummodo communionem accipiat.

b ¶ Aut chartam.] Dic ut sup. 19. dist. in memoriam.

c ¶ Testimonium.] Infra 3. q. 9. presbyteri. 2

SI quis viduam. CASVS. Statutum fuit in concilio Martini Papæ, q si quis duxerit in vxorem uiduam uel relictam: aut homicidium commiserit facto præcepto, consilio, uel defensione, post baptisma promoueri non potest: & si irrepserit, deponatur & eijciatur. & in fine suæ vitæ communionem accipiat.

e ¶ Aut facto.] Vt miles.

f ¶ Aut præcepto.] Vt iudex.

g ¶ Aut consilio.] Vt assessor. & ita ex cōsilio punitur aliquis. contra illud. ff. man. l. 2. in fi. & l. denique. Sed nunquid addi debet de uolũtate? arguitur quod sic 1. q. 4. quia præsulatus. in fine. quod non concedo licet ante quam fiat, uellet illud factum esse: uel post factum, gratum habeat.

h ¶ Defensione.] Euitabili. B.

i ¶ Post baptismum.] Ergo si ante baptismum, potest. Bazianus dixit: si ante baptismum occidit non peccando, ut iudex, non potest promoueri quia non tollitur irregularitas: sed si occidit peccãdo tollitur totum Io. Et sic melioris conditionis est peccans quam non peccãs. De hoc quid iuris sit, notaui in quæstionibus. 36. dist. in gl. uidetur. B. 3

Consilium facit ut quis puniatur.

Homicida ante baptismum an promoueri possit.

3 Quæstio uenialis est: de qua habuisti 2 1. di. in pri. & ibi de hoc. & 51. dist. in sum. & 26. d. dein de Arc.

PEruenit.]CASVS. Episcopus Caralitanus restituebat clericos lapsos in crimen fornicationis ante pœnitentiã, uel post: prohibet Greg. dicens quòd tales carere debent sacris ordinibus: & ad altaris ministerium nunquam accedere.

a ¶ Fue-

¶De sacris ordinibus lapsi reparari non possunt. Cap. IX.

Poly. l. 4. tit. 39. Ansel. l. 8. c. 20. Iuo par. 6. c. 78. Pann. l. 3. c. 133.

PEruenit ad nos, quosdam de sacris ordinibus lapsos, vel post pœnitentiam, vel ante, ad ministerij sui officium reuocari: Quod omnino prohibemus, & in hac re sacratissimi quoq; canones cõtradicunt. Qui igitur post acceptum sacrum ordinem lapsus in peccatũ carnis fuerit;[a] sacro ordine ita careat, vt ad altaris ministerium vlterius non accedat.

Idem Venantio Lunensi episcopo, libro 4. epist. 5. seu cap. 49.

¶De eodem. Cap. X.

Poly. ibidem. Ansel. l. 8. c. 21. Iuo par. 6. c. 83.

ACcedens ad Gorgonam insulã fraternitas vestra discutiat id, quod ad nos de Saturnino presbytero[b] perlatum est. Peruenit namque ad nos, quia postquã pro crimine lapsus sui, à sacerdotij ordine est deiectus, ad explendum ministerium sacerdotijs præsumit accedere, & omnipotenti Deo hostias immolare. Quod si ita factum fraternitas vestra repererit; eum sacri corporis, & sanguinis Dominici participatione priuatũ in pœnitentiã redigat: ita vt vsque ad diem obitus sui in eadem excommunicatione permaneat, & viaticum tantũmodo exitus sui tempore percipiat. Sin autem eum fraternitas tua talem pœnitentiam agere cognouerit, vt ei iustè ad recipiẽdã inter laicos communionẽ, & ante exitum debeat misereri: hoc in tuę[c] fraternitatis ponimus potestate: *& infra.*

Eodem li. 4. epis. 16. seu c. 60. Pann. lib. 3. c. 132.

¶Præterea ad fraternitatis tuæ consulta respõdentes statuimus, diaconũ, & abbatem[d] de portu Veneris,[e] quem indicas cecidisse,[f] ad sacrum ordinẽ nõ debere, uel posse vllo modo reuocari. Quem quidem sacro ordine priuatum in pœnitentiam deputare te cõuenit: cuius si postea actus, cõuersatioque meruerit; priorem[g] inter alios monachos, (vbi tu tamẽ decreueris) standi locum obtineat.[h] Subdiaconi quoq; quos similis culpa cõstringit, ab officio suo irreuocabiliter depositi, inter laicos communionem accipiẽt. In portu autem Veneris, loco lapsi diaconi, aliũ, qui hoc officiũ implere debeat, ordinabis. Saturninum vero presbyterum, vt nũquã ad sacri ordinis ministeriũ p̄sumat accedere, scriptis cauere decreuim⁹: sed eũ i insula Gorgon, atq; Capraria solicitudinẽ[i]

a ¶ Fuerit.]De quo fuerit conuictus, vel confessus. & hoc 1 uerum est nisi episcopus cum eo dispensasset, ut extra de iudi. at si clerici. Sed cõne canonista prohibet episcopo dispẽsare in hoc casu? non: sed redarguitur indiscreta dispensatio, ut dixi extra de præb. de multa.

1 Scilicet q canones contradicunt in hac re, &c.

ACcedens.]CASVS. Hoc cap. loquitur de quodam presbytero Saturnino, & de quodam diacono abbate, & de quibusdam subdiaconis. presbyter Saturninus propter suum delictũ depositus fuit: & tamẽ post depositionem Missas celebrauit. Diaconus uero abbas & subdiaconi mortaliter peccauerunt, crimen fornicationis cõmittendo. Vñ Lunẽ eps quæsiuit quã pœnam isti pati deberent. Et rñdet Greg. q Saturninus presbyter careat communione corporis & sanguinis Christi donec uixerit. in fine tamen uiaticum accipiat: nisi antea episcopo uisum fuerit ei esse miserendum. & in scriptis caueat, ut de cætero Missam non cãtet: & gerat curam monasteriorũ in insula Gorgonia & Capraria sine p̄iudicio alicuius. Diaconus uero abbas semper ab ordine sacro depositus erit; qui tñ poterit inter alios monachos priorẽ locum obtinere. si eius conuersatio meruerit; sed ordinẽ nõ obtinebit, in cuius loco debet ali⁹ ordinari. Subdiaconus uero irreuocabiliter deponetur: laicam tñ cõionem accipiat.

b ¶ Præsbytero.] Ergo clericus degradatus nõ retinet ordinem arg. 54. dist. ex antiqs. & 11. q. 3. episcopus: & 15. q. vl. si qs presbyter. & 23. q. vl. clerici. & idem uidetur p hoc quod dicitur inf. inter laicos communionẽ. Sed tñ dico q characterẽ semp retinet. per id quod habes 1. q. 1. qd quidam. & 32. q. 7. licite. arg. 81. dist. dictũ. Vnde qui percutit ipsum incidit in canonem: saltem in memoriam pristinæ dignitatis, vt ff. de decur l. vl. & ff. de quęst. vnius. §. seruus & de cõsecr. dist. 4. ostẽditur. 2 quod non credo cũ careat omni priuilegio clericali: 2 nec credo q conficiat. 3 quia omnẽ potestatem amisit. B.

Degradatũ percutiẽs incurrit excõicationem.

2 Adde quæ no. in addi. c. 2. de pen. lib. 6. & ca. dominus in gl. in uers. sacrilegiũ. inf. 93. dist.

3 Hæc fuit opin. Rayn. quam rec. Goff. & B. extra de cle. excom. mi. cap. 1.

c ¶ In tuæ.] Ergo episcopus potest remittere pęnitentiam iniunctam a Papa sic. 33. q. 2. latorem.

ADDITIO. Vel de hoc ut ibi. Argu. cõtra 15. dist. c. 2. in fi. ibi uideas. De hoc etiam not. 26. q. 7. tempora.

Abbas quem ordinem debeat hẽre.

d ¶ Abbatem.] Ergo abbas potest esse diaconus: quia abbas potius est nomẽ officij quàm dignitatis. 18. q. 2. c. 1. immo in minoribus ordinibus cõstitutus potest esse. 4 abbas extra de ætate & quali. tuam.

4 Verum est dispẽsatiue: & sic loquit decre. tuam. ibi: ex tua, &c.

e ¶ Veneris.]Existentem.

f ¶ Cecidisse.]Per crimen.

g ¶ Priorem.]Idest, ut sit monachus, ut prius fuit: non tamen erit abbas.

h ¶ Obtineat.]non ordinem, uel dignitatem.

i ¶ Solicitudinem.]Vt sit procurator loci, licet sit infamis: quia infames non excluduntur a ciuilibus muneribus.

1 Ista opin. efficitur tenetur per glo. & Docto. in c. cum deputati de iudi. &c. imperatorum de iuram. calum. Spec. in tit. de procu. §. 1. uer. item quod è infamis & Alexáder de imo. in l. reum crimi nis. in fi. C. de procur. Infamis potest esse procurator.

ribus. 1 sed honorib. Argu. C. de his qui non imple. sti. facra. soluti sunt. l. 1. lib. 10. & ext. de aeta. & qualit. etiã, & sic procurator monasterij potest esse infamis: sed nõ procurator episcopi. 5. q. 3. quia eps. quia non requiritur summa in eis perfectio integritatis. ut 16. q. 1. legi.

vt inf. ea. considerãdum. VII. non fuit penitus immunis. vt extra de homicid. c. sicut. §. illi quoque: tñ hoc exemplum non competit. quia istud fuit ante baptismum. f ¶ Augustinus. Qui fuit Manichæus. 3 sed ante baptismum: & ideo non competit exemplum, &c.

3 Arg. contra. 22. q. 6. vides. ubi de hoc.

Ponde-

POstquam.] CASVS. Episcopus qdã depositus fuit: canonici uolebãt alium eligere. Archieps uel primas disturbabat eũ restituere nolens: qđ dicit Greg. de iure fieri nõ posse: & cum ecclesia vltra tres menses vacare non debeat. præcipit Greg. Archiepo, ut deprecationi canonicorum consentiat. & loco depositi alium ordinet.

a ¶ Tres menses.] Tres dantur ad electionem à die mortis: & alij tres menses ad consecrationem petendã. inf. 100. d. qm. & 63. d. obeuntibus, & ext. de elec. ne pro defectu. nisi per necessitaté prorogetur ut 28. d. de Syracusanæ.

Electio an fieri debeat intra tres menses.

2 De hoc 61. d. Ofius. &c. bene nouit. ibi de hoc.

ECONTRA. Hæc est secũda pars huius distinctionis, in qua magister probat cõtrariũ eius, quod supra probatũ est: scilicet, quod post lapsum possunt reparari, probat inquã per exépla, & per nouẽ auctoritates. Io. de Fant.

CASVS. Supra probatum est, quod lapsi post pœnitentiã nõ sunt restituendi. Mõ Gratianus probat cõtra, scilicet quod possunt restitui, & ad altiora cõscendere: & probat octo exemplis; scilicet Mariæ, & Aaron, Dauid, Achab, Petri & Pauli, Augustini, & aliorum, quorum nomina in sequenti palea ponuntur: qui omnes post peccatũ sunt restituti.

b ¶ Econtra.] Maria, &c. de hoc dicitur 2. q. 7. §. itẽ obijcitur.

c ¶ Aaron.] Hæc historia habetur 45. d. disciplina.

d ¶ David. Hæc historia dicitur 2. q. 7. §. item cũ Balaam.

e ¶ Lapidauit. Idest, lapidantib. cõsensit, custodiendo vestes,

de monasterijs gerere, & in eo, in quo est statu, sine cuiusquam aduersitate manere permittimus.

a ¶ Presbytero.] *In vetusto codice epistolarum B. Gregorij, & aliquot antiquis exemplaribus Gratiani legitur*, ex presbytero; *itemque inferius in hoc eodem capite*. Saturninum vero ex presbyterum. *siue vt in impressis B. Gregorij*. ex presbytero. *Depositos enim presbyteros, ex presbyteros, & eos, qui monasteria deseruerant, ex monachos appellabant, sicut illi qui consulatum, aut quæsturã gesserant, exconsules, aut exquæstores vocari soliti fuerant.*

Item Mariniano episcopo Rauennati, lib. 6. epist. 39. seu, c. 203.

¶Loco lapsi alius ordinandus est. C. XI.

POstquam quemquam criminaliter abscedentem, † in locũ, de quo lapsus est, nulla permittit ratio reuocari; & ultra tres menses a ecclesiam vacare Pontifice statuta sacrorum canonum non permittũt: ne cadéte pastore dominicum gregem antiquus (quod absit) hostis insidiando dilaniet; fraternitas vestra deprecationi eorum consentire, & in loco lapsi debet episcopum ordinare.

Ansel. li. 8. c. 25.

† *al: cadentem.*

dist. 75. quoniam.

Item Martinus Papa I. in epistola ad Amandum.

¶Qui post ordinationem suam in lapsum ceciderit, sacra mysteria non debet tractare. C. XII.

SI post ordinationem suam quispiã in lapsum ceciderit, & præuaricationis peccato fuerit † deprehẽsus, obnoxius, omnimodo prohibendum est, eum manibus lutulentis, atque pollutis mysteria nostræ salutis tractare.

† *al. deprehendatur.* orig.

2 *Econtra* b *exemplis, & auctoritatibus probatur, post actam pœnitentiam proprios gradus licite posse administrare, & ad maiores conscendere. Maria enim soror Aaron postquam lepra percussa est, quia in Moysem murmurauerat, acta pœnitentia a peccato mundata, & sanata est, & pristinam gratiam prophetandi recepit. Aaron* c *autem post conflatum vitulum, etiam in summum sacerdotem consecratus est. Dauid* d *post adulterium, & homicidium spiritum prophetiæ recepit, & in proprio* † *gradu permansit. Achab quoque post mortem Nabuthæ viri sanctissimi per pœnitẽtiam humiliatus in regia sede remansit. Et vt prætereamus multa exempla noui testamenti, Petrus negauit Christum, & tamen postea Princeps Apostolorum factus est: Paulus Stephanum lapidauit,* e *& tamen a Deo in Apostolum electus est. Multi quoque ab hæresi ad vnitatem catholicæ fidei reuertentes in suis ordinibus sunt recepti; alij vero ad episcopalem etiam gradum sunt promoti, vtpote Augustinus,* f *& alij complures.*

33. q. 2. c. hoc ipsũ.

Num. 12.

Exo. 32.

2. Reg. 11. & 12.

† *al. pristino.*

3. Reg. 21.

Matth. 26.

Ioan. 21.

Act. 7. & 9.

Burc. l. 1. 235.

Iuo in prologo.

Pann. in prologo & c. 31.

I ¶De eodem, PALEA. C. XIII.

IOãnes Chrysostomus a duabus synodis orthodoxorũ

episcoporum fuit dijudicatus, † sed iterum fuit restitutus Marcellus episcopus Ancyræ Galatiæ depositus fuit, sed postmodum proprium recepit episcopatũ. Asclepius diiudicatus a synodo, ecclesiam suam postea recepit. Lucius episcopus Adrianopolites dãnatus a Papa Iulio recepit ecclesiam sui episcopatus. Cyrillus episcopus Hierosolymitanus depositus fuit, postea recõciliatus est ecclesiæ suę. Simili modo Polychronium eiusdem ecclesiæ. Hierosolymitanæ pontificem Sixtus Papa damnauit, & iterum ipse eum reconciliauit. Innocentius Papa Photinum episcopum damnauit, sed postea eum in proprium locum restituit ecclesię suæ. Misenum a episcopũ a Fœlice Papa damnatum Gelasius Papa successor illius reconciliauit, † & ecclesiæ suæ restituit. Leontius dũ esset presbyter, depositus fuit, sed postea in Antiochia Patriarcha extitit. Gregorius vero quartus Papa Theodosium, quẽ Eugenius eius antecessor presbyterij honore priuauerat, sanctæ ecclesiæ Signinæ consecrauit episcopum. Ibas namque episcopus dijudicatus fuit, sed sãcta synodus canonica suam illi restituit ecclesiam. Rothadũ vero episcopum sanctæ Suessionensi ecclesiæ a synodo, cui Carolus interfuit, condemnatum, & Sophronium† Placentinum episcopum merito reprobatum, Nicolaus Papa ambos reconciliauit.

¶ *Caput hoc vetustioribus codicibus abest: in vulgatis inscribebatur,* Item ex Epistola Cyrilli ad Ioannem Antiochenum: *quæ inscriptio sublata est, quoniam quæ in hoc capite tractantur, ex varijs historijs sunt collecta, & aliqua longe post Cyrillum, & Hierosolymitanum, & Alexandrinum contigerunt. Neque apud Burchardum, & Iuonem vlla talis inscriptio est, sed tantũ in Pannormia.*

a ¶ Misenum.] *Antea legebatur,* Nicænum, *Emendatum est ex Burchardo, Iuone, & c. Gregorius. inf. 35. q. 9. Atque in Põtificali Romano manuscripto in vita Nicolai primi hæc legũtur.* Sicut Beatus Papa Fœlix Vitalem, & Misenum episcopos, qui in Petro Alexandrino hæretica fæce coinquinato coacti consenserant, sacerdotali gradu, ecclesiastica immo communione priuauit.

Præterea Calixtus Papa I. de huiusmodi scribit, ita epis. 2. ad episcopos Galliarum.

¶ Clerici post lapsum in suis ordinibus reparari possunt. C. XIIII.

PONderet[a] vnusquisq; sermones suos, & qđ sibi loqui non vult, alteri nõ loquatur. Vnde bene sacra ait scriptura. (Quod tibi[b] nõ vis fieri, alteri ne facias. Nos enim tempore[c] indigemus, vt aliquid maturius agamus. Nec præcipitemus consilia, & opera nostra, neque ordinem corrũpamus. ¶ Sed si aliquis lapsus quocũq; modo fuerit portemus† eũ, & fraterno corripiamus affectu: sicut ait Beatus Apostolus: ([d]Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, q spiritales estis, istruite huiusmodi ĩ spiritu lenitatis, cõsiderãs teipsum, ne & tu tẽteris. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legẽ Christi.) ¶ Porro sanctus Dauid[e] de criminib. mortiferis egit pęnitentiã & tamen in honore permansit. ¶ Beatus quoq; Petrus amarissimas lachrymas fudit, q̃do Dñm negasse pænituit: sed tamẽ Apostolus per-

---

Margin (left): † al. induratus. — sim. Papa dij. — 35. q. 9. c. Gre. — † al. & communicauit. — † al. Suffrenum.) vel Suffredum, vt j. 6. q. 3. denique Suffredus. — Tob. 4. Burc. l. 19. c. 42. Ivo par. 6. c. 48. — † non perdamus ibi, sed fra. orig. — Gal. 6.

Gloss (right): PONderet. CASUS. In hoc c° ostẽdit Calixtus Papa, q clerici post lapsum peracta pœnitẽtia possunt in pristinum statum restitui. Et hoc pbat auctoritatib. & exemplis xj. Prima est in principio capituli. Secunda pbatio incipit ibi. (Sed si aliqui lapsus.) Et adhoc inducit auctoritatem Apostoli: Si præoccupatus, &c. Tertia ibi. (Porro sãctus Dauid.) Quarta ibi. (Beat° quoq;) quinta ibi, (Peccator.) Sexta ibi. (Errant itaq.) Septima ibi. (Nũquid q dormit.) Octaua ibi (Redde mihi.) Nona ibi. (Vade, & amplius noli peccare.) Decima ibi. (Nõ ego.) Vndecima ibi. (Susam.)

a ¶ Ponderet.) Grauis erit q libet ĩ uerbis, Vt 4. q. 3. §. item in criminalib. ver. ĩ testib. & qui cito fatur ad pniam ꝓperat, vt dicit Seneca. & potest quis in ꝓprio facto petere inducias ad respõdendũ, ut ff. de Itetrog. act. q interrogat. an hæres sit: nã testis repentinus, &c. 5. q. 5. sed aliud.

b ¶ Quod tibi.) In Tobia.

c ¶ Tempore.] Nã ratio temporis mutat constitutionẽ. vt 34. di. fraternitatis.

d ¶ Apostolus.] Ad Galatas.

e ¶ Dauid.] Hoc exẽplum nõ competit, nã nihilomin° fuit dictum ei: Nõ ædificabis mihi domum: quia vir sanguinum es. inf. de conse. dis. 1. c. 1. & 1. q. 7. si qs omnem.

Dauid prohibitus est ædificare.

a ¶ Mini-

mansit. Et Dominus per prophetam peccãtibus pollicetur, dicens: (Peccator in quacunque die conuersus ingemuerit omnium iniquitatum illius non recordabor amplius:) Errant enim qui putãt Domini sacerdotes post lapsum, si condignam egerint pœnitentiam, Domino ministrare [a] nõ posse; & suis honoribus frui, si bonã deinceps vitam duxerit, & suum sacerdotium condigne custodierint. Et ipsi, qui hoc putant, non solum errant, sed etiam contra † traditas ecclesiæ claues disputare, & agere vidétur: de quibus dictũ est: (Quæcunque solueritis in terra, erunt soluta & in cœlo.) Alioquin hæc sententia aut Domini non est, aut vera est. ¶ Nos uero indubitanter tam Domini sacerdotes, quam reliquos fideles post dignã satisfactionem posse redire ad honores credimus; testante Domino per Prophetam: (Nunquid [a] qui dormit, [b] non adjiciet [c] vt resurgat [d]?) Et propheta Dauid pœnitentiã agens dixit: (Redde mihi lętitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me.) Ipse namque post pœnitentiã, & alios docuit, [e] & sacrificium Deo obtulit, dans exemplum Doctoribus sanctæ ecclesiæ, si lapsi fuerint, & condignam pænitẽtiam Deo gesserint, vtrumque facere posse. Docuit enim q̃do dixit: (Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.) Et sacrificium Deo prò se obtulit, dum dicebat: (Sacrificium Deo spiritus cõtribulatus:) Videns enim Propheta scelera sua mũdata per pęnitentiam non dubitauit prędicando, & Domino libãdo curare aliena, *& infra.* ¶ Mundatur ergo homo a peccato: & resurgit gratia Dei lapsus, & in pristino manet officio iuxta prædictas auctoritates, Videat, ne amplius peccet, vt sentẽtia Euãgelij maneat in eo: (Vade, & amplius noli peccare) Vnde ait Apostolus: Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentijs eius.) *& infra.* ¶ Sententiam, fratres, quæ misericordiã [f] vetat, non solum tenere, sed & audire refugite, quia potior est misericordia omnibus holocaustomatibus, & sacrificijs.

¶ Nunquid.] *In epistola Calixti, & apud collectores indicatos legitur:* nunquid, qui cadit, non adjciet, vt resurgat? & qui auersus est, non reuertetur? *& alibi:* nolo, inquit Dominus, mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat. *Quæ duæ sententiæ habentur Hier. 8. & Ezech. 33. Sed ob glossam nihil est mutatum.*

Ezech. 18.

Poly. l. 4. tit. 33. Pann. l. 3. c. 148.

† al. traditas ecclesiæ claues despicere videntur) infra ex Aug. c. vt constituer ret.

Matth. 18.

Greg. l. 7. epist. 53.

Psalm. 40.

Psal. 50.

Rom. 6.

Item. 8.

Item Hieronymus ad c. 3. Malachiæ.

¶ In pristinum gradum per pænitentiam reuocari possunt sacerdotes. C. XV.

ET purgabit [g] filios Leui; tempus [h] est enim vt iudiciũ incipiat a domo [i] Dei. (& alibi [k] scribitur:) A san-

Malach. 1. Pet. 4.

a ¶ Ministrare.] dispensatiue si crimen est manifestum: vel ipso iure, si crimen est occultum. extra de tempor. ord. c. Vlt.

b ¶ qui dormit.] In peccato.

c ¶ Non adijciet.] i. non conabitur bene operando.

d ¶ Vt resurgat.] Per pœnitentiam.

e ¶ Docuit.] i. doctorum se promisit: & sic eo ipso q̃ quis promittit se uelle docere, Deo obligatur. sic. 21. dist. in nouo, ubi similiter arguit: Anacletus ex illa auctoritate: Dabo tibi claues. i. dabo. in corpore mortali: & sic futurum ponitur p̃ præsenti. Vt de consecr. d. 2. in Christo. ff. de ver. sig. uerbũ erit B. simile 23. q. 5. §. hic notãdum ibi. da. &c.

Docere se velle promittens. Deo obligatur.

f ¶ Miam.] Si enim in aliquo redarguendi sumus, melius est miæ reddere rõnẽ, q̃ crudelitatis. 35. q. 9. veniã. & j. 26. q. 7. alligãt & 11. q. 3. nemo. j. 86. d. nõ satis. inf. 1. q. 7. exigũt. su. dist. 9. sana quippe.

Excedẽdum ẽ potius circa miam, q̃ circa crudelitatem.

ET purgabit filios.] CASVS. Probat Hier. post pactam pniam sacerdotes posse Deo placere, & sacrificare sibi sicut ante peccatũ faciebant. Et hoc probat auctoritate Malachiæ dicẽtis, sacerdotes vete. testa. purgãdos esse & colãdos, ut puri remaneãt, sicut aurũ & argentũ, vt Deo digne offerãt. Ita & alij dt Gre. cũ emẽdati fuerint poterũt offerre, & placebit Deo sacrificiũ eorũ, sicut dies sæculi, & anni antiqui Dño placuerãt, i. sicut ante peccatũ Domino placuerãt, ita & post peccatũ emendati placẽt, & placere debent.

g ¶ Et purgabit. Verba Malachiæ sũt. Ecce ueniet Dñs exercituũ, & quis potest cogitare diem aduẽtus eius, & q̃s stabit ad uidendum eum? Ipse eñ quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum, & sedebit conflans, & emundans quasi aurũ, & argentũ, & purgabit filios Leui, & colabit eos quasi aurũ, & argẽtũ, & erũt offerẽtes Dño iusta sacrificiũ, & placebit Domino sacrificiũ. Iuda & Hierusalem sicut dies sæculi, & anni antiqui.

h ¶ Tempus. n. &c.] Verba Petri in epistola canonica. ADDITIO. Primæ Petri 4. c.

i ¶ A domo.] idest, sacerdotibus. Omnia enim * mala a sacerdotibus processerunt. 24. q. 3. transferunt.

** Vide glossã in capite iste allegato.*

k ¶ Et alibi.] In Ezechiele c. 9.

l ¶ Vnde

a ¶ Omnem.] Arg. quod de vno dicitur, de omnibus intelligitur, vt 61. dist. miramur & 24. quæst. 1. quodcunque.
b ¶ Antiqui.] Id est, patres sancti.
c ¶ In principio.] Id est, ante peccatum. arg. inf. prox. c.
d ¶ Sic post peccatum.] Immo plus, infra ead. cap. fidelior.

Ezechiel. 9.

ctis meis incipite] In filijs autem Leui omnem [a] sacerdotalem intellige dignitatem. Si autem sacerdotes purgādi sunt, & colandi, vt purum aurum remaneat & argentū; quid de cæteris est dicendum? Qui cum emundati fuerint, & colati; tūc offerent Domino iusta sacrificia, & placebit sacrificium eorum, quod offerunt pro Iuda, & Hierusalem, hoc est pro ijs, qui Dominum confitentur, & pacem eius mente conspiciunt (sicut dies sęculi, & sicut anni antiqui [b]:) vt quomodo in principio [c] placuerūt Deo, sic post peccatum [d], & pœnitentiam placere incipiant, cum omni fuerint peccatorum sorde purgati.

Item Gregorius Secundino, lib. 7. epist. 53.

¶ Lapsi reparari possunt; C. XVI.

Rub. in pœ. c. 1. Burc. l. 10. c. 43. Ivo par. 6. c. 85. Pann. l. 3. c. 147.

QVia sāctitas tua hoc a nobis requisiuit, vt sibi de sacerdotali officio post lapsum resurgendi auctoritates scriberemus; dum se dicit de hoc canones diuersos legisse, & diuersas sententias inuenisse, alias resurgendi, alias nequaquam posse: Ideo nos a generales synodos à Nicæna incipiētes, hanc cum reliquis quatuor [e] veneramur; quia ipsam sequentes cæteræ in cunctis canonicis sententijs vnanimiter concordant. Nos vero præcedētes patres sequi debemus, qui auctore Deo à sacra doctrina illorum non discordamus. A capite [f] itaque incipientes vsque ad quartum [g] altaris ministrum, hanc formam seruandam cognoscimus, vt sicut minorem maior præcedit in honore: ita & † in crimine [h], & quem maior sequitur culpa, maiore plectatur vindicta; & sic postea † pęnitentia credatur esse fructuosa. ¶ Quid enim prodest triticū [i] seminare, & fructum [k] illius non colligere? aut domum construere, & non illic habitare? Post dignam igitur satisfactionem credimus posse rediri ad honorē. *& infra.* ¶ Ad fontem misericordiæ recurrentes Euangelij proferamus sententiam (Gaudeo [l], inquit, super vno peccatore pęnitentia agente, magis quam supra nonagintanouē iustis, qui non indigent pœnitentia.) Et ouem perditam, nonagintanouē [m] nō errantib. relictis in deserto [n] †, humero pij pastoris ad ouile reportatam Dominus ipse testatur. Si ouis perdita errans post inuentionem ad ouile humero reportatur; cur post pœnitentiam ad ecclesiæ ministerium lapsus nō reuocetur? Sicut β in Apocalypsi dicitur de ministro ecclesiæ. (Memento vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima [o] opera fac. Quid enim est grauius, aut carnale delictum admittere, sine quo pauci [p] inueniuntur: aut Dei filium iureiurando negare? In quo tamen hunc ipsum beatum Petrum Apostolorum principem, ad cuius sacrum corpus indigni sedemus; lapsum esse cognoscimus. Sed post negationem pœnitentia secuta est, & post pœnitentiam misericordia data est; quia postea ab apostolatu eum non expulit, qui ante quidem ipsum se negare prędixit.

† al. & crimine.
† al. vindicta, quæ post pœnitentiam.
α Luc. 15.
† in deserto.] abest ab ori.
β Apoc. 2.

QVia sanctitas tua.] CASVS. Secundinus inueniebat cōtrarias auctoritates de reparatione lapsorū, quare supplicauit Greg. vt solueret ei has contrarietates: & scriberet sibi de clericis lapsis, vtrū possint post pęnitentiā reparari. Greg. vero ei satisfaciēs ostendit lapsos pacta pęnitētia, posse in statū pristinū reduci, sequens concilia & antiquos patres, & hoc probat exēplis & rationib. sex. Prima rō est ibi.) Quid enim. Secundū exēplū vel ratio est ibi. (Aut domum.) Tertia ibi. (Gaudeo,) Quarta ibi. (Et ouem.) Quinta ibi, (Sicut in Apocalypsi.) Sexta ibi. (Quid enim grauius.
e ¶ Quatuor.] Scilicet Cōstātinopolitana, Ephesina, Chalcedonensi, & Ancyrana, de qua habes inf. ea. domino 1.
f ¶ A capite.] idest, episc. opo.
g ¶ Vsq. ad quartū.] i. subdiaconatum.
h ¶ Ita & in crimine.] Inf. 24. q. 1. non afferamus.
i ¶ Triticum.] idest, pœnitentiam.
K ¶ Et fructum.] id est, restitutionem.
l ¶ Gaudeo.] Ideo dicit, gaudo, quia post pęnitentiam fortior resurgit homo, vt infra ea fidelior 2.
m ¶ Nonagintanouē.] Per hunc numerū designātur nouē ordines Angelorū, de quib. habes. ſ. de pę. dist. principiū.
n ¶ In deserto.] id est, in cęlo: qp diabolus p casu deseruit.
o ¶ Et prima.] Arg. q restituti possunt accusare & testificari. ar. ſ. ea. ferrum. & ea. dño sancto.
p ¶ Pauci.] difficile n. est continere, vt 28. d. de his & 33. q. 5. qui sitit: nec tñ ideo minus delictū est, vt 2. q. 1. multi. in fi. & 32. q. 7. flagitia, & licet istud sit naturale, non tamē excusat. vt ff. ad leg. Aquil. si seruus. §. si fornicarius. ...

1 De istis habet 15. d. c. 1.
2 Secundum hunc intellectum istud, magis, quod est in textu tenetur comparatiuè, & legitur de re iis iustis & loquit quadam similitudine vulgari Archid.

Qvid est.] CASVS. Probat Greg. in hoc ca. ꝙ prælati post lapsum peracta pœnitentia, ex officio suo prædicare possunt & hoc probat exemplo Ezechielis prophetæ, qui cum staret & videret similitudinē quatuor animalium, & quatuor rotarum, cecidit in faciem suā, & Dn̄s dixit ei: Fili hominis, ista supra pedes tuos & loquar tecum. Iacenti ergo in pctō prophetę dr̄ vt resurgat per pęnitentiam, & post pęnitentiam ad prædicandū mittitur, prę-lati similiter in peccato iacentes prædicabūt, sicut fecit ꝓpheta. Nam cū stant in peccato superbiæ prælati, dignum est, vt ad bona opera cōsurgant per pn̄iam. Et no. ꝙ in prædicta auctoritate stare dupliciter sumitur. Nā primo accipitur in mala significatione, postea in bona.

a ¶ Prophetæ. Ezechieli, Ezechie. 2.

b ¶ Stans.] Hic stans accipitur in mala significatione, & prīº in bona. & ita est hic arg. ꝙ aduocatus varijs modis pōt iura exponere, sicut hæc auctoritas, Verbum caro factum est. vel illud: veritas de terra orta est, quandoque exponitur, id est. Christus de virgine natus est, vt 35. q. 10. c. 1. quandoque exponitur, idest, cōsilio de pœnitente. de pę. d. 1. quicunq; argu. contra 23. q. 7. quod autē. Sed hæc diuerso respectu.

| Iura vario modo possunt exponi.

ADDITIO. Ad idem ext. de ap. solicitudinē. in fi. vbi de hoc.

c ¶ Timore.] Seruili. s. cum quo charitas dedignatur habitare. inducit tamē iste timor filialem sicut seta filium, Vt inf. de pę. d. 2. si quis tātū.

Timor est duplex.

Ferrum.] CASVS Legit̄ In Iob, Habet argentū venarū suarum principia, & locus est auro, in quo cōflatur, ferrum de terra tollitur, & lapis calore solutus in æs cōuertitur. Per hanc auctoritatem vult Greg. probare ꝙ postquam prælatus separatus est per pęnitentiā a peccatis, debet lucidus reputari: nec debet cōspici in eo id quod fuit, sed quod modo est ad instar ferri, quod donec est sub terra, obscurum est: sed postquam separatur à terra, fit lucidum, & vtile ad secandum. Sic prælatus ad prædicandum, & ad verba diuina declarandum.

d ¶ Ferrum.] In Iob. continetur ita: habet argentū venarum suarum principia, & auro locus est, in quo conflatur: ferrum de terra tollitur. lapis calore solutus in æs conuertitur.

e ¶ Incipit.] Arg. ꝙ post pęnitentiā reuertitur quis ad priores 1 actus 11 32. q. 1. cum renunciatur, & q. 5. præceptum. in fi. & 6. q. 1. illi q. & sup. eo. c. qa sanctitas tua. in fi.

1 Ad hoc ī. eo. quia tuaver. sicut in. vbi de hoc: & 23. q. 7. vides, iuxta fi. vbi etiā de hoc.

a ¶ Ideo nos.] *In duabus editionibus epistolarum B. Gregorij legitur.* ideo generalissima, quę à Niceno cōcilio incipiunt cum reliquis quatuor inuenimus concordantia. Nam & nos præcedentes, &c. *In vno manuscripto codice est,* generalissime *reliqua eodem modo. Apud Burchardum, Iuonem. Pannormiam.* Nam nos generaliter; *cætero qui parum à Gratiano discordant.*

ß ¶ *Sicut.*] *Hinc vsque ad vers.* Quid enim. *in aliquot Codicibus epistolarum excusis, & duabus manuscriptis, Burchardo, Iuone, & Rabano non habentur.*

Item super Ezechielem, hom. 9. ad c. 2.

¶ Post acerrimam pœnitentiam lapsi reparantur. C. XVII.

Qvid est hoc, quod prophetæ [a] iacenti dicitur: [Sta supra pedes tuos, & loquar tecum.] Qui enim iacenti loquebatur, cur nō se, nisi stanti promittit esse locuturū? Sed sciendū, quia alia sunt, quæ iacentes; alia, quæ stantes audire debeamus. Iacenti. n. dicitur, vt surgat stāti autem præcipitur, vt ad prædicationem proficisci debeat. Adhuc enim nobis in infirmitatis confusione iacētibus præberi non debet auctoritas prædicationis. Sed cum iam in bono opere surgimus, cum iam recti stare cęperimus, dignum est, vt ad lucrandos alios in prædicationem mitti debeamus. Stās [b] ergo propheta visionem spiritalem vidit, & cecidit; cadens vero iam monitionis verbum suscepit, vt surgeret: surgens autem præceptum audiuit, vt prædicaret: Nam qui adhuc ex superbiæ vertice stamus cum iam de æternitatis timore [c] aliquid sentire cæperimus, dignum est, vt ad pęnitentiam cadamus. Et cum infirmitatem nostram subtiliter cognoscentes, humiliter iacemus, per diuini verbi consolationem surgere ad fortiora opera iubemur.

Ezech. 2.

Item lib. 18. Moralium c. 16. ad c. 28. Iob.

De eodem. C. XVIII.

Ferrum [d] de terra tollitur, cum fortis propugnator ecclesiæ à terrena, quā prius tenuit, actione separatur. Non ergo in eo debet despici, quod fuit; quia iam incipit [e] esse, quod non fuit [f] †.

† Concor. text. in fi. in l. 1. §. in summa. ff. de aqua plu. arc. & in le. prouinciale. ff. de verb. sign.

Item Hieronymus ad c. 3. Michea.

in fi. ff. de ædil. edi. q̄ ita ar. contra 61. d. in sacerdotib. Resp. ꝙ nunquā per penitentiam reuertitur res ad priorem statum, vt 23. q. 2. admonere. & 81. distinct. Romanus, & c. si quis clericus sed per dispensationem, vt 2. q. 3. §. notandum. in fi. Ioan. nisi in occultis criminibus, vt extra de temp. ordinan. c. vlt. B.

f ¶ Quod non fuit.] idest, qualis nō fuit, & sic non est hic aliqua fictio iuris. Vel dic quòd ius fingit eum esse nouum hominem sicut baptizatū. 26. dist. c. 1. de pœn. dist. 2. §. Romanos, & c. quomō. versi. expoliantes. alteratus tamen est. :. quæ. l. 7. §. quia ergo. sic fingit nū esse homici-

Ius multa fingit.

homicidam qui post homicidia 23.q.5.si homicidiũ.similiter fingit aliquē nō transisse qui transiuit,ut 7.q.1.mutationes,& non esse epm qui est eps,vt 2.q.7.non omnes.& c.qui nec.& esse virginē,quæ non est virgo,vt 32.q.5.proposito.& nō esse matrimoniũ quod est,vt 30.q.5.

alienigenis compellebantur idolatrare, quas postea admonitionem Esdræ dimiserunt. De isto Iesu Zacharias propheta vidit visionem quandam, quam recitat sic a Ostendit mihi Dominus, sacerdotem magnũ Iesum coram Angelo Dei,& Satã,i.vxor idololatra, stabat a dextris eius, & Iesus erat indutus sordidis vestibus. Dixitq; Angelus ad eos q corã se stabãt: Auferte ei sordida uestimenta, & date ei cãdida vestimēta.& posuerũt super caput eius cidarim, induerunt q; eũ candidis uestib.

¶Post condignam pœnitentiam pristina recipiuntur officia. C. XIX.

CVm exaudiero [a] eos,dabo eis virtutem spiritus mei, & implebo eos iudicio meo, & fortitudine.] Animaduerte in presenti loco posse docere aliquē post peccatum;si tamē uitia pristina,pœnitentia digna diluerit. Vnde Dauid post adulterium, & homicidium loquitur in psalmo.] Asperges me hyssopo, & mundabor; lauabis me,& super niuem dealbabor.]Nec sua tantum puritate contentus est; sed infert: Redde mihi lætitiam salutaris tui,& spiritu principali confirma me.]cumq.hoc fecerit,]docebo,ait,iniquos vias tuas,& impij ad te conuertentur.

Psal.50.

Item Hieronymus lib.2.contra Iouinianum.

¶De eodem. C. XX.

IEsus filius Iosedech sacerdos magnus, quamquam in typo [b] præcesserit Saluatoris, qui nostra peccata portauit, & alienigenã sibi ex gentibus copulauit ecclesiã; tamen secundum litterã post sacerdotium sordidatus [c] inducitur,& stat diabolus [d] à dextris eius: & candida [e] illi deinceps uestimenta redduntur.

Inf.de pæn.d.2.c.si enim.§.Iesus.

Item ex concilio Agathensi.cap.2.

¶Per Penitentiam clerici correcti gradum suum, & dignitatem recipiant. C. XXI.]

Et capitular. lib.7. cap.311.

Ivo p.6.c.366.

COntumaces clerici, ꝓut dignitatis ordo [f] permiserit,ab episcopis corrigantur; & si qui prioris [g] gradus elati superbia,communionem [h] fortasse contempserint,aut ecclesiam frequentare,vel officium suum implere neglexerint, [i] peregrina [k] eis cõmunio tribuatur;ita, vt cum eos penitentia correxerit, rescripti in matricula [l] gradum suum,dignitatemq; [m] recipiant.

Apud Martinũ Bracarensem.

Item ex concilio Martini Papæ,c.17.

b ¶ In typo.] Quia duxit alienigenam: sicut Christus ecclesiam.

c ¶ Sordidatus.] Quia dimisit uxorem.

d ¶ Diabolus.] idest, vxor, quæ idola coluit.

e ¶ Candida.] Quando ad consilium Esdræ reliquit illam, 28.q.1.§.1.& 2.

COntumaces.) CASVS. Quidam clerici cõmunionem fratrum, & intrare ecclesiam contemnebant, officia sua penitus negligētes: quæsitum fuit in concil. Aga. quam pœnam pati dēnt:& rñdet, q puniri dēnt ꝓut ordo permiserit, id est, maiores suspendantur officio & beneficio:& eis pegrina cõio tm̃ tribuat. minores uero acrius puniantur: qui tñ si postea resipuerĩt & penitētiam egerint, in matrice ecclesia rescribentur, & in statum pristinum reuertentur.

Clerici maiores aliter puniuntur, q minores.

2 Lau. dicit cõionem, i. cõem obseruantiam & conuersationem. Arch.

Prælatorum ecclesias negligentium punitio.

30.q.5.aliter.Sed nunquid per tales fictiones præiudicabitur iuris ueritati: ita ut nō admittatur probatio in cõtrarium?vř q sic,ut extra de regularibus.vidua.Videtur contra ut extra de renunc.super eo.& ff.quod met.cau. non est uerisimile.& una præsumptio per aliã præsumptionem tollitur.ff.de in integ.restit.l.diuus. Ego dico breuiter,q contra oēm præsumptionem admittit ꝓbatio,nisi ubi ius de iure alicuius non tm̃ p̃sumit, sed ēt certũ qd statuit. 1 nec multũ appretio illam distinctionē quorundã q est q̄dã p̃sumptio iuris,q̄dam hominis q̄dam naturæ;de quibus habes extra de despons.is qui.qa lex dicit, q per fictionē iuris ueritas non confunditur,nec deletur,ut C.de iuris dotium.in rebus.in prin.

Probatio uerā contra p̄sumptionē ad mittatur.

1 Aliàs secus. ff. de re. du. qui duos 1.3.& 4. sm Laur. q hãc sniam tenet cum Io.

CVm exaudiero.] CASVS. Probat.Aug.in hoc ca.q prælatus si diluat peccata sua per pñam, docere potest sicut prius.Et hoc probat auctoritate Esaiæ,quæ est in principio c.& exemplo Dauid.

a ¶ Cum exaudiero.]Esaias propheta 37.cap.

IEsus.]CASVS. Iudæi uenientes de Ægypto per desertũ,cũ viderent uxores suas ualde squalidas ex labore itineris,abiecerunt eas,& superinduxerũt alienigenas, qđ fecit Iesus filius Iosedech sacerdos magnus, a qbus

f ¶ Prout dignitatis ordo.]Alio.n.modo sunt puniendo clerici minorum ordinum,& alio maiorum,ut 35.d.ante omnia & 11.q.1.si clericorum.& 12.q.2.fraternitas.

g ¶ Prioris.]idest,altioris.

h ¶ Communionem.]idest, nolunt esse inter alios. 3.

i ¶ Neglexerint.]Aufertur eis officium & beneficium. Ioan.per suspensionem.secundum Hug.

K ¶ Peregrina.]Quæ aliàs dicit laica.extra de elec.c.2.

l ¶ In matricula.]Sic 2.q.1.nomen.

m ¶ Dignitatemq;.]Si enim a vigilijs deest, auferendũ est ei stipendium,ut 91.dist.clericus victum.sed si prælatus per tres hebdomabas deest,per triennium suspenditur:vel etiam si diebus solennibus deēst.ut 7.q.1.si quis in clero,si per duos menses,priuatur ecclesia, ut 7.q.1.præsentium.nisi uelis dicere hodie correctum, vt extra de cler. non residen.ex tuæ. 3 Sed an possit repetere fructus postea cum reuertitur;non videtur.C.de re milit.l.prima,libro 12. alioquin spe restitutionis facilius delinqueret,ut supra ea.dist.cap.1. Item quia pœnæ non solent repeti.ff.de condictio.indeb.pœnę,& pęnam quam quis ex suo delicto prestitit, non repetit. 4 ff.de procur. qui proprio §.pœnam. Item hic & in sequen-

3 De hoc plene no. ex. at lite nō cõte. qm̃.§.si uero.& 7.q.1.ambitionis. ibi dicã. Arc.

4 Dic quod si iustã cãm absētiæ hēt, oĩa recuperat. ff. de re milit. ex cã. [illegible] & snia rescindit ꝓbata iusta cã absentiæ.extra de re iudi.cũ Berthac.

quen. c. vf ꝙ eps possit dispensare cum deposito. Nam & Senatus restituit. ff. de postu. l. 1. §. de qua autē. & Senatus æquiparatur principi. ff. de aqua plu. arcen. quod princeps. & ecclesia habet suum senatū, vt 16. q. 1. ecclesia. argum. ad hoc 11. q. 1. epus & C. de epis. & cler. placet. Arg. contra extra de cler. nō residen. ex tuę. in fi. & dixi de hoc 2. q. 6. ideo. Ioan. Solut. cum deposito solenniter solus Papa dispensat, vt de pœn. d. 6. c. 1. in fi. B.

Papa solus cum solenniter disposito dispensat.

SI quis.] CASVS. Quæsitum fuit in cōcilio Martini Papę quam pęnam deberet pati presbyter vel diaconus, q in casu illicito calicē, vel librum ecclesiæ alienat: & respondet ꝙ non debet haberi in ordine clericorū: vel debet ab administratione causæ remoueri in iudicio .n. epi dimittitur, si cū eo voluerit dispensare.

Episcopus in hæresi dispēsat.

a ¶ Iudicio tñ episcopi.] Hic ergo permittitur episcopo dispēsare in sacrilegio. sic & in hæresi, vt infra ea. presbyteros qui. & in occultis etiam magnis. infra, de his vero. & hoc verum est nisi sit enorme sacrilegium, vt 12. q. 2. de viro.

QVOMODO. Hæc est tertia pars huius distinctionis. in qua concordant iura & dicit quod qui verè pœnitent, possunt reparari: & qui fictè pœnitent, non sunt reparandi, & hoc probat ex aucto. Io. de Fan.

CASVS. Probauit supra Gratianus, ꝙ lapsi reparari non possunt. postea probauit contrarium. Nunc vero ponit solutionem, dicens ꝙ illi qui agunt fictè pęnitentiā, nō odio criminis, sed timore vtilitatis, vel affectione honoris, non dēnt restitui: sed q verè pœnitentiam agunt, restitui pñt. Et hanc solutionem probat per sequētia c. vsque ad §. quicūque.

VT constitueretur.] CASVS. Quæsiuit Bonifa. ab Augusti. quare in ecclesia sit statutum vt clerici post pniam de criminibus non promoueantur, vel deijciantur.

¶ De eodem. C. XXII.

Bruc. lib. 3. c. 179. ex Bracarensi. Iuo p. 3. cap. 173. ex Martino, & 240. ex Bracarensi.

SI quis presbyter aut diaconus α inuētus fuerit aliqd de ministerijs ecclesiæ venundasse; quia sacrilegium cōmisit, placuit eum in ordinatione ecclesiastica non haberi. In iudicio tamē episcopi [a] dimittendum est, siue dignus sit, siue indignus in suo recipi, vt debeat gradu: qa multoties hoc ipsum, quod de sacrosancto altario contaminatum est, in episcopi potestate dimissum est.

α ¶ Diaconus.] *Sequebatur:* aut subdiaconus. *quæ duæ dictiones ex punctæ sunt, quia neque apud Martinum, aut Burchardum, aut Iuonem, neque in antiquis Gratiani codicibus habentur.*

[*Item Augustinus ad Bonifacium.*]

PALEA C. XXIII.

f ¶ Sanè.] Hanc literam intelligunt quidam de promouendo, & etiam totum cap. & ita assignantur duo casus, in quibus posterior prefertur priori. s. cum renuit prior promoueri, vel cum est simplicior quàm esse debeat in officio ad quod eligitur, & tunc lege, ille. s. posterior. tenebit nomen loci sui, i. debiti sibi priori, vel debiti ratione prioritatis.

g ¶ Propter simpliciorem.] 7. q. 1. quia, & c. petisti. contra su. d. 30. Petrus, & d. 47. de Petro.

h Et ordinationem.] idest administrationem, & dicit Archid. s. dandi, & ita simplicitas impedit promouendum

Simplicitas promouēdū impedit.

1 Adde quis dicatur simplex no. in l. 1. in prin. C. de ædilit. act.

dum 2. sed nō deijcit iam promotū. Si vis intelligere de iam promoto, dic ille scilicet simplex tenebit, idest, habebit honorē & dignitatē: q a non remouebitur, sed dabitur ei coadiutor, & hoc est, quod dicit, & ordinationem, idest, administrationem teneat ille, quem elegerit. pæ, vt pristino loco restitueretur. Scribit ergo Papa Ioanni successori Maximiani, quatenus eum in pristinū statum reducat, nisi iusta causa sit iratus contra episcopum & si est aliqua causa culpæ præcipit sibi, vt eam sibi insinuando manifestet.

a ¶ Et ordinationem.] *Quamuis in recentioribus conciliorum editionibus Coloniensibus legatur*, & ordinationi, ecclesiæ, quem elegerit episcopus, præponatur: *tamen in vetere Coloniensi, duobus Parisiensibus, & duobus codicibus conciliorum Vaticanis est eodem modo, atque apud Gratianum.*

Item Gregorius Ioanni episcopo Syracusano, lib. 11. epistola 34.

¶ In quo loco quisque ordinatus est, inuitus teneri non debet. Cap. VI.

Quorundam ad nos relatione peruenit, Cosmam, qui ex monacho monasterij sanctæ Luciæ à decessore vestro memorandæ† memoriæ Maximiano in ecclesia Syracusana [a] factus subdiaconus, atque à vobis postea in possessione, quæ Iuliana dicitur, presbyter est ordinatus, ita nimia tristitia, & loci qualitate [b] vehementer afflictū, vt vitam sibi pœnam existimet, & contritionis † suæ fugam quærat auxilium. Et ideo [c], quia tales erga subiectos nostros [d] debemus existere, quales nobis, si subiecti fuissemus, nostros volueramus esse præpositos † magnæ benignitatis est, si eum in ecclesiam, vbi subdiaconi est functus officio, sanctitas vestra reducere atque illic presbyterum voluerit constituere cardinalem. Quod, & facere, quantum arbitramur, debebitis, si tamē nihil est, quod iustè cōtra ipsum animos vestros exasperet. Si verò aliqua culpa est, suis nobis hoc epistolis vestra fraternitas, vt scire possimus, insinuet.

† Adde tex. in l. iustitia. §. iuris præcepta. ff. de iust. & iur.

† al. venerandæ.

† al. contristationis.

3 *Verum illud Gregorij de his intelligendum est, qui non causa necessitatis, sed causa ingratitudinis callide ab episcopis suis promoueri quæruntur, Illud autem Carthaginensis concilij de his intelligitur, qui nolunt obtemperare episcopis suis propter necessitatem ecclesiæ volentibus eos ad altiora promouere.*

Hanc distinctionem ex decreto Symplicij Papæ quilibet corroborare valet, qui scribens Ioanni episcopo Rauennati, epist. 2. ait inter cætera.

¶ Non est aliquis inuitus ad episcopatum pertrahendus. Cap. VII.

Vbi ista didicisti, quæ in fratrem, & coepiscopum nostrum Gregoriū non delictione† sed, inuidia perpetrasti? quem inexcusabili violentia pertrahi ad te passus es, atque vexari, vt ei honorē [e] tantū, non per animi tranquillitatem, sed per amentiā, sicut dicendū est, irrogares?

Poly. l. 2. tit. 33. Ans. l. 6. c. 66. & 67. Burc. l. 1. c. 29. Iuo p. 5. c. 140.

† al. dilectione.

2 Secundum istā sententiā, vlt. videtur, q coadiutor nō sit prælatus, & sic videtur contra, quod legitur, & no. extra de cle. egr. c. 3. vbi dicunt Tan. Gof. & B. q coadiutor est prælatus, ex quo habet curam animarū ut ibi, & codē ti. tua. ibi latius vide.

rit episcopus 2.

Quorundam.] CASVS. Maximianus episcopus Syracusanus ordinauit in ecclesia sanctæ Luciæ Cosmam monachum in subdiaconum. Postea Ioan. fecit eum presbyterum, qui successor Maximiani fuit, & posuit eum in possessione, quæ dicitur Iuliana, vbi ex loci qualitate, & tristitia affligebatur in tantum, vt vitam sibi pœnam existimaret propter, quod supplicauit Papæ, de quo conquestus est Papæ, quare Papa scribit archiepiscopo, & redarguit eum super hoc, & si de cætero talia fecerit, priuabit eum ordinatione Rauennatis, & Aemilien. Ecclesiæ. Nam priuilegium meretur amittere, &c.

e ¶ Honorem.] Hic patet, q licet, quis coactus ordinetur, tñ recipit ordinem, arg. 1. q. 1. quod quidam, & 45. dist. de Iudæis. Sed si absoluta esset coactio, tunc nullum reci-

a ¶ Syracusana.] Quæ monachorum est, sicut, & Cantuariēsis. Et ita nō est argum. hic quod monachus possit esse sæcularis canonicus: licet enī possit esse prælatus, tamen non potest præbendam habere, quæ priuatæ est vtilitatis. H. contra sentit, vt dixi 63. distin. c. 2. & 16. q. 7 in nona.

b ¶ Qualitate.] Arg. q si quis trāslatus ē d vna ecclesia i aliā ecclesiā, & deceptus est qualitate loci restituendus est. Et ita error qualitatis dissoluit matrimoniū spirituale 3. & adde quod dixi. 23. dist. c. communis.

c ¶ Et ideo.] Vt in Auth. vt cum. de appel. cog. §. considerare, coll. 8.

d ¶ Subiectos nros.] sic. 95. d. esto. 22. q. 5 de forma.

VERVM. Hæc est tertia pars huius distin. in qua soluit & dic, q præcise non est quis compellendus ad aliquā dignitatem, & hoc ꝓbat tribus auctoritatib. Io. de Fan.

CASVS. Soluit Gratianus prædictā contrarietatē, dicēs, q illud capitul. gesta intelligitur de his, qui non causa necessitatis, sed causa odij volūt clericos promouere. Illa vero c. si q. & placuit intelligūtur de his clericis, q causa necessitatis contēnunt promoueri. Et hanc distinctionem probat sequens cap.

Vbi. CASVS. Io. episcopus Rauēnas consecrauit quēdam Gregorium inuitum in episcopū,

Monachus non pōt esse sæcularis canonicus.

Error qualitatis dissoluit matrimonium spirituale.

3 Idem dicetem in socio Laur. & facit pro restitutione illius argu. ff. de adop. & si puber. Io. de Fant.

Ordinatus coacte an ordinem recipiat, & cōtinere debeat.

reciperet ordinem vt extra de baptismo, maiores. Sed nunquid ille qui conditionali coactione ordinatus est, tenetur cõtinere? Videtur ꝙ sic, vt 45. dist. de Iudæis. Itẽ quia coacta voluntas est voluntas, vt 15. q. 1. merito maxime secundum illos qui dicunt, quòd ordini sit votum annexum, vt 27. dist. diaconus 84. dist. cũ in præterito. Dicunt quidam [1] ꝙ talis teneat continere, & licet, non debeat quis cogi ad recipiẽdum ordinem, tamẽ receptũ cogitur seruare. Sed hoc non credo, vbi metus talis est, qui cadit in constantem virum, vt extra quod metus causa, c. perlatum, &c. cũ dilectus. qa integritas est res uoti, & nõ ꝑcepti. 32. q. 1. c. integritas, & continẽtia nõ debet esse nisi uoluntaria, ut 31. di. c. ante triẽniũ, & 20. q. 3. c. exigens nec dico talē in aliquo habere priuilegiũ clerici, si tamẽ nult uti eo, potest; sed tũc cõtinere tenetur. Secus autem in baptismo; qa illud est sacramẽtum salutis, & necessitatis, ideo illud cogitur retinere, ut in c. de Iudæis.

[1] Vt Lau. de hoc satis no. Goff. & Raynu. in suis summis, ut dixi sup. 45. dist. de Iudæis, ibi uideas, & not. ext. de ba. maiores. §. ult.

a ¶ Inuitum, inf. 23. q. 4. ca. dis, licet tibi contra, inf. 1. q. 6. sicut is. & cõtra, & if. 7. quæst. 1. c. scias. 2. C. de episc. & cler. l. si quemquam cõtra. Sed dico, ꝙ semper ab initio debet esse inuitus, ut dixi if. 8. q. 1. in scripturis Io.

2 Vbi de hoc plene habetur.

Honoratus.] CASVS. Archidiaconus Honorat⁹ cõtradicebat episcopo Natali, ne sacra uasa cõsanguineis daret, propter quod, ut eũ callide degradaret, uolebat ipsum inuitum cõpellere ad sacerdotium, quod antecessor Greg. prohibuit sibi ꝑscripta ad supplicationem dicti archidiaconi, ipse uero contemnes eius prohibitionem, & etiam Gregor. Honoratum inuitum in sacerdotem ordinauit, & ab archidiaconatu eum eijciens, alium loco eius substituit, qui suis moribus obtemperaret, propter quod Honoratus conquestus est postea Greg. Gregorius uero cum sæpe citasset Natalem, ut Romã ueniret, & ipse sp cõtẽneret, commisit Antonino subdiacono, ut pergens in Saloniam moneat episcopum Natalem, quatenus Honoratum in archidiaconatu restituat: quod si facere contempserit auctoritate Apostolica primo ei usum pallij auferat, & si adhuc contumax fuerit, communione corporis, & sanguinis Christi priuetur.

b ¶ Salonitanæ.] Infra 93. dist. miratus.

c ¶ Sed causa ingratitudinis.] Qui alium propter odiũ, vel ingratitudinem nominat ad dignitatem, tenetur ei ad omne damnum, quod ei inde accidit. C. si propter inimicitias creatio facta sit, l. prima, lib. 10.

d ¶ Honorem. Nam dicit lex. ꝙ ex quo quis promouetur ad maiorem dignitatẽ: amittit priorẽ. C. de primicc. l. 1. lib. 12. Et est arg. ff. ad municip. l. municeps.

e ¶ Conscius.] Arg. ꝙ qui uocatus non uenit, hoc ipso uidetur diffidere de causa. 11. q. 1. Christianis. 3. q. 9. decernimus.

f ¶ Tot scriptis.] Arg. hic ꝙ nemo puniendus est pro prima contumacia. 92. distin. cap. ult. & 84. dist. c. 1. sed fieri debet prout canon. dicit. 32. q. 4. forte, quod non est uerum, ut dixi. 4. quæst. 5. quisquis [3]. In hoc conueniunt T. Hug. & Lac. ꝙ puniri dẽt in expensis citatus si in prima cita-

Contumacia prima an faciat aliquẽ puniri.

3 In glos. sed obijcitur ibi uideas propter id quod sequitur.

Neque enim talia potuissent fieri sanitate consilij. Nolumus exaggerare, quod gestum est, ne cogamur iudicare, quod dignum est. Nam priuilegiũ meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate, *& infra*†. ¶ Denunciamus autem, quòd si post hac quidquam tale præsumpseris, & aliquem seu episcopum, seu presbyterum, seu diaconum, inuitum [a] facere fortè credideris; ordinationes tibi Rauennatis ecclesiæ, vel Aemiliensis noueris auferendas.

11. q. 3. cap. priuilegium.
25. q. 2. c. denunciamus autem.

† Concor. tex. in l. qui sint ff. de neg. gest. & in l. Iudæos. C. de pa. sacri. & temp.

Item Gregorius Antonino subdiacono, lib. 2. epistol. sextadecima indictione X.

¶ De eodem. Cap. VIII.

Honoratus archidiaconus ecclesiæ Salonitanæ [b] à sanctæ memoriæ decessore meo, missa supplicatione popoſcerat, vt ab antistite suo inuitus prouehi ad fortioris gradus ordinẽ contra morẽ nullatenus cogeretur. Hoc enim fieri sibi nõ prouehendi gratia, sed causa ingratitudinis [c] perhibebat. Pro qua re tũc iam sanctæ memoriæ decessor noster scriptis suis Natali fratri, coepiscopoque nostro interdixerat, ne prædictum Honoratum archidiaconum inuitum proueheret, neve dolorem conceptæ ingratitudinis diutius in corde retineret. Cumq; & à nobis hæc idem summopere fuerint interdicta; non solum mandata Dei negligens, sed & scripta nostra cõtemnens, præfatum archidiaconum quasi ad fortiorem honorem [d] prouehens conatus est arte callida degradare. Vnde actum est, vt eo de archidiaconatus loco summoto, alium asciſceret, qui eius obtemperare moribus potuisset. Quem Honoratum archidiaconũ arbitramur antistiti suo aliunde displicere non potuisse; nisi, quòd, cum vasa sacra suis dare parentibus prohibebat. Quam causam, subtili voluimus, & tũc sanctæ memoriæ decessor meus; & nunc ego indagatione discutere; sed ipse suorum sibi actuum conscius [e], personam ad iudicium postposuit, destinare. Proinde experientiam tuam præsentis præcepti auctoritate duximus fulciendam, quatenus conueniens in Salona, Natalem fratrem, coepiscopumq; nostrũ saltẽ tot scriptis [f] admonitum studeat adhortari, vt supra memoratum archidiaconum in suo statim loco suscipiat

Ans. l. 7. c. 75.

ma citatione non veniat, licet ius ei concedat trinam citationē: vt 24.q.3.de illicita.& C.quomodo & qñ iudex. Auth. qui semel. nec dicitur antea contumax quantum ad excommunicationem, 1 vel missionem in possessionem: puniri tamen debet in expensis, si in prima citatione

1 Arg. contra infra 24. q.4. si quis. de potentib. vbi de hoc.

contemnens promoueri, doleat minores sibi esse plates in ordine, & præbenda: & sic de nolente fiat volēs.

CONsuluit. CASVS. Victor episcopus consuluit Gelasium quid esset sibi faciendum, cum diaconi sui pro utilitate & necessitate ecclesiæ, promoueri in sacerdotes cōtemnant: q rñdet dicēs, q inuiti cōpellendi non sunt: sed debet acolythos, & subdiaconos (si digni sūt) in psbyteros ordinare, eis maiora beneficia assignando, ut hac ratione cōstricti & honorē quærant, & quæstum.

Quòd si facere hoc contumaciter, vt consueuit, forte distulerit, vsum ei pallij, qui ab hac sede cōcessus est, ex auctoritate sedis Apostolicæ interdices † a. Quem si etiam amisso pallio adhuc b in eadem pertinacia perseuerare perspexeris; dominici quoq; corporis & sanguinis eundem antistitem participatione priuabis.c

† al. contradicito.] orig.

Adhibenda est etiā disciplina, qua nolentes promoueri ad sacros ordines, ad obedientiam episcopis suis prouocentur. In minoribus si quidem ordinibus constituti paulatim per singulos gradus sunt prouehendi, vt contemnētes suis obedire episcopis, doleant sibi esse prælatos, quos prius habebant subiectos.

† al. episcopo Alexandrino.

Vnde Gelasius scribit Victori episcopo.

¶ Cum maiores ordinari contempserint, de minorib. promoueantur ordinibus.

Ansel.l.7.ca.101. Iuo p.6.ca.106. Poly.l.2.tit.31.

COnsuluit dilectio tua de suorum promotione clericorū, perhibēs, quòd diaconi ad presbyterij gradū (quo ecclesiam tuā memoras indigere d) venire detrectant. Quapropter qa inuitos fieri ecclesiastica moderatio, grauitasque non patitur; vt ex nolentibus fiant volētes, ordinatio illa potest perficere; † si † quos habes uel in acolythis, vel subdiaconis maturiores ætate, & quorum sit vita probabilis, hos in presbyteratū studeas promouere, vt qui in suis ordinibus proficere noluerint, reddātur suis inferioribus, post, minores †; ipsaque commoda e presbyteri propensius, f quàm diaconi consequantur, vt hac g saltem ratione h constricti & honorem, quem refugerant, appetere nitantur, i & quæstum.

† al. proficere.
† al. quia scilicet si quos.
Iuo p.6.ca.43.
† al. posteriores.

d ¶ Indigere.] Hoc verbum tēperat H. ita q sonat in vtilitatem, non in necessitatem. Dicitur. n. quis indigere eo qđ bonū & vtile est sibi habere. si enim necessitas esset, cōpelleret per subtractionē beneficij vel officij. sup. ea. c.3.4. & 5. licēt sit arg. cōtra su. ea. cporū. ex. de æta. & qual. quęris s̄m quàm potes soluere canones istos. illa tñ loqtur de his q hñt plura bñficia, prout ipsa litera dicit, & quod ibi dicit, priuabis, dic parte stipendiorū, nō cibus. Io. qđ quid dicatur: illi decret. qui stabis. B.

e ¶ Commoda.] Nā exhortatione pmiorum, &c. ff. de iusti. & iur. l. 1. & 23. q. 4. c. vlt. Ioan.

Presbyteri plus in decimis habeāt quàm diaconi.

citatione non venit. 2 ff. si quis ius dicenti nō obtemp. l. vna. & ita in publico conuentu responderunt Ia. T. & H. Et est arg. contra H. sententiam, quam not. 4. q. 1. in summa. Nam si post contumaciam infamis esset, non retineret ecclesiasticam dignitatem. C. de digni. l. 2. lib. 12. extra de excess. prælato. inter.

2 Adde ad hoc Bar. & Bald. & Alber. de Rosa. in l. sācimus C. đ iuridic.

a ¶ Cōtradices.] Attende archiepiscopum à subdito excommunicari posse. & eiusdem censuræ similitudine posse deponi illius auctoritate personę, à quo fuit destinatus, vt 2. q. 6. si episcopus Bar.

b ¶ Adhuc.] Arg. q crescente cōtumacia debet crescere & pœna. ff. de inter. & releg. relegatorū. Et iste ordo est seruandus, cum aliquis punitur pro contumacia, ut post admonitionē suspendatur, secūdo excommunicetur, tertio deponatur, quarto curiæ tradatur, ut 23. q. 4. fortè. in fi. 34. dist. quorundā. Sed si pro crimine quis punitur, tunc primò deponitur, postea excommunicatur, vt 81. dist. dictū. extra de iud. cum non ab homine. 3

Contumax quo ordine punitur.

c ¶ Priuabis.] idest, priuatum esse ostendes: nam eo ipso, quòd contumax erat, priuatus erat. uel priuabis quo ad hoc, vt possit vitari ab alijs in sacramentis.

3 Vbi de hoc, & ext. de test. cog. cum super.

ADHIBENDA EST. CASVS. Supra in c. placuit. & sup. c. si qui. ostensum est qualiter in tempore necessitatis volens promoueri sit puniendus. Nunc uero docet Gratianus. q si est vtilis ecclesiæ, & non vult pmoueri qualiter puocetur, ut episcopo suo in hoc obediat. Dicat enim, q minores paulatim sunt promouendi: ut

f ¶ Propensius.] Sed quomodo hoc pcedet, ubi pbendę omnes æquales sunt, potest dici quod decurrentur præbendæ eorum. Vel dic consequantur spe, non re.

f ¶ Propensius. Est hic argumen. de iure cōmuni plus presbyteros, quàm diaconos de oblationib. & decimis debere habere. argumen. 32. dist. præter hoc, qđ uerum est: sed de specialitate quandoque aliter fit. 1. q. 2. cap. ult.

ADDITIO. De hoc etiam not. 1. q. 2. c. ulti. ubi uideas. 16. q. 7. c. 1. Archid.

g ¶ Vt hac.] Hic, ut consecutiuum est. 1. q. 1. quisquis. si enim esset causatiuum, simoniam cōmitteret, qui pter quæstū Deo seruiret. Deo enim propter Deum seruiendum est principaliter, vt 8. q. 1. sunt in ecclesia. & 1. qō. 1. non est. & si esset causatiuum, uideretur eos inuitare ad inuidendum alijs. Item argum. beneficium sicut priuilegium quandoque concedi. 4 alicui odio alterius.

Deo pter Deū est seruiendum.

4 Dic quod hoc totum, ideo est, qa habetur respectus ad vtilitatē ecclesiæ: alias in odium alterius nō esset priuilegium conferendum alicui. C. đ sta. & ima. l. fin. Argum. ff. ad T. b. si cum ad her. ff. de admi. tut. im pub. 1. §. tēpus Ioan. de Fan.

h ¶ Ratione.] Graue enim uidetur, quòd plus detur socio q sibi etiam fratri. C. de bon. qua lib. cū oportet. 1. responsio nec de eadem societate debet vnus plus quàm alius consequi. ff. pro soc. verum. §. si cum tres. nec est alicui conferēdum unde alij scrupuloso corde moueantur, ut 16. q. 7. c. 1.

i ¶ Nitantur.] Argu. qòd fit quandoque secundario quod principaliter fieri nō potest, ut hic, & ff. de postula. l. 1. §. pen. & ult.

TEmpus autem.] Hæc distin.diuiditur in quinque partes: in quarum prima dicitur, quod die Dominica, & hora tertia, & ieiuni debent episcopi, & consecrari quocunq; tempore: & hoc probat per c. seq. Secunda ibi: [Tempus autem.] Tertia ibi, [Ceterorum.] Quarta ibi, [Quod die.] Quinta ibi, [Ordinationes. Io. de Fā.

CASVS. Ostēso qualiter. & à quibus sit clericorum ordinatio facienda, nunc ostendit Grat. quo tempore sit ordinatio facienda. Et primo de ordinatione epōrum, postea de ordinatione cætero rū explicat, & dicit hic, ꝙ in consecratione epi certum tēpus non eligitur: dūmodo in die Dominica, & hora tertia, & ieiunātibus fiat, vt ꝫ. ea. c. 1. Cæterorum vero ordinationes fiūt in certis tēporib. vt ꝫ. ea. c. vlt.

a ¶ Tempus autē.] Hic depingit 75. dis. I qua agit magister de cōsecratione episcoporum, & de tēporib. ordinationū. subiungit etiā de ordinatione aliorū clericorū. Debet aūt ordinatio episcoporū fieri hora tertia, die Dominica. ꝫ. ea. c. 1. & cap. quod die. cęterorum vero in sex partibus anni. scilicet in quatuor temporibus, & in subbato mediæ hebdomadæ quadragesimæ, & in sabbato sancto infra ea. c. ult. extra de temp. ordi. c. 3. & 63. dist. literas.

stantia vnctio ipsa, de qua magis videtur, ꝙ sit de substantia. immo si omissa est, suppletur, ext. de sacra auct. c. 1. in princ. Alij tamen dicunt omnia ista esse de substantia: arg. 23. dist. quorundam præter tempus: vel horam, quia quocunque tpe, ordinatur, recipit ordinem. arg. ext. de elec. ꝙ sicut ubi idē dicitur.

secundū Hug. & Lau. cuius fuit glo. iste. de hoc plenè not.

DISTINCTIO LXXV.

TEmpus autem [a] consecrationis, sicut in ordine Romano habetur, ad episcopi benedictionem non eligitur [b]. Omni enim tempore [c] benedicuntur; dummodo ieiuni, & hora tertia benedictionem accipiant.

Vnde Anacletus Papa scribit ad episcopos Italiæ, epist. 2. in princ.

¶Ordinatione episcoporum qua hora fieri debeant. Cap. I.

ORdinationes [d] episcoporum auctoritate [e] Apostolica ab omnibus, qui in eadem fuerint prouincia, episcopis sunt celebrandæ. Qui simul cōuenientes scrutinium [f] diligenter agant, ieiuniunque cum omnibus celebrent precibus, & manus [g] in sanctis Euangelijs, quæ prædicaturi sunt imponētes, Dominica die, hora tertia [h] orantes, sacraque vnctione, exemplo † [i] prophetarum, & Regum capita eorum, more Apostolorū, [k] & Moisis [l] vngentes; quia omnis sanctificatio [m] constat in spiritu sancto: cuius virtus inuisibilis, sancto chrismati [n] est permixta; & hoc ritu solennem celebrent ordinationem.

sup. dist. 64. ordinationes episcoporū. Burch. l. 1. c. 15. Iuo par. 5. c. 69. Ans. l. 6. c. 53. Pann. l. 3. c. 12. Poly. l. 2. tit. 6. De prophetis. 3. Reg. 15. De Moyse Exo. 29. De regibus. 1. Regum. 10.

† *al. prophetarum exemplo regum capita perungentium, ex more, &c.*

2 *Tempus autem cōsecrationis, trium mensium spatio clauditur: vltra quod, nisi necessitate cogente, episcoporū*

b ¶ Non eligitur.] Id est, non electum, vel determinatum in canone.

c ¶ Omni enim tempore.] i. omni mense, uel septimana similiter restringitur de consec. dist. 4. omni tempore: ibi exponitur, id est, omni anno.

ADDITIO. De hoc etiam no. 31. dist. tenere. Archi.

ORdinationes.] CASVS. Anacletus docet in hoc c. quod ordinationes, id est, consecrationes episcoporum debent fieri ab omnibus comprouincialibus episcopis die Dominica, & hora tertia, sacra vnctione interueniente, exemplo prophetarum, & Apostolorū, & Moy. Nam Samuel inunxit Dauid & Helisæus Iehu Regem. Apostoli Iacobum, & Moyses. Aaron.

d ¶ Ordinationes.] CASVS. Ostenditur a quibus, qualiter, qua hora, qua die, episcopus debeat ordinari.

e ¶ Auctoritate.] Generali. extra de elect. cum in cunctis 16. q. 1. cunctis.

f ¶ Scrutinium.] Id est, examinationem, de qua habes dist. 23. qui episcopus.

g ¶ Manus.] Duo ponent super caput consecrandi codicem Euangeliorum: tertius fundet benedictionem: alij omnes ponent manus super caput eius ut 23. dist. epīs.

h ¶ Tertia.] Multiplex est ratio de hora tertia: quia debet tunc Missa publicè celebrari: ut de consec. dist. 1. nocte. sine qua Missa non potest consecrari: quia nec ecclesia sine Missa consecratur: de consecr. dist. 1. oēs. licèt quidam dicant contra. ꝙ scilicet non sit de substātia cōsecrationis: quibus ego assentior, 1 quia non est de substantia [illegible] arg. inf. 77. dis. subdiaconus. extra de temp. ord. sane. nā qñque citius, qñque tardius Missa celebratur. Itē ideo est facienda consecratio hora tertia: quia Spiritus sanctus in igneis linguis hora tertia, &c. de cōsec. dis. 1. nocte. quorum loco succedunt epī, 21. di. in nouo. & quia hora illa dominus est crucifixus, ut ibidem dicitur. & tali hora Apostoli consecrauerunt Paulum, & Barnabam, &c. infra ead. quod die.

i ¶ Exemplo.] Quia Samuel inunxit Dauid, & Saulem; Helisæus Iehu in Regem Israel.

K ¶ More Apostolorum.] Qui inunxerunt Iacobum. supra 66. dist. porro.

l ¶ Et moisis.] Qui inunxit Aaron, & filios eius. 21. distinct. §. 1.

m ¶ Sanctificatio.] Id est, omnis unctio sanctificans & efficax est. 2 a Spiritu sancto. Et sic patet, ꝙ in collatione sacramenti confertur gratia: & illa gratia inuisibiliter operatur. 1. q. 1. multi, & si sacramentum aliquod confertur digno, tunc corroborat uirtutem priorem, ut de consec. distinct. 5. nouissimè, & augetur in eo gratia de consec. dist. 4. non ex quo. Sed si sacramentum cōfertur indigno, solum sacramentum recipit, & illud recipit ad sui malum: sed non recipit rem sacramenti. Hæc materia optime tractatur, extra de sacra unctio. cum uenisset.

n ¶ Chrismati.] Et ita chrisma est sacramentum: quod concedo, sic & aqua. 1. q. 1. detrahe. &c. multi.

TEMPVS. Hæc est secunda pars dist. in qua dicitur, ꝙ ecclesia episcopalis ultra tres menses uacare non debet; & postquam electus fuerit usque: ad alios tres menses consecratur. interim ecclesia per œconomum gubernatur. & hoc probat per c. seq. Ioan. de Fan.

Episcoporū consecratio fit hora tertia.

Ecclesia potest sine Missa cōsecrati.

1 Et bene secundū Hug. & Lau. cuius fuit glo. iste. de hoc plenè not. ext. de elec. ꝙ sicut ubi idē dicitur.

Samuel inunxit Dauid.

Gratia confertur i collatione sacramenti.

2 Id est hēt esse constās & efficax a spiritu sancto significat. n. gratiā, q̄ a spiritu sancto est, nec talis effectus. i. significatio vnctionis pt esse aliquid in aliquo, nisi à spiritu sancto ueniat: quia gratia sibiit unctioni. hoc est a spiritu sancto. Hug.

CASVS. Supra dictum est qua die: & qua hora debet episcopus consecrari. nunc autem dicit intra quod tempus à tempore electionis & confirmationis debeat consecrari. Et dicit Gratianus, quod intra tres menses, nisi per necessitatem differetur.

b ¶ Necessitas.] Propter quam quisque posset differri per totam vitam electi, maximè confirmati, vt si vitietur in corpore argu. extra de elect. cum in cunctis, licèt sit arg. contra. extra de æta. & quali. c. 1. vel si non reperiretur idoneus in ecclesia, nisi in minoribus ordinibus, vt 3.7. q. 1. constitutū. sup. d. 61. Osius. 28. d. de Syracusanæ.

Quo- *consecrationes post electionem differri non licet. Vnde Chalcedonensi concilio, c. 25. legitur*

Vltra tres menses non differratur episcoporum ordinatio. Cap. II.

Poly. l. 2. tit. 10. Burch. l. 1. cap. 24. Ans. l. 6. cap. 40. Iuo p. 5. c. 135.

QVoniam quidā metropolitanorū, sicut ad nos perlatū est, negligunt creditos sibi greges, & differunt ordinationes facere episcoporū; placuit sanctę synodo intra tres [a] menses fieri ordinationes episcoporū, nisi fortè inexcusabilis necessitas [b] coegerit tēpus ordinationis † amplius protelari. Si autem quis α episcoporum [c] hęc non obseruauerit, ipsum debere ecclesiasticæ cōdemnationi subiacere; redditus verò eiusdē vidnatæ ecclesiæ integros reseruari apud œcononum [d] eiusdem ecclesiæ placuit.

† ἀτῆς ἀναβολῆς.

α ¶ Si autem quis.] *Sic est in prisca versione. Graecè est*: εἰ δὲ μὴ τοῦτο ποιήσοι ὑποκεῖσθαι αὐτὸν (al. αὐτῷ) ἐκκλησιαστικῷ ἐπιτιμίῳ *qua alter interpres vertit.* Quod si hoc minime fecerit, correptioni ecclesiasticæ subiacebit. *De metropolitano enim loquitur.*

c ¶ Episcoporū.] Vel metropolitanorū, vel electorū, q episcopi sūt destinatione. cōtra vtrosq. n. pena est statuta 100 dist. quoniam.

d ¶ Apud œconomū.] de hac materia dixi inf. 12. q. 2. illud.

CÆTERORVM. Hæc est tertia pars huius dist. in qua dicitur, q ordinationes clericorum non debēt fieri nisi congruo tempore. Icā. de Fan.

3 *Cæterorum verò ordinationes non nisi in temporibus certis, & diebus, maxime sacerdotum; & leuitarum fieri debent; vespera videlicet sabbati, vel mane diei Dominicæ continuato ieiunio.*

CASVS. Supra dictū est, quo tempore ordinentur episcopi. Nunc vero docet Gratianus quo tempore cæteri debeant ordinari. Et dicit, quòd certis tēporibus, scilicet sex, s. in quatuor temporib. anni, & in sabbato sancto, & in sabbato, qd est ante Dominicā de passione Dñi, vt inf. eo. ca. vl. Minores etiam ordines possunt cōferri in die Dominica ab episcopis, vt extra de tem. ordi.

Vnde Zepherinus Papa scribit ad episcopos Aegypti, epist. 2.

¶ Ordinationes presbyterorum, vel leuitarum qua hora fieri debeant. Cap. III.

¶ Casus seq. cap. planus est.

Poly. l. 2. ti. 28. Ans. l. 7. cap. 43. Burc. l. 2. cap. 3. Iuo p. 6. c. 23. & 47.

ORdinationes [e] presbyterorum, leuitarumque, tempore [f] congruo, multis coram adstantibus, solemniter agite; & probabiles, ac doctos viros ad hoc opus prouehite, vt de eorum societate, & adiumento plurimū gaudeatis.

ORdinationes.] e ¶ Leuitarum.] Hoc idem in subdiacono: nisi in Papa tātum. extra de temp. ord. c. 1. sed sin hæc decreta nōdum subdiaconatus erat sacer ordo. ar. inf. c. e. pœn. 60. dist. c. fi.

Item Leo episcopus Dioscoro Alexandrino episcopo, epist. 79. c. 1.

¶ Presbyteri, & læuitę qua hora ordinandi sunt. Cap. IIII.

f ¶ Tempore.] Et in maiori ecclesia, vt arg. 3 d. 67. relig. & arg. 24. dis. c. vlt. minores autē ordines, vbi, & qñ libuerit pōt episcopus cōferre, vt extra eo. c. & omnes simul si consuetudo habeat hoc in prouincia, extra de eo qui fur. or. rece p. eum H. lator.

Polyc. ibidem. Ans. l. 7. cap. 44. Iuo p. 6. c. 71.

QVòd à patrib. nostris propensiore cura nouimus esse seruatū, à vobis quoque volumus custodire: vt nō passim diebus oīb. sacerdotalis, vel leuitica ordinatio

† Al. idē in fri quantū plena est.

QVoniam.] CASVS. Duo dicuntur in hoc c. Primum est, q nullus archiepiscopus differat ordinationes episcoporum ultra tres mēses. nisi necessitas compulerit amplius protelari. Secundum est, q redditus viduatę ecclesiæ debent esse in potestate œconomi, donec episcopus eligatur, & confirmetur.

a ¶ Tres.] vsque ad tres menses sit electio. 50. dis. postquam. & vsque ad alios tres menses consecratio, vt hic dicitur, & 100. dist. quoniam.

Electio dēt fieri intra trimestre.

QVòd à patrib.] CASVS. Quæsiuit Dioscorus Alexandrinus patriarcha à Leone, verum indifferenter omnib. diebus sacri ordines possint, vel debeāt conferri. Et respondet q nō: sed tantum post diem sabbati, & post exordia noctis, quæ lucescit in prima sabbati, vel in Dominica in mane continuato ieiunio sabbati vsque ad diem Dominicam, in quibus, idest intra

sacramenta ab extraneo recipere posset vel de poen. dist. 6. placuit. de consecrat. dist. 2. tribus. nec peregrinari potest laicus sine licentia episcopi. de consecra. dist. 5. non oportet.

a ¶ Eius episcopi.] Sic C. de offi. ma. mi. milites. vbi dicitur, φ sine licentia. Imperatoris, &c.

b ¶ A collega suo.] sed pone φ eum concedat. vbi di iste habere domic. lũ? Dic φ si vtrunq; beneficiũ retinet, vtrobiq; 1. ff. ad munic. l. Labeo. & l. assumptio. §. a viris prudẽtib⁹.

c EXtraneo clerico.] ¶ Commẽdatitijs.] inf. de consec. dist. 2. trib. extra de cler. pereg. ca. tuę. & 20. q. vl. cap. vl. & 19. q. 2. duæ. & C. de episc. & cler. si quis.

HOrtamur.] CASVS. In hoc ca. monet Augu. patronos, ne aliquẽ clericũ i suis ecclesijs eligant, nisi fuerit ordinatus ab epo, in cuius diœcesi sita e ecclesia: vel nisi recipiat ab eo p literas commendatitias. Sequẽs c. patet per se.

d ¶ Veniẽs.] Hoc verum est, cũ ille qui clericum presentat, laicus est: quia quãdiu idoneus est in suo epatu, non prestabit extraneũ. eps enim vndecumque posset præsentare, vt infra 16. q. 2. si quis episcoporum. 2

NVllum absq;.] e ¶ Peregrinorum.] Clerici peregrini large posũt appellari oẽs, qui non sunt de episcopatu ordinantis: siue sint clerici, siue laici: q, nulla talium debent recipi ab aliquo episcopo ad dignitatẽ, vel ordines, uel alia sacra ecclesiastica. supra ead. distin. per totũ, & specialiter. eo. tit. primatus, & hoc extra de cle. peregri. c. 1. & 3. & φ omnes tales dicantur peregrini, & extranei, est. arg. 3. q. 6. peregrina 6. q. 3. c. 1. & 2. Ignoti dicuntur quorũ origo, uita, & singularitas sunt ignota episcopo, non distincto. sint de eodem episcopatu vel alio. 24. d. quando. 24. distin. quiescamus. ver. si enim in clero, &c. Arg. 2. q. 7. querendum, ver. quorum vita, secundum Ra. & Gof.

DImissorias.] CASVS. Supra in proxi. distinctio. dictum est, qui clericus alienus sine literis dimissorijs, vel commẽdatitijs sui epi. & sine eius licentia recipi, non debet: ideo supponit hanc 72. dist. in qua ostendit, φ clerico non debet patere licentia sine litteris dimissorijs: quas episcopus non debet dare, nisi rogatus. Et casus omnes plani sunt.

f ¶ Di-

1 Ad hoc C. de incol. cives, l. 10.

scopi,[a] de cuius plebe est. Gratus episcopus dixit. Hæc obseruantia pacem custodit: Nam, & memini in sanctissimo concilio Sardicensi statutum; vt nemo alterius plebis hominem vsurpet: Sed si forte erit necessarius; petat a collega [b] suo & per consensum habeat.

Item ex concilio Chalcedonensi, c. 13.

¶ Sine literis commendatitijs clericus extra suam ecclesiam non ministret. Cap. VII.

EXtraneo clerico, & lectori & extra ciuitatem suam sine commendatitijs [c] literis proprij episcopi nusquam penitus liceat ministrare.

Burc. l. 2. c. 139. Ansel. l. 7. c. 162. Poly. l. 4. tit. 31.

Item ex sermone S. Augustini ad populum.

¶ De eodem. Cap. VIII.

HOrtamur Christianitatem vestram iuxta sanctorũ canonum instituta, vt in ecclesijs a vobis fundatis aliunde veniens [d] presbyter non suscipiatur; nisi a vestræ fuerit ecclesiæ consecratus episcopo, aut ab eo per commendatitias literas suscipiatur.

Burc. l. 15. c. 30. Iuo p. 16. c. 31.

Item ex concilio Antiocheno, c. 7.

¶ Absque formata clerici peregrini non suscipiantur. Cap. IX.

Clerici de diœcesi sũt extraneis pferendi.

NVllum absq; formata, α quam Græci epistolam dicunt, peregrinorum [e] clericorum suscipi oportet.

α ¶ Formata.] *Græcè est.* μηδένα ἄνευ εἰρηνικῶν δέχεσθαι τῶν ξένων. *quod Dionysius vertit.* nullus peregrinorũ sine pacificis; idest commendatitijs suscipiatur epistolis, *atque ita Burc. & Ivo habent.*

2 Quod nota. extra de iure patr. significasti. sed quod supra dictũ est per Ioã. per oĩa a Laur. approbatur cuius fuit ista gl. & idẽ per oĩa sentit Hugo. & Io. de Fant.

DISTNCTIO LXXII.

DImissorias [f] verò literas episcopus; nisi rogatus non tribuat; sicut statutum est in synodo habita Romæ.

Vnde Leo Papa ait.

¶ Nisi eodem petente, nulli dimissoriæ literæ præstentur. Cap. I.

EPiscopus [g] subiecto sibi sacerdoti, vel alij clerico, nisi ab ipso postulatus, [h] dimissorias non faciat; ne ouis quasi perdita, aut errans inueniatur.

Ansel. l. 6. c. 128.

f ¶ Dimissorias.] Hic depingitur 72. dist. Dixerat supra magister, clericum sine commendatitijs literis sui episcopi non esse recipiendum: nunc ostendit, φ episcopus non debet eas dare nisi instanter rogatus.

g EPiscopus.] ¶ Nisi ab ipso.] .f. qui eum habere desiderat, & postulat, sicut cum quis transit in familiam alterius. vt. ff. de adop. l. 2. sic supra 70. d. c. 2.

Concedẽda sunt quædã cum instantia.

h ¶ Postulatus.] Sunt enim quædam, quæ non conceduntur

Item ex concilio Carthaginensi 3.c.21.

¶ De eodem. Cap. II.

Burc.li.2.c.42. Iuo p.6.c.149.

CLericum [a] alienum, nisi concedente eius episcopo, nemo audeat vel retinere, vel promouere in ecclesia sibi credita, Clericorum [b] autem nomen etiam lectores, & psalmistæ, & ostiarij retinent.†

† al. retineant.

Item ex concilio Mileuitano, c.15.

¶ In vna ecclesia ordinatus, in alia non suscipiatur.† Cap. III.

† al. teneatur.

Conc. Africanum. cap.57.

PLacuit, vt quicunque in vna ecclesia, vel semel eligitur; [c] α ab alia ecclesia ad clericatum non teneatur.

α ¶ Eligitur. *In cõcilio Mileuitano est*, vel semel legerit; *itemque in concilio Cartaginensi Græco, c.92.* καν ἅπαξ ἀναγνῶ *In Africano autem c.57.* vel semel suscepto officio legerit.

dicatur nisi cum instantia, vt pallium. 100. distin. prisca & apostoli, 2.q.6. post appellationem benè accedit ad hoc, quia qui præest, parcissime debet commeatum dare. ff. de re milit. officium.

a CLericũ.] ¶ Episcopo.] Sic C. de emãcip. iubem⁹.

b ¶ Clericorũ autẽ.] sup. dist.21. cleros. ergo & qui eos verberat, incidit in canonem. 17.q.4. si quis suadente.

c PLacuit.] Eligitur. Arg. ex electione ius acq̃ri. [1] quidã tñ dicunt contrariũ, & exponunt, semel. i. perfectè, ita q̃ confirmatus sit, arg. extra de off. de leg. in literis. & etiã si nondum est trãslatus, vt est arg. ff. de dona. qui saxum.

1 Quod dic. vt no. 63. distin. quãto. & 16. q. 7. cont. sancto rum ibi lo. itelligit hoc ca. in nominatione. Acquiri, dic vt in ele. 1. vt lite pend.

DISTINCTIO. LXXIII.

Ex Attico ad finem concilij Chalcedonensis. Ans. l.6.c.121. Iuo p.6.c.433.

QValiter verò commendatitia, vel dimissoria, seu formata epistola facienda sit, videndum est. Debent namq́, literæ Græcæ interponi in ea epistola, & nõ sine causa. Græca enim elementa literarum, numeros etiam exprimere, nullus qui vel tenuiter Græci sermonis notitiam habet, ignorat. Ne igitur in faciendis epistolis canonicis, quas mos Latinus formatas vocat, aliqua fraus falsitatis temere præsumeretur, hoc à patribus cccxviij. Nicææ congregatis saluberrime inuentum est, & cõstitutum; vt formatæ epistolæ hanc calculationis, seu supputationis habeant rationem, idest, vt assumantur in sui supputatione prima Græca elementa Patris, & Filij, & Spiritus sancti, hoc est π, υ α: quæ elementa octogenarium, & quadringẽtesimum, & primũ significant numerum. Petri quoq́; Apostoli prima litera, idest, π, quæ numerũ octoginta significat: eius quoque, qui scribit, episcopi † prima litera cui scribitur, secunda litera; accipientis, tertia litera ciuitatis quoq́; de qua scribitur quarta, & indictionis, quæcunque est illius † temporis, numerus assumatur. Atque ita his omnibus Græcis literis, quæ, vt diximus, numeros exprimunt, in vnum ductis, vnã, quæcumq́; fuerit collecta, summam epistola teneat: hanc qui suscipit, omni cum cautela requirat expressè.† Addat præterea separatim in epistola etiã nonagenarium, & nonum numerum, qui secundum Græca elementa significat ἀμήν.

† al. epistolam.

† al. id.

† al. extrassam.

QValiter.] CASVS. Hic intitulatur 73. dist. quæ in scholis non legitur: quia ea quæ ibi continentur, in desuetudinem abierunt: nec modo locum habent: ibi eñ continetur qualiter & quibus literis vel Græcis, vel Latinis formatæ debent fieri: sed hunc non sic fiunt. & ideo quia in ea nulla vel modica vtilitas continetur, ideo membranas occupare nõ debet. 19. dis. si Romanorum. Quæ-

¶ Exemplar formatæ epistolæ, quæ in Nicæna synodo à cccxviij. Patribus facta est. Cap. I.

Burc.li.2.c.227. Iuo p.6.c.434. simile quidam multoq. magis. c.435. Matt.10. Rom.12.

IN nomine Patris, π. & Filij, υ. & Spiritus sancti. α. π. Vualterio Spirensi episcopo. Ego Burchardus sanctæ Vuormaciensis ecclesiæ deuotus, gregis Christi famulus, in Deo vero summæ fælicitatis beatitudinẽ. Cũ sancta catholica ecclesia prompta sit sequi documenta Euangelica; q̃ dicũt: Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, accipiet mercedẽ prophetę: & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet; &c. & Apostolus iubeat hospitalitatem sectari, & necessitatibus sanctorum virorũ cõicare;

tamen

tamen propter eos, qui cauteria tam habent suam conscientiam, dicentes se esse simplices, cũ sint astutia diabolica repleti; & ꝓ opere pietatis, dicũt, se de loco ad locum trãsire, cum sint, sua malitia faciente, fugitiui: & dicũt, se esse ministerio sacro insertos, cum nõ sint; statutũ est a sanctis patribus, neminẽ clericum alienum, & ignotum recipi ab aliquo episcopo, & inthronizari in sua ecclesia. nisi habeat a ꝓprio episcopo epistolam, quæ in canonibus nominatur formata. Ideo notum facimus fraternitati † vestræ; ꝙ præsens frater noster harum literarum portior nomine Hermannus, † non pro sua nequitia expulsus est à nobis; sed postulãtibus fratribus, eo quòd ex familia nostra fuit, & noster baptizatus, fecimus ei libertatẽ receptã in † cornu altaris canonicè, & ordinauimus eum ad gradum ꝑsbyterij. Cui ẽt has dimissorias, siue commẽdatitias literas facimus: & eum ad vestram dilectã fraternitatẽ dirigimus, vt in vestra parochia sub vestro sacro regimine, & defensione cõsistere valeat. Ego, inquam, Burchardus humilis episcopus in nomine Patris, † & Filij, & Spiritus sancti, & in vnitate sanctæ ecclesiæ, in qua Petro datũ est ius ligãdi, atq; soluendi, absoluo Hermannum ꝑsbyterum de ciuitate Vuormaciensi indictione x. & licentiã do vobis intronizandi eum in quacumq; ecclesia vultis vestræ parochiæ. ¶ Hanc ergo epistolã Græcis literis hincinde munire decreuimus, & annulo nostræ ecclesiæ firmare censuimus. Fraternitatẽ vestrã Christus nobis incolumen conseruet. α π.υ α π.β ι.ζ.ξ. ἀμὴν. Data Vuormaciæ Idibus Martij, anno Dominicæ incarnationis M X I I. Indictione X.

† al. paternitati.
† Ecmannus.] Burch.
† al. à
† al. Patris π & Filij υ & Spiritus sancti α.
Iuo par. 6. c. 434. simile.

α Conseruet.] *In hoc & sequenti capite ea tantùm sunt emendata, quæ exẽplarium auxilio restitui poterant. Cæterùm quæ hoc loco sequuntur, etiam apud Burchardum sunt deprauata. Facilè autem restitui possunt ex regulis initio distinctionis traditis, Quibus quidem regulis optime respõdet exẽplum ab Iuone allatum, par. 6. c. 435. si literæ in extremo 434. capitis positæ, ponantur loco earum quæ in ipso 435. afferunt. Addita enim illis dictione, ἀμὴν. resultat numerus ibi notatus idest IↃCCLXXVIII. Bene etiam procedet exemplum c. 434. si vbi nunc summa est 1539 fiat 1439. satis sit locum indicasse.*

¶ Incipit epistola formata à cccxviij. episcopis, & ab Attico constantinopolitanæ vrbis episcopo edita. Cap. II.

Ansel. li. 6. c. 121.

SAnctissimo in Christo fratri summa dulcedine charitatis amplectendo. A. illius ciuitatis episcopo, υ. illius ecclesiæ præsul perpetuæ beatitudinis optat in Christo salutem. π.υ.α.π. De cætero nouerit sancta fraternitas vestra, ꝙ iste clericus Hermannus nomine, nostra in parochia instructus, ac detonsus paruitatem nostram rogauit, quatenus illi commendatitias literas conscriberemus; quibus vestræ celsitudini commendatus sub tuitione vestri regiminis degere posset: cuius voluntati cõsentientes, secundùm canonicam auctoritatem literas ei dimissorias dedimus; per quas & ipsi cõcedimus, vt sub vestro magisterio diuinæ seruituti insistens suæ deseruiat vtilitati; & vobis licentiam tribuimus, vt, si dignum eum iudicaueritis, ad sacros ordines promoueatis. Commendatum ergo eum curæ vestræ, suscipite; & nostris ex partibus absolutum in vestrarum ouium numero custodite. Quas literas, vt vigore veritatis firmatæ, indubitàter à vobis suscipiãtur; literis Græcis; vt canonica docet auctoritas, confirmare sategimus. Sancta Trinitas vestram beatitudinem ad regimen sanctæ suæ ecclesiæ perpetualiter bene valere concedat. ἀμὴν, vel sic, ϛ (quę eandem summã exprimũt) indictione x. Cõtinet hęc formata epistola sũmã numeri MCCCXV.

† al. Mcccxx v.

† Y. Grę cam in nomine illius primam ponimus, quia Grę ci eam in quibusdam locis pro u, consonante ponunt; sicut est Δαβίδ & εὐαγγέλιον.

α ¶ Ab Attico] *Antea legebatur*, abbatibus. *Restitutus est locus; ex cõiectura (quod perraro factum est) quoniam euidenti ratione nitebatur.*

¶ β ἀμὴν.

Qvaritur.] Hæc dist. diuiditur in tres partes: in quarum prima probat magister, quod clerici non sunt ad ordines cōpellendi. Secunda ibi, [Sane.] Tertia ibi. [Verū.] Io. de Fant. CASVS. Supra in pluribus locis facta est mentio

dus ad ordines, vel honores suadente vtilitate, tantum cogitur secundum quod habes inf. ca. c. vlt. S. quod maiores sunt pluribus beneficijs honorandi, vt ibi dicet. Necessitate cogēte cogitur suspensione ab officio: inf. ca. si qui. & cap. placuit, in quo intelligo & priuationem beneficij. regulariter enim vno subtracto, & reliquū est subtractū, vt 81. dist. si qs amodo. Credo tñ quod debeat præcedere suspēsio ab officio, quasi quædam excōmunicatio: quam si contēnit, sequitur beneficij subtractio. vt 60. dis. innouamus. 23. q. 4. c. forte. Si vero, nec necessitas, nec vtilitas exigit, non est cogendus. & si episcopus eum cogat, videtur causa odij, & ingratitudinis eum cogere. inf. c. episcop. & c. gesta. Quidam tamen volunt remouere distinctionē de necessitate, & vtilitate arg. inf. ca. episcoporum. & dicunt, quod diuersi canones diuersas pœnas imponūt nolētibus promoueri: & est in arbitrio episcopi q̃ imponat. Aliter tñ soluit hæc contrarietas ext. de æta. & quali. quæris. Ioā. Quidquid dicat Ioan. decret. illa, quæris, dicit, quod cogi possunt, si vtilitas, vel necessitas exigat, per subtractionē officij & beneficij. & tūc dico utilitatem esse ecclesiæ, cum ille qui promoueri petitur, utilior est in officio quam alter, qui iam est promotus: & utile est plures esse in ecclesia in eodem officio. Necessitas est cum iam promotus non sufficit: uel non est aliquis promotus. B.

Officio subtracto subtrahi debet beneficium.

ß ¶ ἀμήν, vel sic, ϟϑ] *Addita sunt hæc ex aliquot vetustis exemplaribus, & vtrisque istis notis idem numerus nonagesimusnonus significatur. In codicibus verò impressis, vel nihil erat; vel dictio, amen, latine scripta; in qua nulla est numeri significatio.*

DISTINCTIO LXXIV.

† al. ordinari.

Qvaritur [a] de his, qui ab episcopis suis promoueri † contemnunt, an inuiti sint sublimandi, an non.

De his ita statutum inuenitur in concilio Aurelianensi 3. c. 7.

Annuæ suspensioni subiaceat episcopus, qui inuitum ordinare præsumit. Cap. I.

EPiscopus, qui inuitum [b], aut reclamantem [c] presumpserit ordinare, annuali pęnitentiæ subditus Missas facere non præsumat [d].

Item Gregorius Natali episcopo Salonitano, in primo lib. reg. epist. 19.

¶ Nullus promoueatur inuitus. Cap. II.

Poly. l. 2. tit. 33. Iuo p. 6. c. 169. † al. adducitur.

GEsta [e], quæ nobis in concilij vestri cōfecta secretario [f] direxistis, in quib. archidiaconus Honoratus addicitur, † plena esse cognouimus semine iurgiorū, cum

mentio de promotione clericorum. Sed quia clerici quādoque nolunt promoueri: ideo Gra. annectit hāc 74. d. in qua quæritur, an aliquis inuitus sit promouendus. Et hoc ordine procedit. Primo probat, quod clerici inuiti promoueri non debent, per duo prima. c. postea probat contrarium. deinde solutionem dat. inf. ca. §. verum.

Ordinandus est quis inuitus suadente aut utilitate aut necessitate.

a ¶ Quæritur.] Hic depingitur 74. dist. in qua quæritur an quis inuitus sit ordinandus: & præcise continetur in quibusdam ca. quod non, in quibusdam quod sic, vt scilicet de nolentibus sint volentes, cum ergo nec aliquis vult promoueri, nec necessitas vel vtilitas ecclesiæ exigant: non est cogendus. vt infra. ead. c. 1. & 2. si autem necessitas ecclesiæ hoc exigit, cogi. iuxta illud qd habes inf. e. c. 3. & 4. & 23. q. 4. displicet: si autē exigat vtilitas ecclesiæ, tunc debet cogi iuxta id quod habes inf. ea. c. vlt. 1. Hæc tamen distinctio videtur reprobari inf. ea. c. episcoporum. & extra de æta. & quali. ord. quæris. & ideo dici potest omnia hęc referendo ad arbitrium iudicis. Præterea quando dicis quod utilitas sit, & non necessitas? tunc dico utilitatem esse tantum, cum ecclesia indiget promotione aliquorum, qui nolunt promoueri, & tamen aliqui sunt in eadem ecclesia, qui promoueri possunt, vt inf. ea. c. vlt. Tūc autem dico necessitatem esse, quādo ecclesia indiget promotione aliquorū: nec alij sunt in ecclesia qui dignè possint promoueri, vt inf. ead. c. 4. Si vis d. singulare in distinctio. H. si quis sit promouēdus: dic qd promouēdus ad dignitatē cogitur per subtractionem beneficiorum. Alij dicunt, quod per attractionem etiā corporis ad ordines, vt inf. 1. q. 6. c. vlt. 7. quest. 1. in scripturis. 23. q. 4. displicet. si tamen sit semper inuitus, non cogitur. 20. q. 1. præsens. inf. ead. c. ubi. Inuitis enim nō dandi honores. ff. de decur. l. 2. & 3. §. ult. Sed promouē-

1 Vbi de hoc in gl. 1.

Honores nō sunt inuitis dādi.

B. Piscopus. CASVS. Dicitur in hoc ca. quod episcopus non debet promouere aliquem inuitum, uel reclamantem: quod si fecerit à celebratione Missarum suspensus, annuæ pœnitentiæ subiacebit.

b ¶ Qui inuitum.] Aliquo iudicio alio quàm uoce uoluntatem ostendente.

c ¶ Aut reclamantem. Voce uel signo. 50. d. si quis diaconus, quamuis enim esset inuitus: si nec uoce, nec aliquo indicio reclamaret, præsumeretur uoluntarius. 54. d. c. si seruus. aut reclamantem signo saltem. nam & per signa ita appareret uoluntas, sicut per uocē 2. 32. q. 5. nec solo. 30. q. 2. c. 1. & 2. Et sic no. differentiam inter inuitum & reclamantem, ut ff. de seru. urb. præd. inuitū.

Volūtas manifestatur signis & uoce.

d ¶ Nō presumat.] Nihilominus deponet. Vt inf. ca. ubi.

2 Ad idem ext. de spon. cum apud. Item adde Bal. in l. quāuis. C. de imp. & ali. subst.

GEsta.] CASVS. Natali. episcopus cum haberet archidiaconum suum exosum nomine Honoratum, quia contradicebat sibi, ne vasa sacra parentib. largiret: illum inuitum uno eodemque tempore in sacerdotem promouit: & ab archidiaconato remouit. Quod cum significatum esset Grego. & cum deprehenderet, quòd hoc malo zelo factum fuisset, reprehendit episcopum, dicens, quod sicut nemo compellitur promoueri inuitus, ita aliquis ab ordine non debet eijci sine culpa.

Indignus minoribus ad maiora non permoueat.

e ¶ Gesta.] Hoc cap. & c. Honoratus loquuntur de eadem materia: & idem est casus utriusque.

f ¶ Secretario.] Aliter sumitur 23. d. non oportet.

a ¶ Perso-

a ¶ Persona.] Arg. non debere promoueri ad maiora, qui minoribus indignus iudicatur arg. 24. q. 1. miramur. & d. 44. nulli liceat. ff. de Senatuscon. qui indignus, & cui interdicitur pomerium, & c. ff. de ser. export. cui pacto. ff. de interdict. & releg. l. relegatorum. §. vlt.

in quo casu minor maiori, vel posterior priori non est præponendus, nisi prior obedire contẽnat. Secunda pars loquitur de archidiacono iam promoto, qui si est nimis simplex, habebit tãtum nomẽ archidiaconatus, & alius quem episcopus elegerit præponendum, habebit administra-

vno eodemque tempore vna persona [a] nolens ad sacerdotij ordinem prouehitur, quæ tanquam [b] immerita a diaconatus officio remouetur. Et: sicut iustum est, vt nemo crescere [c] compellatur inuitus; ita censendum puto similiter, ne quisquam insons ab ordinis sui ministerio deijciatur iniustè.

In codice canonum.

Contra inuenitur in conc. Carth. c. 31.

¶ Qui ab episcopis suis promoueri contemnunt, a locis suis deijciantur. Cap. III.

In p. 6. c. 41.

SI qui α clerici ab episcopis suis promoueri contempserint; nec illic maneant, vnde recedere [d] noluerũt.

α ¶ Si qui.] *Verba huius capitis sunt titulus sequentis capitis.* Placuit. *qui est proprius canon trigesimusprimus concilij Carthaginensis in codice canonum, & apud Græcos.*

¶ De eodem. Cap. IV.

Burc. l. 2. c. 178. Iuo p. 6. c. 42. Ans. l. 6. c. 103.

PLacuit, vt quicunq; clerici, vel diaconi pro necessitatibus ecclesiasticarum † rerum non obtemperauerint episcopis suis volentibus eos ad honorem ampliorem in ecclesia sua promouere; nec illic ministrent in suo gradu, vnde noluerunt recedere.

† *ecclesiarum non obtemperauerint.*

β ¶ Pro necessitatibus.] *Græcè est*, διά τινας ἀναγκαστικὰς αἰτίας τῶν ἐκκλησιῶν αὐτῶν. *Idest*, ob quasdam cogentes causas suarum ecclesiarum.

Item ex concilio Agathensi, c. 23.

¶ Posteriores prioribus episcopi non præponant. Cap. V.

IGitur post sanctæ lætitiæ dies, quos in honorem Domini à mortuis resurgentis, ac deinde in cœlos ascendētis exegimus, postque acceptum sancti spiritus donū, salubriter, & necessariè consuetudo est ordinata ieiunij, vt si quid fortè inter ipsa festiuitatum gaudia negligens libertas, & licentia inordinata præsumpsit, hoc religiosæ abstinentiæ censura castiget.

Item sermone octauo de ieiunio decimi mensis.

¶ De eodem. Cap. VI.

HVius obseruantię vtilitas, dilectissimi, in ecclesiasticis præcipuè est constituta ieiunijs; quæ ex doctrina Sancti spiritus ita per totius anni circulum distributa sunt, vt lex abstinentiæ omnibus sit adscripta tēporibus. Si quidem ieiunium verum in Quadragesima, æstiuum in Pentecoste, autumnale in mense septimo, hyemale aūt in hoc, qui est decimus, celebramus; intelligētes diuinis nihil vacuum esse pręceptis, & verbo Dei ad eruditionē nostram omnia elementa seruire, dum per ipsius mundi cardines, quasi per quatuor Euangelia incessabili tuba discimus, quod & prædicemus, & agamus.

2 *Primum [b] verò mensem, quartum, septimum, & decimum, non Hebræorum ratione, sed nostra debemus accipere. Primus enim mensis apud illos est Aprilis, quartus Iulius septimus October, decimus Ianuarius. In quibus, & præterea in quinto mense, qui est Augustus, quæ fuerit eis causa ieiunij. Hieronymus in commentarijs ad c. octauum Zachariæ exponit dicens:*

¶ Quare in suprascriptis mensibus ieiunia lex imperauit. Cap. VII.

Poly. ibidem.

IEiunium [c] quarti, & ieiunium quinti, & ieiuniū septimi, & ieiuniū decimi (ἀπὸ κοινοῦ enim subauditur mensis) domui Iudę, & Hierusalem in dies festos vertetur, &

CASVS. Iste 6. respicit illud c. ordinationes. sup. 75. dist. in quo facta est mētio de primo mense, quarto, septimo, & decimo. Et dicit Gratianus, ꝙ debemus ibi intelligere primum mensem, & cęteros s̄m computationem nostram, & non s̄m cōputationem Hebræorum, apud quos Aprilis est primus mensis, quartus Iulius: septimus October: & Ianuarius decimus. Sed Romani olim primum mensem dicebant Martium: nūc vero Ianuariū. Præterea quare Hebræi ieiunabant in Augusto, qui est eis quintus mensis, rationem assignat Zacharias in seq. cap. b ¶ Primū.] Accipe in superiori dist. c. vl.

IEiuniū.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima ponit Hiero. verba Zachariæ, vbi dicitur, ꝙ Hebræi ieiunant in quarto, quinto, septimo, & decimo mēse, & ostēdit, ꝙ Latini expositores hunc locū varijs modis exposuerunt, & dissonantibus. In scda pre ponit multiplices causas quare ieiunāt Iudæi in p̄dictis mensibus. In tertia parte primò exponit verba Zacharię s̄m litteram: postea s̄m anagogicum intellectum. Secunda pars incipit ibi. [Cogimur.] Tertia ibi. Hoc igitur est omne.] Et verba sunt ꝓphetę vsq; illud. [In hoc loco.] & quod dr̄ ibi, [Quarti, &c.] subauditur mensis. [In hoc loco,] verba sunt Hier. inserta illi auctoritati. c ¶ Ieiunium quarti.] Subauditur mensis. & arg. sumi potest

a ¶ In Septembri.] s̄m distinctionem, c. superioris. in fi.

IGitur.] CASVS. Docet Leo, ꝙ post quinquaginta dies lætitiæ, computandos à die resurrectionis, quos in honorem Domini celebrauimus, inducitur ieiuniū, vt si quid per abundantiam lætitię deliquimus, abstinētia ieiunij castigetur.

Precepta etiam moralia sunt per ecclesiam mutabilia.

potest ex hoc c. quod etiam ea, quę moralia sunt, immutantur per ecclesiam hodie. Nam alijs temporibus celebrabantur olim hæc ieiunia, alijs nunc.

a ¶ In hoc loco. Verba Hiero.

b ¶ Dixerunt. Ostendendo causas constitutionis talis, vel talis ieiunij.

l ¶ Hierosolymis.] Legitur 1 in psalterio. Vt quid Deus repulisti. quod Hierusalem capta est eo tempore, quo interfecerunt Iesum Christum, in Pascha possumus dicere, quod tunc fuerit capta: sed illæsa conseruata in se vsque ad Augustum, quando fuit accensa ab Ismael, qui

1 Dic legitur, id est habetur in Iosepho: secundum Goff. Hierusalem quando fuit capta.

gaudiũ: veritatem tantum Deus quęrit, & pacem. In hoc loco [a], nostrorũ multi multa dixerunt [b], & inter se dissonãtia. *& paucis interiectis.* ¶ Cogimur igitur ad Hebręos recurrere; & sciæ veritatem de fonte [c] magis, quàm de riuulis [d] quærere [e] †. *& paulo post.* ¶ Ieiunium quarti [f] mẽsis, qui apud latinos vocatur Iulius, die septima, & decima eiusdẽ mensis illud arbitrantur, quando descendens Moyses de monte Sinã tabulas legis abiecit [g] atque cõfregit, & iuxta Hieremiã muri primũ rupti sunt ciuitatis [h]. In 5. mense, qui apud latinos appellatur Augustus, cũ propter exploratores terræ sanctę seditio orta esset in populo, iussi sunt montẽ nõ ascẽdere, sed per quadraginta annos longis à † terra sancta circumire dispendijs, vt exceptis duabus, Chaleb, & Iosue, oẽs [i] in solitudine caderẽt. In hoc mense, & à Nabuchodonosor, & multa [k] post sæcula a Tito, & Vespasiano templum Hierosolymis [l] incẽsum est, atque destructũ: capta vrbs Bethel, ad quam multa millia confugerant Iudæorum: aratum tẽplum in ignominiam gentis oppressæ à Tito Annio Rufo. In septimo verò, qui apud nos appellatur October, sicut supra diximus, occisus est Godolias, & Iudæ tribus, ac Hierusalem reliquiæ dissipatæ. Legamus Hieremiam. Mense decimo (qui apud nos Ianuarius dicitur, eo quòd ianua anni sit, atque principium) Ezechiel in captiuitate positus audiuit, & cunctus populus captiuorum, quinto mense templum esse subuersum: quod plenissime in eodem propheta cognoscimus. Hoc est igitur omne [m], quod dicitur. Dies planctus, & ieiuniorum, quos hactenus habuistis in luctum, sciatis vobis (quia cogitaui, vt benefaciã Hierusalem, & domui Iuda) in lætitiã & gaudium, & solemnitates esse vertendos: ita duntaxat, si veritatem diligatis, & pacem. Iuxta anagogẽ [n], quia tunc ieiunamus, quã do sponsus aufertur à nobis, & non meremur eius habere præsentiam: cum reuersus fuerit Dominus ad nos, & cogitauerit, vt bene faciat nobis; omnis tristitia vertetur in gaudiũ, & fames [o] pristina sermonis Dei pręsentia doctrinarum eius, & cęlestis panis saturitate pẽsabitur.

Exod. 32.
Hier. 52.
Num. 14.
† ad terram sanctã. orig.
4. Reg. 25.
Hier. 39. & 41.
Hier. 52.
Ezechiel. 33.
Ioan. 16.

Magistro plusquam discipuli credendum est.

c ¶ De fonte.] Collige in dubijs ad rei originem recurrẽdũ: & plus magistro quã discipuli credendum. vt dixi dist. 9. vt veterum. & dist. 20. de quibus 24. q. 1. loquitur. sup. d. 12. præceptis. Argum. contra nunquã ad rei originem recurrẽdum. ff. de leg. & senatusc. & lõ. nã dicit lex, quod non de omnibus, quæ cõstituta sunt reddi ratio potest. Sed sufficit eo. non omnium.

Transcriptũ an valeat sine originali.

d ¶ De riuulis. Arg. nõ valere sumptum sine originali. C. de eden. Authen. ibi posita. arg. cõtra ext. de fide instr. pręsentis. Dicit Albericus quod si est transcriptũ per manũ tabellionis valet: arg. ff. de admin. tu. chyrographis. Azo dicit non valere, nisi per iudicẽ fiat translatio, vt in authen. vt fratrũ filij. § illud. coll. 9. C. de test. publicati. Io. Hæc quod determinatur hodie per decre. quã habes extra de fide instr. cap. vlt. vbi dicitur quod exẽplata instrumenta aliqua iusta cã auctoritate iudicis scripta eandem vim habeãt cum authenticis, & originalibus. B.

ADDITIO. De hoc not. 100. dist. contra morem. & extra de verborum significat. abbate. Archid.

e ¶ Quærere.] Sup. dist. 9. vt veterum.

† Ex isto tex. infertur, quod quandoque magis consideratur accidentale. concor. l. 2. § ex actis. ff. de orig. iur. & l. 3. bestias. ff. de postul.

2 Historia secundum Isi. in 1. l. etym. dicitur ab histore in Grecè, quod est Latinè cognoscere, vel uidere. apud ueteres enim nullus scribebat historiam, nisi qui interfuisset. Alij dicunt, quod dicitur ab historon Græcè, quod est gesticulatio, id est gestiuum repræsentatio: vñ & histrio uocatur gesticulator, id est aliorũ gestorum recitator, & repręsentator. Archidiac.

Scriptura diuina quadrupliciter exponi potest.

f ¶ Quarti. Mensis. scilicet secundum Hebraicam comparationem.

g ¶ Abiecit.] Cum inuenisset Iudæos conflasse vitulũ, vt 35. dist. disciplina. inf. de pę. dist. 2. §. item opponitur.

h ¶ Ciuitatis.] A Nabuchodonosor, qui cum Chaldæis cepit ciuitatem Hierusalem 23. q. 5. hinc. in fine.

i ¶ Omnes.] Qui diffidere cęperunt, sed cum Moyses non diffideret, & esset maior xx. annis, quare non intrauit terram promissionis? rationem habes 23. q. 4. §. his omnibus. Et dic, omnes, quia xx. annis, & supra exiuerunt de Aegypto.

K ¶ Multas.] Sed quare inducit hoc de Tito, & Vespasiano, cum ante per multa tẽpora fuit illud ieiunium constitutum? & dicimus, quod istud non facit ad propositum: vnde est arg. quod quandoque aliqua inseruntur decretis, quæ non faciunt ad propositum principale. arg. sup. [illegible]

qui Iudæus erat, & a quibusdam alijs.

m ¶ Hoc igitur est omne.] Id est, hoc signat apud nos: nam apud Græcos decimus inuenitur October, vt supra dist. 18. propter.

n ¶ Anagogen. Id est, superiorem, & spiritualem, vel moralem intellectum: nam ana, supra: goge, ducere: inde pedagogus quasi ductor. hoc modo exponitur. hic est enim quidam intellectus historicus 2, allegoricus, moralis, siue tropologicus, & anagogicus: sicut diximus supra. distinctio. 37. vino, sic hæc vox, Hierusalem, historice signat ciuitatem illam terrestrem: allegorice ecclesiam: moraliter animam fidelem: anagogicè cœlestem Hierusalem. Moralis intellectus attendit, quæ iuxta nos sunt. allegoricus, quæ intra nos: anagogicus, quæ supra nos. hic ergo ponitur anagogicus pro allegorico.

o ¶ Et fames.] Infra. 8. q. 2. audacter.

NON

NON AVTEM. Hæc est tertia pars huius dist. in qua dicitur, ꝙ a pascha vsque ad penteconstem nõ debemus de necessitate ieiunare. Io. de Fan.

CASVS. Dictum est supra in c. de ieiunio, ꝙ post pentecostem ieiuninum quatuor temporum est celebrãdum: modo vult hic Gratianus ostendere, quare non ante. §. quia a Pascha resurrectionis vsq; ad penteconstẽ nõ indicuntur ieiunia ex necessitate. & hoc probat per seq. c.

a ¶ Non autem videntur.] Improbat quod dictum est sta. ĩ ieiuniis. su. ea. c. statuimus, & c. de ieiunio. in prin.

b ¶ Ieiunia.] inf. de consecr. dist. 3. rogationes. cõtra Sol. licet ibi fe. ... trib⁹ diebus, nihilominus tñ est ibi cõtinuata festiuitas. Nã dicit lex ꝙ perẽnis est siue cõtinuus fluuius, licet quãdoq; exarescat. ff. de flu. l. 1. resp. Vel dic consuetudinem sequendam. 1. 12. dist. illa.

Fluuius etiã nũque arescẽs dicitur perennis.

3 *Non autem videtur* [a] *ieiunia quarti mensis posse celebrari ante diem Penteconstes. A die enim Dominicæ resurrectionis vsque in diem Pentecostes nõ inducuntur obseruanda ieiunia.* [b]

Vnde Ambrosius in eiusdem diei sermone sexagesimoprimo, qui sic incipit.

¶ De eodem. Cap. VIII.

SCire debet α sanctitas vestra. Per hos quinquaginta dies nobis est iugis, & cõtinuata festiuitas: ita vt hoc omni tempore neq; ad obseruãdum indicamus ieiunia, neq; ad exorandum Deum genib. succedamus †[c]. *& infra.* ¶ Instar ergo Dñicæ, tota quinquaginta dierum curricula celebrantur, & omnes isti dies, velut dominici deputantur. Resurrectio.n. Dominica est. Nam in Dominica resurgens saluator reuersus ad homines est, & post resurrectionem tota quinquagesima [d] cum hominib. commoratus est. Aequalis ergo eorum [e] necessariũ, vt esset festiuitas, quorum æqualis esset sanctitas †. Sic.n. disposuit Dñs, vt sic eius passione in quadragesimæ ieiunijs contristaremur; ita eius resurrectione in quinquagesimæ ferijs lætaremur. Nõ igit ieiunamus in quinquagesima; quia in his dieb. nobiscum Dominus commoratur. ¶ *Item in Apologia* [f] *Dauid*. Hunc numerũ [quinquagesimum videlicet] læti celebramus post Dñi passionẽ remisso culpæ totius debito, chirographo quoq; [g] euacuato, [h] ab omni nexu liberi, & suscipimus aduenientẽ in nos gratiam Spiritus sancti: die Pentecostes vacante ieiunio laus dicitur Deo, alleluia cantatur. [i]

† *succidamus.*] orig. & aliquot Gratiani exẽplaria vetusta, & recentes editiones.

† *sic quantitas.*] ori.

c. 8. Glossa. 1.

α ¶ Scire debet.] *In multis manuscriptis exemplaribus a capite,* ieiunium. *vsque ad c.* post Phasca. *in aliquot etiam vsque ad vltimum, nulla est distinctio capitum. Tanquam.n. vnico contextu continentur multa auctoritates a Gratiano citatæ: Ideo verba ista,* Scire debet sanctitas vestra. *coherent cũ extremis verbis Grat. ad finem præcedentis capitis atq; ita legendum,* Vnde Ambrosius in eiusdẽ diei sermone 61. qui incipit, Scire debet sanctitas vestra; *ac deinde subiungẽdũ,* Per hos quinquaginta, &c. *Suo enim modo aptauit hunc locum Gratianus. Nam apud B. Ambrosium paulo aliter habetur.*

Necessariò ergo ecclesia constituit, vt post diem Pentecostes ieiunia celebrentur. Sed quid in illis quinquaginta diebus ieiunandum esse negatur; ex obseruantia [k] *necessitate intelligitur.*

Scire debet.] CASVS. Docet Ambro. ꝙ quinquaginta dies a pascha resurrectionis vsque ad penteco. reputantur velut dies resurrectionis. & dies Dominici: quia resurrectio die Dñica fuit: & hos dies cum hominibus & discipulis suis stetit, & ideo sicut in resurrectione gaudendum est, & non ieiunamus: sic & in his quinquaginta dieb. gaudendum est, nec ieiunia sunt indicãda: nec genua flectimus.

1 Scilicet in illis tres dies, de quib. loquit prædic. rogationes sint ieiunandi. Io. de Fã.

c ¶ Succedamus.] quia vnum genu succedit alij: & ita factũ notat.

Christus post dies 40. ascendit in cœlum.

d ¶ Quinquagesima] si quadragesimã dixisset, melius dixisset nã post quadraginta dies ascẽdit in celũ. de cõsecr. dist. 5. ieiuniũ. & sic ponitur totũ pro parte. sic 2: q. 4. cũ superna. sic econuerso pars ponitur pro toto. 14. q. 5. pœnale.

e ¶ Eorum.] Arg. ꝓ omnib. vigilijs Apostolorum ieiunãdis, vel pro nullis: quod falsum est: ecclesia tamen Romana cõsueuit ĩ vigilijs omniũ ieiunare. extra de obser. ieiunio. cõsilium. nisi Ioannis, Philippi, & Iacobi, vt ibi Laur.

Ieiunãdum est ĩ vigilijs omnium Apostolorum nisi Ioannis Philippi, & Iacobi.

f ¶ In apologia.] id est sermone excusatorio de adulterio, quod Dauid commisit cum Bersabeæ ab apo, qđ est re: & logos, quod est sermo: quasi responsio pro aliquo.

g ¶ Chirographo quoque.] idest, peccato quo tenebamur diabolo obligati tanquam chirographo.

h ¶ Euacuato.] vt C. de plus pe. l. vna. & est arg. ꝙ cancellato instrumento liberatur debitor. 2 quod verum est nisi creditor probet cõtrariũ. ff de prob. si chirographum.

2 De hoc no. extra de renunc. sanè in glo. & sic. & extra vt lite pen. eccles. a 10 si. Arch.

i ¶ Cãtatur.] inf. de consec. d. 3. ne quis. & c. ieiunium.

NECESSARIO CASVS. Conclusit Gratianus ex supradicto cap. dicens ꝙ ecclesia necessario instituit ieiunium post pentecosten: quod dicitur non esse ieiunandum in his quinquaginta diebus, intelligitur ex necessitate: de facto tamen ieiunamus in vigilia pẽtecostes, sicut in vigilia resurrectionis, & ad hoc inducitur sequẽs cap.

Vigilia pentecostes est necessario ieiunanda.

k ¶ Obseruantiæ.] Hic malè dicit, & in seq. §. immo vigilia

gilia pentecostes necessario ieiunanda est, vt infra cap. nosse. & su.cap.ieiũnio.non obstat c.scire,quia pro vno die,nec plus nec minus;[1] sed ꝙ ieiunare debeat hoc habet ecclesiæ consuetudo generalis.

f ¶ Auferam.] Dicendo tunc esse ieiunandum. ADDIDIO. q.d. Nolo his diebus indicere ieiunium. Archid.

g ¶ In suo.] Vt morem obseruet in ieiunijs,sicut dicitur de vigilia Bartholomæi.extra de obser.ieiu. consilium.

h ¶ Apo-

Vnde idem Ambrosius in eiusdem diei sermone 60. qui sic incipit.

¶ De eodem. Cap. IX.

NOsse credo.α vos fratres. Non minore lætitia celebramus diem Pentecostes, quam sanctum Pascha curauimus. Tunc.n.sicut modo fecimus, ieiunauimus sabbato, vigilias celebrauimus: orationibus pernoctantes [a] † institimus; vnde necesse est, [b] similem † obseruantiam similis lætitia subsequatur.

α ¶ Nosse credo.] *Idem euenit in hoc capite: quod in superiore euenisse notatum est. Cohæret enim cum superioribus, prima sermonis periodo, quasi in summam redacta.*

Obseruantia verò similis dicitur quo ad factum, non quo ad necessitatem.

Vnde Isidorus lib. 1. de ecclesiasticis officijs, c. 42.

¶ De eodem. Cap. X.

POst Pascha vsq; ad Pentecostem, licet traditio ecclesiarum abstinentiæ rigorem prandijs relaxauerit; [c] tamen si qui monachorum, vel clericorum, ieiunare cupiunt, nõ sunt prohibendi; quia Antonius, & Paulus, & cæteri patres antiqui etiam his diebus in eremo leguntur abstinuisse, neque soluisse abstinentiam, nisi tantum die Dominico.

Item Hieronymus ad Lucinium, epist. 28.

¶ De eodem. Cap. XI.

VTinam omni tempore ieiunare possimus; quod in actibus [d] Apostolorum diebus Pentecostes, & die Dominico Apostolum Paulum, & cum eo credentes fecisse legimus. *& infra.* ¶ Nec hoc dico quòd Dominicis † diebus ieiunãdum putem, & contextas [e] quinquaginta † diebus ferias auferam: [f] sed vnaquæque prouincia abundet in suo [g] sensu: & præcepta maiorum, leges Apostolicas, [h] arbitretur.

Item Pelagius Papa Petro episcopo Potentino.

¶ Sabbato magno post horam baptismi episcopus valet ordinari. Cap. XII.

DIlectionis tuę scripta suscepimus, quibus significas Latinum ecclesiæ Grumentinæ diaconũ ad episcopatũ Marcellianẽsis ecclesiæ, siue Clusitanę † ab omnib. fuisse electũ: quod iam ante hoc tẽpus retulisti, & iussi-

† *pernoctantes.*] orig.
† *similis obseruantia similem lætitiã subsequatur.*] orig.

Poly. l. 3. tit. 23.
Act. 13. 20. & 27.

† *al. festiuis.*
† *al. sexaginta.*] orig.

su. d. 63. literas.
Poly. l. 2. tit. 28.
Ans. l. 6. c. 59.
† *al. Consilinatis.*

[1] De conse. di. 3. reuera, & vide quod dixi 65. d. c. j.

[a] Adde glo. concor. in l. de pupil. §. meminisse, ff. de no. op. nun. & in l. de offi. ... præ... ...

NOsse credo. [CASVS. Docetur hic, quòd cum tanto gaudio celebrandus est dies pentecostes, quanto dies resurrectionis. Et hoc probat per similẽ obseruantiam, quia vigilia Pentecostes celebratur sicut vigilia resurrectionis, vnde similis obseruantia simili debet gaudere lætitia.

a ¶ Pernoctantes.] per totam noctem significat. ff. de verb. sign. vrbana. §. pernoctare.

b ¶ Necesse est.] Idest cõueniẽs est à secundum G. nam cõsilium est non enim quidquid consulitur, iuris necessitati subijcitur. de pœn. dist. 6. c. 1. in fi. ff. de iudic. non quidquid.

OBSERVANTIA. CASVS. dicit Gratianus, quòd similis obseruantia est, quo ad factum, & non quo ad necessitatem, consuetudo tñ ecclesiæ præiudicat ei quod Gratianus dicit.

POst Pascha. CASVS. Quæsitum fuit ab Isidoro, vtrũ monachi, vel clerici vel laici possint ieiunare a resurrectione vsque ad pentecosten? qui respondet dicens, quod licèt ecclesia relaxet ieiunia, & abstinẽtię rigorem, si quis tamẽ vult ieiunare, põt ad instar Antonij & Pauli, & cæterorũ patrũ qui in his diebus in eremo ieiunauerũt, exceptis diebus Dominicis.

c ¶ Relaxauerit.] Interdicendo ieiunia.

VTinã. CASVS. Lucinius quæsiuit a Hyeronimo an sit peccatum ieiunare in co. dieb. post Pascha resurrectionis, & in diebus dominicis. Et respondet ꝙ non. Et hoc probat exemplo Pauli, & aliorum credentium, qui in illis diebus ieiunauerunt: non tamen cogitur quis ieiunare, sed vnaquęque prouincia in sensu suo abundat & leges maiorum interpretatur.

d ¶ In actibus.] su. eo. d. si quis tanquam, contra.

e ¶ Contextas.] idest, interfertas solemnitates, vel contextas idest, iuges & continuatas supra. ea. scire.

h ¶ Apostolicas.] Consuetudo enim interpretatur legẽ ff. de verb. sig. anniculus.

DIlectionis.] Hoc c. inducitur ad ostendẽdum varietatẽ computationis inter Latinos, & Hebræos. Nã secundum Latinos quartus est mensis Iunius: secundũ Hæbreos Iulius: & ita facit ad propositum Gra. est ergo casus. Latinus diaconus ecclesiæ Grumentinæ fuit electus ab omnibus in episcopum Marcellianẽsem, quod negotium

gotium totum Petrus Pontinus episcopus Papæ significauit? Rescribit ergo Pelagius, ꝙ iam iusserat Latinum prædictum Romam venire, credens eum habere literas dimissorias à suo episcopo: quod si verum est, mādat Petro, ut faciat eum venire ad Vrbem in Sabbato sancto: quicumq; alia in monachis, quia monachus ex dispensatione intra annum promouetur, laicus intra annum & dimidium, ut infra ea. monachus & docet 1.c. huius dist. quod gradatim debet fieri ordinatio.

d ¶ His temporibus.] Hic intitulatur 77. distin. in qua tractatur de interstitijs temporū obseruandis. No. ergo, ꝙ si quis ab infantia sit mancipatus militiæ clericali, anno 7. pōt ordinari clericus, ostiarius, lector, & exorcista, & sic stabit vsq; ad annum 12. exinde acolythus vsque ad annum 20. & postea in 21. subdiaconus, in 25. ann. diaconus, in 31. presbyter, exinde potest esse episcopus, ut inf. ead. in singulis. & c. quicunque. 28. dist. de his. sed si adultus velit ordinari, sic potest fieri ordinatio, vt per 7. annos recipiat ordines omnes in duob. primis quatuor minores, i. reliquis quinque ordinetur acolythus, subdiaconus, diaconus, presbyter, & eps si electus fuerit. 7. ea. quicunque. Si autē secus factum fuerit, deponi debet. 7. ead. dist. subdiaconus, ex generali tamen consuetudine his omnibus capitulis derogatū est. ubi uero maior necessitas ecclesiæ incumbit, laicus p annū & dimidiū, monachus verò per annum potest recipere oēs ordines, vt infra ead. c. vlt.

Temporum interstitia sunt in ordinib. obseruanda.

quia sup. dist. 54. ca. frequens.

mus, vt veniret;[a] credentes eos de persona eiusdem ab episcopo[b] suo dimissorias accepisse. Quòd si modo fecerunt, facite eum velociter ad vrbem Romam occurrere, vt si Deus iusserit, in Sabbato magno post horā baptismi ordinetur. Quòd si ante memoratum diem non occurrerit, cogetur vsque ad quarti[c] mensis ieiunia sustinere.

DISTINCTIO. LXXVII.

Epist. II. Anastasio.

HIs temporibus[d] secūdum Anacletum, Zepherinum, Gelasium, & Pelagium, episcopi, presbyteri, & diaconi sunt ordinandi. Metropolitanus aūt iuxta Leonē ex presbyteris eiusdem ecclesiæ, vel ex diaconis optimus ordinetur. Ex monachis autem, vel laicis nullus nisi per gradus ecclesiæ, debet ad summum sacerdotium peruernire.

Vnde Caius Papa Fœlici episcopo, epist. vnica in extremo.

¶ Non nisi per distinctos gradus quisquam ad sacerdotium aspiret. Cap. I.

ILlud nos statuentes vobis, & omnibus seruare mādamus, vt ad ordines ecclesiasticos sic ascēdant in ecclesia, qui ordinari merentur: idest, si quis episcopus esse meretur; sit primū[e] ostiarius, deinde lector, postea exorcista, inde sacretur acolythus, demū verò subdiaconus, deinde diaconus, & postea presbyter; & exinde, si meretur, episcopus ordinetur.

Vnde Zozimus episcopus vrbis Romæ ait ad Isychium, epist. 1. c. 3.

Ans. lib. 7. cap. 49. Rabanus de instit. cler. l. 1. c. 13.

¶ Quæ interualla temporis in singulis gradibus seruanda sint. Cap. II.

IN singulis gradibus hæc tempora sunt obseruanda

ILlud.] CASVS. Docet Gelasius in hoc c. quod si quis vult ad episcopatum ascendere, debet gradatim promoueri, ut primo ostiarius, deinde lector, &c. quod oportet per interstitia temporum fieri.

quia si tunc non venerit, cogetur subsistere, vsque ad ieiunia quarti mensis, idest, Iulij.

a ¶ Vt veniret.] Quia forte suberat Papæ iste episcopus nullo medio.

b ¶ Ab episcopo.] Arg. quòd clericus alicuius episcopi in alia prouincia non debet eligi: nec ipse debet consentire, nisi habeat literas dimissorias, quibus absoluatur ab obnoxietate sui episcopi. arg. 85. distin. Florentinum archidiaconum. & dist. 71. fraternitatem. arg. contra, quòd scilicet non exigatur consensus episcopi, instit. de adopt. §. sed si quis nepotis. De hoc dixi supra. 61. dist. §. sed aliud.

c ¶ Ad quarti.] Supra 75. dist. ordinationes.

HIs temporibus. CASVS. Ostenso quibus temporibus sint clerici ordinandi, nunc in hac 77. distin. ostendit quæ vel quanta interstitia temporum in singulis ordinibus sint seruanda, & super hoc triplex regula seruatur. Nam alia seruatur in pueris, qui per interstitia promouentur, quæ sunt inf. ea. in singulis. & quicunq; alia in grādæuis, qui intra 7. ann. recipiunt ordines, vt inf. ea.

e ¶ Primū.] Supra 21. dist. cleros. cōtra. sup. dist. 32. seriatim. contra 5. 44. dist. non oportet. 1 contra 59. dist. si offic. cōtra. nā ibi colligit, ꝙ psalmistatus sit ordo primus: sed melius colligitur ext. de æta. & qual. cū contingat. Sed dic, ꝙ hęc dictio, primū, sequētia respicit, nō ꝙ sit prim⁹ ordo ostiarius. sed primus est respū sequētiū. ADDITIO. Ista fuit sententia Laur. Vel potest dici, ꝙ ideo tacet de psalmista hic, & 92. distin. à subdiacono. quia ille ordo à simplici sacerdote potest conferri. 23. distin. psalmista. & noluit enumerare, nisi illos, qui ab episcopis conferruntur secundum Hug.

1 Psalmistatus est primus ordo.

IN singulis.] CASVS. Zozimus docet hic. tēpora esse seruanda in ordinibus suscipiendis, vt si ab infantia literas didicerit à septennio vsque ad annos duodecim, recipit tres minores ordines. post annū 12. fiat acolythus. in 21. subdiaconus fiat. post 25. diaconus. post triginta presbyter; deinde mereatur episcopus ordinari. Eadem interstitia seruentur in defensoribus, idest, patronis

patronis ecclesiæ, si uoluerint ad clericatũ promoueri.
a ¶ Si ab infantia.] Idest septimo anno. C. de iure delib. l. si infanti. Ioan.
b ¶ Nomẽ.] Vt scribat in matricula. 50. di. contumaces.
c ¶ Quinquennio.] Post septẽniũ. inf. e. c. subdiaconus.
d ¶ Exinde.] Post xij. annos cũ voluerit.
e ¶ Vel subdiaconus.] Vel pro, idest, hoc probatur in ca. seq. arg. C. de verbo. sign. l. ult. arg. extra de eo qui fur. or. re. cap. 2.
f ¶ Xiiij. annis.] Cõputatis a tempore septennij hoc respicit qđ dicit de infantia, idest septennio, & ita in xxj. an. subdiaconus fiat.
f ¶ Xiiij. annis.] Hec determinatio xiiij. ann. non respicit, nisi tantùm subdiaconatũ. quod patet ex cap. seq. ubi dicitur, quod ab accessu adolescentiæ. vsque ad xx. annum fiat acolythus, & subdiaconus, sed in xv. anno acolythus, in xxj. subdiaconus.
g ¶ Pontificatum.] inf. de consec. dist. 5. de his verò. sup. dis. 18. si episcopus. & distin. 50. si officia.
h ¶ Defensores.] Idest aduocati castaldi. 1. q. 3. saluator. 1
i ¶ Ex laicis.] infra dist. 89. indicatũ. cõtra. Sed hic isti laici erant de foro ecclesiæ, ibi non & cõstitui debent isti quò ad temporalia, non quò ad spiritualia. 16. q. 7. in nona.
k ¶ In ordine.] Contra. Nonne. isti sunt grandæui, cũ eis cõmittat administratio. ergo per septem annos tm̃ possunt ascendere ad omnes ordines, ut infra c. prox. quare ergo hic dicit, supradicta obseruatione. Respon. ideo ut gradatim omnes ordines recipiant, & nullum pertermittant. nec tamen per tanta interstitia, vel hoc corrigitur. Io.

1 Adde, hic, ꝙ defensor appellat patronus siue aduocatus ecclesiæ ext. de elect. venerabilem. Item reus dĩ defensor. 4. q. 4. ca. 1. Itẽ custos patroni Romanæ ecclesiæ. 28. dis. quia sũt culpæ. Item custos cuiuslibet ecclesiæ, vt hic. Item exorcista. inf. ead. monachus nouitius. Archid.

si ab infantia [a] α ecclesiasticis ministerijs nomẽ [b] dederit, vt inter lectores & exorcistas quinquennio [c] teneat, exinde [d] acolythus, vel subdiaconus [e] xiiij. annis [f] fiat; & sic ad benedictionem diaconatus, si meretur, accedat: in quo ordine quinque annis, si inculpate se gesserit, hęrere debebit. Exinde suffragantibus stipẽdijs, per tot gradus datis propriæ fidei documentis, presbyterij sacerdotium poterit promereri: de quo loco (si eum exactior ad bonos mores vita perduxerit) summum Pontificatum [g] sperare debebit. *& infra.* ¶ Defensores [h] etiam ecclesię, qui ex laicis [i] fiunt, supradicta obseruatione teneantur, si meruerunt esse in ordine [k] clericatus.

α ¶ Si ab infantia.] *Prior hac huius capitis pars summatim refertur. Integre locus si habet.* Si ab infantia ecclesiasticis ministerijs nomen dederit, inter lectores vsq; ad vigesimum ætatis annum continuata obseruatione perduret. Si maior iam, & grãdæuus accesserit, ita tamen vt post baptismum statim se diuinæ militiæ desideret mancipari, siue inter lectores, siue inter exorcistas quinquẽnio teneatur; exinde acolythus, vel subdiaconus quatuor annis: & sic ad benedictionem, &c. *Ac sanè in vno etiam peruetusto Gratiani codice, & apud Rabanum, lib. 1. c. 13. de instit. cler. legitur*, quatuor annis *non*, quatuordecim. *Sed ob glossas nihil mutatum; additumve est.*

Item Syricius Papa ad Hymerium Tarraconensem, epist. 1. cap. 9.

¶ De eodem. Cap. III.

Quicunque itaq; se ecclesiæ vouerit obsequijs à sua infantia; ante pubertatis [l] annos baptizari, [m] & lectorum debet ministerio sociari. Qui ab accessu adolescentię, vsq; ad vigesimũ α ætatis annum; si probabiliter vixerit, vna tantùm, & ea quam virginem communi, per sacerdotẽ bñdictione percepit, vxore cõtentus, acolythus, [n] & subdiaconus esse debebit: posteaque ad diaconij [o] gradum (si seipsum primitus, cõtinentia præeunte, dignũ probauerit) accedat. Vbi si vltra β quinque annos

Iuo p. 6. c. 91. & 92.

Qvicunque.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima prosequitur de pueris: in secunda de grãdæuis. In prima igitur dicitur, ꝙ pueri ante pubertatis annos baptizari debẽt, & fieri ostiarij, lectores, & exorcistæ. deinde, vsque ad xx. ann. ita quod, vsque, teneatur inclusiue: inde fiat acolythus, & subdiaconus: post xxv. diaconus: post xxx. presbyter, post decennium computãtum a xx. ann. fiat episcopus, quia postquam est presbyter statim potest fieri episcopus. In secũda verò parte dr̃, ꝙ si quis est grandis ætatis, prius baptizet, & in primo biennio fiat ostiarius, lector & exorcista. In sequenti quinquennio fiat acolythus & subdiaconus, postea diaconus, postea presbyter, postea ep̃s. Sc̃da pars incipit ibi, Qui verò iã.] Sed duo sequentia ca. plana sunt.
l ¶ Pubertatis.] Idest annum xiiij. secundum quosdam sm̃ H. ante xij. Insti. quib. mo. tute. fin. in prin. extra de despõ. impub. puberes. 20. q. 1. illud vbi incipit adolescẽtia, ex sufflatur & exulat pubertas. Ioã. quod dicit H. de xij. annis, non est verum in masculo, sed in puella, ut Instit. quib. mod. fi. tute. in prima colum. B.
m ¶ Baptizari.] Sed quare dicit, ꝙ tunc debeat baptizari, cum sit dubium & periculosum intantùm differri baptisma, ut de consec. dist. 4. qñ quis. &c. ne qđ absit? ideo dicit, quia cum baptisma sit ianua omnium sacramentorum, vt 32. dist. §. verum. in fi. nõ posset ordinari si non esset baptizatus, ext. de presbyt. nõ bapti. c. 3. nõ ꝙ debeat differri. sed si casu dilatum est, baptizari dẽt.
n ¶ Acolythus.] Et ita uidetur, ꝙ de iure non debeant minores ordines simul conferri: quod credo, nisi dispensatiuè: vel nisi sit consuetudo, vt extra de eo. qui fur. or. re. cum H. lator
o ¶ Ad diaconij.] Continentia præeunte: ideo hic non dixit de subdiaconatu, quia nundum erat sacer ordo tempore Syricij, qui antiquissimus fuit. 32. dist. erubescant. hodie vero est sacer ordo.

Pubertas q̃ñ finitur.

Bapt'ismus est omnium sacramentorum ianua.

Ordines minores an simul conferri possint.

a ¶ Exin-

a ¶ Exinde.] inf.ea.d.episcopus contra. Sed referas hoc ad 20.annum.de quo sermo præcessit.non ad quinquennium proximum.& sic erit in 30.anno. vt ibi dicitur. & extra de elect.cum in cunctis. vel dicas esse constitutionum varietatem.Hug.

b ¶ Gran- in canone 16.d.qui sine.distingue tñ inter ordinem, & ordinem, & ita arbitrio boni viri relinquitur. extra de offi.deleg.de causis.ff.de iure delib.l.1.

c ¶ Aliud.] a biennio si esset in 35. anno. nec refertur ad antecedens quinquennium:quia non præcessit aliud. sic. C.quomodo, & quãdo iudex. Auth. qui semel.

laudabiliter ministrauerit, congrue presbyterium consequatur. Exinde [a] post decennium episcopalem cathedram poterit adipisci: si tamen per hæc tempora integritas vitæ, ac fidei eius fuerit approbata. Qui vero iam ætate grandæuus [b] melioris propositi cõuersatione prouocatus, ex laico ad sacram militiam peruenire festinat, desiderij sui fructum non aliter obtinebit, nisi eo, quo baptizatur, tempore, statim [c] lectorum, aut exorcistarũ numero societur: si tamen, eum vnam habuisse, vel habere [d], & hanc virginem accepisse, constet vxorem. Qui dũ initiatus fuerit, expleto biennio, per quinquennium aliud [e] acolythus, & subdiaconus fiat; & sic ad diaconatum (si per hæc tempora dignus iudicatus fuerit) prouehatur. Exinde iam accessu temporum, presbyterio, vel episcopatui, si eum cleri, ac plebis euocauerit electio, non immerito societur.

Ibidem c.10.

α ¶ Vigesimum.] *In plerisque vetustis exemplaribus, & Gratiani, & epistola, atque apud Iuonem legitur, trigesimum. Sed in epistola Zozimi, cuius pars relata est in antecedente notatione,* vigesimum.

β ¶ Vltra.] *Sic legitur in omnibus manuscriptis, & in originali ipso. In vulgatis erat,* intra.

Item ex sexta synodo, c.15.

¶ De eodem. Cap. IV.

SVbdiaconus nõ minor viginti annorum [f] ordinetur. ¶ Si quis verò in aliquo ordine sacerdotali præter cõstituta tempora ordinatus fuerit, deponatur.

Item ex concilio Carthaginensi 3.c.4.

Et conc.Carth.codicis can.16. Burc.l.2.c.11. Iuo p.6.c.31. Pann.l.3.c.30. Poly.2.l.ti.27. Ansl.l.7.c.96.

¶ De eodem. Cap. V.

PLacuit [g], vt ante vigintiquinque annos ætatis, nec diaconi ordinentur, nec virgines consecrentur, & vt lectores populum non salutent [h].

Item ex concilio Agathensi, c.16. & 17.

¶ Minoribus 25. annis leuitica non præstetur benedictio. Cap. VI.

EPiscopus benedictionem diaconatus minorib. quã 25. annorum penitus non committat. ¶ Sanè si coniugati iuuenes [i] consenserint ordinari, etiã vxorum vo-

Iuo p.5.c.135.

f ¶ SVbdiaconus.] nõ minor 20. annorum. Ita, vt cõpleuerit 20. annum. hoc enim requiritur in [1] honoribus ecclesiasticis, vt extra de elec.cum in cunct.s. licèt secus sit in honoribus ciuilibus [2]: vbi sufficit attigisse 25. annum, vt ff.de mu.& ho.ad rem.licèt sit arg.cõtra inf. distin. prox. c.presbyter. In vsucapioni bus sufficit attigisse vltimum diem, ut ff. de diuersi.& tempo. præsc.ip.in usucapione.& similiter quãtum ad factionem testamenti sufficit attigisse ultimum diem 14.anni.ut ff.de testamen. qua ætate. Sed quantum ad excusationẽ ciuilium munerũ requiritur, qđ annus sit cõpletus, vt ff. de iure immuni. maiores. Sed quantũ ad beneficium restitutionis sit computatio de momento ad momentum, ut ff.de mune. l.3.§.minorem. Sed in temporalibus actionib. oportet, ut ultimus dies sit completus, ut ff.de actio. & ob. l.in omnibus temporalibus.Ioan.

1 Aetas in honoribus, & multis alijs necessarias.

3 Etiã fortè est ratio, qa honores ecclesiæ potius spectant ad onus quàm honorem 8. q. 1. illud. Io.de Fant.

g PLacuit inf.20. q.1.placuit.

h ¶ Salutent.] Solebant forte lectuti in pulpito aliquam salutationem nob s signe tam præmittere, uel dicebant. Dominus uobiscum, ubi modo dicunt: Iube domne benedicere.21.distinct.denique.

1 Hanc literam ponit Laur. cuius fuit hæc gl. Sed Hug.ponit 18.c.1 28. dist. de his. 32.dist.lectores. Sed hoc fm Hug. nõ ualet, quia tunc in septennio non posset recipere omnes ordines.

2 Concor. tex. cum gl. l.non aliter. ff. de leg. 3. & in l.1. ff. de mino.

b ¶ Grandæuus.s.xxiij.anno 1.nel xxx quia hæc est uirilis ætas.inf.ca.e.episcopus 2. ætas enim multum facit ad eruditionem.16.q.7.hoc fit. & si sit xxiij.annorũ.ita recipit omnes ordines intra xxx. annum.sicut quilibet alius.qui a pueritia deseruuit ecclesiæ. Vel grandæuus. s.xviij.annorum.arg.28.dist.de his.& 32.dist.lectores.

c ¶ Statim.] sup.dist.47.§.1.argum.contra.Sed nõ dicit statim, id est, incontinenti: sed statim, id est, paulo post tale statim habes ff.de procura.qui procuratorem, uel ibi non prohibetur, nisi de episcopatu & presbyteratu:

d ¶ Vel habere.] Ita tñ, qđ dudum iam promiserit continentiam.nam præire debet continentia.ut 28.dist.cap. priusquam. præterea de isto grandæuo non exprimitur

EPiscopus benedictionem.] CASVS. Hoc.c.diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur, qđ minor xxv. annorum fieri diaconus non debet. In secunda parte, dicitur, qđ si coniugatus iuuenis uoluerit ordinari, requirenda est uxoris uoluntas: & sequestrato, cubiculo & religione promissa, ordinetur. In tertia parte dicitur, quod ante xxx. annum presbyter, uel episcopus non ordinetur. Secunda pars incipit ibi, [Sanè.] Tertia ibi, [presbyterum uero.]

i ¶ Iuuenes.] Idem est de alijs regulariter. arg.32.q.5. per totũ.si sunt senes bene pot.[illegible] : & alter in seculo remanere extra de conuer.coniug.cum sis.

a ¶ Sequestrato.] Infra 81. distin. volumus contra. Sed hic de suspectis. Vel dic quod thalamus tantum debet sequestrari, non autem mansio 1. & hoc obtinet in vxore promouendi: secus est in vxore illius, qui vult cõuerti: quia tunc vxor intrabit religionem. vel si est senex promittet continentiam, vt extra de cõuer. cõiu. cum sis. & de illa materia not. 28. dist. quia sunt culpæ. Quid si vxoratũ promouet episcopus ad minores ordines, debet ne ab eo exigere continentiam, cum sine titulo, cũ nõ debeat promouere & beneficium simul cũ vxore habere nõ possit, extra de cler. cõi. c. 1. & c. diuersis? Sic: si tñ promouet, nec exegerit, habebit beneficiũ: ar. 32. dis. si qui. ab eo autẽ qui vxorẽ nõ habet non est exigenda cõtinentia. 15. q. 3. §. cũ autem. Ioan.

1 Vt litera idem dicere cum dicat se q̃strato mãsionis cubiculo de hoc le. & no. extra de cõuer. coniug. coniugatus: ibi uide.

i ¶ Leuitæ.] Omnes qui in templo seruiebant dicebant Leuitæ, quia de tribu Leui assumebantur. Sed nunquid conferebat eis tunc character? Sic: argu. de consecratio. distinct. 1. c. 1. sed non idem qui hodie. argum. extra de sacra. vnct. cum venisset. in fin. 21. distinct. c. 1. quod est con-

Leuita à le. ui dicitur.

lūtas ita requirenda est, vt, sequestrato [a] mansionis cubiculo, religione [b] promissa, posteaquam pariter conuersi fuerint, ordinentur. ¶ Presbyterum vero, vel episcopum ante triginta annos, id est antequã [c] ad viri perfecti ętatem perueniat, & diaconos ante vigintiquinque, nullus metropolitanorum ordinare præsumat: ne per ætatem [d] (quod aliquoties euenit) aliquo errore culpentur.

C. 17. Burc. l. 2. c. 9. Iuo p. 6. c. 29. Pann. l. 3. c. 28.

Item ex concilio Toletano 4. c. 19.

¶ De eodem. C. VII.

IN veteri lege ab anno vigesimoquinto leuitæ [e] in tabernaculo [f] seruire mandantur cuius auctoritatem in canonibus & sancti patres secuti sunt. Nos [g] & diuinæ legis & conciliorum præcepti immemores, infantes, & pueros [h] leuitas facimus ante legitimam ætatem, ante experientiam vitæ: ideoque, ne vlterius fiat à nobis, & diuina lege, & canonicis admonemur † sententijs, vt † à vigintiquinque annis ætatis læuitæ [i] consecrentur, & à triginta presbyteri ordinentur.

Poly. l. 2. tit. 27. Burch. l. 2. c. 12. Iuo p. 6. c. 31. Pann. l. 3. c. 31. Num. 8.

† In codice regio.] admonemus exiplis. † al. sed.

Coniugati an possint promoueri.

Item Gelasius Papa ad episcopos per Lucaniam, epi. prima, c. tertio.

¶ Per quæ interualla temporum ordinetur, qui de monachis in clericatum eligitur. C. VIII.

SI quis de religioso proposito, & disciplinis monasterialib. eruditus ad clericale munus [k] accedat; in primis eius vita præteritis acta temporibus inquiratur, si nullo graui facinore probatur infectus, si secundam nõ habuit fortassis vxorem, nec à marito relictam sortitus ostẽditur; si pœnitentiam [α] publicam fortassis non gessit, nec vlla corporis parte vitiatus apparet si seruili, aut originariæ non est conditioni obnoxius, si curię iam probatur nexibus absolutus, si assecutus est literas, sine quibus vix fortassis ostiarij possit implere ministerium.

sup. dist. 55. c. 1. Ansl. l. 7. c. 47. Iuo p. 3. c. 143.

α ¶ Si pœnitentiam] *Hinc vsque ad finem addita sunt ex epistola ipsa, vt melius percipiatur nexus sequentis capitis. Nam post verbum,* ministerium, *continenter apud Gelasium sequitur:* vt filius omnibus, quæ sunt prędicta, fulcitur; continuo lector, &c.

b ¶ Religione.] i. castitate: q̃ qualiter permitti debet, dixi 32. dis. seriatim. nec cũ ista debet religionẽ intrare: quia nec vir eius intrat. secus est 1 vxore monachi, vel episcopi. extra de cõuer. coniug. tane.

Aetas uirilis diuersimode interpretat.

c ¶ Antequam.] Nõ. q canon aliter interpretatur virilem ętatẽ, aliter interpretat lex. ff. d minorib. l. 1. C. de his q veni. æta. impe. l. vlt. sed diuersificãt: quia diuersos habẽt respectus. Pretor nõ habuit respectum nisi ad rerum suarum administrationem.

d ¶ Ne per ętatem.] Argu. ratione ætatis p̃sumi pro aliquo, vel cõtra, ut su. 34. dist. quorundam 33. q. 2. antiqui.

Item eodem capite, & sequenti.

¶ De eodem. C. IX.

MOna-

IN veteri.] CASVS. Quidam epi ante xxv. annũ. leuitas ordinabãt. sed Toletanũ concil. prohibet ne hoc de cætero fiat: sed post xxv. annum leuitæ ordinentur; & presbyteri post xxx. quod probat auctoritate legis Mosaicæ & canonicæ.

e ¶ Leuitæ.] In ueteri lege à xxv. anno Leuitæ deseruiebant tabernaculo, & custodiebant uasa tabernaculi aurea: antea non.

Leuitæ officium.

f ¶ Tabernaculo.] Quid sit tabernaculum, habes ff. de uerb. sig. l. inde tabernacula.

Tabernaculum.

g ¶ Nos.] Commiscet se alijs, ut citius reprehendat.

h ¶ Pueros.] Puer quandoque seruũ, quandoque puellam significat. ff. de uerb. sig. pueri. quandoque dicitur Puer, 18. annorum, ff. de ali. & ci. le. l. Mela.

Puer quid significat.

contra opi. Hug. quam dixi su. 75. dist. c. 1. q scilicet sine Missa conferatur character. Sed hodie immutata est forma per Christum: unde nec Aaron sine Missa conferret hodie characterem.

Character hodie sine Missa nõ cõfertur.

SI quis.] CASVS. Dicitur hic q si quis monachus uoluerit promoueri, uita eius præterita requiri debet, si fuerit criminosus, uel irregularis, contrahendo cum secunda uxore, uel repudiata.

K ¶ Munus.] id est si vult ad ordinem promoueri. Archidiaconus.

MOnachus.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima loquitur de monacho. In secunda de laico.

laico. In prima ergo dr, q monachus nouitius, si bonæ vitæ, & bonæ conuersationis fuerit, intra annum potest omnes ordines recipere per interstitia breuia in ca. assignata, vt deuotio sancti propositi legitima suppleat interstitia. In secunda parte dicitur, q laicus intra annum

dius tñ scripsit litteras non esse notas. ff. de bon. possess. sed cum patrono. §. notis. Notæ autem quandoq; dicuntur cicatrices, vñ lex dicit, quod notæ, & nomina fugitiuorum ad magistratus sunt referenda. ff. de ser. fug. l. 2. iuxta illud. Folijsque notas, & nomina mandat.]

chus α [a] vero nouitius [b] morum honestate fulcitus, continuo lector, vel notarius [c], aut certe defensor [d] effectus, post tres menses existat acolythus: maximè si huic ætas etiã suffragatur: sexto mense subdiaconi nomen accipiat; ac si modestæ conuersationis, honestæque voluntatis existit, nono mense diaconus, completoque anno sit presbyter: cui tamen, quod annorum interstitia fuerant collatura, sancti propositi sponte suscepta doceatur præstitisse deuotio [e]. ¶ Si verò laicus quispiam ecclesiasticis est aggregandus officijs; tanto solicitius in singulis, quæ superius comprehensa sunt, huiusmodi decet examinari [f] personam; quantum inter mundanã, religiosamq; vitam constat esse discriminis: quia vtique conuenientia [g] ecclesiæ ministeria reparanda † sunt, non inconuenientibus meritis ingerenda: tantoque magis, quod sacris aptum possit esse seruitijs, in eorum quærendum est institutis, quantum de tempore, quo fuerant hæc assequẽda, decerpitur; vt morum habere doceatur hoc probitas, quod prolixior consuetudo non contulit: ne † per occasionem supplẽdæ penuriæ clericalis, vitia [h] potius diuinis cultibus intulisse †, non legitimæ familiæ Domini computemur procurasse compendia [i]. Quorum [k] promotionibus, super animetas [l], sex menses nihilo minus subrogamus: quoniam, sicut dictum est, distare [m] conuenit inter personam diuino cultui deditam, & de laicorum conuersatione venientem. Quæ tamen eatenus indulgenda credidimus, vt β ecclesijs ab hac occasione cessantibus [n] canonum paternorum vetus forma seruetur.

Ibidem. cap. 4.

† al. deputanda.

† al. non.

† al. intulisse indicemur.

α Monachus.] *Quomodo hic locus in originali habeat proxima superiore notatione indicatum est.*

β ¶ Vt ecclesijs.] *Hæc multo plenius a Gelasio exponuntur:* Vt illis, inquit, ecclesijs, quibus infestatione bellorum, vel nulla penitus, vel exigua remanserunt ministeria, renouentur: quatenus his, Deo propitio, restitutus, in ecclesiasticis gradibus subrogandis canonum paternorum vetus forma seruetur. nec contra eos vlla ratione preualeat, quod pro accidentis defectus remedio prouidetur, non aduersus scita maiorum noua lege proponitur; cæteris ecclesijs ab hac occasione cessantibus, quas non simili clade vastatas, pristinam faciendis ordinationib. conuenit tenere sententiam.

d ¶ Defensor. Exorcista. nã prius fit ostiarius, post exorcista. su. ea. c. 1. di. exorcista defensor q a defendit corpus a dæmonibus.

e ¶ Deuotio.] Sicut enim ingenium supplet tempus in bene studente, sic, & bonitas ætatem: & ita compensatur probitas cum tempore. Ec ergo bonitas supplet ætatem sicut tempus, vt C. de preposi. sacro scrin. l. 1. l. 12. sic & malitia dicitur ætatẽ supplere. C. si mi. ma. se. dixe. l. 3. extra de despõsa. impuberum de illis. ita pbitas, & honestas supplet tẽpus. C. de his qui ve. eta. imp. l. omnes, & ff. de decre. ab or. fa. l. 1. sic aliquid quod est minus, æquiparaẽ alij, qđ est maius, facta compẽsatione hinc inde. 7. q. 1. quæro & 10. dist. in canonicis Illud idẽ considerat in testib. quia fit cõpẽsatio auctoritatis ad numerũ. extra de testi. in nostra.

Ingenium & alia tempus supplere possunt.

f ¶ Examinare.] Argu. q si laicus inducitur in testẽ, diligẽtius est examinãd⁹, quã clericus, ppter maiorem duritiem. 12. q. 1. duo.

g ¶ Conuenientia.] idest, conuenientib. ministris.

h ¶ Vitia.] Idest, vitiosos clericos.

i ¶ Compendia.] id est vtilitates, vel vtiles ministros.

k ¶ Quorum.] Argumẽtum potest colligi ex hoc, q tantum valeat testimonium quatuor clericorum, quantum sex laicorum, nam in sesquialtera proportione videtur, quod se habeant, sicut se habent sex, & quatuor; quia tantum potest clericus facere per annum, quantum laicus per annum, & dimidium. 46. distinct. cap. penul.

Clericus laico pæferi.

2 Secundum hoc expone, vel notarius vel, p idest, & sic exponunt Gra. & Hug.

num, & dimidium poterit promoueri ad omnes ordines, si fuerit commendabilis vitæ, vt quod deest tempori, & quod prolixior consuetudo non contulit, suppleat in eo morum probitas, & hæc omnia fiunt de dispensatione propter necessitatem: qua cessante vetus forma seruetur, secunda pars incipit ibi. [Si verò laicus.]

a ¶ Monachus.] Hoc cap. loquitur secundum casum illum sup. dist. ve. pristinæ. de dispensatione, procedente de iure communi.

b ¶ Nouitius.] Quia de nouitio maior dubietas videbatur esse.

c ¶ Vel notarius.] A notis, idest, litteris legendis 2. Po-

l ¶ Metas.] sup. dist. ead. quicunque. contra: Sed ibi de neophyto. hic de renato ab infantia loquitur. Vel illud regulariter & de iure communi: hoc specialiter ex dispensatione vnde subijcit, quæ tamen. &c.

m ¶ Distare.] inf. 8. q. 1. nec sufficere 2.

n ¶ Cessantib.] Cessante causa concessionis, cessare debet paratet & concessum vt 11 quest. 7. quod pro remedio.

2 Ad idem 61. dist. in sacerdotibus. sup. 2. d. statuimus, & eadem q. 1. vnius.

dro.& c. exigunt. su. dist. 55. priscis. 56. dist. ismael. argu. contra. C. fami. ercis. l. 2. Lau.
ADDITIO. Dic vt not. 61. distin. neophytus. & 29. q. 2. dux. Archid.

Qva verò ætate.] CASVS. Supra in proxima d stin. in cap. episcopus benedictionem dictū est quod qui ordinatur in presbyterum debet esse 30. annorum. Nunc vero in hac 78. dist. idem repetit, vt addat causam quare tunc, & non ante: scilicet quia Christus in 30 anno baptizat⁹ fuit, & postea cœpit prædicare, vt inf. ca. f. presbyter. Et omnia plana sunt vsque ad c. quid est.

a Qva verò. Hic intitul. tur 78. d. in qua ost ndit magister, quo d bere ordinari sacerdotes de iure cōi ante triginta annos completos: quia in tali ætate Dñs baptizat⁹ est, & prædicare cœpit, & quidā alij prophetæ. sed quia & ante hoc tēpus prophetæ ad prædicādum missi sunt, possent necessitate imminente a 25. anno ordinari ss. ea. d. c. vl. arg. ff. ad Treb. filium §. 1.

b Si quis.] Non impleuerit. Extra de elec. cum in cunctis.

c Sit dignus.] Ar. est non debere derogari iuri cōmuni propter personā. sup. d. 50. ex penitentib. d. 61. miramur. Sed propter necessitatē, vel vtilitatē derogat iuri. licet nō propter digni tatem tātum, vt 1. q. 7. cap. tali. 1.

Qvid est man⁹.] CASVS. Super epistolam ad Timotheum habetur. Manus cito nemini imposueris, nec communicaueris peccatis alienis. Nunc verò Leo Papa exponit literam Apostoli, & dicit, quod ille cito manum imponit, qui ordinat aliquem ante congruam ætatem, & ante examinationem, & antequam sit disciplinatus. Et ille communicat peccatis alienis, q. efficitur malus: sicut est ille, quem ordinat, & in malo est ei similis.

d Quid est.] Hoc est in epistola ad Timotheum: Manus cito nemini imposueris: neque communices peccatis alienis.

e Communicare.] Communicat peccatis alienis, qui illis consentit. arg. dist. 86. c. 1. & culpam, & c. facientis. 83. dist. cap. (?)idem enim, & c. error.

Presbyter ante.] CASVS. Dicitur hic, quod presbyter ante xxx. annos ordinari non debet, licet sit vitæ probabilis: quia Christus tantum in trigesimo anno cœpit prædicare, & baptizatus est.

f Ante triginta.] Pōt tamen ei concedi in vigesimo quinto anno regimen parochialis 3. ecclesiæ, extra de electio. cum in cunctis. Sed cui incumbet probatio de ætate, si dubitatur de ætate? Dico, quod ei qui asserit se qui petit ordinem, vnde maior est actor, ipse probabit se maiorem, siue minorem 4. vt C. de proba. cū te. C. de in integ. restitu. minor. si minorem. ff. de minor. ex aspectu. Sed si minor est reus, tunc aduersarius probabit, vt C. qui & aduersus quos. l. 1. ff. de mino. de ætate.

g Prædicauit.] Sed sacerdotis officium est prædicare vt 16. q. 1. adijcimus. Vñ est hic arg. contra id quod diximus, quod debeat implere trigesimū annū. Dicit Io. Chrysost. quod de trigesimo anno nondū attigerat Iesus nisi 10. dies, sicut in Euangelio continetur: Erat Iesus quasi annorū 30. Sed est arg. superficiale 5. sed probatur per hoc quod ante 30. annum non possit promoueri.

DISTINCTIO LXXVIII.

Qva vero [a] *ætate sacerdotes ordinari debeant, Bonifacius Papa diffiniuit dicens.*

a ¶ Bonifacius.] *Cæteri collectores citant ex decretis Fabiani. Extat apud Martinum Bracarensem episcopum in ca. græc. synod. cap. 20. ex Neocæsarien. c. 11.*

g ¶ Sine examinatione.] Sed quid de episcopo, qui sine examinatione tales ordinat? Dicit lex & canon, eum deponendum. in auth. quemodo opor. epis. §. oportet. & 1. q. 1. si quis episcopus. & sup. dis. 24. §. vlt. 5. dis. 50. de his verò. & c. ex pænitentib. Item quid si dicat episcopus se dispensasse cum eis? non est ei credendum, nisi probet se cum eis dispensasse: vel nisi sibi bonas literas dederit. nam hæc res commissa est episcopo quærenda, non negligenda. ff. de transactio. cum hi. §. si prætor. 4 debet ergo probari dispensatio, vt est expressum extra de schismat. c. 2. maxime cum episcopus dispensare non debeat sine consensu capituli, vel maioris partis: alias post errores suos semper mentiretur episcopus se cum eis dispensasse: quod uerum credo etiam circa notum. hoc tamen. 5 non nego, quin circa notam personam solo facto dispensat episcopus, vt dixi sup. dist. 51. cap. vlt. punitur tamen episcopus si indiscretè dispensat.

h ¶ Examinati.] cum ad maiora promouentur, scilicet ad episcopatum.

Epi clericos sine examinatione ordinantes, puniri.

4 Et sic intelligitur extra de filiis presbyt. veniens. secundum Laur.

5 Licet ita habeatur in antiquis apparatibus: tamen secundum istā correctionē B. Brix. non est de gl. sed ita debet esse, vt hic est posita cum additione B. Brix. sed Io. de Fant. hoc ponit in suo apparatu sicut iacet.

a ¶ Contra

a ¶ Contra regulam.] Quæ interdicit tales ordinari.

QVicunque.] CASVS. Quidam criminosi ordinati sunt ignoranter ab episcopis. quidam verò scienter. Quæritur, an debeant deponi? Et respon. quòd sic.

b ¶ Per ignorantiam.] Ordinantium: & dic ignorantiā iuris vel facti, secundum Hug.

c ¶ Vel contemptu.] idest eis scientibus.

d ¶ Nō præiudicat.] Factū enim prætoris iuri publico non derogat. ff. de fer. l. 1.

e ¶ Compertū.] Arg. quòd quādocunque de veritate constat, sequenda est 8. dist. q. contempta. nam diuturnitas tēporis &c. extra de simo. nō satis. inducit tamen dispēsationem. 35. q. 8. de gradibus 1. & extra qui ma. accu. poss. per tuas.

MAximianus.] CASVS. quidā presbyteri ex concubinis filios habuerūt: quos Maximianus zelo Dei accensus, coram Apostolico accusauit. commisit ergo causā Innocentius quibusdam, & præcepit eis, si hæc vera inuenerit, remoueāt eos ab officio sacerdotali.

f ¶ Maximianus.] 3. q. 2. quia ea.

g ¶ Qualem querelam.] Subaudi criminalem. nam clericus erat iste. nō. n. laicus posset istos accusare 2. q. 7. per totū: nisi forte patronus prælatū de dilapidatione: quia tūc sua interest. ar. 16. q. 7. filijs. aliàs laicus non audit de hoc crimine, vt 28. dist. consulendum.

h ¶ Libelli. Per hoc quòd dicit, libelli, & postea presbyteris, argumentatur, quòd quis in eodē libello plures accusare possit Ioan. Quid iuris sit de hoc no. plene. 2. q. 1. prohibentur in glo. quæ incipit, quæstus.

h ¶ Libelli.] id est, chartæ, quā papa misit 30. q. 1. Pyctaciū. B.

i ¶ Perspecto. Videtur ergo, quòd non sufficiat si authēticè ipsum exhiberet; sed vt etiam teneatur exhibere libellum quem porrexerat Papæ, vt 7. q. 1. præsentium. & 55. dist. præcepta. & maximè vbi procurator impetrauerat literas, & dubitatur an ille de hoc habuit speciale mandatum. ut extra de rescrip. nonnulli, vel an fuerit excommunicatus. ut extra de proba. cap. post cessionem.

k ¶ Remoueantur.] Ergo presbyter propter simplicem fornicationem deponitur. vt 27. q. 1. vt lex. cōtra. & inf. 82. dist. cap. presbyter. & 34. dist. fraternitatis. Io. Communiter autem dicitur, quòd pro simplici fornicatione quis deponi non debet, cum pauci sine illo vitio inueniantur, vt 50. dist. quia sanctitas tua.

l ¶ Polluerunt.] Quantum ad se 49. dist. cap. vlt.

SAcerdos. CASVS. Dicit in hoc ca. quòd si sacerdos de aliquo crimine cōuincatur, deponi debet, & eps ei locum prouidere debet, in quo pœnitentiam agere possit.

m ¶ Si in eo.] Ergo pro omni causa non deponitur. B.

n ¶ Prouiso loco.] idest monasterio, vt cap. seq.

Aliqui habēt hoc extra qui ma. accus. poss. per tuas, ut hic habetur: sed non debet esse: quia illa decreta, est remota: fuit tamē in tertia cōpilatione. eo. tit.

Patronus prælatum de dilapidatione accusare potest.

Accusari possunt plures simul.

Presbyter an pro simplici sit fornicatione deponēdus.

confessi fuissent, cōtra regulam [a] venientes homines eis manus imposuerunt: hos ecclesiasticus ordo nō recipit. In omnibus enim, quod irreprehensibile est, sancta † defendit ecclesia.

† al. catholica) sic in epi. 1. Cali. 1.

Item eisdem concilij, c. 10.

¶ Lapsi per ignorantiam, aut contemptu ordinantium, ordinati deijciantur. Cap. V.

QVicunque ex his, qui lapsi sunt, per ignorantiam, [b] sunt ordinati, vel contemptu α [c] eorum, qui eos ordinauerunt; hoc non præiudicat [d] regulæ ecclesiasticæ. Cum enim compertum [e] fuerit, deponuntur.

α ¶ Contemptu.] *Græce est in concilio vulgato, ἢ καὶ προειδότων τῶν προχειρισαμένων. Idest*, vel etiam ijs antea scientibus, qui ordinauerunt.

Item Innocentius ad Maximum, & Seuerum, epist. 5.

¶ Alienus fiat ministerio, qui illud, viuendo illicite, polluit. Cap. VI.

Poly. l. 4. tit. 39. Ansel. l. 8. c. 15. Iuo par. 6. c. 96.

MAximianus † [f] filius noster agens in rebus huiusmodi, qualē [g] querelā detulerit, libelli [h] eius series annexa declarat. Qui zelo fidei, & disciplinæ ductus, nō patitur ecclesiā pollui ab indignis presbyteris, quos in presbyterio filios asserit procreasse. Quod non licere exponere, nisi nossem vestram prudentiā legis totius habere notitiā. Et ideo fratres charissimi, libelli, qui subiectus est, tenore perspecto, [i] eos, qui talia perpetrasse dicūtur, iubebitis in medio collocari; discussisque obiectionibus, quæ ipsis presbyteris impinguntur, si conuicti fuerint à sacerdotali remoueantur [k] officio (quia, qui sancti non sunt, sancta tractare non possunt) atque alieni efficiātur à ministerio, quòd viuendo illicite, polluerunt. [l]

† al. Maximilianus.

Item Eugenius Papa.

¶ Cuilibet ab ordine deposito; episcopi prouidentia, locus pœnitentiæ deputetur. Cap. VII.

Ansel. l. 5. in prin.

SAcerdos, aut quiuis alius in ordine ecclesiastico prouectus, si in eo [m] scelere inuenitur, quo abijciendus comprobatur; depositus, prouidentia episcopi, bene prouiso [n] loco constituatur; vbi peccata lugeat, & vlterius non committat.

Dictum

D Ictum.] CASVS. Dicitur hic, φ si sacerdos pp delictum, vel negligentiam suã fuerit degradatus, detrudi debet in monasterium, uel canoniam regularem ad pniam agendam, nec debet amodo uiuere sæculariter, & si contra facere præsumpserit, excõicari debet.
a ¶ Negli-

c ¶ Sæculariter.] Hic patet, φ depositus fm regulam ecclesiasticam tenetur uiuere. arg. ad hoc. 32. dist. nec. si qui vero. & 20. q. 3. eos. unde uerberans eos incidit in canonem: & ecclesia eos tueri debet, nisi sint incorrigibiles, ut extra de iud. cũ non ab homine. Io. quod saltum credo, cũ sit exauctoratus, & nudatus oĩ priuilegio 2. B Sed nũquid q hoc modo detrudit i monasterium, ibi cogitur esse ppetuo, qd videi d. 50. c. 1. 7. ea. si q s clericus. Sed dic. hoc esse in arbitrio iudicis, & fm qualitatẽ d'licti; nã qnq; ad tẽpus detrudit, vt 2. q. 1. in primis. qnq; iubet peregrinari per orbẽ, ut de pę. d. 6. sacerdos qnq; traditur curiæ sæculari, ut 11. q. 1. statuimus: alias nũquã cogit quis inuitus ingredi monasterium, nisi ,ppter delictum, ut 20. q. 1. sicut & 55. d. si euãgelica. Ioan.

Clericũ depositũ uerberans incidit in canonem.
2 Argu. ad hoc 54. dist. c. 2. in fi. vbi de hoc.

Detrusus in monasteriũ an cogatur ibi perpetuo esse.

¶ Retrudantur in monasterium presbyteri, qui pœnitentiam agere contemnunt. Cap. VIII.

In conc. Cabilonensi, c. 40. Burc. l. 2. c. 191. Iuo p. 6. c. 236.

D Ictum est nobis presbyteros propter suã negligentiam [a] canonicè degradatos, & sæculariter, gradu amisso, viuere, & pœnitentiæ agendæ bonum negligere. Vndæ statuimus, vt gradu [b] amisso, agendæ pænitentiæ gratia, in monasterium, α aut in canoniam regularem mittantur. ¶ Si verò hoc fieri causa quælibet prohibuerit, vbicumque sint, pœnitentiam agere non desistant. Si autem amisso gradu sæculariter [c] viuere voluerint, & pœnitentiam agere neglesserint, ab ecclesiæ communione separentur.

α ¶ In monasterium.] *In cõcilio Cabilonensi, vbi hic canon habetur (licèt Burchardus etiam, & Iuo ex Moguntino citent) & apud cæteros collectores legitur*, in monasterio, aut canonico aut regulari: *in vno autem peruetusto Gratiani codice*, in moasterio iuxta canonicam regulam.

Item Isidorus, sententiarum de summo bono, lib. 2. c. 10.

¶ Mutatio loci aliquando valet conuersis ad pœnitentiam. Cap. IX.

V Alet [d] interdum [e] cõuersis pro animæ salute mutatio loci. Plerumq; enim dum mutatur locus [f], mutatur & mentis affectus. Congruum est enim inde etiam corporaliter auelli, vbi quisque illecebris deseruiuit. Nã locus, vbi quisque praue vixit, hoc in aspectu [g] mentis apponit, quod sæpè ibi vel cogitauit, vel gessit.

Item ex tertia synodo Aurelianensi, c. 7.

¶ Clericus adulterasse conuictus, vel confessus, in monasterium detrudatur. Cap. X.

Iuo p. 8. c. 285. Pann. li. 3. c. 143.

[j] S I quis clericus adulterasse, aut cõfessus, aut cõuictus fuerit, depositus ab officio, communione [h] cõcessa, in monasterium toto vitę suæ tempore detrudatur.

Item Pelagius Papa Constantino defensori.

¶ De eodem. Cap. XI.

Pann. li. 3. c. 144.

R Omanus ecclesiæ Tæanensis clericus pro crimine adulterij, quod admisisse perhibetur, à clericatus ordine depositus, in monasterio hic in vrbe Romana [i] ad agendam pęnitentiam ex nostra iussione detrusus est.

Item ex canone apostolorum 25.

V Alet.] CASVS. Statuitur hic, φ si aliquis đ crimine fuerit cõuictus, debet separari à loco I quo cõmisit delictũ ad pniam peragendã. Nã interdum ualet loci mutatio cũ affect⁹ mentis sæpè cũ loco mutet, cũ ñ videat, ubi malè gessit. Sequẽtia duo c. plana sunt, q de hac materia loquũtur.
d ¶ Valet.] Gratia cooperante.
e ¶ Interdũ.] Interdũ nocet, ut sup. d. 74. quorundã. & C. quomodo, & quãdo iud. l. 5. sed ualet si fiat ex charitate.
f ¶ Mutatur locus.] J. 35. q. 6. ab isto die inf. d. 86. fratrem.
g ¶ In aspectu.] Memoria delictorũ, q est cõcupiscẽtia, detestabilis ẽ 3. 15. q. 1. mulier. quæ autẽ est ad cõpunctionẽ, illa bona est. Nullũ enim tale delictorũ remedium est, sicut eorum continua memoria. de pœ. dist. 3. Iudas. de pœ. dist. 1. §. his auctoritatibus. uer. non tibi dico, & uer si. nunc autem. & quandoque bona est memoria rei ad terrorem, ut 7. q. 1. denique, in fi.

Delictorum memoria an sit bona.
3 Ad hoc 32. q. 7. non solum in princ. vbi de hoc.

Negligentia qñque dolo cõparatur.

1 Arg. cõtra 1. q. 1. quod qdam. vers. si forte.

a ¶ Negligentiam.] No. φ aliquis æquè deponitur pp negligentiam, sicut pp dolum. 86. dist. cap. 1. & 11. q. 3. placuit. & 100. dist. qm. & extra de statu. mona. cum ad monasterium. in fi. C. de offic. præfe. ori. si quos. & ff. de cust. & exhib. re. l. carceri. & l. milites. quod intelligo cum crassa est negligentia, ut 1. q. 1. quidquid. & ff. de verb. signif. magna.
b ¶ Gradu.] Arg. pro illis, qui dicunt exauctoratũ priuari sacramẽto, 1 unde colligitur talem posse uerberari sine sacrilegio. arg. est ad hoc 50. dist. accedens.

h S I quis clericus. communione. s. fidelium & sacramentorum. H. Alij dicunt. s. fidelium, non autem fratrum arg. infra eod. si diaconus. Archid.
i R Omanus. Romana. Sed qua ratione detruditur ibi, cum aliunde est? quia ibi forte commodius esse vt in auth. vt nulli iudi. §. si vero.

Presbyter.] CASVS. Quæsitum fuit ab Apostolis, quam pœnam pati debet presbyter, vel diaconus, qui publicè in adulterio, uel fornicatione, periurio, vel homicidio fuerit deprehensus. Et respondet, quod debet deponi, sed excommunicari non debet, cum non debeat duplici contritione flagellari: more tamen laicorum debet pœnitentiam agere, cum eius crimen sit manifestum.

a ¶ Aut furto.] Sed qualiter laici probabunt istud esse, cum non possint testificari contra clericum. 2.q.7. episcopi.

b ¶ Captus est.] Et cõuictus ext. de iud. cum non ab homine. de hoc dixi 50.d. de his 1. & c. si quis diaconus. 1 unde cũ capitur, detineri dēt p xx. horas diurnas, & nocturnas, ut videatur, vt ff. de adul. capite. sed nec testibus admissis credit, nisi a principio clericum in adulterio viderint, nec laicis credetur de hoc: quia laici oppido nobis infesti sũt. 2.q.7. laici. Vel dic, captus per sententiam, vel per cõfessionē. 2 propriã, uel rei euidentiam, vt extra de cohab. cler. vestra. & c. vlt.

c ¶ Scriptura.] Extra de iudi. at si clerici. de pœn. d.3.§. auctoritas. ff. nau. caup. licèt. §. vlt.

d ¶ Bis.] i. perfectè.

SI quis episcopus.] e ¶ Inter laicos.] hoc intellige, quando crimen uenit in notitiam populi, vt supra 27. distinctio. presbyter. 3

SI diaconus.] CASVS. Dicit hic, quod si diaconus, vel presbyter commisit crimē aliquod dignum depositione, ab officio, & cõione debet repelli: si vero non est depositus, sed se pro delictum ab altaris ministerio remouit more pænitētis, si alij presbyteri desunt, poterit in necessitate baptizare.

f ¶ A cõmunione.] corporis Christi, vel ad tempus, & sic soluitur contra illud c. presbyter. uel expone, idest beneficio, & sic soluitur contra, sup. ca. c. presbyter. 4

g ¶ Necessitatis.] Argu. alicui licere causa necessitatis baptismum conferre, cui non licèt aliud sacramentum conferre, infra de consec. distinct. 4. constat. 1.q.1. sicut Christus. contra. supra dist. 50. c. qui sub gradu.

h ¶ Liceat.] Cum solennitate, alias ēt laicus hoc posset.

i ¶ Baptizare.] Dic, vt 50. dist. qui sub gradu.

SI qui.] CASVS. In Italia & Theutonia presbyteri, diaconi &

Laicus contra clericum testificari nequit.

1 Adde qualiter probatur adulterium vel fornicatio no. Bar. in l. 2. §. fin. ff. de adult. & in l. quærebatur. ff. de test. mil.

2 Non. n. sufficit si capiatur, nisi alias cõiungatur, vel confiteatur. arg. 12. q.1. nõ dicatis. 15. q. ult. cap. vlt. licèt cõtra videatur, hic dici, vt 50. dis. de his verò, &c. si quis diaconus. fm Hu.

3 Vel cũ ex hoc magnũ scandalũ ortum est, ut 50. distin. sacerdotes.

4 Nõ est extranea ista expositio, quia beneficia clericorũ cõia sunt 32 dist. c. pter hæc. 16. q. 1. cap. fi.

¶ In crimine captus presbyter, vel diaconus deponatur, non tamen communione priuetur. Cap. XII.

PResbyter, † aut diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto,[a] aut homicidio α captus est,[b] deponatur: non tamen cõmunione priuetur. β Dicit enim scriptura: [c] [Non vindicabit Dominus bis [d] in idipsum.]

α ¶ Aut homicidio.] *Hac dictio nõ est in canone 25. Apostolorũ. Sed in conc. Triburiēsi, cũ patres illi ita dixissent*, legimus in canonibus Apostolorum, quod epus, presbyter, & diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto captus est, deponatur: *hinc argumentantur, idē multo magis statuēdũ esse de homicida: quæ fortasse caussa fuit, quamobrē à Gratiano, & alijs collectorib. ea dictio huic canoni adiecta sit. In canone aũt 32. Basilij idem statuitur de clericis peccantibus peccatũ ad mortem, quod etiã de fornicatoribus expositum erat in canone tertio.*

β ¶ Priuetur.] *In codicibus impressis sequebatur*, si paruerit sentētię, *qua verba sunt expuncta, quia neq; in originali, neque in vetustis Gratiani exēplaribus leguntur.*

Item.

¶ De eodem. Cap. XIII.

ij SI quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus post diaconij gradum acceptum, fuerit fornicatus, aut mœchatus, deponatur: & ab ecclesia proiectus, inter γ laicos [e] agat pœnitentiam.

¶ *Proprius auctor huius capitis non est inuentus; sed simile habetur in concilio Neocæsariensi, cap. primo, & in capitul. Martini Bracarensis, c. 27.*

γ ¶ Inter laicos.] *Hæ duæ dictiones non leguntur in cap. 1. concilij Neocæsariensis citato supra dist. 28. cap. presbyter, (vt ibi notatum est) neque in capitulis Martini Bracarensis.*

Item ex concilio Aurelianensi primo, c. 11. & 14.

¶ De eodem. Cap. XIV.

SI diaconus, aut presbyter crimen capitale cõmiserit, simul & ab officio, & à communione [f] pellatur. Si verò pro reatu suo se ab altaris communione sub pœnitentis professione submouerit; is † quoque si alij defuerint, & causa certæ necessitatis [g] exoritur † poscentem baptisma liceat [h] baptizare.[i]

Item Gregorius septimus omnibus per regnum Italicum, & Theutonicorum debitam S. Petro obedientiam exhibentibus.

¶ Non ingrediantur ecclesiã presbyteri, diaconi, subdiaconi, qui in fornicationis crimine iacent. Cap. XV.

iij SI qui sũt presbyteri, diaconi vel subdiaconi, qui in crimine fornicationis iaceant, interdicimus eis ex

In conc. Trib. c. 11. Raban. l. pœnitent. c. 1. Ansel. li. 11. c. 29. Burc. li. 2. c. 189. Iuo p. 6. c. 2; 4. Poly. lib. c. tit. 31.

† Epi aut presbyter, aut diaconus.] orig.

† ἐκδικήσει δὶς ἐπὶ τὸ αὐτὸ. Naum 1 secundũ lxx.

sup. dist. 28. c. presbyter. Ans. lib. 11. c. 31.

Iuo p. 6. c. 361. & p. 15. c. 18. c. 14.

† al fit.

† Concord. tex. in l. si libertus. ff. de bo. lib. & l. sed. & hæ. §. prætor. ff. de procur.

Ansel. li. 6. c. 177. Pann. l. 3. c. 134.

coni, & subdiaconi publicè tenebant concubinas, quibus omnibus Greg. officium interdixit, donec pœnitentiam agerent. & si vellent in crimine perseuerare, præcepit omnibus, vt eorum officia non audirent: quia eorum benedictio in maledictionem conuertetur, & hoc probat

b Emendent. Ex hoc. Videtur, quod sicut tales ipso facto suspenduntur, sic ipso facto per contrarium restituitur eis officium. vt dist. 32. dist. nullus. argu. ad hoc 15. q. 6. nos sanctorum. & 16. q. si quis deinceps 1.

c Audire. supra 32. dist. nullus, &c. præter hoc. sed 3. 15. q. 8. [illegible] contra sed ibi soluam.

d Maledicam. id est, reputabo maledictionem ea quæ benedixerint 2. vobis.

e Paganitatis. Id est, infidelitatis.

f Contemnit. Qualiter sit hoc intelligendum dixi 22. dist. omnes. [illegible] in memoriam & ca. nulli. fo.

1 Dicit Lau. hoc speciale esse in notorio.

2 Vel dic vt not. 2. q. 1. in cap. maledicta & c. multi. Archid.

parte Dei omnipotentis. & sancti Petri auctoritate, ecclesiæ introitum vsque dum peniteant [a], & emendent [b]. Si qui verò in suo peccato perseuerare maluerint, nullus vestrum officium eorũ audire [c] præsumat: quia benedictio eorum vertitur in maledictionem, & oratio in peccatũ, testante Domino per prophetam: [Maledicam [d], inquit, benedictionibus vestris.] Qui verò huic saluberrimo præcepto obedire noluerit, idololatriæ peccatũ incurrit, Samuele testante, & beato Gregorio adstruente: Peccatum ariolandi est non obedire, & quasi scelus idololatriæ, nõ acquiescere.] Peccatum igitur paganitatis [e] incurrit, quisquis dum Christianum se asserit, sedi Apostolicæ obedire contemnit [f].

Malach. 2. Ian. 5. c. 36. lib. 5. moral. c. 12. 8. q. 1. sciendum. 1. Reg. 15.

¶ In regesto epistolarum Gregorii septimi, non est inuenta hæc epistola, in qua sint omnia prorsus verba huius capitis. Sunt tamen in eo multa; quæ huius decreti faciunt mentionem. Libro primo epistola 30. episcopo Salzburgensi, & lib. 2. epist. 61. Leodiensi episcopo, & sequenti epistola Sicardo Aquilegiensi. De quo decreto, vt ipsum exequi omnino curarent, eodem lib. 2. epist. 66. Burchardo Halberstatensi episcopo, & epist. sequenti, Annoni Coloniensi archiepiscopo diligentissimè scribit, & lib. 3 epist. 4. Sigifredo archiepiscopo Moguntino idem mandat, & libr. 4 epist. 10. comitissa Flandriensi & sequenti comiti de eadem re scribit. Inter decreta etiam Innocentii II. fit istius decreti mentio. Verum propria verba huius capitis: vsque ad vers. Qui verò huic saluberrimo, Marianus Scotus refert in fine suorũ chronicorum. Sequentia autem verba valde sunt ipsi Gregorio 7. familiaria.

SI quis. CA V. Hec quatuor onsequentia cap. eundẽ habẽt casum in quibus dicitur, quod si qui in sacris ordinibus fuerint constituti, ad cõcubinas, vel vxores accedere non debent: quòd si contumaciter fecerint, officio & beneficio carere debent.

g Diaconus. Vel subdiaconus, vt in c. sequenti.

Pann. l. 3. c. 138.

Item Alexander II. episcopis, & regi Dalmatiarum.

¶ Officio & beneficio priuetur episcopus, presbyter, vel diaconus fœminam accipiens, vel acceptam retinens. Cap. XVI

3 SI quis amodo episcopus, presbyter, aut diaconus [g] fœminam acceperit, vel accepta retinuerit, proprio gradu decidat [h] vsque dum ad satisfactioné veniat: nec in choro psallentium maneat, nec aliquam portionem de rebus ecclesiasticis habeat.

h Decidat. Quo ad executionẽ: vt patet in sequenti litera. sed nec statim debet suspendi, sed expectari debet per quadraginta dies. extra de coha. cler. sicut ad extirpandam, sed illud dispensatio est: ius enim erit, quòd statim deponatur su. ead. c. 1.

Clericus qui vxorem accepit, an statim sit suspendẽdus.

Pann. l. 3. c. 139.

Idem clero Mediolanensi.

¶ De eodem. Cap. XVII.

4 SI quis sacerdotum, vel diaconorum, vel subdiaconorum officium [i] contumaciter deserens fœminam sibi potius eligit: sicut sponte ob fornicationem dimittit officium; ita ob præuaricationem dimittere cogatur [k] etiam inuitus beneficium.

Idem Panto Mediolanensi.

i SI quis sacerdotum. Officiũ. Ex his duobus capitulis habes, quod cui interdicitur officium, & beneficium quandoque tamen permittitur beneficium, & nõ officiũ, vt 50. dist. studeat. & 28. dist. presbyterũ. quãdoque econuerso, vt 1. q. 5. c. 1. quãdoque etiã punitur in persona, & nõ in rebus. vt 16. q. 6. cognouimus. & c. illud.

Beneficium quandoque permittitur & non officiũ.

K Cogatur. Ergo per electionẽ vnius, vel per renunciationem intelligitur alii abrenũciatum. su. 8. dist. quo iure. C. de furt. l. 1. ff. de tribut. qd in hæredem, §. eligere. ff. de reg. iu. l. nemo. §. quoties Arg. contra. ff. quo leg. l. 1. §. 1. & arg. plura de hoc inuenies. 13. q. 1. in fi. Io. Sol. vbi sunt aliqua repugnantia, eligendo vnũ, renũtiat alteri. aliàs secus. 8. de pen. d. 1. §. itẽ si antequã.

Eligens vnũ renunciat alteri.

probat auctoritate prophetæ dicentis: Maledicam inquit. &c. Et quicunque preceptis nostris non obedierit, peccatum idololatriæ, & paganitatis incurret.

a ¶ Dum peniteant. Ex hoc determinantur contraria sup. dist. 61. miramur. versi. sicut enim.

a Eos

a EOs beneficio.] inf.16.q.6.illud arg. ff.de pecu.l.1. C.de usuris.l.ult.

b MInistri.] Propriæ uxoris.] maxime: quia idem est in aliena. Et no. q dicit inuadere, quia iam non est vxor quo ad debitum reddendum sup.77.dis.episcopus. cū qua votum emisit 1.& si eam cognoscat, incestū cōmittit, & filij erunt illegitimi. & seruis.q. vlt. cū multæ. est tamen vxor quo ad administrationē. 31.d.lex.& plus peccat cum ista, quam cum soluta. Hic ar. contra infra.d.. ,pxi. proposuisti.

c ¶ Sacrarij.] Idest, sacrorum vasorum.

d ¶ Ab offerentibus.] Idest sacerdotibus, qui offerunt, id est, conficiunt. Vel expone: nec ad oblationē alijs porrigendam: quasi dicat: nec ipsi sumant corpus Christi, nec alijs porrigant. Vel melius hoc vult dicere: diaconi nec exerceāt officiū diaconale, nec presbyteri p̄sbyterale. Vel expone nec ab offerentibus, idest, subdiaconis, q offerre solent diacono patenam cum eucharistia.

ADDITIO. 93.dist. cleros.

e ¶ Holocausti.] idest eucharistiæ, & dic intransitiue.

f ¶ Accedant.] Presbyteri, idest non cōficiant.

g ¶ Minora.] idest, minorum ordinum officia sine licentia superioris: & planū est capitulum, vt 16. q.61. illud. Arc.cōtra C.de vsufru. l.vlt.& ff. de supel.leg. l.1.

CLericus. Hęc est tertia pars dist. qua dicitur, q archidiaconus non debet frequentare domos matronarū, vel aliarum mulierum, nec mittere xenia p clericos, & hoc probatur in seq. cap. Ioan. de Fan.

Vxorem cognoscens cū qua votum emisit, incestum cōmittit.

1 Ad hoc 33. q.5. qd Deo, sed videas, quod no. 10. q. 1. nosse. in gl. ille tamen in fi.

Offerentes q dicuntur.

de quo si conuincitur, & ille deponatur, & illa excommunicetur.

h ¶ Fęmina.] Arg. ex solicitudine, vel societate presumi pro aliquo. vel contra. infra.ea. in omnibus, & c.clerici. arg. 28.q.2. in decima. & c. diffinimus.

Præsumptio sumitur ex solitudine, & societas.

i ¶ Hu-

¶ De eodem. Cap. XVIII.

EOs etiam, qui vt fornicari eis liceat, diuinum officium derelinquunt, & a Deo recedentes, diabolo & operibus eius seruiunt; sicut se iustissimè ab officio alienos faciunt; ita beneficio [a] ecclesiarum priuatos esse adiudicamus.

Pann.l.3.c.140.

Item Lucius Papa.

¶ De eodem. Cap. XIX.

MInistri altaris presbyteri, siue diaconi ad Dominica tales eligantur officia, qui continentiā seruent. ¶ Si verò post ordinationem suam ministros contigerit propriç vxoris [b] inuadere cubile, sacrarij non intrent limina, neque sacrarij [c] α portitores fiant, neq; altare contingant; neq; ab offerentibus [d] holocausti [e] oblationem suscipiant; neque ad Dominici corporis portionem † accedant [f]; neq; propinent β, neque sine maioris natu auctoritate minora [g] gerant officia: vrceum sanè ad altare, vel calicem ne suggerant.

Habēt in epistola.1. Clementis ad Iacobum fratrem Dñi. Ansl.8.c.2. Poly.l.4.tit.31. Iuo p.6.c.87.

† *al. portationem.*

α ¶ Sacrarij.] *In epistola secunda Clementis (vnde caput hoc sumptum videri potest, & vnde citat Iuo) legitur:* sacrificij. *in vno autem vetusto Gratiani codice,* sacri.

β ¶ Neque propinent.] *In epistola Clementis est:* nec aquā sacerdotibus porrigat ad manus; ostia forinsecus claudat, minora gerat officia, vrceum, siue calicem ad altare non sufferat.] *Apud Iuonem vero.* Sed aquam tantū sacerdotum manibus porrigat, ostia forinsecus claudat, minora gestet officia: vrceum sanè ad altare suggerat.

† *al. suggerat.*

Idem.

¶ Clericus matronarum domicilia frequentans. deponatur. Cap. XX.

[a] CClericus solus ad fęminæ tabernaculum non accedat, nec properet † sine maioris natu sacerdotis † iussione γ; nec solus presbyter, cum sola fœmina [h], fabulas misceat. Nec archidiaconus sub prætextu humilitatis [i], aut officij frequentet [k] inter domicilia matronarū, aut forte per clericos, aut domesticos † matronæ mādet aliquid † secrete [l]. Si agnitum fuerit; & ille deponatur, & illa a liminibus arceatur ecclesiæ.

Clemens Papa ibidē paulo inferius. Iuo p.6.c.85. Ansl.7.c.147. Poly.l.4.tit.31.

† *al. domesticos eius.*
† *al secrete aliquid.*

† *al. frequētet*
† *al. ac sacerdotes.*]
† *al. principi.*
a Concor. tex. in l. cū alius, C.de curat. fu. & in l.fi. §.pe. C. de bonoquę lib.

γ ¶ Iussione. *In epist. Clementis sequitur.* Nec presbyter solus cū sola adiungatur: sed duob. adductis testib. visitet infirmam: nec solus cū sola fęmina fabulas misceat; nec

CASVS. Hoc cap. de tribus personis loquitur, scilicet de clerico, presbytero, & archidiacono. Dicitur ergo hic, q clericus solus non debet intrare tabernaculum mulierum: nec etiam cum socio sine iussu prælati, nec presbyter cum sola fęmina confabuletur. Archidiaconus vero sub prætextu officij sui non frequenter domicilia matronarum: nec illis per clericos suos, vel domesticos aliquid secrete mittat:

i ¶ Humilitatis.] Prætextu enim pietatis non est committēda impietas. ff. depo. si hominem. & 30.q.1. nosse. & 14.d. quod ait.

K ¶ frequentet.] Ratione frequentiæ pro aliquo, vel contra aliquem præsumitur a. similiter ex longa mora. arg. 34.d. quorundam. 19.d. Anastasius.

l ¶ Secrete.] Magis enim peccat occultè peccans, quàm manifeste

Peccare vt ex magis dī oc cultè, an manifeste delinquens.

archidiaconus, aut diaconus sub prætextu officij humilitatis frequentet, &c.

Idem.

¶ De eodem. PALEA Cap. *XXI.*

Clemens ibidem cõtinenter. Polyc. ibidem.

SEd si forte aliqua intercessio fuerit, episcopo suggeratur. Et si talis est, ad quam debeat ire pio interuẽtu, ipse pergat: sin autem, de latere suo dirigat a, cum duobus, aut tribus testibus. Nemo tamẽ cum extranea habitet fęmina, nisi proxima, aut soror fuerit. Et hoc cum magna solicitudine fiat. Non enim ignoramus malitias Satanæ.

2. Cor. 2.

¶ *Hæc Palea in plerisque vetustis exemplaribus habetur coniuncta capiti antecedenti.*

a ¶ Dirigat.] *In epistola S. Clementis sequitur*: cum duobus, ac tribus, qui hoc sanare † debeant. Sanè ad visitandum mulierem infirmam nullus clericus ingrediatur, nisi cum duobus, aut tribus. Nemo tamen, &c.

† *ab. firo.*

[*Ex decreto β Eugenij Papæ.*]

¶ De eodem. PALEA. Cap. XXII.

Poly. l. 4. tit. 31. ex Lucio. Ans. l. 8. c. 9. ex pa. Romano.

SI quispiam sacerdotum, idest presbyter, vel diaconus, vel subdiaconus de quacunque fœmina crimine fornicationis suspectus, post primam, secundam, & tertiam admonitionem γ inueniatur fabulari cum ea, vel aliquo modo conuersari, excommunicetur: fœmina verò canonice iudicetur a.

β ¶ Ex decreto.] *Hic canon in concilio Romano primũ ab Eugenio secundo editus, & postea à Leone quarto etiam in concilio fuit repetitus, & citatur in decretalibus tit. de cohab. cler. & mul. Et in plerisque vetustis exemplaribus est sine nomine.*

γ ¶ Admonitionem.] *In eodem canone sequitur*, metropolitani, vel alterius episcopi, aut eius, cui subiacere videatur.

Item Gregorius.

¶ Simul cum mulieribus sacerdotes habitare Non licet. Cap. XXIII.

Luc p. 6. c. 76. Poly. l. 4. tit. 31.

4 OPortet sacerdotes, quibus Domini populus commissus est, cum magna animi constantia vigilare super dominicas oues, ne lupinis morsibus, idest diaboli stimulis lanientur. ¶ Neque enim hoc silere debeo, quod cum graui animi tristitia dico: sacerdotes cũ fęminis habitare conspicio: quod nefarium b est dicere, vel audire. & cõtra sanctorum canonum sancita. Vbi enim talis fuerit cõmorantium cohabitatio, antiqui hostis stimuli c nõ desunt. Ideoq. admonendi sunt, vt nõ antiqui hostis d decipiantur fraude: quatenus iuxta Apostoli vocem, non vituperetur ministerium nostrũ. Cauere enim nos oportet, fratres, ab illicitis, vt mundas valeamus, ad dominũ leuare manus: scriptum est enim: [Sãcti estote, quoniã sãctus ego sum Dominus Deus vester. Si quis verò pręsumpserit aliter agere, sacerdotij sui honore priuetur. Vnde omnimodo cauẽdũ est, fratres, ne fallamus d populũ, & illud prophetæ dictũ impleatur in nobis: Sacerdotes mei contaminãt sancta, & reprobãt legẽ.] quos & alius propheta increpat dicẽs. [O vos sacerdotes, q fallitis e nomẽ meũ,

2. Cor. 6. 1. Tim. 3. Leuit. 20. Soph. 3. secundum 70. Malach. 1. secundum 70.

manifestè, ut 10. di. Anastasius. Sed contra ff. de ri. nup. l. vl. ff. de auct. tut. pupillus. §. vlt. qui enim male agit, odit lucẽ. 18. q. 2. perniciosã, extra de offi. iud. de leg. cõsuluit. & ext. ut eccl. benefi. ut nostrũ. Ioã. Sol. * ubi quis magis cõtẽnit ibi magis peccat, siue secrete siue palã. De hoc 40. dist. homo Christianus. 1.

* *Textus hic non loquitur de peccato publico vel secreto; sed damnat ea, quæ secrete facta afferunt suspicionem, non antẽ facta palam.*

SI quispiam.] Hęc palea habetur extra coha. cle. & mul. ca. ibi exponitur.

a ¶ Iudicet.] Not. ꝓ rõne delicti, mulier efficitur de foro ecclesiæ. Archid.

1 Et extra de cel. missar. de homine, & 32. dist. nemo ibi et ideo as.

OPortet.] Hęc est quarta pars di. in qua ꝓbat per 10. cap. sanctorum patrum, quod cum clericis non debent cohabitare suspectæ mulieres, nec solum cum sola debet cõfabulari. Io. de Fan.

CASVS. Gre. monet hic presbyteros esse uigilantes super gregẽ sibi commissum: ne lupi morsibus, id est, diaboli lanietur, & reprehẽdit eos de cõsortio mulierum quia ubi fuerit cum mulieribus cohabitatio, antiqui hostis stimulus nõ deerit, cum quibus si fornicentur, sacrificare nõ debẽt. Quod probat tribus auctoritatib. ꝓphetarũ, scilicet Moysi, Sophonię & Malachię. Sequẽs cap. patet.

b ¶ Nefariũ.] id est, horribile, nã si nefariũ esset dicere, male faceret Greg. dicendo.

c ¶ Stimuli.] Nam ex cohabitatione pręsumitur accessus. 18. q. 2. diffinimus.

d ¶ Ne fallamus.] Publicũ. n. testimoniũ & opinio nõ est fallẽda C. d la. li. tol. l. 1. §. sed & q lcim ar. 27. d. qđ iterrogasti.

e ¶ Qui fallitis.] Dicuntur. n. fallere, ex quo habẽt uolũtatẽ fallẽdi 2, nec minus peccãt de pę. d. c. 1. si cui. aliãs aũt nõ fallunt.

2 Adde glo. in l. uendicatio. ff. de rei uendi. Bart. in l. quæ de tota. co. tit.

sunt 12.q.3. Deus mentiri enim Deo. &c. de consec. distin.2. panem.

a ¶ Pollutio.] Quantum ad sacerdotes 49 dist. c. vlt. ADDITIO. Ad hoc 49. dist. c. vlt. de consec. dist. 4. quaeris, & 1. q. 1. quod quidam. Archid.

b Volumus.] Quod dicitur in istis cap. videtur corrigi extra de coha. cle. & mul. cap. 1. Vel intellige illud quando personae sunt suspectae, vel secum habet suspectas. Sed vsque ad quem gradu licet clericis cum consanguineis habitare? Dici potest, quod vsque ad finem in linea transuersali infra ea cu omnib. sed in ascendente vel descedente vsque ad septimu vel hodie vsque ad quintu: quia cu his naturale foedus nihil sequi criminis. &c. vt extra de coha. bi. cle. a nobis, & C. de episc. & cle. cu qui etiam si illae personae iuuenes sint. Vltra secudu vero distingue, aut suspectae sunt quia iuuenes sunt: aut non, quia sunt senes; & tunc potest, in primo casu non: sic etiam distingue in ancillis, & sic intellige de ea foeminas. Sed contra non ne clerici debent simul dormire. 12. q. 1. necessaria? sed hoc de aliis, qui simul non viuunt lo. Et no. quod illi decre. a nobis est standu quia vltima est de illa materia, & corrigit decre. primam illius tituli. B.

c ¶ Vel vxore.] su. d. 77. episcopus, argu. contra: sed hoc de senibus: illud de suspectis. Vel loquitur secundum antiqua tempora, vel solue, ut ibi dixi. & quod dicit caste. quia castitas, &c. 31. dist. Nicaena.

Clerici cum mulieribus consanguineis habitare possunt.

tum, vt clericus cum talibus personis, & in tali loco, & tempore, cum mulieribus loquatur, vt omnis suspicio remoueatur. Nam si clericus vult ire ad domum alicuius foeminae, melius vadat cum alio, quam solus: ne si ceciderit, non sit qui subleuet eum.

g ¶ Vt

& dixistis, in qua re fallimus nomen tuum? quibus responsum est: offerentes ad altare meum panes pollutos [a]. Non est mihi volutas in vobis, dicit Dominus, & sacrificium non accipiam de manibus vestris; quia polluti estis.

Ibidem.

Item Symmacho defensori, lib. 1. reg. indict. 9. epist. 50.

¶ De eodem Cap. XXIIII.

Volumus [b], vt sacerdotes † prohiberi debeant, ne cum mulieribus conuersentur: excepta duntaxat matre, sorore, vel vxore [c], quae caste regenda est.

Iuo p.6. & c.81.
† *sacerdotes, qui in Corsica commorantur.*] Apud Possidonium in vita Augustini.

Idem lib. 7. epist. 39.

¶ De eodem. Cap. XXV.

Legitur [d], quod beatus Augustinus, nec cum sorore habitare consenserit † dicens: *quae cum sorore mea* [e] sunt, sorores meae [f] non sunt. Docti ergo viri cautela, magna nobis debet esse instructio.

† *al. consenserit.*

Item ex 7. synodo.

¶ De eodem. Cap. XXVI.

In omnibus obseruare conuenit, vt certus [g] quis, & certo tempore, & certo loco [h], & certis personis, vel apparere clericus, vel loqui debeat mulieribus, vt excludatur omnis nefanda suspicio. Certe solum, & ad solam accedere, nulla religionis ratio permittit. Melius est enim duos [i] esse simul, quam vnum. Simul enim & fidelius, & tutius res regitur. [Vae enim vni; quia si ceciderit, non est qui erigat eum.]

Eccl. 4.
Ibidem.

¶ *Caput hoc etiam in aliquot manuscriptis citatur ex septima synodo, in cuius sane postremo capite aliqua huc spectantia habentur. Caeterum in plerisque citatur ex octaua; & sententia videtur sumpta ex cap. 83. Asceticorum B. Basilij cuius regulas sub nomine octaua synodi saepe citari alibi notatum est.*

Item ex concilio Carthaginensi 3. cap. 17.

¶ De eodem. Cap. XXVII.

Cum omnib. omnino clericis extraneae foeminae non cohabitent, sed solae matres, auiae, & materterae, ami

Legitur.] CASVS. Dicitur hic, quod sacerdotes non debent cum mulieribus habitare. Et hoc probatur exemplo Augu. qui etiam cum sorore noluit habitare propter alias mulieres, quae cum sorore erant.

d ¶ Legitur.] Arg. quod etiam a licitis debemus abstinere si eorum occasione peruenitur ad illicita, arg. dis. 63. §. uerum 11. q. 1. priuilegium & 21. dist. denique.

e ¶ Mea.] Et hoc intellige cum tales sunt consanguineae, quae sine aliis esse non possunt. Vel intellige de episcopo, cui non licet aliquam habere secum. C. de episc. & cler. Authen. episcopo. Laur.

f ¶ Sorores meae.] Quia socius socij mei, socius meus non est. ff. pro socio. nam socij, nec uasallus mei uasalli, meus uasallus est: sicut nec libertus mei liberti, libertus meus est. ff. de uerb. sign. Modestinus, nec frater fratris mei, frater meus. ff. de rit. nup. gnali. §. iter priuignos.

In omnibus.] CASVS. In octaua synodo fuit constitu-

Abstinere a licitis, quandoque debemus.

Episcopus nullam secum habeat mulierem.

Socij mei socius non est meus socius.

g ¶ Vt certus.] idest, ille ad cuius spectat officium. 18. q. 2. in decima.

h ¶ Loco.] In hoc cap. habes praesumi contra aliquem, & pro aliquo ratione numeri, loci, temporis, ratione etiam personae, & causae. 23. q. 8. occidit & 29. dist. sciendum & 15. q. 2. diffinimus.

i ¶ Duos.] Arg. quod melius est esse duos simul, quam unum, ut 7. q. 1. illud 11. q. 2. nobis arg. contra. ff. de admi. tut. l. 3. §. quod in tutorib. ss. ff. de exerc. act. ne in plures. & Adam dum solus fuit, non peccauit, ut de poen. dist. 2. quando Adam. arg. contra 21. dist. sicut. 7. q. 1. in apibus. Solu. horum. brocardorum est, ut referas te ad id de quo agitur: licet enim binarius reprobetur. 32. q. 1. nuptiae, non tamen quo ad omnem significationem. 28. q. 1. saepe, idest, non quo ad omnem locum, in quo ponitur, & solue per cap. saepe.

Cum omnibus.] CASVS. Statuitur in hoc cap. quod clerici non habitent cum mulieribus, nisi sint sibi coniunctae in primo gradu, uel secundo consanguinitatis, ut amitae, sorores, & amitae, & cu ancillis, S. p. dissecus.

Praesumptio sumitur ratione numeri, loci, temporis, & personae.

quis quę cum eis erant antequam ordinarentur. Item cum nuribus, & vxoribus seruorum suorum.
a ¶ Ex familia.] Quis enim ferret coniuges à viris, vel patres à filijs separari? C. cõm. vtriusq. iud. possessionũ. arg. ad hoc 11. q. 3. quo. multos. dura enim esset talis separatio

Personarum coniunctarum separatio dura est.

N On oportet.] CASVS. Prohibetur hic ne aliquis clericus, vel continens, nec etiam aliquis Christianus communia lauacra cũ mulieribus habeat: quia etiã gentiles hoc maximè reprehendunt.
c ¶ Omnino.] Vnde si vir accedit ad balneum extraneę mulieris, priuatũ donatione propter nuptias, & mulier dote, si cũ viro alio habuit balneum. C. de repu. l. vlt. Immo etiã infamis est, q tenet mulieres custodientes balneatorũ uestes, ut ff. de ijs q not. infam. athletas.

Balnea multis periculosa sunt.

tę, sorores, & filiæ fratrum, aut sororum, & quæcunq. ex familia [a] domestica necessitate, etiam antequã [b] ordinarẽtur, iam cũ eis habitabãt; vel si filij eorũ iam ordinatis parẽtibus, vxores acceperunt; aut seruis non habẽtibus in domo, quas ducant, aliunde ducere necessitas fuerit.

Item ex concilio Laodicensi, c. 30.

¶ De eodem. Cap. XXVIII.

NOn oportet ministros altaris, vel etiã clericos quoslibet, aut cõtinentes se, aut omnem omnino [c] Christianum cum mulieribus lauacra habere cõmunia. Hæc est enim apud gentiles prima reprehensio.

Item Gregorius ad Ianuarium episcopum Caralitanum, lib. 3. epist. 26.

Ans. l. 6. c. 136.

¶ De eodem. Cap. XXIX.

ARchidiaconum tuũ, vt audio, habitare cum mulieribus prohibuisti: & nũc vsque in ea prohibitione despiceris; qui nisi [d] iussioni tuæ paruerit, eum sacro ordine volumus esse priuatum. [e]

Item ex concilio Toletano quarto, c. 42.

Ans. l. 7. cap. 148. Poly. l. 4. tit. 36.

¶ Venundentur ab episcopo, quæ appetunt consortia clericorum illicita. Cap. XXX.

QVidam clerici legitimum non habentes coniugiũ, extranearum mulierum, [f] vel ancillarum suarum interdicta sibi consortia appetunt. Ideo, quæ coniunctæ taliter cum clericis sunt, ab episcopo auferantur, & uenundentur; [g] illis pro tempore relegatis ad pęnitẽtiam, quos sua libidine infecerunt.

Item Syricius Papa Himerio episcopo. epist. 1. ca. 12.

¶ Non habitent fœminæ cum clericis, nisi quas necessitudo excusat. Cap. XXXI.

Poly. l. 4. tit. 37. Burc. l. 2. cap. 110. Iuo p. 6. c. 52. & 187. Ans. l. 7. cap. 149. C. 3.

FOeminas nõ alias esse patimur in domibus clericorũ nisi eas tantum, quas propter solas necessitudinũ causas habitare cum ijsdem synodus Nicæna [h] permisit.

Item ex concilio Africano, c. 5.

Concord. Carthag. 3. c. 25.

¶ Nisi maiorum iussione ad fœminarum domicilia clerici non accedant. Cap. XXXII.

Ans. l. 7. c. 151.

CLerici, vel cõtinentes [i] ad viduas, vel virgines, nisi ex iussu, vel permissu episcoporũ, aut presbyterorum, non accedant. Et hoc non soli faciant, sed cum conclericis, vel cũ quibus episcopus, aut presbyter iusserit Nec ipsi episcopi, & presbyteri soli habeãt accessum ad

A Rchidiaconũ.] CASVS. Ianuarius episcopus b: s: prohibuerat archidiacono suo ne cũ mulieribus habitaret. Sed ipse propter hoc nõ dimittebat: pręcepit ergo Grego. ut eum tertio admoneat, & si contemnit, eum ab officio deponat.
d ¶ Qui nisi.] Vt 24. q. 3. de illicita.
e ¶ Priuatum.] Post trinam cõmonitionem. 1 ut extra de cohab. cle. & mulie. si quispiam.

1 Et dicunt quidam, q non; est canõ latæ sententiæ, sed ferendæ, ut patet in decret. hic alleg. si quispiam. Arch.

QVidã.] CASVS. Quidam clerici cum non haberẽt vxores, appetebant extranearum mulierum, vel suarum ancillarum consortia. Quare Tolet. concilium statuit, vt episcopus uendat tales mulieres, clericis p tempore ad pęnitentiã relegatis. Casus sequentis c. patet.
f ¶ Mulierum.] Idest, ancillarum.
g ¶ Et venundẽtur.] Et hoc si filios habuerint. Si aũt filios nõ habuerint, clauduntur in monasterio, vt dist. 34. fraternitatis. ne filij pereãt propter eorum absentiam. itẽ hic subaudi: quãdo contrahunt cum eis tanquam cũ vxoribus, alias non concedo. q uenũdari deãnt, vel in seruitutẽ redigi propter simplicem fornicationem arg. 15. q. ult. c. ult. ut no. 32. distin. eos. & 34. dist. fraternitatis.

Mulierum cum clericis contrahentiũ punitio.

paratio. ff. de fun. instru. quæsitum. §. saltuarium.
b ¶ Etiam antequam ordinarentur.] Idem si post: sed ideo dicit, qui a forte non haberet necesse tot personas recipere iam ordinatus, ut filius duceret vxorẽ in domũ patris clerici: sed si prius ante ordinationem patris iam eam habebat in domo, non debet eam eijcere. Nam, Turpius eijcitur, quam non admittitur hospes. extra de iureiurando, quemadmodum.

h ¶ FOeminas.] Synodus Nicæna.] Quæ est sup. ca. in omnibus.
CLerici. CASVS. Idem fere est casus istius cap. cum illo sup. eo. clericus solus. Duo cap. seq. plana sũt.
i ¶ Continentes.] Vt sunt conuersi & deuoti.
ADDITIO. 2. q. 2. duo 27. q. 1. vt lex.

a ¶ Aliqui.] Hoc non pōt intelligi, nisi de laicis propter literam præcedentem. Sed quid si duo clerici dicunt, me commisisse fornicationem cū aliqua, tali die, duo laici dicunt me fuisse secum tota die in alio loco: dico præponendos laicos: 1 quia stant pro reo. & ita patet hic, ꝙ clericus pōt se purgare quandoque cum laicis. vt 18.q.2. in decima. vt ibi dixi.

Testes præferendi sunt qui pro reo deponunt.

1 Ad hoc facit quod not. in authen. de hære. & fal. §. si non absunt. vbi dicitur, ꝙ talis assertio habet in se implicitā affirmatiuā. Arch.

f ¶ Non possunt.] Ei qui potest laborare, non debet ecclesia prouidere: integritas enim & robur membrorum in conferenda eleemosyna est attendenda. C. de mendi. val. l. 1. lib. 11. quia robusti de cibo securi sine labore, frequenter iustitiam negligunt, vt 5.q.5. non omnis. & dicit

huiusmodi fœminas; sed vbi aut clerici præsentes sunt, aut graues aliqui [a] Christiani.

Item ex concilio Carthaginensi. 4. c. 102.

¶ Episcopi prouideant, ne occasione temporalium, clericorum familiaritatibus virgines socientur. Cap. XXXIII.

AD reatum episcopi pertinet, vel presbyteri, qui parochiæ præest, si sustentandæ vitæ [b] præsentis causa adoloscentiores uiduę, vel sanctimoniales clericorum familiaritatibus subijciantur.

Poly. l. 4. tit. 37. Burc. l. 7. c. 55. Iuo p. 7. c. 73.

Item ex eodem. c. 103.

¶ De eodem. Cap. XXXIIII.

VIduæ, [c] quæ stipendio ecclesię sustentantur, tā assiduę in Dei opere esse debēt, ut & meritis, & orationibus suis ecclesiam adiuuent.

Polyc. ibidem. Iuo p. 8. c. 327.

DISTINCTIO LXXXII.

GEneraliter [d] *etiam pauperibus, & ijs, qui suis* [e] *manibus laborare non possunt,* [f] *episcopus necessaria prouideat.*

Vnde in concilio Aurelianensi 1. ca. 18. legitur.

¶ De eodem. Cap. I.

EPiscopus pauperibus, [g] vel infirmis, qui, debilitate faciente, non possunt suis manibus laborare, uictū, & vestitum (inquantum † sibi possibile fuerit) largiatur.

† possibilitas habueris. orig.

Item Innocentius [h] *Exuperio Tolosano episcopo, epist. 3. cap. 1.*

¶ Qui voluptatem officio pręposuerit, modis omnibus submoueatur. Cap. II.

PRoposuisti, quid de his obseruari debeat, quos in

Pann. l. 3. c. 137. Iuo p. 6. c. 57. Poly. l. 4. tit. 31. Ansel. l. 8. c. 8.

b AD reatū.] §. Vitię.] Coguntur enim quandoq; sanctimoniales propter defectum rerū, operas aliquas facere clericis, vel alijs, & ꝑ talē familiaritatē, & propter rerum defectum coguntur aliqua turpia facere. ꝑcipit ergo hic, ꝙ si aliquæ sint paupes, ꝙ episcopus eis prouideat, & hoc faciat de quarta pauperū. Si obijcias ꝫ. de cōsec. dis. 5. nunquam vbi nunquam pmittitur. immo iubetur ne sint otiosæ, sed faciant calathos, vel similia, illud intellige, ꝙ ecclesię possūt facere operas, nō extraneo. 54. dist. si seruus in fin.

Sanctimonialib. pauperibus debet prouidere eps.

Moniales otiosæ esse non debent.

c VIduæ.] Inf. 87. dist. cap. 1.

GEneraliter.] Hęc d. diuiditur in tres partes, in quarū prima dicitur, ꝙ episcopus debet ꝓuidere pauperibus secūdū posse suū, scilicet illis qui laborare nō possunt. Secunda ibi, [Proposuisti.] Tertia ibi, [Qui autē.] Io. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur dist. 82. in qua ostendit, ꝙ clerici in sacris ordinibus constituti, nec suis vxoribus, nec cum alienis mulieribus debent commisceri carnaliter. & qualiter sint puniendi, qui post promissam continētiam fornicantur, vel de facto contrahunt, vel suis vxoribus commiscētur, & quæ pœnitentia iniungātur presbytero fornicanti. Et spectat hoc ad cap. apostolicę regulę: oportet episcopum esse sine crimine, vel ad hoc, oportet episcopum esse monogamum. In principio tamen ponit de hospitalitate. Et primum capitu. huius dist. planum est.

d ¶ Generaliter.] Hic depingitur 82. distin. in qua tractat adhuc magister de continentia ministrorum. & addit, ꝙ si quis ministrorum fornicationem cōmittit, & agat pænitentiam, ex dispensatione pōt remanere in ordinibus, vt inf. ea. c. vlt. & referuntur hæc duo, quæ dicuntur in hac distin. ad id; oportet episcopum esse sine crimine: & ad id; oportet episcopum esse monogamū. tamen permittit cap. 1. qualiter episcopi pauperibus. & infirmis debeant prouidere.

e ¶ Qui suis.] Pauper enim qui laborare potest, si se immiscet eleemosynę Imperatoris, redigitur in seruitutē. C. de mendi. vali. l. 1. lib. 11.

dicit glos. super Matthæum. Iustius feceris si iniuste petentem correxeris, quam si ei dederis. &c.

g EPiscopus pauperibus.] inf. dist. 87. cap. 1. & 2.

h Innocentius.] Qui fuit tertius à Syricio.

PRoposuisti. Hæc est secunda pars dist. in qua dr, ꝙ puniātur sacerdotes & diaconi, qui non seruauerūt sententiam Syricij de castitate. Ioan. de Fan.

CASVS. In archiepiscopatu Tolosano sacerdotes, & leuitæ incontinenter viuebant: quod manifestabant filij ab eis generati, quod cum vidisset Exuperius archiepiscopus Tolosanus, quæsiuit ab Innocentio quid esset de his faciendum. Sed antequam respondeat; dicit super hoc, constitutionem factam à Syricio, quæ tales præcipiebat ab omni honore ecclesiastico remoueri. Deinde ostendit, quod sacerdotes, & leuitæ debent uiuere continenter, ita etiam ut cum uxoribus carnaliter non commisceantur. Et hoc probat vno exemplo, scilicet sacerdotum, & leuitarum ueteris testamenti, qui in hebdomada sua uiuebant continenter, ita etiam ut cum vxoribus nō commiscebantur carnaliter: nec discedebant à templo: quibus propter sobolis successionem vxoris usus fuerat relaxatus. Multo magis sacerdotes debent abstinere: cum quotidie sacrificent, & possint eligi de qualibet natione: Et una auctoritate Pauli Apostoli, Postea docet, quod illi clerici, qui

qui in sacris ordinibus contraxerunt, vel suis uxoribus se iunxerunt: si possunt probare constitutionē Syricij non peruenisse ad eos, in suis ordinibus remaneāt: sed ad altiores non ascendant: de cætero tamen abstineāt. qui aūt cōtra Syricij constitutionē scienter cōtraxerint de

g ¶ Cum vxore.] Multo ergo fortius si cum alia. ADDITIO. Dicit q̄ pp reuerentiam sacramentorū, vult eos esse sanctos, idest mūdos ab omni labe mortali, vel veniali: spirituali, vel corporali: quod non pōt esse qn̄ carnaliter vxoribus commiscentur, secundum Hug.

diaconij [a] ministerio, aut in officio presbyterij positos, incontinentes esse, aut fuisse, generati filij [b] prodiderūt. De his & diuinarum legum manifesta est disciplina, & beatę recordationis viri Syricij episcopi monita euidentia cōmearunt, vt incontinentes, in officijs talibus positi, omni ecclesiastico honore priuarentur, nec admittantur ad tale ministerium, quod sola [c] continētia oportet impleri. Est enim vetus admodum sacrę legis auctoritas jam inde [d] ab initio custodita, quòd in tēplo, [e] anno vicis [f] suæ habitare præcepti sunt sacerdotes, vt seruientes sacris oblationibus, puros † & ab omni labe purgato sibi vendicent diuina ministeria, neque eos ad sacra † officia fas sit admitti, qui exercent; vel cum vxore [g] carnale cōsortium: quia scriptū est: [h] [Sancti estote, [i] quia & ego sanctus sum, Dominus Deus vester.] Quibus vtique propter sobolis successionem; vxoris vsus fuerat relaxatus: quia ex alia tribu, & pręterquam ex semine Aaron, ad sacerdotium nullus fuerat præceptus accedere. Quo † magis [k] hi sacerdotes, vel leuitæ pudicitiam ex die ordinationis suæ seruare debent, quibus vel sacerdotium, vel ministerium sine successione est; nec præterit dies, [l] qua vel à sacrificijs diuinis, vel baptismatis [m] † officio vacent. Nam si beatus Paulus apostolus ad Corinthios scribit dicens: [Abstinete vos ad tempus, vt vacetis orationi. & hoc vtique laicis pręcepit; [n] multo magis sacerdotes, quibus & orandi, & sacrificādi iuge officium est, semper debebunt ab huiusmodi consortio abstinere: & qui, † si contaminatus fuerit carnali cōcupiscentia, a quo pudore, vel sacrificare vsurpabit, aut qua conscientia, quoque merito exaudiri se credit, cū dictū sit: (Omnia munda mundis, coinquinatus autē, & infidelibus nihil mūdum?) Sed fortasse hoc licere credit, q̄a scriptū est; (vnius vxoris [o] uirum.) Non ꝗ dixit hoc, vt permaneret [p] in concupiscientia generandi, sed propter incontinentiam [q] futuram. [r] Neque enim integros corpore non admisit, qui ait. (Velle autem omnes sic esse, sicut & ego.) Quod & apertius declarat dicens: (Qui autem in carne sunt, [s] Deo placere non possunt. Vos autē iam non estis in carne, sed in spiritu.) Et (habentem filios,) non, generantem dixit. Sed ea plane, [t]

inf. c. sequen. — *Luc. 2.* — *Paralip. c. 24.* — † *al. puri, & purgati.* — † *al. sacrificia* sup. d. 31. c. eos. — *Leuit. 11. & 20.* — *Num. 18.* — † *Quanto.*] orig. — † *al. orationis.* — *1. Cor. 7.* — † *al. quid.* — *Tit. 1.* — *1. Tim. 3.* — *1. Cor. 7.* — *Rom. 8.* — *1. Tim. 3.*

h ¶ Scriptum est.] Sufficit ergo ita scriptū esse, licet sit durū. arg. 19. d. in memoriā. ff. q & a q li. ma. l. prospexit.
i ¶ Estote.] Arg. cōtra 31. dist. Nicæna. nam castitas est cū propria coniuge.
k ¶ Quo magis.] i. quanto magis.
l ¶ Nec pterit dies.] pręter sabbatum magnū, & diem præcedētem, vt de conse. di. 3. in sabbato. Vel dic, sacrificijs idest officijs diuinis.
m ¶ Vel baptismatis.] cum necessitas exigit. aliàs baptismus q fit cū cerei benedictione, & 9. lectionibus, bis in anno tātum fit. de cōsec. d. 4. proprie.
n ¶ Præcepit.] Idest persuasit, ut 33. q. 4. Christiano. Vel pcepit vxoribus nolentib. cōtinere. Vel dic pceptū esse cū vir accipit corp' Christi ut scilicet nō exigat sed reddere tenetur omni tempore.
o ¶ Vxoris.] Idest, nōn iō dicit eum esse virū vxoris vnius, vt ea utatur tempore sacerdotij.
p ¶ Vt permaneret.] Arg. voces affirmatiuas resoluēdas in negatiuas. arg. sup. dis. 26. una tantum. & cap. vnius. 3
q ¶ Sed pp incōtinētiam.] idest, ut ea mortua cōtineat. & secūdam nō ducat, & sic negatiue legitur, vnius, idest non plurium: arg. extra de test. i. licet.

Sufficit ita esse scriptū.

Idem tenet Specu. in tit. de cō. q ini. in pos. uer. porro. & Bar. in l. mulier. §. ppo nebatur. ff. ad Turp.

a De hoc le. & no. de cō. sec. d. 2. omnis homo.

Affirmatiua in negatiuā resoluitur. 3 Concor. tex. in l. non debet. ff. de don. & in l. nam etiam. ff. de inoffi. testa.

de facto, vel se proprijs uxoribus miscuerit, deponant.
a ¶ Diaconij.] Ideo non dicit de Subdiaconis, quia non erat * tunc sacer ordo: non tamen poterant contrahere. 32. dist. si qui.
b ¶ Filij.] Filius enim est argumentum ambulās super terram de incontinentia patris. 28. dist. priusquam.
c ¶ Quod sola.] Idest a solis continentibus, vt 84. dist. cum in præterito.
d ¶ Iam inde.] idest de hoc articulo.
e ¶ Quod in tenplo.] Sufficit ergo scholari ad hoc, ut stipendium consequatur, ut sua uice seruiat ecclesiæ, scilicet cum ibi est.
f ¶ Vicis.] idest septimanæ. aliàs est dies pro anno, ut 33. q. 2. hoc ipsum.

* *Vide supra dist. 32. in princ. in glo. uerbo subdiaconus.*
Filius ambulans super terrā testat patris incontinentiam.
Dies pro anno inuenitur.

r ¶ Futuram.] idest quam timebat.
s ¶ In carne sunt.] idest carnaliter uiuentes.
t ¶ Sed ea plane.] Hic rñdet consultationi, & reuertitur ad cōstitutionem Syricij, de qua dixerat. Dicit aūt Hug. & alij q Syricius bis emisit constitutionē: primo illam quæ erat data ab Apostolis, scilicet ut in sacris ordinib. nullus cōtraheret, & si cōtraheret, deponeret, ut 84. d. cū in pterito. hæc fuit primo ab Apostolis statuta: sed qa aboleuerat, renouata est a Syricio, pcedente tpe retrectabat quæstio de talibus de quibus Innoc. hic loquitur. sed quia quidam prætendebant ignorantiam primæ constitutionis Syricij, inde sumpta occasione Syricius aliam edidit humaniorem: mitigando rigorem primæ, scilicet ut ignorantes excusarentur, ut inf. ead. plu-

Clericis cōtinentiam quis primo indixit.

dispar,& diuisa [a] sententia est. Nam si ad aliquos forma illa ecclesiasticę vitę pariter & disciplinę, quę ab episcopo Syricio ad prouincias [b] cōmeauit, nō probatur [c] †peruenisse; his ignorātibus [d] † venia non negabitur: [e] ita vt de cætero penitus incipiāt abstinere: & ita gradus suos, in quibus inuenti fuerint, retentent, vt eis non liceat ad potiora conscendere: quib. in beneficio esse debet; quòd hunc ipsum locum, quem retinēt, non amittunt. ¶Si qui autem scisse formam viuendi missam à Syricio deteguntur [f] †, neque statim cupiditates libidinis abiecisse, illi sunt modis omnibus submouendi: quia post admonitionem cognitam, præponendam arbitrati sunt voluptatē.

† *probabitur.*]orig.
† *al. ignorationis.*
† *al. detegentur.*

α¶ Cōcupiscētia.] *Emendatus, & locupletat⁹ est hic locus ex ipsa ep. s. Innoc quēadmodū & multa alia in hoc capite, vbi per glosā licuit. In epis. aūt Syricij, q̄ refertur in cōc. Teleptēsi (ita n. p Tollēsi legēdū videtur) sic legitur.* Quid faciet? excusabit? quo pudore? qua mente vsurpabit? qua conscientia, quo merito hic exaudire se credit?
β¶ Non dixit hoc.] *In originali sic legitur,* non ad permanentem in concupiscentia generandi hoc dixit.

Item Syricius Papa ad Himerium Tarracon. episcopum epist. 1. c. 7.

¶De eodem. Cap. III.

PLurimos sacerdotes Christi, atq; leuitas post longa

Iuo p. 6. c. 50.
Poly. l. 4. tit. 31.

plurimos. & hanc formam scribit. scilicet secundæ Innocētius. Exuperio, & quòd scripsit bis Syricius, patet ex hoc cap. & sequen. ubi dicitur, q̄ quidam excusantur ignorantia constitutionis Syricij. Sed qualiter hoc dicetur in prima constitutione. Quidam dicunt, q̄ non dedit de hoc facto nisi semel constitutionem. renouando cōstitutionem Apostolorum. & mutādo eam cum sua distinctione. & secundum hoc eadem est causa decisionis Innocētij: nisi quod Innocentius vtitur distinct. hic circa cōstitutionē Syricij: & Syricius circa cōstitutionem Apostolorum. Tertij dicūt, q̄ Syricius duas emisit cōstitutiones, sed in nullo renouauit Apostolorū cōstitutionem: quia Apostoli nihil cōstituerūt de continentia arg. 32. d. quoniam. & dicit Hu. q̄ q̄dā constituit ecclesia, quæ nō fuerunt statuta ab Apostolis, vt 3 cōtinētia ministrorū. 35. q. 1. §. hic itaq; in fi. Quod autē dicitur in f. 32. di. cum in pterito. quod scilicet Apostoli docuerūt: verum est exēplo. 31. distinct. omnino. non constitutione. sed de hoc dixi 28. dist. diaconi. Prima ergo cōstitutio Syricij fuit de continentia, vt quicunque uellet promoueri ad sacros ordines, faceret hoc non tantum promissa, sed ēt præeunte continentia. hoc innuitur. 77. di. quicunque. Sed quia illa nō seruabatur à quibusdam prætendentibus ignorātiam, ideo aliam fecit cum distinctione. infra ead. plurimos nec fecit prima nisi in promouendis. promotos enim. non posse adstringere sine suo velle, sicut nec posset Papa constituere de acolythis iā promotis ne cōtraherent. arg. 32. q. 1. integritas. Io. quod falsum est 1 cum habeat plenitudinem potestatis 2. q. 6. decreto. nec legibus adstringitur. ut ff. de legib. & constitutio, princeps. & C. eod. digna vox. Bar. nec in primo vel in secūdo capitu. habes, q̄ Syricius aliquam constitutionem fecerit: sed innuitur in secundo cap. contra incontinentes: de quib. consultus fuerat, distinguendo, immo potius dispēsando, quod patet ex verbo. monita, in principio cap. & per verbum. admonitionē in fi. & dic commeauit non cōstituendo, sed ignoscendo & dispensando. vt infra. ead. præsbyter.

a ¶ Et diuersa.] Diuersa & bimembris nam recipit diuisionem. id est. distinctionem & hoc de secunda.

b ¶ Prouincias. Pro maiori parte.

c ¶ Non probatur.] Ex hoc vr̄ q̄ dicit citationem ad se non peruenisse, q̄ hoc non tenetur probare: sed potius aduersarius tenetur probare q̄ peruenerit ad eum: cum talis negatiua non possit probari, vt extra de elec. bone. Sed non est verum. quia credendum est verbo nuncij, donec contrarium probetur. ut not. 4. q. 3. §. item in criminali. ver. itē testes, q ios. sic ergo expone, nō pbatur peruenisse. i. est probatur non peruenisse: cum enim constitutio sit publice promulgata, quilibet eā tenetur scire. ut 16. distin. quod dicitis. extra de postu. præla. ad hac 12. q. 2. qui & humanis, & secundum leges tenetur eam quilibet scire vsque ad duōs menses. vt in authen. vt fact. e noue cōstitutiones. §. 1. colla. 9. secundum canones vsque ad sex menses, vt 18. dist. decernimus, quia ergo præsumebatur peruenisse ad istos, tenebantur ipsi probare ignorantiā: & hoc est generale qđ propter præsumptionem cogitur probare aliquis ignorantiam, vt hic, & extra de elec. innotuit. & 1. q. 1. si q à simoniacis. & C. de peri. tut. l. penul. alias qui dicit aliquē sciuisse, hoc tenetur probare. 2 ut 3. q. 9. indicas. & ff. de administr. tuto. l. hoc autē. quid enim peccat, q preſentis legis inscius pristinam sequitur obseruantiam? vt C. de testi. iubemus. in fi. Sed qualiter. probat se aliquis ignorasse? dico suo sacramento. 3 vt 34. q. 2. in lectum extra de senten. excom. si vero. vt no. 4. q. 5. quisquis, in fi. 4. Ioan. Vel etiam alio modo si potest probare se fuisse in alio loco: & forte si præsumptio est contra eum, nō crederem iuramento suo. B. Sed quid si collegium, uel aliquis conuentus dicit se ignorasse, nunquid tunc omnes iurabunt? dico, quod sufficit, si episcopus cum maioribus de capitulo iurat, ut ff. de condi. & demonst. municipibus. Alij dicunt, q̄ eo ipso probatur ignorantia, quod non probatur scientia, vt C. qui mili. non pos. super seruis lib. 12.

d ¶ Ignorantibus. Decretum non ligat ignorantes. ff. de decre. ab ordi. fac. l. vlt. ff. loca. l. si ignorans.

ADDITIO. Ad idem 12. q. 2. de laicis, ubi de hoc. Dic q̄ decretum secundum canones ligat ignorantes, ut dixi, 10. dist. 1. super summa. ibi videas. Archid.

e ¶ Negabitur. Arg. neminem ligari antequam constitutio ad eum perueniat: arg. d. 1. ante triēnium. 35. q. vlt. si autē. 12. q. 5. sicubi. & 47. dist. quoniam. 14. q. 4. si quis oblitus. 54. dist. ex antiquis.

f ¶ Deteguntur.] Eo ipso, quod non probant ignorantiam. cum ad omnes commeauerit.

PLurimos sacerdotes. CASVS. Quidam significauerunt Syricio Papæ, q̄ plurimi sacerdotes post lōga tempora suæ ordinationis filios habuerint tam ante sacros ordines, quam de vxoribus, quas postea de facto duxerunt: quorum quidam allegabant, hoc sibi licere ad instar sacerdotum, & leuitarum veteris testamēti.

Quidam

Apostoli de continentia nihil constituerunt. sed solo exēplo illam docuerunt.

1 Argum. ad hoc su. 32. distin. placuit. vbi de hoc sed dictum hoc oīno falsum est, nisi intelliges de promouēdis & sic no. H. 28. dis. de his in si.

Probare tenetur qui dicit se non citatum.

Constitutio publice promulgata sa

ita qđ tempus ligat.

Ignorātiam pbare quis cogitur propter psumptionem.

2 Dicunt quidam iuris apicibus inuigilant, regulare esse ignorantiam nō debere probari: sed sciētiam.

3 Ad hoc facit quod leg. & no. ext. de sen. ex. ō. si vero, & de homic. significasti 1. & de iur. calum. c. 2. Idem late Ias. §. sed istæ. Inst. de act.

4 Cōcor. glo. fi. in l. si cui & ibi Parto. ff. de accusa.

Collegium nunquid iurare possit.

Decretū nō ligat ignorantes.

Quidam verò dicebant se per ignorantiam lapsos: & inde dolebant: quare Syricius Papa reprehendit eos, qui suum crimen defendebant exẽplo sacerdotũ veteris testamenti: cum alia causa fuerit in illis q in istis: & dicit eos esse deponendos: cum ex certa scientia deliquerint. Illi uerò qui per ignorantiã dolẽt, se lapsos fuisse, ad altiora non ascendant: sed in suis ordinib. remaneant ita tñ q de cætero uiuant continenter. Sequens, §. patet.

a ¶ Solius successionis causa.] Præcipuè, nam, & causa incontinentiæ. 32. q. 2. §. his ita.

consecrationis suæ tempora, tam de cõiugibus proprijs, quàm etiam de turpi coitu; sobolem didicimus procreasse, & crimen suum hac præscriptione defendere, quia in veteri testamento sacerdotibus, ac ministris generandi facultas legitur attributa. Dicat mihi nunc, quisquis ille est sectator libidinũ, præceptorque vitiorum, si æstimat, quòd in lege Moysis passim sacris ordinibus à Deo nostro laxata sunt fræna luxuriæ, cur eos, quibus committebantur sancta sanctorum, pręmonet dicens: [Sancti estote, quia & ego sanctus sum Dominus Deus vester?] Cur etiam procul à suis domibus, anno vicis suæ, in templo habitare iussi sunt sacerdotes? Hac videlicet ratione, ne vel cum vxoribus possint carnale exercere commerciũ, vt conscientiæ integritate fulgẽtes, acceptabile Deo munus offerrent. Quibus, etiam expleto, deseruitionis suæ tempore, vxorius vsus solius successionis causa [a] fuerat relaxatus: quia non ex alia, nisi ex tribu Leui, quisquam ad Dei ministerium fuerat præceptus admitti.

Leuit. 20. Luc. 1.

Item Paulo inferius.

Polyc. ibidem. Iuo p. 6. c. 50. §. qa. † *ignorantiæ.*] orig. † *al. deiecti.*

¶ De eodem. Cap. IIII.

QVia aliquanti, de quibus loquimur, vt tua [b] sanctitas retulit, ignorantia † se lapsos [c] esse deflent; his hac conditione misericordiam [d] dicimus non negandam, ut sine vllo honoris augmento in hoc, quo deiecti † [e] sunt, quamdiu vixerint, officio perseuerent: si tamen post hac cõtinentes se studuerint exhibere. Hi vero, qui illiciti priuilegij [f] excusatione nituntur, & sibi asserunt veteri hoc lege concessum; nouerint se ab omni ecclesiastico honore, quo indigne vsi sunt, Apostolicæ sedis auctoritate deiectos: nec vnquam posse veneranda attrectare mysteria, quibus se ipsi, dum obscęnis cupiditatibus inhiant, priuauerunt. Et quia exempla pręsentia cauere [g] nos pręmonent in futurum; si quilibet episcopus, presbyter, atq; diaconus (quòd non optamus) deinceps fuerit talis inuẽtus iam nunc sibi omnem per nos indulgentię aditum intelligat obseratum; quia ferro necesse est, vt abscindantur [h] † vulnera, quæ fomentorum non senserint medicinam.

† *excidantur.*] orig.

¶ *Caput hoc in aliquot manuscriptis Gratiani exemplaribus coniunctum est superiori.*

3 *Qui autem propter peccata iubentur deponi; post condignam pœnitentiam in suo ordine poterunt reparari.*

Vnde in concilio Hybernensi a.

a ¶ Hybernensi.] *Caput hoc citabatur ex concilio Gangrensi, in quo non legitur. Emendatum est ex Polycarpo, & alio libro manuscripto peruetusto, in quo libro sunt multi canones pœnitentiales: & hic refertur ex Theodoro archiepiscopo Hybernensi.*

Poly. l. 4. tit. 39. Cau. 2. post. 25.

¶ Quæ pęnitentia sit imponenda sacerdoti, qui de fornicatione conuictus fuerit. Cap. V.

PResby-

b QVia aliquãti.] ¶ Et tua.] Cum ergo hic scribat uni: & in præcedenti cap. dicatur, q cõstitutio Syricij Papæ ad omnes prouincias commeauit: patet q duas omisit Syricius cõstitutiones: & etiã qa hic dicit ignorantiã respectu primæ.

c ¶ Lapsos. Respectu scilicet secundæ constitutionis.

d ¶ Misericordiam.] Quia illa ignorãtia iuris nõ eos excusat 1 a toto: sed quia facilius cum eis dispẽsatur. Alij dicunt q unam tãtum emisit: & dicunt, ignorantia Apostolicæ constitutionis.

1 Adde q quãque iuris ignorantia excusat à pęna pp. rusticitatem, nõ autem excusat à nullitate actus, ut not. I. I. t. C. de interdict. matri. inter pup.

e ¶ Deiecti.] idest lapsi.

f ¶ Priuilegij.] Arg. contra eos, qui prætendunt se nõ debere dare decimas, q a predecessores sui nõ dederũt: & sic utiuolũt priuilegijs suorũ antiquorũ. extra de deci. c. 2. & c. quã uis. Item arg. contra illos, qui pro sui iuris tuitione consuetudines antiquas allegant ut 32. q. 4. nemo. & 1. q. 4. c. ult.

Consuetudo antiqua non excusat.

g ¶ Cauere. Arg. ex pręsentibus futura pũmi, arg. dis. 50. si quis diaconus. d. 51. præterea.

Præsumitur e: præsentibus circa futura.

ADDITIO. Hoc no. 18. dist. peruenit.

h ¶ Vt abscindãtur.] sic 16. q. 1. in canonibus 24. q. 3. ecce.

QVI AVTEM. Hic icipit tertia pars huius d. in qua quæritur, qualiter pęnitẽtia imponatur: sacerdoti lapso in fornicationem, ita q possit postea celebrare. Et resp. quod decem annis debet pęnitere. Ioan. de Fan.

PResbyter. CASVS. Hoc ca. loquitur de manifesta fornicatione, p qua in tẽpore Apostolorũ, cler. ci deponebãtur

tur, sed sancti patres in Gangrensi concilio congregati hunc rigorem temperarunt, statuentes, vt si presbyter sponte confiteatur delictum suum, & velit pœnitere, decem annis pęnitcat iuxta modum, qui in hoc cap. exprimitur: postea poterit in honorem pristinum reuocari. Eadem pœnitentia erit sacerdotibus imponenda pro singulis delictis, quę depositionē inducūt.

Iulia de ambitu, locum habet in Romana ciuitate immo spirituale datur hic tantum, scilicet eleemosina pro spirituali bene facit ad hoc, quia sicut ære peccatorum iste se vendidit, vt 15. quæst. 1. non est, quod cuiquam ita & pecunia sua se redimat de pœn. distin. 1. medicina. Et est arg.

ter [a], si fornicationem fecerit, quamquam secundū canones Apostolorum [b] debeat deponi; tñ iuxta auctoritatē [c] beati Papæ Siluestri, si in vitio non perdurauerit, sed sua sponte confessus adiecit, vt resurgat; decē annis [d] in hūc modum pęniteat; tribus quidem mēsibus priuato loco à cęteris remotus pane, & aqua à vespera in vesperā [e] vtatur: tātū aūt diebus Dñicis, & pręcipuis festis modico vino, & pisciculis, atq; leguminibus recreetur sine carne, & sagimine, ouis, & caseo [β]: sacco indutus humi adhæreat: die ac nocte iugiter misericordiā Dei omnipotentis imploret: finitis trib. mēsibus cōtinuis exeat: tñ in publicū nō ꝓcedat, ne grex fidelis in eo scandalum patiatur. Nec enī † debet sacerdos publice pęnitere [f], sicut laicus. Postea aliquātisper resumptis viribus, vnum annum, & dimidiū in pane & aqua expleat, exceptis Dominicis, & ꝓcipuis festis, in quibus vino, & sagimine [g] †, ouis, & caseo iuxta canonicam mensuram vti poterit. Finito primo anno, & dimidio, corporis & saguinis Domini, ne induresc at, particeps fiat, & ad pacem veniat: psalmos cum fratribus in choro [h] vltimus cātat: ad cornu altaris nō accedat: iuxta beati Clementis vocem [i], minora gerat officia. Deinde vero vsque ad expletionem septimi anni, omni quidem tēpore, exceptis paschalibus diebus, tres legitimas ferias [k] in vnaquaq. hebdomada in pane, & aqua ieiunet. Expleto [l] septimo anni circulo: si sui confratres, apud quos pęnituit, eius condignam pęnitentiam collaudauerint: episcopus in pristinum honorem, iuxta beati Calixti Papæ auctoritatem, eum reuocare poterit. Sanè sciendum est, ꝙ secundam feriam vnum psalterium canendo, aut vnū denarium [m] pauperibus dando (si opus † est) redimere [n] poterit. Finitis autem septem annis, deinde vsque ad finem decimi anni, sextam feriam [o] (nulla interueniente

† al. etiam.

† al. sanguine.

Epist. 2.

Epist. 2.

† al. operarius.
Polyc.

Fornicationis causa hodie nemo est deponēdus.

Concilium contra Apostolum dispensat.

Sacerdotis fornicarij pęnitentia.

Ieiunantes in uespere comedere debent.

Sagimen, & lardum die ueneris comedere licet

Feriæ legitimæ sūt tres.

a ¶ Presbyter.] Hoc c. intelligunt quidā de dispēsatione, alij de iure: q a epūs post peractam pœnitentiā tenetur dispēsare: arg. 50. d. dño sancto. & c. vt constituetur, vnde dicūt hodie pro fornicatione neminem deponendum, nisi in ea perduret, & ideo quia hodie fragiliora sūt corpora nostra, quā olim erant. 34. dist. fraternitatis, licet eadem ratione debes dicere de quolibet crimine, vt inf. eo. c. vers. eademquoque. & not. sup. prox. di. c. Maximianus.

b ¶ Apostolorum.] Hic conciliū dispensat contra Apostolū in pęnis, vt sup. dis. proxi. presbyter. sic sup. 34. d. cognoscamus, & c. lector.

c ¶ Auctoritatem.] Hanc non habemus in corpore canonū B. Siluestri.

d ¶ Decē annis.] Alibi dicitur, ꝙ sacerdoti pro fornicatione imponitur pęna xij. annorū, & episcopo xv. 30. q. 1. si quis sacerdos, & c. nō dēt. alibi. vij. vt 33. quæst. 2. hoc ipsum. Sed varietas delicti inducit varietatem pęnę: scilicet cum fornicatio est simplex, vel incestuosa, poterit sacerdos mitigare pœnam pro quantitate criminis, & qualitate personæ, 26. q. 7. tempora.

e ¶ In vesperam.] Nam ea hora debent comedere ieiunantes, de consec. dist. 1. solent.

f ¶ Pęnitere.] Supra dist. proxi. si quis episcopus contra, & 28. dist. presbyter. contra. Sed expone publice, id est, solenniter.

g ¶ Sagimine.] Arg. ꝙ licet comedere de sanguine illis diebus quibus oua, & caseum licet comedere. 4. distinct. denique.

h ¶ In choro.] Vt ibi ministret.

i ¶ Vocem.] Quam non habemus in hoc corpore.

k ¶ Tres legitimas ferias.] Scilicet 2. & 4. & 6. feria, vt infra ead. annuitur, de consec. distin. 3. ieiunia. & 22. q. 5 cap. 1.

l ¶ Expleto.] Ergo reconciliandus est quis per acta parte pœnitentiæ: etsi tota finita non sit, vt 12. q. 2. de uiro. extra de fur. ex literis.

m ¶ Denarium.] Et ita potest dare denarium pro ieiunio, quod spirituale est: nec tamen simoniam committit: quia cum Deo intelligitur contrahere; sicut nec lex est argu. pro commutatione pęnæ, 36. q. 1. de rap. Nunquid autem potest hic ieiunare per alium? ꝙ uidetur 2. quia denarium potest dare ut se redimat a ieiunio; ergo multo fortius per alterius ieiunium potest liberari. Itē quia ieiunium uiui liberat mortuum, ut 13. q. 2. animæ. de pęn. dist. 6. c. 1. quod concedo si per propinquam personam ieiunet. & debet iste denarius esse talis, quod nō euincatur ab eo cui donatur. aliàs non contingeret liberatio, ut C. de sent. ꝙ inter libera. ff. de lega. 3. qui cōcubinam. §. si hæres. quia non intelligitur datum, quod euinci potest, ut ibi dicitur; argu. 14. q. 5. immolans. Sed nunquid pœnitens sua auctoritate potest hanc commutationem facere? Dicunt quidam ꝙ sic. 3. quod non concedo in pœnitentia imposita ab homine 4. ut extra de uo. & uo. redemp. ex multa, in fin. Ioan. Sed certe, quod hic dicitur de denario, auctoritate huius canonis facere potest pęnitens: nec decret. illa in aliquo contradicit Bart.

n ¶ Redimere.] Argu. ea quæ facere tenemur, alia æquiualentia faciendo posse recompensari, & ita commutatione pęnarum posse fieri: argum. 36. quæstio. 1. de raptorib. distr. 12. non cogantur, contra 1. q. 1. nullus episcopus 2.

o ¶ Sextam feriam.] Ergo quartā posset redimere. quę enim

1 Adde nec ēt simoniæ. not. glos. & Bar. in l. Barbarius. ff. de offi. præt. & in l. 1. glo. 1. ff. ad leg. Iulia de ambi. Ieiunari potest per aliū.

2 Ad hoc facit quia liberatur quis iurando per aliū, ut not. 63. dist. tibi. argu. contra ext. de offic. de leg. c. fin. cum similibus Arch. Pœnitentia imposita auctoritate ꝓpria mutari non potest.

3 Adde bonū text. in l. plerumq; ff. de iu. dot. & in l. 1. ff. de li. l.

4 Videtur innuere, ꝙ sit secus in ieiunijs indictis ab ecclesia. Sed pōt dici sm Inno. ꝙ licet ieiunia indicta ab ecclesia nō debeāt cōmutari, uel redimi sine causa tñ ea possunt mutari sicut ieiuniū festi, quod ē in die lunæ fiat in sabbato, & dicitur ꝙ in quibusdā locis Franciæ, s. ubi sūt ecclesię sācti Quintini nō ieiunat in uigilia omniū sāctorū, sed tertia ꝓcedēti die secūdū Inn. Arch.

enim de vna negatur, de alia concedi videtur. 25. distin. qualis.

a ¶ Eadem.] Non tamen eadem dispensatio est in omnibus, quia in aliquibus prohibibetur. 50. dist. miror.

Proui-

redemptione) obseruet in pane & aqua. Eadem [a] quoq; pœnitentia erit sacerdoti, de omnibus alijs peccatis, & criminibus, quæ eum in depositionem inducunt. Neque quo cuilibet videatur onerosum, si sacerdos post lapsū, digne, vt supra dictum est, pœnitens, ad pristinos redeat honores.

α ¶ Et caseo.] *In vulgatis, sequebatur, vtatur: quæ vox sublata est auctoritate omnium ferè exemplarium Gratiani manuscriptorum, & Polycarpi, & libri manuscripti in superiore notatione indicati.*

DISTINCTIO LXXXIII.

In libello Ennodij.

Prouidendū [b] quoque est, ne his, qui ad ordinandum eligitur, & si a proprio vitio videatur alienus, cōsentiendo alienis, inquinetur. Vt enim Symmachus Papa ait; non est grandis differentia, an lethū inferas [c], an admittas. Mortem enim languentibus probatur infligere, qui hanc, cum possit, non excludit.

Hinc Gregorius VII. ait in reg. lib. 6. c. 12. Romanæ synodi celebratæ Anno Domini 1080. al. 1078.

Ans. li. 6. c. 177.

¶ Suspendatur episcopus ab officio, clericorum suorum fornicationi consentiens. Cap. I.

SI quis episcopus fornicationem presbyterorum, diaconorum, subdiaconorum α, vel crimen incestus in sua parochia, pretio [d] interueniente, vel precibus cōsenserit, vel commissum, sibique compertum auctoritate officij sui non impugnauerit; ab officio suspendatur [e].

α ¶ Subdiaconorum.] *Additū hoc est ex originali, et Anselmo queadmodū et paulò post verba illa, sibiq; compertum. Notum aūt est a tempore Gregorij primi subdiaconos eadē lege cōtinentiæ, qua presbyteros, adstrictos fuisse.*

Item Gregorius prima parte pastoralis, c. 2.

Poly. li. 4. tit. 31. Burc. li. 1. c. 209. Iuo p. 5. c. 323.

¶ Maximè ecclesiam lædit, qui sub nomine sanctitatis delinquit. Cap. II.

NEmo quippe in ecclesia nocet amplius, quàm qui

PRouidendum.] Hæc dist. diuiditur in duas partes: in quarum prima punit negligentes prelatos. & qui gaudent adulationibus: & hoc probat per 7. auctorit. Secunda ibi, Quāquam Ioan. de Fan.

CASVS. Hucusque tractauit Gratianus, q̄ oportet prælatum esse sine crimine, quod in faciendo consistit. sed quia consentiens malo aliorum dicitur committere crimen, ideo subiungit hanc 83. d. in qua ostendit, q̄ prælatus etiam consentire non debet peccatis alienis: quia parum differt, vtrum quis homicidium committat propria manu, vel facienti consentiat? quia mortem probatur inferre, qui hanc cum potest, non excludit.

b ¶ Prouidendum.] In duabus superioribus distinctionibus tractauit magister, quòd ordinandus debet esse sine crimine proprio. In hac distinctione ostendit, q̄ non debet alienis criminibus consentire.

c ¶ Inferas.] Simile est inf. 86. d. pasce. & extra de sent. excommu. quantæ. & patet hic, q̄ medicus gratis tenetur curare pauperem infirmum: quia plus debet valere apud eum vita illius, quàm propria pecunia, vt 86. dist. non satis. Sed quid si infirmus diues est, & nihil vult dare medico: nunquid gratis tenetur eum curare? Videtur q̄ non: cum nemo de suo cogatur facere beneficium, vt 10. q. 2. precariæ, cum etiam medicus licitè potest recipere mercedem 1, vt 14. quæst. 5. non sane. Dico q̄ tenetur eū curare suis impensis 2. & si conualuerit, repetat expensas: quia vtiliter gessit negotiū eius, vt ff. de negot. gest. Pomponius. etiam si moriatur æger, pt petere impensas: qa sufficit si vtiliter cœpit gerere, licet euētus nō sit secutus, vt ff. co. ti. sed an vltro. ff. de off. præsid. illicitas. §. sic. nec potest ei obijci, q̄ causa pietatis fecerit sūptus illos, nisi esset propinquus infirmo 3, vt C. eo. alimenta. Sed quid si infirmus prohibet ne aliquæ medicinæ dētur ei? tunc dicunt quidā, quod medicus nullam habet actionē, vt C. de nego. gest. l. vlt. Sed dico, quòd eum inuitum potest curare: sicut inuitū posset extrahere de domo ruitura 23. q. 3. ipsa pietas. Inuito enim potest conferri beneficium, vt 45. dist. & qui emendat 4, immo præsumo ipsum fuisse furiosum, cum illa verba dixit in ægritudine, vt ff. de condit. insti. quidam. & extra de success. ab intesta. c. fina. Sed quid dices, si quis vult me interficere nisi dem ei pecuniam, nunquid teneor ei dare vt me liberem à morte? ita videtur, per hoc quod hic dr̄. & 86. distin. non satis. in princ. Dicunt tamen quidam, solos prælatos ad hoc teneri, vt 12. q. 2. gloria. & 16. q. 1. c. vlt. Alij dicunt, q̄ quilibet tenetur redimere vitam alterius. Vtrum autem quilibet teneatur defendere alium, dixi 23. q. 3. non in inferenda.

1 De hoc no. 1. q. 1. q studet. ibi videas.

2 Adde arg. ad hoc bonū in l. non tantum. ff. de app. & ff. de reli. & sūptu. fu. l. at si qs. §. Labeo.

3 Si est coniuncta persona vī donasse, nisi protestetur. secus si esset extraneus: in funere eodem modo distinguitur. ff. de relig. & sūp. fun. si qs. §. sed interdū. Archid.

4 Adde ad hoc not. in l. soluendo. in glos. 2. ff. de neg. gest. & in l. solutionē. ff. de solu.

SI quis eps.] CASVS. Quidam episcopi pretio interuenientibus, vel precibus consentiebant clericis suæ diœcesis in fornicatione stare, vel incestu: & eos nō puniebant. Quæsitū fuit a Gregorio quā pœnam pati debeāt? Et rn̄det q̄ suspendi debent ab officio & beneficio.

d ¶ Pretio.] De hac materia inuenies 16. q. 7. decimas. & 1. q. 1. c. vlt. & cap. nullus episcopus. infra 23. q. 4. c. si his qui & cap. si illic.

e ¶ Suspendatur.] idest deponatur. 1. q. 3. si quis episcopus alias esset contra 11. q. 3. Teuzualdum.

ADDITIO. Vel dic, q̄ ponit pœnam solius consensus secundum L. cuius etiam fuerant verba. quæ præcedūt. De hoc legitur & not. sup. 32. dist. eos. in fi. ibi videas.

NEmo.] CASVS. Dicitur hic, quod nemo magis in ecclesia nocet, quam prælatus delinquens: quia nullus

nullus audet eum redarguere propter ordinis reuerentiam: & alij sumunt ab eo exemplum delinquendi: & ideo episcopus qui tales non corrigit, magis dicendus est canis impudicus, quàm episcopus.

a ¶ Redarguere.] Sup.dist.40.si Papa.6.q.1.oues.quia vult magis placere silendo, quàm displicere redarguendo.

b ¶ Extenditur.] Delicta enim maiorum trahuntur ab alijs in exemplum, vt 11.q.3.præcipuè.

c ¶ Nō corrigit.] Cū est clamor de talibus ext. de si. licet Heli.

ERror.] CASVS. Dicitur hic, quod si possum resistere errātibus, & perturbare peruersos, & negligo: mala eorum videor approbare per cōsensum: & socius criminis sum, cum manifesto facinori non obuiem. Sequētia autem duo c. plana sunt.

d ¶ Cum possis.] Ex officio. hoc enim intelligunt quidam de prælato. arg.23.q.4. ita plane. Sed H. de quolibet. 24.q.3. tā sacerdotes.

e ¶ Societatis.] Impropriè sumitur hoc nomē societatis: quia inhonestarū rerum societas nulla est. ff. pro socio. nec præter mittendum.

f QVid enim.] ¶ Non pollui.] directæ. nam occasione alterius bene polluitur, si ei consenserit.

g ¶ Qui.] infra 22.q.5. si quis.

h ¶ Consensum.] De triplici consensu dr 2.q.1. notum, in fi.

i COnsentire vr.] ¶ Corrigi. inf. 11.q.3. qui cōsentit. & s.23.q.3. ostēdit. & 24.q.3. qui aliorum.

k ¶ Non occurrit.] si. ff. de iure pat. adigere. ff. de noxa. si seruus. in fi. ff. de ijs qui no. insa. quid ergo. §.1.

SICVT AVTEM. CASVS. Hucusque ostendit, quod aliquis peccatis alienis consentire non debet. Nunc vero ostendit, quod laudib. malorum aliquis gloriari non debet, nec gratulari.

NIhil.] CASVS. Quidam prælati gloriabantur laudibus malorum. Sed dicit Anacletus, quod ex hoc facto maxima pernicies oritur circa subiectos, quia prælatus, qui laudibus gloriatur, timet corrigere delinquentes: & sicut nouerca odit priuignum, ita negligentia, correctionem & disciplinam.

Delicta maiorum alios corrūpunt.

peruersè agens nomē, vel ordinem sanctitatis habet. Delinquentem namq. hunc nemo redarguere [a] præsumit; & in exēplum culpa vehementer extenditur [b]; quando pro reuerentia ordinis, peccator honoratur. Episcopus α itaque, qui talium crimina non corrigit [c], magis dicendus est canis impudicus, quàm episcopus.

Bur.li.1.c.203. Iuo p.5.c.317. ex Gregorio.

α Episcopus.] *Hæc non sunt ibi apud B. Gregorium. Similia citantur infra 2.q.7.c. qui nec regiminis, ex Augustino (cui etiam reliqua huius capitis antea tribuebātur) & ex eodem à Burchardo, & Iuone citantur, Cæterum ijdem collectores, Burchardus quidem li.1.c.13. Iuo autē parte 5.c.67. referunt aliqua ex Origene, quæ cum his aliquantulum conueniunt.*

Item Innocentius.

¶ Qui non resistit erroribus, consentit. Cap. III.

ERror cui non resistitur, approbatur; & veritas, cum minimè defensatur, opprimitur. Negligere quippe, cum possis [d] deturbare peruersos, nihil aliud est, quàm fouere. Nec caret scrupulo societatis [e] occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare.

Deusdedit p.2. Eleuterius Papa ad Galliæ prouincias, & oriētales in epis. ad Iulium, & Aegyptij in epist. ad Fœlicem II.

Item Pius, epist.1. ad omnes Christi fideles.

¶ Non prodest suo errore non pollui, qui alieno consentit. Cap. IV.

QVid enim prodest illi suo errore non pollui [f], qui [g] consensum [h] præstat erranti?

Item Gregorius α.

¶ Qui non occurrit, consentit erranti. Cap. V.

COnsentire videtur erranti, qui ad resecanda, quæ corrigi [i] debent, non occurrit [k].

Poly.lib.4.tit.31.

α ¶ Gregorius.] *In epistolis impressis Beati Gregorij non habetur. Verum lib.7. epist.117. Syagrio episcopo Augustudunensi post ea verba,* qui non restiterit, *in regesto manuscripto peruetusto, & in Polycarpo, vbi ipsa epistola integra refertur, hæc sequuntur.* Nam consentire videtur erranti, qui corrigenda, vt resecari debeant, non occurrit. Quia vero, &c.

Sicut autem aliorum vitia palpare non debet, ita nec malorum laudibus delectari.

Vnde Anacletus Papa epist.1. episcopis omnibus.

¶ Miserrimus est episcopus, qui malorum laudibus gloriatur. Cap. VI.

NIhil illo est pastore miserius, qui luporū [l] laudibus gloriatur. Quibus si placere voluerit, atque ab his amari delegerit, erit hinc ouib. magna pernicies. Nullus

Ans.li.6.c.154. Iuo p.5.c.237. in fi.

l ¶ Luporum.] idest laicorum 1: qui quandoque dicuntur oues, vt 2.q.7. oues.

1 Scilicet malorum: lupi sunt qui in ecclesia esse videntur cū non sint, & cum possunt nos infestāt. de consec.d.4. qūo. vers. nō ob aliud. in fi. secundum I.

a ¶ Pla-

a ¶ Placere.] Sic 11.q.1.cap.1.simile extra de cleri.coniug.cap.diuersis.simile.ff.de oper.liber.duorum.
b ¶ Labiorum.] id est, prędicandi, uel etiam redarguendi.
c ¶ Obligata.] Si.infra.8.q.2.c.vlt.& cap. dilectissimi.
d ¶ Ne-

S Olicitum.] Hæc distin.diuiditur in quatuor partes: quarum prima reprehendit desides episcopos, & hoc per duo.c.Secunda.ibi [Quam autem.] Tertia ibi. Similiter.] Quarta ibi, [Presbyterorum.] Io.de Fan.

ergo pastorum, placere [a] lupis, & gregibus ouium pôt. Perdit enim labiorum, [b] α memoriam mẽs terrenis obligata [c] carceribus. Sicut † artium in suo quoque opere inuenitur mater instantia; ita nouerca eruditionis est negligentia.[d]

† al. Sicut autem.

α ¶ Labiorum. *In epistola Anacleti legitur*, laboris: *apud Anselmum & in vno ex vetustis codicibus Gratiani*, laborũ, *vnde potuit irrepsisse mendum: quod tamen ob glossam non est sublatum.*

2 *Quamquam sacerdotem, tam à suis, quàm ab alienis criminibus, oportet esse immunem; tamen si aliorsum sese habuerit, non ideo verba suæ prædicationis debent cõtemni. Sicut enim Hieronymus ait, vt lixiuium per cinerem humidum fluens lauat, & non lauatur; ita bona doctrina per malum doctorem, animas credentium lauat a sordibus peccatorum.*

Burc.l.1.c.204.ex dict. s.Hier.
Iuo p.5.c.318.

CASVS. Supra ostensum est, ꝙ prælatus debet esse sine crimine. Nũc verò supponit 84.distin.in qua ostẽdit Gratia. quod prelatus debet habere sollicitudinem circa subiectos. Et habet hęc dist. 4.articulos. In primo dicit, quod episcopus debet esse solicitus circa tutionem pauperum & monasteriorũ. In secũdo agit de mũditia sacerdotũ. In tertio, ꝙ ẽps debet eẽ monogamus. In quarto vnde dicatur presbyter.

e ¶ Solicitũ.] Tria.c. apostolicę regulę hic breuiter tãgit. ꝙ episcopus dẽt esse prudens.1 cõtinens monogamus.

DISTINCTIO. LXXXIV.

S *Olicitum [e] quoque, & vigilantem oportet esse episcopum, circa defensionem pauperum, releuationem oppressorum, tuitionem monasteriorum. Quod si facere neglexerit, aspere corripiendus est.*

Vnde Gregorius Anthemio subdiacono Campaniæ, lib.11.epist.29.

¶ Corripiatur episcopus, qui circa officium suum negligens extiterit. Cap. I.

P Eruenit ad nos, fratrem, & coepiscopum nostrum Paschasium ita desidem, negligentemque in cunctis existere; vt in nullo, quia est episcopus, agnoscatur: adeo vt neque ecclesia ipsius, neque monasteria, siue filij ecclesiæ, vel oppressi pauperes † [f] eius erga se dilectionis studium sentiant; nec aliquam supplicantibus sibi † in quibus iustum est, opem defensionis, accommodet; & (quod adhuc dici est grauius) consilia [g] sapien-

† al. vel pauperes.
† bus; orig.

P Eruenit ad nos.] CASVS. Paschasius ẽps in duobus deliquebat, scilicet, ꝙ nõ curabat defendere monasteria, & pauperes, & oppressos; & prætereа cõsilia sapiẽtum audire nolebat. Scribit ergo Greg. Anthemio subdiacono reprehẽdẽdo eũ, ꝙ talia permittebat, & mandat ei, vt eum corrigat coram alijs episcopis, vel coram quibusdã de nobilibus subiectis, ꝙ si se nõ corrigat, Romã est transmittendus: vbi saltẽ discat qualẽ conueniat esse sacerdotẽ, vel p̃latum ecclesiasticũ.

f ¶ Pauperes. Quorũ curã non p se, sed per archipresbyterũ vel archidiaconũ gerere debet, ut inf. 88.d. episcopus gubernationem.

1 Prudentia consistit in scientia literarum: sed non videtur esse astutus qui in his q̃ debet agere peruigil nõ est, & solicitus. & ita patet, ꝙ eẽ solicitũ refertur ad esse prudentem s̃m Hug.

d ¶ Negligentia.] Supra 38.d. ignorantia.
QVAMQVAM. Hæc est secunda pars huius d. in qua dicit, ꝙ licet mali sacerdotes sint culpandi: tamen non despiciendi. Io. de Fan.
ADDITIO. Et nota, hic malum prælatum lixiuio comparari: alibi lapideo canali, vt in prædic. cap. si fuerit. Alibi monetario. 1.q.1. quod quidã, & uide ꝙ dixi. 44.d. cap.1.& in summa, & dic, lauat, scilicet conditionaliter, secundum Hug.
CASVS. Dictum est supra, ꝙ prælatus debet esse immunis a suis peccatis, & alienis, sed quamuis sit peccator: non tamen eius doctrina debet contemni: quia sicut lixiuium per cinerem fluens lauat sordes, & nõ lauatur: sic doctrina per malum sacerdotem ministrata lauat auditores a sorde delictorum.

g ¶ Consilia.] Vnde Aug. dicit, ꝙ a puero nondum anniculo paratus est doceri: ut 24.q.3. si hẽs. alias stultus esse conuincitur, ut 22.d. de Constantinopolitana. Qui n. bono cõsilio non acquiescit, amittere debet dignitatẽ exemplo Roboam, qui senioribus non acquieuit. 8.q.1. denique, vel ad instar vxoris Loth, quæ conuersa est in statuam salis. & dicit lex, ꝙ ea firmitate nituntur, q̃ cõsilio geruntur. C. de repu. l. rerum etiam consilio clericorũ debeat ẽps disponere de rebus ecclesiæ. extra de his quæ fi. a præla. sine cõse. cap. nouit. & iste nõ excusatur quia potuit scire, sed noluit. 2. 38. dist. qui ea nec iudici licet deuiare a responsis prudentum. instit. de iure nat. §. responsa. & dicit lex: quod tunc non prodest alicui ignorantia, quũ potuit scire per se, vel per alium. ff. de bono. poss.

Doctrina est ab oib. accipienda. Consilio bono ẽ acquiescendum.

2 Ad hoc. 37.d.§. vlt.c. non omnis.

Ignorantia non excusat illũ qui scire potuit per se, vel per alium.

poss. in bonorum. ff. de iuris & facti ign. regula.
a ¶ Sapientum.] Prima q. 1. estote.
b ¶ Ab altero.] Supra, dist. 38. c. vlt.
c ¶ Possit.] Nam omne artificium, & c. ff. de leg. 3. seruis legatis, §. ornatricibus.

Cum in præterito.] Hæc duo cap. intelligit H. & B. de matrimonio non contrahendo in tribus sacris ordinibus, & in ecclesia orietali. Esto ergo casus. In primo concilio Carthaginen. constitutũ fuit, vt epi, presbyteri, diaconi, & subdiaconi abstinerent a matrimonio cõtrahen-

d ¶ Distulisti.] Hoc ideo, quia iste erat legatus istius prouinciæ.
e ¶ Sacerdotalis.] id est, episcopalis.
ADDITIO. Hoc iõ, vt magis uerecundetur. Hug. & hoc si publicè peccauit. 45 distinct. sed illud alias, secus vt in glo. seq. alleg. 15. q. 5. c. 1 secũdum Io. de Fan.
f ¶ Discere.] 15. q. 5. cap. 1.
g ¶ Dei timorẽ.] 28. d. quia sunt.

tum, [a] & recta suadentium nulla patiatur ratione suscipere, vt quod per se nequit attendere, ab altero [b] saltem possit [c] addiscere. ¶ *& infra.* ¶ Quod si ita est, nõ sine culpa tua esse cognoscas, qui eum obligare, atque coercere, vt dignum est, distulisti [d]. Quia ergo hoc totum non solum ipsum reprobat, sed etiam ad sacerdotalis [e] officij pertinere probatur opprobrium; volumus, vt eum corã alijs sacerdotibus, & † quibusdam de filijs suis nobilibus contestari pro hac re debeas, & hortari. Si verò (quod nõ credimus) post hanc adhortationem nostram solito adhuc more negligens esse tentauerit; ad nos est modis omnibus transmittendus, vt hic positus discere [f] possit, q̃d, vel qualiter secundum Dei timorem [g] agere conueniat sacerdotem.

Paulo plenius apud B. Greg.

† vel] orig.

Ibidem paulo inferius.

Vigilantib. iura scripta sunt.

Nunciatũ.] CASVS. Episcopi Cãpaniæ negligentes erant circa ecclesias, & monasteria, & circa pauperes, & oppressos. Scribit ergo Grego. Antemio subdiacono, vt episcopos in vnum conuocet, & eos super his reb. ita corrigat, & emendet, q̃ d̃ cætero apud Papã, querela iterari si possit. quòd si negligentes fuerint, Romã transmittantur, vt ibi per districtionẽ sentiãt quã graue sit a prauis non corrigi.
h ¶ Vigilãtes.] Nam vigilãtibus ius ciuile scriptum est, ff. de ijs quę in frau. cred. pupillus in fine.
i ¶ Aliqua excusatione.] Arg. in hoc casu nõ licere appellare 1. Arg. 2. 27. q. 1. si custos. & c. si homo arg. extra de appell. cũ sit Romana. & c. reprehẽsibilis. dic. 1 sufficientiũne sit cõtra extra de offic. de leg. c. ex parte.
k ¶ In se valeat.] Vt si stultus fuit in culpa, sapiens sit in pœna. vt 28. d. qui ea. & 27. q. 1. sic custos & c. si homo.
QVOD AVTEM. Hæc est secũda pars huius distin. in qua probat duab. auctoritatibus q̃ diaconi, presbyteri, & subdiaconi debent esse casti. Io. de Fant.

1 Hoc ideo ga videtur appellatio ĩterponi ad maliciã confouendã. ar. C. de offic. prę. prętor. l. 1. extra de appe. sugge- stum. & c. ad nostra. Sed tu dic excusatione non sufficienti alias secus, extra de offic. de leg. ex parte sedm Io. de Fant.

Idem ad eundem eodem lib. epist. 33.

¶ De eodem. Cap. II.

NVnciatum est nobis Campaniæ episcopos ita negligentes existere, vt immemores honoris sui, neq; erga ecclesias, neque erga filios suos paternę vigilantię curam exhibeant, vel monasteriorum solicitudinem gerãt, seu in oppressorum, & pauperũ se tuitionem impendãt. Ideo hac tibi auctoritate præcipimus; vt eis a † te cõuocatis, ex nostro illos mandato districte commoneas; quatenus desides vlterius esse nõ debeant: sed sacerdotalem se habere zelum, & solicitudinem opere doceant; atque ita in his, quæ eos iuste secundum Deum agere cõuenit, vigilantes [h] existant, vt nullum nos de eis denuo murmur exasperet. Si quem vero eorum post hæc negligentẽ esse cognoueris; ad nos eum sine aliqua excusatione [i] transmitte: vt quàm sit graue, nolle ab his, quæ reprehensibilia, & valdè vituperanda sunt, corrigi; regulari in se valeat [k] districtione sentire.

† al. ad.

2 *Quod autem de munditia castitatis sacerdotibus imperatur, hoc etiam de quibuslibet altari seruientibus intelligendum est.*

Vnde in Cartaginensi concilio 2. c. 2. Aurelius episcopus dixisse legitur.

In Carthag. codicis canon. c. 3. & 4.

¶ Qui sacramentis diuinis inseruiunt, continentiam in omnibus seruent. Cap. III.

CVm in præterito [l] concilio de cõtinentiæ, & castitatis moderamine tractaretur, gradus isti tres cõscriptione † quadam castitati per cõsecrationes annexi sunt Episcopos, inquã, presbyteros, & diaconos ita placuit, vt cum docet sacrosanctos antistites, & Dei sacerdotes,

† al. constrictione castitatis per.

CASVS. Supra in 82. distin. ostensum est de mũditia sacerdotũ, & diaconorum. Nunc vero dicit idẽ esse intelligendum de subdiaconis, & est iste secundus articulus

trahendo sicut a tempore Apostolorum fuit obseruatum. Postea secundo fuit congregatum concilium ab ipsis episcopis: & fortè alij plures etiam prædictam constitutionem confirmauerunt, & approbauerunt.
l ¶ Cum in præterito.] Scilicet in primo Concilio Car-

z Quod est 32. dist. placuit. cui interfuit Aug. vt 26. distin. c. sexta. vers. septima. secundum Io. de Fant.

Carthag.] Hoc cap. & sequens intelligit Hug. de matrimonio contrahendo, quod scilicet non licet presbyteris, vel diaconis.

a ¶ Qui sacramentis diuinis inseruiunt.] idest, subdiaconi, & quod dicit inf. ea ab vxoribus abstinendum, dicas de

latis, aut de facto. Nā dicunt, ꝙ ista [illegible] ante tps Gregorij, qui introduxit con[illegible] stris. 31. d. ante triennium, idest subdiaco[illegible] ris verò & diaconis Syricius introduxit. [illegible] ꝙ olim sacerdotes potuerūt cōtrahere añ Syricium [illegible] & Moyses cō[illegible]

dist. 31. c. aliter.

necnon & leuitas, vel qui sacramētis diuinis inseruiūt,[a] continentes esse in omnibus; quo possint simpliciter, qđ à Deo postulant, impetrare: vt qđ Apostoli docuerunt,[α] & ipsa seruauit antiquitas[b] nos quoq. custodiamus.[β] Ab vniuersis episcopis dictū est. Omnibus placet; vt episcopi, presbyteri, & diaconi, vel† qui sacramenta cōtrectāt, pudicitiæ custodes, etiam ab vxoribus abstineant. Ab omnibus dictum est; Placet, vt in omnibus, & ab omnibus pudicitia custodiatur, qui altario deseruiunt.

† al. &

α ¶ Docuerunt.] *In vulgatis codicibus sequebatur*, exemplo, *quod est sublatum: quia neq. in ipso secundo Cartaginiensi, aut impresso, aut manuscripto, neque in vnico codicis canonum, cum quo Græcus canon cōuenit, neque in vetustis Gratiani exemplaribus habetur: & ex glossa uidetur translatum in textum.*

β ¶ Custodiamus.] *In codice canonum cap. 5. vnici Carthaginensis sequuntur hæc*, Faustinus episcopus ecclesię Potentine prouinciæ Piceni, Legatus ecclesiæ Romanæ dixit, Placet vt episcopi, *&c. quæ in recentioribus Coloniensibus conciliorum editionib. adscripta sunt alijs characteribus, Verùm in prisca Coloniensi, duabus Parisiensibus, & codicibus Vaticanis legitur, quemadmodū apud Gratianum.*

Item ex concilio Carthaginensi 5. c. 3.

¶ De eodem. Cap. IV.

In eod. can. cap. 25. In Africa c. 77. dist. 32. cap. placuit. † al. propria.

CVm de quorundam[c] clericorum, quamuis erga vxores,[d] proprias, incontinentia referretur; placuit episcopos, & presbyteros, & diaconos[e] secundum priora† statuta etiam ab vxoribus continere; quòd nisi fecerint, ab ecclesiastico remoueantur[f] officio: cæteros autem clericos ad hoc non cogi; sed secundum vniuscuiusque ecclesiæ consuetudinem[g] obseruari debere.[γ]

γ ¶ Debere.] *In codicibus impressis hæc sequebantur*, contra Martinus Papa, si lector viduam duxerit,] vt supra legitur. Sed illud, vbi necessitas; hoc, vbi nulla necessitas vrget. *Quæ sunt expuncta; quia in vetustis codicibus, aut non habentur, aut sunt adscripta in margine.*

3 *Similiter, quòd monogamus episcopus esse iubetur, etiam ad reliquos ordines ecclesiasticos deriuari oportet. Vnde Syricius Papa Himerio Tarraconē. epo, epi 1. c. 11.*

¶ Laica sit tantùm communione contentus clericus viduam, aut secundam ducens vxorem. Cap. V.

Ansel. lib. 8. c. 5. Iuo p. 6. cap. 51.

QVisquis

Exponut ergo Apostoli docuerunt exēplo & ope. & admonitione. secundum Hug. non institutione, vel cōstitutione secundum alios.

b ¶ Antiquitas.] A tempore Syricij hic vocat antiquitatem. 82. dist. plurimos.

CVm de quorundam.] CASVS. In cōcilio Carthag. 6. relatū fuit, ꝙ quidam clerici cōtinentiam nō seruabant, & ideo statutū fuit, vt epi, presbyteri, diaconi, & subdiaconi abstineāt ab vxoribus ducendis; & si duxerint, deponantur. Cæteri aūt clerici ad hoc cogi nō debēt, sed vniuscuiusque ecclesiæ cōsuetudo debet seruari. sed ergo Barth. Brixien. satis credo, ꝙ hæc duo ca. intelligi possūt in ecclesia occidentali, & de matrimonio iā contracto, quo vti non debent clerici in sacris ordinibus constituti. Et ita formabis casū, vt supradicti nō vtātur matrimonio iam contracto promissa iam continentia cum vxoribus. & bene ēt dixit quosdam sic intelligere.

c ¶ De quorūdam.] ordo. cū referretur de incōtinentia quorundam clericorum placuit, &c.

d ¶ Vxores.] Cum quibus professi erāt cōtinentiā seruare.

e ¶ Et diaconos. Et subdiaconos. 32. d. c. placuit. ubi sunt eadem uerba.

f ¶ Remoueantur.] sup. d. 81. ministri.

g ¶ Consuetudinē.] 32. dist. cap. placuit. & cap. quoniam in quibusdam.

cas de ducendis: & secundum hoc suppletur hic, qđ dicitur in c. seq. in quo non fit mentio de subdiaconis, ꝑ illud quod habemus 32. distin. placuit. in quo sunt ferè eadem verba, & est similiter Carthag. concil. & hic dicit H. ꝙ Apostoli nō instituerunt de nō vtēdo iā cōtracto: quia si Apostoli hoc instituissent, orientales hoc admisissent.[z] Alij vero intelligūt ea de cōtracto: & qđ dicit infra, etiam ab vxoribus, dicūt ante legitimè sibi copu-

z Vt contra 31. d. aliter.

SIMILITER. Hæc est tertia pars huius distin. in qua probatur, quòd nullus bigamus potest esse clericus. Io. de Fant.

CASVS. Supra 26. dis. dictū est, quòd eps debet esse monogamus. Nunc autem dicit Gratia. idem esse seruandum in alijs clericis, & iste est tertius articulus.

QVisquis.] CASVS. Tarraconensis episcopus quæ-

fuit

clericus, [a] aut viduam, [b] aut certè secundam cõiungem duxerit, [c] omni ecclesiasticæ dignitatis priuilegio mox nudetur; laica sibi tantum cõmunione concessa. Quam [d] ita demum poterit possidere, [e] si nihil postea, propter quod hanc perdat, admittat.

4 *Presbyterorum verò nomen, quamquam à senectute sit sumptum, magis tamen maturitatem [f] indicat sapientiæ, quam caniciem corporis.*

Vnde Anacletus ad episcopos Italiæ, epist. 2.

& tunc si cum oportuerit, culpam feriat delinquentis. b ¶ Si quid.] 15.q.7.c.2. Qualiter hoc cap. debeas intelligere, habes extra de simo. licet Hely. c ¶ Non credas.] Inf. 22.q.5. innocēs. cōtra ibi de incredulitate, quæ inter socios habēda non est, loquitur: sed hic de illa, quæ ad iudicem pertinet. Vel refert vtrū bona vel mala de aliqua dicātur. De hac materia. no. 23.q.4. quā magnum. d ¶ Ecclesiæ.] Cum hoc cap. de causa inquisitionis loquatur, ut extra de accusa. qualiter 2. ergo in causa inquisitionis non hēt necesse eps alios cōuocare, nisi canonicos tantum. Nā nomine ecclesiæ tuæ maior ecclesia intelligitur. argum. extra de uerb. sign. cum clerici. Arg. cōtra. 18. q. 2. si quis abbas, & extenditur hoc nomen, ecclesiæ tuæ, ad omnes ecclesias diœcesis. ext. de usupal. ca. 1. Idē, est arg. hic, φ eps non uocatis alijs episcopis possit sacerdotē cōdemnare. Sed dic, quod seniores hic uocat episcopos: quū iste Corinthiorū esset archiepiscopus 2. Vel loquitur tātum de causa pecuniaria, quam potest tractare episcopus tātum cū suis clericis. Vel est derogatum huic p alios canones. Vel canonica districtio dicat pœna suspēsionis 3. quam epscum suis clericis potest inferre. Vel loquitur de clericis infra sacros ordines constitutis: quorum causas etiā criminales pōt eps

Episcopus siqualiter causa inquisitionis quos non debet conuocare.

2 Subaud. & suffraganei si sint de clero metropolitanæ ecclesiæ, ut colligitur 93. d. miratur. Io. de Fan.

3 Scilicet per petuæ secus in tēporalib. φ dic utnot. Inn. extra de excess. pl. c. 1.

a ¶ De officijs.] *Caput hoc non est inuentum apud B. Ambrosium: sed apud Anselmum, & in Polycarpo ex eodem citatur, & Bartholomæus Vrbinas Eremita in Milleloquio, quod collegit ex dictis B. Ambrosii, affert hunc locum ex eodem Ambrosio in libro de alendis pauperibus, qui liber hactenus desideratur.*

Item Hieronymus in commentarijs ad Galatas, cap. 6. in ver. [Alter alterius.]

† adimplebit.] orig.

¶ De eodem. Cap. XXII.

QVi clementiam non habet, nec indutus est viscera misericordiæ, & lacrimarum, quamuis [a] spiritalis sit, non adimplet † legem Christi.

6 Similiter etiam oportet episcopum non esse percussorem idest non ad vindictam facilem.

Vnde Gregorius scribit Ioanni episcopo Panormitano, lib. 11. epist. 49.

15.q.7. si quid.

¶ Ad vindictam episcopus facilis esse non debet. Cap. XXIII.

SI quid [b] vero de quocunq; clerico ad aures tuas peruenerit, quod te iuste possit offendere, facile non credas [c]; nec ad vindictam te res accendat incognita: sed præsentibus senioribus ecclesiæ [d] tuæ, diligenter est veritas perscrutanda: & tunc si qualitas rei poposcerit, canonica districtio culpam feriat delinquentis.

Idem Ianuario episcopo, lib. 7. indict. 2. epist. 1.

¶ De quodam episcopo, qui antequam Missarum solennia celebraret, die Dominico ad exarandam messem cuiusdam profectus est. Cap. XXIIII.

1.q.7. tanta. Burc. l. 1. c. 107. Iuo p. 2. c. 78. & par. 5. c. 312.

TAnta [e] nequitia ad aures meas de tua senectute peruenit, vt eā nisi adhuc humanitus pēsaremus, fixa [f] iam maledictione feriremus. Dictū quippe mihi est, quòd Dominico die, priusquam Missarum solennia celebrares,

me. ff. de re mili l. omnes. §. qui præpositum. 11. q. 3. non solum. 12. q. 2. aurum. sup. dist. 50. sæpe contingit. inf. 30. q. 5. nullum ante. sup. dist. 47. sicut.

a QVi clementiam.] ¶ Quamuis.] idest, quamuis faciant opera spiritualia. Laurent.

SIMILITER. Hæc est 6. pars di. in qua dicit, φ prælatus cum discretione debet punire subditos suos: quod probat duabus auctoritatibus. Ioan. de Fant.

CASVS. Hic est sextus articulus huius distinctionis, in quo prosequitur illud capitulū apostolicæ regulæ, oportet episcopum esse non percussorem. Et exponit alio modo quàm sup. in 45. dist. exposuerit: quoniam hic dicitur, φ non dēt esse percussor, idest, facilis ad uindictam quod probat duobus sequentibus capitulis.

SI quid.] CASVS. Ioan. Eps Corinthiorū statim cum audiebat aliquem deliquisse, causa incognita puniebat de quo Greg. eum reprehendit, & docet, φ si aliquid dicatur sibi de aliquo clerico, non statim credat: sed præsentibus senioribus ecclesiæ suæ ueritatem inuestiget:

cū suis clericis tractare, & decidere. arg. 15. q. 7. si autem. Quid de hoc iuris sit, inuenies 15. q. 7. in summa. Io.

TAnta nequitia.] CASVS. Ianuarius eps cum habuisset rixam cum quodam suo subiecto: consilio quorundam malorum messes illius ante Missarum celebrationem & die Dominica exarauit, & post Missam illuc reuertens, terminos agri euulsit, & amouit. Quod cum Greg. audisset, non credebat; sed postea certificatus est per abbatem Cyriacum. Sed quia Ianuarius nimis erat simplex, & senex, propterea Papa ei pepercit: monēs eū ut de cætero talia non faciat, consiliarios tamen ipsius spatio duorum mensium communione corporis, & sanguinis Christi priuauit.

e ¶ Tanta.] Inf. 1. q. 7. tanta.

f ¶ Fixa.] idest certa. Sed cum iste absens esset, quomodo Papa ferret in eum sentētiam? Dic quod hic loquitur de sententia comminatoria, scilicet comminando ei. Vel citatus fuit, & noluit uenire: & dominus Papa recepit testes eo absente. De uno habes hic. De duobus habes

Papa in absētē an sētētiā ferre possit.

habes 11.q.1.fratris. Alij dicunt sententiam fuisse latã sub conditione, si scilicet constaret de ijs, quæ dicta fuerunt de ipso.

a ¶ Etiam terminos.] In hoc peccauit grauiter, & sm leges talis punitur pœna quinquaginta aureorum, vel relegatione, vt ff. de term.moto.l.2.&3. cũ distinctione vtrũ sit iuuenis, an senex ut ibi dicitur, secundum legem autẽ diuinã maledictus reputatur 12. quæs.2. in legibus.

b ¶ Sed filius.] Arg. ꝙ credit̃ dicto vni[b], ut inf.8.q.3.talia & 97.d nobilissim[b]. In forma iudicij 1.quãtum ad veram ꝓbationem uni testi nõ creditur, ut extra de testibus, licet, in fi. & eo.ti.veniens. sed quãtum ad præsumptionẽ ut C. de reb. cred.in bonæ nisi rsus aliquis specialis inueniat̃, vt extra de in integr.restit.ex literis, & de procu.ex insinuatione, & extraq̃d met.cau.c.ultim.& extra de test. in omni.loã. Similiter vbi non fit præiudicium alij, creditur uni testi, vt de cõse. distinctio.4.cum itaque B

c ¶ Quia simplicitatem. Not.quod parcit senectuti vt 34. distinctio. fraternitatis 26.q.7.hoc fit, & c.tempora. Item parcitur simplicitati, de consecr.dist.2. ca. 3. & extra de re. permu.cum vniuersorum.

d ¶ Tacemus. Non ergo semper qui tacet consentit 2. nec semper idẽ est tacere qđ uoce consentire. arg. de cons.dist. 4.cũ pro paruulis & 65.dist. c.si forte. de hoc 27. distin.diaconus.

e ¶ Eos.] ff.de re.iu. consilij. Lau.

ADDITIO. Videas, quod legitur, & nota. instit. mandati. §. tua gratia.uersic.cuius generis.

f ¶ Excommunicatos.] Arg. quod quandoq; magis puniuntur consiliarij, quam facientes 3. dist. 96.duo.11. q.3.qui consentit. & 24.q.3. qui aliorum. Sed hoc ideo factum est, quia in istis non conueniebant ea propter quæ fieret dispensatio circa eos. Sed licet iste debuit puniri, tamen indultum est ei ratione ætatis, & simplicitatis.

VEL PERCVSSOR Septima pars.

CASVS. Exposuit supra Gratianus, ne episcopus sit percussor, idest, ad vindictam facilis: modo exponit, & alio modo, scilicet ne percutiat aliquem propria manu, vt infra ea proxĩe cuius casus planus est.

g ¶ Non liceat.] Quod tamen potest per alium, & si, non per se, vt 5.q.5.illi qui.& 14.q.6.cap.1. sicut & aliquis gerit, & facit per alium 88.d.episcopus gubernationem, ita tñ ꝙ sit clericus. si n. per laicum percutit, incidit in canonem extra de sent. excom. uniuersitatis Sed quid si clericum non habet? Tunc uerberet per se, ut dixi 45.dist in summa.

h ¶ Manibus.] C.de episc.& cler.Auth.sed neque proprijs manibus.

PROHIBETVR. Hæc est octaua pars dist. in qua dicitur: ꝙ clerici nõ debent tractare res laicorum, nec possessiones eorum conducere, nec esse tutores, nisi suorũ propinquorum, idest, quibus succederent ab intestato, nisi de

---

ad exarandam messem latoris præsentium perrexisti, & post exarationem eius, Missarum solẽnia celebrasti: post Missarũ solennia etiam terminos [a] possessionis illius eradicare minime timuisti. Quod factum quæ pœna debeat insequi, omnes qui audiunt, sciunt. Dubij autem de tanta hac peruersitate fueram[?], sed filius [b] noster Cyriacus abbas à nobis requisitus, dũ esset Caralis, ita se cognouisse perhibuit. Et quia adhuc canis tuis parcimus hortamur† vt aliquando resipiscas miser senex, atque à tanta te leuitate morum, & operum peruersitate compescas.† Quanto morti vicinior efficeris, tanto fieri solicitior, atque timidior debes. Et quidem pœnæ sententia in te fuerat iaculanda: sed quia simplicitatem [c] tuam † cum senectute nouimus; interim tacemus [d]. Eos [e] vero, quorum cõsilio hæc egisti, in duobus mensibus excommunicatos [f] esse decernimus: ita tamen, vt si quid eis intra duorum mensium spatium humanitus aduenerit; benedictione viatici non priuẽtur. Deinceps autem ab eorum cõsilijs cautus existe: te quoque solicite custodi, ne si eis in malo discipulus fueris, quibus in bono magister esse debuisti, nec simplicitati tuæ vlterius, nec senectuti parcamus.

Vnius dicto qñdoq; creditur.

1 Concord. text. in l. si qs decurio, C. de fal.

† al. hortamur: aliquando resipiscet.

† al. compesce.

† Concor. l. 1.ff.de do.& tutor. ff. de suspect. tut.

7 Vel percussor esse prohibetur, ne videlicet proprijs manibus aliquem cædat.

Vnde in Agathensi a concilio legitur.

¶ Non licet episcopo proprijs manibus aliquem cædere. Cap. XXV.

Bur.li.1.c.202. Iuo p.5.c.316.

NOn liceat [g] episcopo manibus [h] suis aliquem cædere. Hoc enim alienum à sacerdote esse debet.

a ¶ Agathensi.] *Hoc caput non habetur in Agathensi, quod extat Burchardus, & Iuo citant ex decretis Bonifacij Papæ. Habetur autem in nouellis const. 123. cap. 16. apud Iulianum antecess. Non dissimilis etiam est canon 28. Apostolorum, quem interpretatur synodus Constantinopolitana, quæ prima, & secunda dicta est, cap. 9.*

8 Probibetur etiam episcopus turpis lucri esse cupidus, ne aliquo inhonesto negotio victum, vel cætera sibi necessaria quærat. Quod generaliter de omnibus diuino cultui mancipatis, idest clericis, & monachis intelligi oportet.

Vnde in Chalcedonen. concilio, cap 3. legitur.

Clericus per quem castigandus est epo iubẽte.

2 Sit ẽt no.1. q. 7. tanta.

3 Sic aliqñ plus punitur cõsulẽs quã si ipse idẽ faceret ꝙ consuluit, ut. ff. ad l. Pomp. de parrici. utrũ, & not. eo.tit. l. 1.ut patet exemplum in medico qui filio dedit uenenũ ut daret patri. nã in hoc casu plus punitur medicus, q̃ si ipse patrẽ illius filij uenenasset, ut illi patet.

nisi de mandato episcopi egissent causas pauperum. Io. de Fant.

CASVS. Hic ponitur septimus articulus, in quo repetit Gratianus illud cap. Apostolicæ regulæ, scilicet, oportet episcopum non esse cupidum, & turpis lucri sectatorē, quod

Cyprianus. contra. Sed illud Cypriani de testamentaria tutela siue datiua, hic autem de legitima tutela intelligitur. Item 16. q. 1. generaliter contra. Ad hoc dic. quod clerici nō coguntur recipere aliquam tutelam: possunt tamen legitimam recipere tutelam si volunt; vt hic dicitur, & est hoc priuilegiū clericorum, ꝙ licèt ipsi possunt succedere alicui ab intestato. non tamē tenentur recipere tutelā, licèt aliàs illud obtinet. vt inst. de legi. pa. tu. §. 1. Sed episcop⁹ vel monachus etiā volens nō posset recipere legitimā tutelam. in Auth. de sacrosan. epis. §. Deo amabiles. Vel dic. ꝙ illa Auth. prę iudicatē per canonem istū, vt episcopus & monach⁹ si velint possint recipere legitimā tutelā, sed non datiuā, vel testamentariam, sed ad tutelā miserabiliū personarū omnes clerici siue monachi [a] tenētur, vt 88. dist. c. 1. &c. eps gubernationem.

Tutela est triplex.

Tutelā non tenētur clerici recipere.

[a] Vt hic, & su. proxi. dictum est de monachis intelligo cum de commina tione eius qđ hr 16. q. 1. qui vere, &c. monasterio. Arch.

e ¶ Correctioni.] i. suspensioni. Lau.

¶ Qui connumerantur in clero, turpibus lucris non inseruiant. Cap. XXVI.

Burc. lib. 2. c. 145.
Ivo p. 6. c. 218.

PEruenit ad sanctam synodum, quia de ijs, qui in clero connumerantur, quidam propter turpis lucri gratiam, alienarum possessionum conductiones [a], & causas [b] sæculares † suscipiunt; & à sacris quidem officijs se per desidiam separant; ad domos autem sæcularium concurrunt, & substantiarum eorū gubernationes auaritiæ [c] causa suscipiunt. Decreuit ergo sancta & magna synodus, neminem horum deinceps, hoc est episcopum, siue clericum, aut monachum conducere possessiones, aut misceri sæcularibus procurationibus, nisi fortè, qui legibus ad minorum ætatum tutelas [d], siue curationes inexcusabiles attrahūtur, aut cui ciuitatis ipsius episcopus ecclesiasticarum rerū commiserit gubernacula, vel orphanorum, ac viduarum, quæ indefensæ sunt, & earū personarum, quę maximè ecclesiastico indigent adminiculo propter timorem Dei. Si quis verò transgressus fuerit hæc præcepta, correctioni [e] ecclesiasticæ subiaceat.

† al. sæcularium.

DISTINCTIO LXXXVII.

VIduis [f] autem & orphanis ecclesiæ præsidium implorantibus episcopi debent adesse: & contra improborum violentias protectionis patrocinium eis negare non debent.

Vnde Gelasius Gerontio †, & Petro episcopis.

† al. Leontio.

VIduis autē.] Hæc distinct. diuiditur I tres partes, in quarum prima, ꝓbat per sex auctoritates sanctorū patrū, quod viduis & orphanis debet sustentationis beneficium pręberi ab ecclesia. Secunda ibi, [Libertos.] Tertia ibi, [Si expositus.] Io de Fant.

CASVS. Supra dictū est, ꝙ episcopus debet esse liberalis: sed quia hoc non sufficit nisi miserabiles personas tueatur: ideo subiungit hanc 87. dist. in qua ostendit, quod episcopi debent defendere viduas & miserabiles personas, & etiam libertos, qui sunt ecclesiæ commendati.

f ¶ Viduis.] In hac dist. 87. ostendit magister, ꝙ viduis & pupillis, libertis & oppressis tenetur prælatus patrocinium impendere, & etiam manumissos defendere. Ad vltimum subiungit de expositis, infra ea. c. vlt.

Oppressis debet prælatus patrocinari.

¶ Implorantibus patrocinium, episcopi debent adesse. Cap. I.

LIcèt [g] omnibus de nobis sperantibus nō debeamus, inquantū possumus, nos negare; plus tñ [h] viduarum

quod de omnibus clericis generaliter est intelligendū.

PEruenit.] CASVS. Quidam episcopi clerici, vel monachi possessiones laicorum causa cupiditatis cōducebant, cum suæ possessiones eis sufficerent, & procurationes sæcularium negociorum proptèr lucrum suscipiebant, officia sua penitus dimittentes: præcipit ergo Concil. Chalcedo. ne hoc de cætero fiat, excepta legitima tutela, vel cura miserabilium personarū, quam clerici suscipere debent ad iussionem suorum epōrum, & quicunque contra hoc statutum fecerit, dēt excōicari.

a ¶ Conductiones.] Contra extra de deci. c. dilecti: nam ibi non reprobātur monachi, qui hñt terras ad firmā, sed dic. ꝙ illud est, cum sua eis non sufficiunt, [1] vel cū ipsimet excolunt non vt inde plus lucrentur, sed vt fructibus viuant. Adeo autem hoc prohibet clericis, ꝙ si propter hoc deprehendantur in fraude, non subuenitur eis extra ne cle. vel mon. c. sacerdotibus.

Monachi pñt terras ad firmam habere.

[1] Adde qđ le. & no. extra ne clerici vel mo. c. 2. & 21. q. 3. placuit. Arc.

b ¶ Causas.] De hoc notaui 15. q. 2. in summa.

c ¶ Auaritiæ.] Nam propter necessitatem bene possent. 91. dist. cap. 2.

ADDITIO. Adde quod le. & no. 88. distinct. cap. 1. in princ. ibi videas.

d ¶ Tutelas.] inf. distinct. 88. cap. vlt. cōtra 21. quæst. 3.

LIcèt.] CASVS. Quędam viduæ & quidam orphani conquesti sunt Gelasio Papæ de violentia quorundam, vnde præcipit duobus episcopis, scilicet Petro & Gerontio, vt eas personas tueantur. Et ꝙ hoc facere debent, probatur assertione diuina.

g ¶ Licet.] 11. q. 1. Christianus.

h ¶ Plus tamen.] No. ꝙ etiam causæ pauperum & oppressorum & peregrinorum spectant ad ecclesiā, vt 24. q. 3. si quis de potentibus. & c. seq. & i. c. proxi. extra de verb. sig. super quibusdam in fi. spectant etiam ad iudicium regis, vt 23. q. 5. regum, &c. administratores. Similiter viduis & pupillis cōcessit Imperator magnum priuilegium, scilicet, ꝙ aliquis non possit illos trahere ad iudicium extra prouinciam, ipsi tamen possunt alios tra-

Viduæ & pupilli sunt circa forum priuilegiati.

trahere. C. qñ Impe. inter pup. & viduas. l. vna. Vidua est quæ etiam maritum non habuit. ff. de verb. sig. malum. §. viduam. Pupillus est qui intra pubertatem desijt esse in patris potestate. ff. eo. pupillus respon. 1.

Defensionis.] CASVS. Maximus & Ianuarius clerici paruuli desolati erant auxilio parentũ, & propinquorũ, q cũ non possent violentias quorũdã sustinere, Gelasio sunt conquesti. Præcepit ergo Gelasius Anastasio epo, vt eos tueatur a violentia improborũ, cum diuina auctoritas hoc præcipiat. Seq. duo c. plana sunt.

a ¶ Pupillis.] Pupillo tu eris adiutor.

b ¶ Executionis.] i. defensionis.

c ¶ Commenta.] i. fraudes.

d Quisquis.] ¶ Remedia.] Arg. ꝙ debeat, qs de hoc de quo certꝰ est, vel securus, priuilegium Ro. sedis impetrare, vt hic elicitur, cum omnis teneamur defendere tales specialius. arg. ext. de testi. licet vniuersis. ar. d. 23. quãquam. Lau.

e ¶ Nos.] Vt tamen primo coram suo iudice deferatur querela, vt extra de foro comp. ex trãsmissa. & in defectu iudicis sæcularis.

f ¶ Animositate.] In bona significatione sumitur. alias in mala 65. d. sanè.

Animositas qñq; in bonã, qñq; in malam partẽ sumitur.

g Diuinæ retributionis.] Quia nullum bonum irremuneratum de pœn. d. 1. pium est. nec aliquod malum impunitum de pe. dist. 1. nullus & est. si. 81. d. cap. pen.

Irreligiosum.] CASVS. Olympiꝰ diaconus suscepit curã duorum suorum nepotũ, s. Felicis & Olympij. Sed cũ deberet res illorum fideliter administrare, partem illarum rerum vendidit, & partem sibi retinuit, quare Papa recepit episcopo Fortunato, vt eos defendat, & omnia eis restitui faciat.

h ¶ Irreligiosum. Per hoc cap. & supra proxi. dist. pertinet. colligitur, quod clericus bene potest legitimam tutelam suscipere, sed & etiam extraneorum personarũ si vult. 1. Lau.

Clericus tutor esse potest si vult.

1 Adde ad hoc gloss. in Auth. presbyteros. C.

i ¶ Non omni fide. Et ita videtur, ꝙ tutor teneatur et de leuissima culpa. C. de peric. tuto. & cur. tutorib. argu. contra, quod scilicet nõ teneat nisi de leui. C. arbit. tut. quidquid. Et quod dicit, fide, est ar. contra perfidos aduocatos, qui plena fide clientulos non defendunt. argu. 2. q. 3. §. notandum.

K ¶ Paruulos.] Nota ꝙ si minor ledatur in contractu, habet actionem aduersus dantem, & accipientem 2. C. si tuto. vel cur. inter. l. etiam. si verò lædatur in iudicio, habet actionem aduersus tutorẽ tantum. C. de iud. properandum. in fi. Sed contra ff. de mino. l. etiam. §. 1. Sed illa lex, properãdum, intelligitur quando tantum circa instantiam iudicij læsus est. Illa lex etiam in principali causa loquitur, cum restituatur in iudicijs minor, vt ff. de mino. etiam. §. ex causa. & C. si aduersus rem iud. per totum. In. 1. mino etiam restituitur minor, etsi contumax fuerit, vt. ff. de mino. l. error etiam B.

l ¶ Contra leges.] C. de prædi. mino. per totum.

de episc. & cler. & insti. de exc. tuto. §. idẽ in milite. no. B. in legitimas. §. fi. ff. de legi. tuto.

a Argu. contra. ff. de minor. in causę 2. in prin. sed non ob. qa illud intelligitur qñ cõtra eundẽ hẽt ordinarium auxilium & extraordinarium. secus si contra diuersos. Arc.

& orphanorum causas, & impensius ducimus exequendas: quas tueri à nobis, vel ab omnibus diuina manifestat assertio.

Idem Anastasio episcopo.

¶ De eodem. Cap. II.

Defensionis propriæ desolatis auxilio, & qui suis actibus adesse † pro ætatis infirmitate nõ possunt, exoratum pontificem decet subuenire: quia pupillis a α tuitionem etiam diuinitas iussit impendi. Et ideò Maximo, & Ianuario, clericalis officij (qui se solatio parentum, vel propinquorum asserunt destitutos) auxilium ex nostra delegatione præstabis: vt aduersus improbitates aduersariorum suorum protecti, tuæ executionis b annisu noxia commenta c non sentiant.

† al. prodesse.

α ¶ Pupillis.] *In codicibus impressis sequebatur*, & viduis. *quæ voces expunctæ sunt, quia absunt à plerisque vetustis. Et quæ antecedunt, ac sequuntur, ostendunt agi hic tantum de pupillis.*

Idem Leontio, & Petro episcopis.

De eodem. Cap. III.

Quisquis in negotijs suis nostri nominis intercessione sperat sibi remedia d posse conferri, prona nos e conuenit animositate f præstare.

Idem Honorio episcopo.

De eodem. Cap. IIII.

Diuinæ retributionis g memor ad pontificalem conscientiam non ambigas pertinere, egentium commodis piam solicitudinem non negare.

Idem Fortunato episcopo.

¶ Tueatur ecclesia, quos in sui defensionem suscepit. Cap. V.

Irreligiosum h prorsus, & execrabile iudicamus, si q̃squam α vel extraneos in sua tuitione susceptos, nõ omni fide, i & tota animi sui educauerit sanctitate. Ac cum Olympius diaconus dilectionis tuę, Felicis, & Olympij suggeratur auunculus, eosque paruulos k tutelæ vice susceperit nutriendos; vltra latrocinium esse iudicamus, ꝙ eos boniscũlis † parentum (sicut asserunt) reliquit extorres; alia retinendo, alia contra leges l, & iura vendendo.

Iuo p. 6. c. 109.

† al. bonusculis.

Eos.]

EOs.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima dicitur, ꝙ qui ad ecclesiam cōfugiunt, propter loci reuerentiam debent ab ecclesia defendi. In secunda parte dicitur, quod si quis mancipia ecclesiæ occupauerit propter sua, quæ ad ecclesiam confugerint, excommunicari

u ¶ Quis quam.] *In vulgatis codicibus sequebatur vox,* clericos. *quæ in aliquot manuscriptis, & apud Iuonem non habetur, ideoque sublata est. Non enim hic clericos cum laicis, sed extraneos cum sanguine iunctis comparat.*

Item ex concilio Arausicano primo, c.5. & seq.

Raba. pæ. c. 22. Burc. l. 3. c. 1. 5. Iuo p. 3. c. 112. Ibidem c. 6.

¶ Confugientes ad ecclesiam extrahere licet. Cap. VI.

EOs, qui ad ecclesiam [a] confugerint, tradi non oportere, sed loci sancti reuerentia, & intercessione defendi. ¶ Si quis aūt mancipia clericorum pro suis mancipijs [b] ad ecclesiā confugientib. crediderit occupāda, per omnes [c] ecclesias districtissima damnatione feriatur. ¶ In ecclesia quoque manumissos, & per testamentum [d] ecclesiæ cōmendatos, si quis in seruitutē, vel obsequium, vel ad colonariam conditionem reuocare tētauerit, animaduersione ecclesiastica coerceatur † [e].

C. 7. Iuo p. 3. cap. 154. & 245. Pann. l. c. 84. 2. † coercebitur] orig.

Item ex concilio Agatensi, c. 29.

Iuo p. 3. c. 159. & p. 16. c. 51. Pann. l. 2. c. 82.

¶ In libertate ecclesia tueatur libertos. Cap. VII.

2 LIbertos legitimè a dominis suis factos, ecclesia, si necessitas exegerit, tueatur: quos si quis ante audientiam aut peruadere, aut expoliare præsumpserit, ab ecclesia repellatur.

Item ex concilio Toletano 4. c. 71.

Burc. l. 3. c. 186. Iuo p. 6. c. 246. & p. 16. c. 52. Pann. l. 2. c. 83.

¶ A sacerdotibus defendantur liberti, ne in seruitutem reuocentur. Cap. VIII.

LIberti, qui a quibuscunq. manumissi sunt, & ecclesię patrocinio commendati existunt, sicut regulæ antiquorum patrum constituerunt, sacerdotali defensione a cuiuslibet insolentia protegantur, siue in statu libertatis eorum, siue in peculio, [f] quod habere noscuntur.

Item ex concilio Arelatensi secundo, c. 32.

municari debet. In tertia parte dicitur, ꝙ si quis vult reuocare in seruitutem, vel ad obsequium, vel ad colonariam conditionem manumissos in ecclesia, & ecclesiæ commendatos, censura ecclesiastica coerceatur.] Secunda pars incipit ibi, [Si quis autem.] Tertia ibi, [In ecclesia.

Manumissi ab ecclesia, ubi sint conueniendi.

a ¶ Ad ecclesiam.] inf. 17. q. 4. reum.

b ¶ Mancipijs.] De istis manumissis ab ecclesia, vel de commendatis ecclesiæ dicit Hu. ꝙ si postea imperantur super libertate, ipsi coram ecclesiastico iudice debent respondere. vnde & si quis eos detinens nollet respondere, nisi sub sæculari iudice, posset statim ecclesia ipsum excōicare. si verò non est manumissus in ecclesia, tunc primo debet conueniri, qui eos molestat, sub sæculari iudice, & si non vult satisfacere p eum, tunc ecclesia eū cōpellet excōicando, vel alio modo. Laur. dicit ꝙ vbicunq; manumittantur, nisi manumittantur in ecclesia, 1 vt clerici fierēt, vt ex. de ser. nō or. c. 1. in parte decisa, ꝙ semper primo conueniendus est, qui eis litem facit sub iudice suo sæculari. Ioan. nisi hoc forte faceret laicus in fraudem. extra de iure patr. relatum. §. ad hæc. B. Sed quæro, ad quid ergo ecclesia recipit libertos sub protectione sua: cum illud ius sit in alijs omnibus. ꝙ si aliquis nō potest habere iustitiam corā iudice sæculari, accedit ad iudicem ecclesiasticū, vt extra de foro comp. ex transmisse? Videtur ergo ꝙ liberti spectāt ad iudicium ecclesię, vt 11. q. 1. Christianis. Vel dic, ꝙ licèt istæ personæ, & aliæ, de qbus hic agitur, recipiātur sub protectione ecclesiæ: non tū eximuntur a iudicio sæculari, vt extra de priu. recepimus. & est expressum in iudicijs extra de foro compe. ex tenore.

1 Quidam. n.

manumittūtur in ecclesia, & charta manumissionis iei tur in ambo ne. 5a d. nulli, & tales generaliter ecclesia defendet, sm Hu.

c ¶ Per omnes.] In vna excommunicet, in alijs denūcietur. Si dices, ꝙ nemo potest pluries excōmunicari. dic vt not. 3. q. 3. c. vlt. & extra de senten. excommunica. officij.

d ¶ Et per testamētum.] Extra de seru. non ordinan. c. 1.

e ¶ Coerceat.] nisi admonitus satisfaciat, & est arg. hic, ꝙ omne crimen est ecclesiasticū. 15. q. 6. episcopus in synodo. ADDITIO. Argu. ad hoc inf. ca. prox. vbi Laur. idem sentit dicens, quòd hoc etiā potest videri per auctoritatem domini, si peccauerit 2. q. 1. si peccauerit. extra de iud. nouit. De hac ma. le. & not. ext. de offi. ord. cap. 1. & de purg. cano. nos quidem. Archid.

Crimē qd libet est ecclesiasticum.

LIbertos.] Hæc est secunda pars dist. in qua dicitur, ꝙ ecclesia debet libertos defendere, præsertim eos qui eius patrocinio commendantur. Io. de Fan. CASVS. Hæc duo c. libertos, & liberti, vt dici Beneuen. loquuntur de libertis ecclesiæ commendatis quos si aliquis inuadere sua auctoritate voluerit, vel in seruitutē reuocare, vel bona eorū auferre conatur, & ecclesia, & episcopus debent eos dispensare.

f LIberti. Peculio.] Sed nunquid liber homo habet peculium? Non: quia sicut seruus non habet bona, ita paterfamilias non habet peculium, ff. de verborum. significatio. paterfamilias, sed loquitur hic fm tempus, quo seruus erat, vel peculium sumitur hic improprie. argu. C. de inoffi. testam. l. vltima. ff. ad Trebellia. l. cogita. t. rū. De peculio autem serui, qui manumittitur, hoc in summa notabis, ꝙ si manumittitur inter viuos, dominus uidetur ei concedere peculium, nisi adimat expresse. Si autem in testamento libertas ei relinquitur

Peculiū seruus hīc pōt. sed non liber homo.

linquitur peculiū apud hæredem remanet, nisi expresse ei concedatur. C. de pecu. eius qui li. me. l. vna.

SI expositus. Hæc est tertia pars distinctionis, in qua ponit de infantibus expositis Io. de Fant.

CASVS. Quæsitum fuit in concilio Toletano, quid fieri debeat cū aliquis colligit puerū expositū ante ecclesiam. Et respondet, quòd debet in publicū duci, vt cuiuscūque sit ille puer, siue sit dominus siue pater, veniat intra decē dies, & puerū recipiat: si autem post decem dies, venerit, audiri nō debet: sed tāquā homicida puniatur.

a ¶ Expositus.] Exponit aūt aliqs a patre uel domino, uel ab extraneo. Si a patre vel domino, aut necessitate, uel sponte. Si spōte, nunquā pōt recolligere eum postea: nec. n. suum dicere poterit quem pereuntem contempsit. C. de infan. expo. l. prima, & secunda. Si necessitate, repetit quandocunque, quia inuitus videtur exposuisse. C. de infan. exposi. l. 1. & in his casibus locum non habet contestatio. quod tamen dixi de necessitate, videtur male dictum, nam dicit lex, quòd si ipse non potest eum alere, debet eum in xenodochium.[1] mittere. C. de lati. li. tol. l. vna. §. sed scimus. Sed quod dixi.[2] intelligas cū nullū talem locum inuenit: & intelligas maximè hoc de filijs: nam de seruo uidetur, quòd potius debeat eum vendere, quàm exponere, & est iste casus, in quo seruus habitus pro derelicto, statim in libertatem eripitur, vt C. de lat. lib. tollen. l. una in authen. de nup. §. hoc amplius, & §. multo magis. coll. 4. aliàs occupanti conceditur. Si autem ab extraneo, & sciente domino, vel patre, [illegible]nc locum habet quod hic dicitur. Si uerò ignorante, semper potest repetere quandocunque uoluerit, C. de infan. expo. l. 1. Hug. dicit, quòd tantum usque ad decem dies auditur pater in hoc casu, quod verius credo,[3] quia de ijs quæ publicè fiunt, non potest prætendi ignorantia, vt 17. dist. quod dicitis. Idem potest dici quando pater propria uoluntate exposuit. Ioannes. Hoc teneas breuiter, quòd si a patre infans exponitur, vel ab alio, eo sciente, uel ratum habente, statim liberatur a patria potestate, & si dominus idem facit; seruus statim eripitur in libertatem, & libertus in ignorantiā. Idem est si alimenta fuerint istis languentibus denegata, aut si isti languentes expositi fuerunt, cuiuscunque fuerint ætatis: & qui eos suscipiunt, nō habent aliquod ius in ipsis, ut extra de infan. uel languentibus expositis, c. 1. Bar.

b ¶ Intra decem dies.] De his decem diebus dic, quòd currunt a tempore scientiæ, & sunt continui, & si in tali loco est, quod uenire non potest, restituitur per clausulā generalē: argum. ff. ex quibus causis maiores. l. prima. Alij dicunt, quod sūt utiles: cum. s. experiri potest. ff. de ædil. edict. cum sex. & de diuer. & temp. præ. l. prima. Si uero alie qui collegit expendit aliqua in puero erudiendo in aliqua arte repetit a recoligente, C. de infantibus expositis, l. 1. quod autem causa alimenti expendit, non repetit nisi in duobus casibus, scilicet cum protestatus est, ff. de nego. gestis, Nelennius, uel ubi collectus non vult ducere filiam suam in vxorem. C. de nuptijs patrem.

c ¶ Habeat.] Non in seruum, C. de infantibus expositis. l. vltima, & ideo dicit iste eum habere, quia alius iam non potest petere puerum, puer tamen bene recedet ab eo cum voluerit, & continebit epistola. s. quòd si quis in eo aliquid iuris sibi uendicet, & exeat, & probet esse suum: aliàs non crederetur ei. Arg. Contra, extra qui filij sint legitimi, transmissæ, vbi creditur patri, & matri dicentibus aliquem non esse filium suum, quia non est præsumendum aliquem denegare filium suum.

Exponens filium, vel seruum an possit illū recolligere.

[1] Idest hospitale.

[2] Scilicet de necessitate.

[3] Adde de ista quæstione, & aliis in mate. expositorū no. in l. 1. & 2. p Albe. de Ro. C. de infan. exposi. & gl. in l. nemini C. de episc. audien.

Expensæ circa infantem expositū factæ an possint repeti.

Pater, & mater filiū denegare non præsumuntur.

¶ Expositos defendat ecclesia, si quis eorum calumniator extiterit. Cap. IX.

3 SI expositus[a] ante ecclesiam cuiuscunque fuerit miseratione collectus, contestationis ponat † epistolam, vt si is qui collectus est, intra decē dies[b] quæsitus, agnitusque non fuerit, securus habeat[c] qui collegit. Sane, qui post prædictum tempus calumniator extiterit, vt homicida, ecclesiastica districtione dānabitur, sicut Patrum sanxit auctoritas.

Capit. l. 6. c. 142. cō cor. Vasense 2. c. 9. Burc. l. 3. c. 201. Iuo p. 3. c. 23. Poly. l. 3. tit. 13.

† al. ponatur epistola.

DISTINCTIO. LXXXVIII.

PRohibentur[d] ergo clerici cupiditatis negotia suscipere, non pietatis curam viduis, & orphanis impendere.

Vnde Melchiades a Papa.

¶ De eodem. Cap. I.

DEcreuit sancta synodus nullum deinceps clericum aut possessionis conducere,[e] aut negotijs sæculari-

In scripto de primitiua ecclesia, & munificentia Constantini ex conc. Chalcedon. c. 3.

PRohibentur.] In hac distinctione prohibetur cupiditas, & mercatio omnibus clericis. Et diuiditur in duas partes: in quarum prima probat per decem auctoritates sanctorum patrum, quòd clerici non debent esse mercatores. Secunda ibi, [Neque apud Ioannes de Fant.

CASVS. Facta interpositione miserabilium personarum in hac 88. d. redit Gratianus ad materiam suam. s. ad capitulum cupiditatis: cuius cupiditatis negocia clerici suscipere prohibentur: sed nō prohibentur opera pietatis orphanis, & uiduis impendere.

d ¶ Pohibentur.] Facta interpositione de uiduis, & libertis, & expositis, reuertitur in hac d. 88. ad propositū suum. s. ad illud capitulum, non cup. dum, & ostēdit clericos causa turpitudinis, & cupiditatis non debere opera exercere, tandem subijcit, quod nullus, presbyterum in testamento debet nominare tutorem, &c.

DEcreuit.] CASVS. Statuit Melchiades Papa in synodo sua, quod clerici causa cupiditatis, & lucri non conducant possessiones, nec negotijs sæcularibus se immisceant: nisi in duobus casibus. s. propter curam miserabilium personarum, & propter curam ecclesiasticam ab episcopi sibi commissam, & quod curam talem debeant suscipere clerici, probat duobus exemplis. s. Moysi, & angelorum ascendentium, & descendentium per scalam, quam vidit Iacob: ad instar quorum, prælati ecclesię debent ascendere contemplando, & descendere curam subditorum habendo.

e ¶ Conducere.] Scilicet causa cupiditatis, ut notaui 89. d. cap. vlt. & semper intelligo causa cupiditatis hoc fieri, nisi necessitas probetur. argumen. q. 12. quęstio. 1. cap. 1.

a ¶ Vbi

a ¶ Vbi liquido patet.] Idest, propter quod patet.
b ¶ Angelos.] Per angelos intelliguntur prædicatores qui pro ingenio auditorum debent se aptare, vt 8.q.1.c. oportet & distin.43. sit rector. §. vl. unde non propter Iacob, sed ꝓpter angelos inducitur hæc auctoritas.

Prædicatores qsique dñr angeli.

† absunt istæ duæ voces fere ab omnibus manuscriptis.

bus se miscere, nisi propter curam pupillorum, & † orfanorum] ac viduarum, aut si forte episcopus ciuitatis ecclesiasticarum rerum solicitudinem habere præcipiat. Vbi liquido patet,[a] quia alia sunt negotia sæcularia, alia ecclesiastica. Nonne Moyses in sæculo erat: cum crebro tabernaculum intraret, & exiret; qui intus cõtemplatione raptus, foris infirmãtiũ negotijs vrgebatur? & *infra.* ¶Sic & Iacob ascendentes, & descendentes Angelos [b] vidit: quia videlicet rectores ecclesiæ non solum Deo contemplando superna appetunt, sed deorsum quoq; ad mẽbra illius miserando descendunt. Et Domini sacerdotes horum facta imitantur, & se custodiunt, & subditorum onera portant.

Exod.33.

Gen.28.

a ¶ Melchiades.] *Caput hoc habetur inscripto de primitiua ecclesia, & munificentia Constantini, quod in antiquis conciliorũ voluminibus continenter sequitur post decreta Melchiadis (quamuis in recentiorib. cõcilium Neocæsariense sit interpositum) & ex illa cõiunctione fortasse factũ est, vt hoc quoq; scriptum olim decreti Melchiadis adnumerari solitum esset, cum tamen in eo de Niceno concilio & alijs, quæ post Melchiadem gesta sunt, mentio fiat: quod ex capite, ad futuram. infra 12. quæst.1. apparet.*

Item Gelasius Papa ad episcopos per Lucaniam, c.17.

¶ De eodem. Cap. II.

Concil. Aquisgranen. ca.93. 14.q.4.c. clerici.
Poly. li.4. tit.31.

CONsequẽs [c] est, vt illa quoq; de Piceni partibus nuper ad nos missa relatio nunciauit, nõ ꝑtercũda putaremus: idest plurimos clericorũ negociationibus inhonestis, & lucris turpibus imminere, † nullo pudore cernẽtes euangelicã lectionẽ, qua ipse Dominus negotiatores è templo verberatos flagellis asseritur expulisse, nec Apostoli verba recolentes, quibus ait: [Nemo militans Deo implicat se negotijs sæcularibus.] Psalmistam quoque Dauid surda dissimulantes aure; cãtantem:[d] [Quoniam non cognoui negotiationes,[e] introibo in potẽtias Domini.] Proinde huiusmodi aut ab indignis post hac quæstibus nouerint abstinendum, & ab omni cuiuslibet negotiationis ingenio,[f] vel cupiditate cessandum:[g] aut in quocũq; gradu sint positi, mox à clericalibus officijs abstinere cogantur; quoniam domus Dei, domus orationis & esse debet, & dici, ne per † officia negotiationis potius sit latronum spelunca.

† al. inhiare.
Matth.21.
2.Tim.2.
Psal. 70. vide infra ca. quoniam.

Luc.19.
† ne officia negotiationis, & spelunca potius sit latronum] orig.

Item ex septimo canone, Apostolorum.

¶ In sacris ordinibus constitutus sæculares curas assumere non debet. Cap. III.

EPiscopus, aut presbyter, aut diaconus, nequaquam sæculares curas [h] assumat; sin aliter, deijciatur.

Item Gregorius. Romano defensori lib.8. epist.11.

Episcopus sæcularibus causis occupari non debet. Cap. IV.

PErlatum est ad nos reuerendissimum fratrem nostrũ Basilium episcopum, velut vnum de laicis in causis

Ans. lib.6. c.179.

COnsequẽs.] CASVS. Clerici in Picenis partib⁹ turpibus negociationibus & lucris ihonestis immiscebantur: sed Gelasius docet hoc non esse faciendum. & hoc probat exemplo Christi, q negotiatores de tẽplo expulit. Et duabus auctoritatib⁹. s. Pauli, ut nemo militãs Deo, &c. & Dauid quoniã non cognoui, &c. Si qs aũt negotiari voluerit, officio carere debet. Sequẽs c. planũ est.
c ¶ Cõsequẽs.] Quia sacerdotes erant instituti, vt 2.q.7. accusatio. Lau.
d ¶ Cantantem.] idest, metrice deicribẽtem.
e ¶ Negotiationes.] .i. falsam traditionẽ Iudæorum. quia scilicet credebãt se iustificari ex operibus legis, figuras legis sectãtes, à gratia resilientes: vel negociationis. i. vt uilius emẽt, & carius vẽdãt.
f ¶ Ingenio.] Argu. q nec sub qualibet fraude excogitata posiũt exerceri negotiationes. ergo nec causa necessitatis, ut quidã asserũt, nec causa lucri captãdi ad opus pauperũ. 1.q.3. si qs obiecerit. Arg. ꝯtra extra ne cle. vel mona. ca. 1.91. d. clericus. La.
g ¶ Cessandum, aut in, &c.] Videt ergo, q i eius optione sit an uelit abstinere à qstu, aut ab officio. ff. d iure do. plerũq; §. vltimo: quod falsum est. Sed his. aut. cõminatiuum. 1 est 11.q.1. placuit.
h ¶ Piscopus.] ¶ Curas.] Infra 21. q.3. c.1.2. & 3. & 11. quæst.1. te quidem.

Negotiationes per clericos quacũque causa exerceri nõ debent.

1 Et est sensus si moniti cessant: dispensatur cũ eis: aliàs abijciuntur à clero: & nõ minus à negociatione cessabunt. Argu. 3.q.7. c.1. & 81. distin. si quis. Archid.

PErlatũ.] CASVS Basilius eps tam quam aliquis laicus ibat extra suum episcopatum coram iudicibus sæcularibus aduo-

aduocando. Quod cum audisset Gregorius, precipit Romano defensori, ut præfatum Basilium intra quinque dies cogat reuerti: quoniam propter hoc dignitas epalis vilescit. Nam si ibi amplius eum stare permiserit, uterq. grauiter punietur. Sequentia capitula plana sunt vsq. ad paleam: illam. [Eijciens.] quæ in scholis non legitur, sed in ea ratio assignatur quare in domo, vel re con simili non est vsura, sed pecunia sic: & hoc triplici ratione. Prima est: quia pecunia nō est disposita nisi ad emēdum. Secunda est: quia ex agro cum arādo fructum capio, & ex domo vsum mãsionis: & ideo domū locando vel fundū, videor quasi permutare lucrum cum lucro, sed ex pecunia reposita nullum fructum capio. Tertia ratio est: qa ager, vel domus veterascit, sed nō pecunia, & hoc est in prima columna, ubi dicitur, primo qdē.

dere gladium 4. licet. ei non liceat eo uti per se. 23. q. vlt. c. sępè. Similiter inuenitur: quod licet nobis p alios, & per nos, vt dist. 95. illud superfluum. & econuerso, qd non licet nobis per nos, nec per alios. 46. dist. sicut. 23. q. vlt. his à quibus. & consequitur quis per aliū qd non potest.

1. Labeo. ff. de vsuc. Dy. in regula. qp alteri. lib. 6. bonus text. & ibi Bar. & Bal. in l. 1. §. ne aūt. C. de ead. tol. 4. 63. dis. Hadrianus 2.

sæcularibus occupari, & prætorijs [a] inutiliter deseruire. Quę res quoniam & ipsum vilem reddit, & reuerentiam sacerdotalē annihilat; statim vt experientia tua hoc pręceptum [b] susceperit; eum ita ad reuertendū districta executione compellat, quatenus ei illic, te insistēte, quinq; diebus, [c] sub qualibet excusatione, immorari nō liceat; ne si quolibet modo eum ibidem amplius moram habere permiseris; cum ipso, apud nos grauiter incipias esse culpabilis.

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 18:

¶ Testamentorum tuitionem, & curam rei familiaris episcopus non suscipiat. Cap. V.

Poly. lib. 4. tit. 5.

ij EPiscopus tuitionem, [d] testamentorum non suscipiat.

Item ex eodem cap. 20.

¶ De eodem. Cap. VI.

iij EPiscopus nullam rei familiaris curam ad se reuocet; [e] sed lectioni, & orationi, & verbi Dei prædicationi tantummodo vacet.

Item ex eodem, c. 17

¶ De eodem. Cap. VII.

iiij EPiscopus gubernationem [f] viduarum, & pupillorum ac peregrinorum non per seipsum, sed per archipresbyterum, aut per archidiaconum agat.

Item Gregorius Quertino ex præfecto, epist. 30. lib. 10.

¶ Ratiociniorum causas clericus suscipere non debet. Cap. VIII.

INutile, & valde laboriosum est, hominem literatum, ratiociniorum causas assumere, & in eis se, quod non expedit, obligare.

Item Hieronymus ad Nepotianum de vita clericorum.

a [Et pretorijs.] id est, locis iudicij tractandi. Quid sit prætorium habemus. ff. de iust. & iur. l. pen.
b [Præceptum.] Infra 23. q. 4. iustū infra 14. q. 4. clerici.
c [Quinq; diebus.] Arg. morē posse purgari. 1 Item nota. inducias & expectationes quinque dierū: & hoc à tēpore quo suscepit literas. extra de ap. sup eo 4. q. 4. c. 1. & q. 5. c. j. quādoque duorum, 5. q. 2. c. præsenti.
d [EPiscop⁹ tuitionē.] Idest, apertitionem, vt scilicet corā eo non aperiantur: sed coram magistro census. C. de testa. l. cōsulta. Vel dic tuitionē, idest, qp sit aduocatus. alias per eū debet adimpleri 2 quod in testamentis relictū est, extra de test. c. si heredes. & ff. de pet. hæredita. in fi. Ioan. Dico ergo, ut dixi, non suscipiet ex hoc officium aduocationis.
e [EPiscopus.] Ad se reuocet.] Principaliter, vel per se: & tunc non est contra 86. dist. fratrem.
f [EPiscopus gubernationem.] Sed per archipresbyterum, nam partiri debet onera sua. extra de offi. archipresby. c. vlt. arg. per alios nobis licere quæ nobis p nos non licent 3. arg. 5. q. 3. c. vlt. ar. 12. q. 1. pręcipimus. Et valet ad quæstionem qp ecclesia possit alicui concedere ... potest per se. ff. de sta. ho. Imperator. & id per se, quod non per alium. C. de ijs qui ve. æta. imp. l. 2. ff. de adopt. post mortem. §. neque 23. dist. quorundam. & quādoque plus per se valet factum quàm per alium. de consec. dist. 4. illud. Io. Sol. generale est, quod qs potest per se quod potest per alium, & econtra. sed in casibus specialibus fallit quandoque ratione personæ, quæ prohibetur per se facere, ut in hoc cap. sed per alium non prohibetur: 5 vel ratione rei: quia in causa criminali aliquis

1 Adde an & qñ possit mora purgari, uel non: no. Bar. in l. § insulā. ff. de verb. obl. Bald. in l. si post tres ff. si quis cau. gl. & Doc. in c. potuit. de loca.

2 Dic qp ubi psona à testatore deputata est: illa exequit. 12. q. 2. de laicis in fi. Archi. Potest qs p aliū qd non potest p se.
3 An hoc pcedat regulariter.

5 Hic vide qd le. & no. de consec. d. 4. quando 2.

¶ Fugiendus est clericus negociator. Cap. IX.

NEgociatorem [a] clericum,& ex inope diuité ex igno bili gloriosum,quasi quandam pestem fuge.

Item Augustinus in libro quaestionum veteris,& noui testamenti,c.127.

¶ Clerico negociari non licèt. Cap. X.

Iuo p.6.c.89. Pann.l.7.c.26.

FOrnicari omnibus semper non licèt [b] : negociari vero aliquando licèt, aliquando non licèt. Antequam enim ecclesiasticus quis sit, licèt ei negoriari: facto iam, non licet [c].

Item Ioannes Chryst. super Mattheum, [*idest Auctor operis imperfecti,hom.38.c.21.Matt.*]

¶ De eodem. PALEA. Cap. XI.

Paulo aliter.

EIiciens Dominus vendentes,& emétes de templo, significat it,quia homo mercator vix,aut nunquam pôt Deo placere. Et ideo nullus Christianus debet esse mercator:aut si voluerit esse,proijciatur de ecclesia Dei; dicente propheta : [Quia nó cognoui negociationes;introibo in potentias Domini.] Quemadmodum enim qui ambulat inter duos inimicos ambobus placere volés, & se cómendare, sine maliloquio esse nó potest(necesse est enim,vt isti malè loquatur de illo, & illi malè de isto)sic qui emit,& vendit,sine mendacio,& periurio esse nó potest,*& paucis interiectis.* ¶ Sed est nec stabilis substantia eorum, neque ad bonum proficit, quod de malo congregatur. Quemadmodum enim si triticum, aut aliud † tale cernas in cribro; dum huc & illuc iactatur, grana omnia paulatim deorsum cadunt;& tamen in cribro nihil remanet, nisi stercus solum;sic de substantia negociatorum nouissimè nil remanet nisi solum peccatum. Sed omnes homines videntur esse mercatores. Ostendam ergo,quis non est negociator;vt qui talis non fuerit,eú intelligas esse negociatorem. Quicunque rem comparat, non,vt ipsam ré integram, & immutatam vendat; sed vt materia sibi sit inde aliquid operandi; ille non est negociator. Qui autem comparat rem,vt illam ipsam integram, & immutatam dádo lucretur;ille est mercator,qui de templo Dei eijcitur. Vnde super omnes mercatores plus maledictus est vsurarius. Ipse namque rem datam a Deo vendit,non comparatam, vt mercator; & post fœnus rem suam repetit,tollens aliena cum suis;mercator autem non repetit rem venditam. Adhuc dicit aliquis.Qui agrum locat,vt agrariam recipiat,aut domum,vt pensiones recipiat,nonne est similis ei,qui pecuniam dat ad vsuram?Absit. Primum quidem, quoniam pecunia non ad aliquem vsum disposita est,nisi ad emendum.Secundo,quoniam agrum habens,arando accipit ex eo fructum, habens domum,vsum mansionis capit ex ea. Ideo qui locat agrum,vel domum suum vsum dare videtur,& pecuniá accipere, & quodammodo quasi commutare videtur cum lucro lucrum : ex pecunia reposita nullum vsum capis.Tertio ager,vel domus vtendo veterascit: Pecunia autem cum fuerit mutuata,nec minuitur,nec veterascit : [Et mésas nummulariorum subuertit.]Pecunia spiritualiter homines intelliguntur,quia sicut nummus habet,

Psalm.70.

† aliquam bladi speciem.

Matth.21.

charagma.

aliquis agit per se,& non per aliú, vt 5.q.3. In criminalib. B. ADDITIO. Circa hoc dicas, ꝙ quádo aliquis potest aliqd facere sua auctoritate:túc nó est vis siue per se,siue per alium faciat, nisi specialiter prohibeatur : sed vbi sua auctoritate nó potest facere, sed alterius: tunc locum habet, ꝙ non potest alteri committere, extra de off. deleg. quoniam apostolica, vbi Innoc.sic no. Archid.

a NEgociatoré.] Sed nunquid licèt clerico habere tabernam? videtur quod sic. C. de episco.& cler.l.2. sed dicimus, quòd licèt lex concedat, canon tamen non permittit.15.q.3.cú autem. Vel dic, quòd potest habere taberná propter necessariá,& honestam negotiationem.

Clericus tabernâ habere potest.

1 Adde qd veniat appellatione taberne nota. in leg. taberne. ff.de verbo. sign. & in l. qui tabernas ff.de cótrah.

b FOrnicari.[¶ Sëper non licet.] Idest, nunquam.32. q.4. nemo. Ar.cótra 31.q.1. hac ratione, sed licèt aliquádo licétia pene.sed licentia culpæ nó, qa nó euadit culpam. dist. 4.c.denique.2.

2 Dic ꝙ fornicatio nulli vnq̃ impunè conceditur. 27. q.1. nubendi. Archidia.

c ¶ Non licèt.] Arg. quod propter mutationem status, quod ipsi erat licitum, fit illicitú,& cótra. arg. d.31. c.lex continentiæ.Argu.contra 12. q.1.non dicatis.

Neque

charagma Cęsaris, sic homo Habet charagma Dei. Et quemadmodum solidus, qui non habet charagma Cæsaris, reprobus est; & ita & homo, qui non ostendit in se imaginem Dei, reprobus æstimatur. Vnde Esaias dicebat ad Hierusalem: Pecunia tua reproba est; caupones tui miscent vinum cum aqua, &c.] Ideo ergo mensas numulariorum euertit, significans, quia in téplo Dei non debent esse nummi, nisi spirituales, idest, qui Dei imaginem non diaboli portant. Aut certè mensas nummulariorum, sacerdotum dicit scripturas. Nouo enim testamento succedente priori, euersæ sunt scripturæ illorum.

Esa. 1.

¶ *Hac Palea (quemadmodum, & sequens) est in aliquot vetustis exemplaribus, in quibus Palea raro habentur. Est autem sumpta ex auctore operis imperfecti (cuius multa sententia partim reijcienda, partim in bonam partem interpretanda sunt.) & quidem multis locis de industria, quod ibi plenius hic, in summam redactum est, incolumi ferè sententia, Quamobrem ea tantum mutata aut locupletata sunt; qua valdè conducere visum est. Quod etiam in sequenti capite est obseruatum.*

Item ex verbis Augustini: [hinc inde collectis, & in summam redactis ad Psal. 70. versic. Quoniam non cognoui.]

¶ De eodem. PALEA. Cap. XII.

QVoniam non cognoui literaturá.] aliqui codices habent: [negotiationes;] in quo diuersitas interpretum sensum ostendit, non errorem inducit. Ergo si propterea iste tota die laudem Dei dicit, quia non cognouit negotiationes; corrigant se Christiani, non negotientur. Sed ait mihi negotiator: Affero ex longinquo merces; mercedem laboris mei, vnde viuam, peto: dignus est operarius mercede sua. De mendacio, de periurio agitur, nō de negotio. Ego enim mentior, non negotium. Possem enim dicere; tāto emi tanto védam; si placet, eme. Quomodo ergo reuocas a negotiatione? omnes artifices mentiuntur, sutores, agricolæ. Vis, vt optem carum tps, vt possim vendere annonam, quam seruaui? Sed non hoc faciunt, inquis, agricolæ boni: nec illa negotiatores boni. Quid enim? Etiam & filios habere malum est; quia, quádo eis caput dolet, malę & infideles matres ligaturas sacrilegas, & incantationes quærunt? omnia ista hominum, non rerú peccata sunt. Quære ergo episcope (dicit mihi negotiator) quomodo psalmistam intelligas, & noli me prohibere à negotiatione; negotiatio enim me nō facit malum, sed iniquitas mea, & mendacium meum. Quæramus ergo negotiatores, qui prę sumunt gloriari ex suis operibus; si sunt cōtra illam gratiam, quam hic psalmista cōmendat, vt nemo de suis operibus glorietur. Et sicut cōtra medicos superbos salutis pollicitatores vigilat, hoc, quod dictum est: tota die salutem tuam.] sic contra negotiatores de operibus suis gloriantes vigilat, hoc quod dictum est. [os meum annunciabit iustitiam tuam.] Vnde, & Dominus expulsit illos de templo volentes suam iustitiam statuere, & ignorantes iustitiam Dei. Merito dictum negotium, quia negat otium, quod malú est, neque querit veram quietem, quæ est Deus.

Luc. 10.

Psal. 17.
† *iustitiam tuam*] *idest non meam, &c.* Aug. *Psal. 70.*

Item Cassiodorus in eundem Psal. 70 in eundem versiculum.

¶ De eodem. Cap. XIII.

α ¶ Priuatus.] *In postrema Coloniensi conciliorum editione legitur*, priuetur. *Sed in vetustioribus Coloniẽsibus, duabus Parisiensibus, exemplaribus duobus huius concilij manuscriptis Vaticanis, & vno Soriensi regio legitur quemadmodum apud Gratianum.*

Item ex eodem, c. 51. 53. & 48. & 50.

De eodem. Cap. IIII.

Clericus, quãtumlibet verbo Dei eruditus, artificiolo [a] victũ quærat. *Item.* ¶ Omnes clerici, qui ad operandũ validi sunt, & artificiola & literas discãt. Qui verò nõ pro emendo aliquid in nundinis, vel in foro deambulant, ab officio suo degradentur. Interemptores α [b] autem ab officio declinantes, vel negligentius agentes, ab officio suo remoueantur.

Burc. l. 2. c. 102. Iuo p. 6. cap. 179. & 180. Burc. li. 2. c. 210. Iuo p. 6. c. 285. Burc. li. 2. c. 51. — Cap. 53. Cap. 48. Cap. 50.

¶ *Caput hoc confectum est ex multis capitibus Carthaginensis quarti non suo ordine dispositis.*

α ¶ Interemptores.] *In exemplaribus concilij etiam manuscriptis legitur*, clericum inter tentationes ab officio suo declinantem, vel negligentius agẽtem, ab officio suo remouendum. *Contra enim canone 42. iubent* clericum inter tentationes officio suo incubantem, gradibus sublimandum. *Sed ob glossam non est mutatum. De tentationibus verò, ob quas) præter tyrannorum persecutionem) aliqui clerici officium suum deserebant, agit B. Ambrosius, epist. 17.*

Item ex concilio Aurelianensi, 1. c. 30.

¶ De eodem. Cap. V.

Clerici verò, qui ad opus sanctum adesse contempserint, secundum arbitrium episcopi ecclesiasticã suscipiant disciplinam.

DISTINCTIO XCII.

Cvm autem [d] *ad ecclesiam venerint, corde magis, quam voce Deo cantandum meminerint.*

Vnde Hieronymus lib. 3. commen. ad c. 5. epistolæ ad Ephesios.

¶ Corde, non voce tantum Deum laudare debemus. Cap. I.

Cantan-

Ansel. li. 7. c. 70. *Ephes. 5.*

a Clericus.] Artificiolo.] Ex quali artificio clericus potest sustentare se notaui 14. q. 3. in summa.

b ¶ Interemptores. Idest, aliud secundum quod solet esse interemptores? & sic idem repetit & tunc sunt duæ partes, secundum quod est hic interremptores. est vna pars. & vocat interemptores proxenetas, de quibus habes ff. de proxenet. s. l. 2.

c ¶ Declinantes.] Scilicet clerici. Io.

Cvm autem.] Hæc dist. diuiditur in quatuor partes. in quarum prima dicitur, quod corde Deo est cantandum: non tantum voce: & hoc probat duabus auctoritatibus. Secunda ibi, [A quibus.] Tertia ibi, [Nũc autem] Quarta ibi, [Quod autem.] Ioan. de Fan.

d ¶ Cum autem.] Ostendit magister in præcedenti dist. quod clerici debent celebrare diuina officia in ecclesia. In hac 92. dist. ostendit magister, qualiter quia. s. non debent vocis modulationi insistere. 1. adijcitur et. quod in ecclesia Romana diaconi cantare non debent, sed verbo prædicationis vacare. 2 Postea mouet incidentem q. virum episcopi, qui non recipiuntur in sua ecclesia, possint in alia parochia episcopale officium exercere 3.

1 Vt inf. ea. c. 1. 2 Vt inf. ea. c. 2. 3 Vt inf. ea. §. de epis. cũ cap. seq.

Cantantes. CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte ponuntur verba Apostoli vsque ibi [Audiant.] In secunda parte ponuntur verba Hieronymi, quibus reprehendit eos, qui in ecclesia voce tantum cantant, & non corde, & vngunt fauces & guttur, vt dulcius resonent in conspectu populi.

a ¶ Can-

a ¶ Cantantes.] Hæc sunt verba Apostoli.
b ¶ Audiant.] Verba Hieronymi exponentis.
c ¶ Non voce.] Tantum. nam & voce decantandum est, vt de cons. dist. 5. nõ mediocriter. & ibi psallite. Deo in iubilatione. tamẽ magis cordis deuotione, quàm vocis

Cordis deuotione magis q̃ vocis iubilatione cantandum.

tando tragœdias. & dicuntur a tragos, quod est hircus: & oda, quod est, laus, quia hirco remunerabantur, propter fœtidam naturam hirci.

Tragœd. vnde dicuntur.

AB OFFICIO. CASVS. Dictum est supra, quòd cor de cantandum est. Nunc vero ostendit, quòd diaconi ab officio cãtandi sunt exẽpti, ne du studẽt cãtilenis, ab altaris officio remoueãtur. Et hic est secundus articulus.

f ¶ Exẽpti.] Hoc intellige quãdo induti sunt in ecclesia ad cantandum Euangelium, & sic intellige sequens cap.

tes,[a] & psallentes in cordibus vestris Domino.] Audiãt hæc adolescentuli: audiant[b] ij, quibus psallendi in ecclesia officium est: Deo non voce,[c] sed corde cãtãdum: nec in tragœdorum modum guttur, & fauces dulci medicamine liniendę † [d] sunt, vt in ecclesia theatrales [e] moduli audiantur, & cantica sed in timore, in opere, in scientia scripturarum.

† al. colliniendum, vt.

Ab officio autem cantandi, & psallendi diaconi inueniuntur exempti,[f] ne dum vocis modulationi student, altaris ministeria negligant.

Vnde Gregorius lib. 4 epist. 44. seu c. 88. & lib. 12. post finem epistolarum in concilio ab ipso habito.

¶ Cantandi officium diaconi sibi non vsurpent. Cap. II.

Ans. l. 7. c. 69.
Poly. l. 4. tit. 31.
Iuo p. 2. c. 79.

IN sancta Romana ecclesia dudum consuetudo est valde reprehensibilis exorta, vt quidã ad sacri altaris ministeriũ [α] cantores eligantur, & in diaconatus ordine cõstituti modulationi vocis inseruiant, quos ad prædicationis[g] officium, & eleemosynarum studium vacare cõgruebat. Vnde fit plerumque, vt ad sacrum ministerium dum blanda vox quæritur, quæri congrua vita negligatur, & cãtor minister Deum moribus stimulet,[h] cũ populũ vocibus delectat. Qua de re præsenti decreto constituo, vt in hac sede[i] sacri altaris ministri cantare non debeãt, solũque[k] Euangelicæ lectionis officium inter Missarũ solẽnia exoluant; psalmos verò, ac reliquas lectiones censeo per subdiaconos, vel si necessitas exigit, per minores ordines exhiberi. Si quis autem contra hoc decretum meũ venire tentauerit, anathema sit.

α ¶ Ministerium.] *In impressis sequebatur* constitui, *quæ vox ex puncta est, quoniã neq; in vetustis Gratiani exẽplarib. est, neque apud B. Gregorium, neque apud alios collectores, & videtur addi in glossa ad versi.* ministerium, *quæ etiam glossa non est inter vetustiores.*

2 *A quibus ordinandos oporteat esse immunes, breuiter monstratum est, De quorũ verò manibus ordines suscipere debeant, facile patet. Sacerdos enim, & cuncti infra ipsum constituti ab episcopis suis debent ordinari.*

IN sãcta.] CASVS. In ciuitate Romana cantores assumebantur ad ministrãdum altari: & diaconi du deberẽt insistere officio prædicãdi vel eleemosynatum largitioni, cantibus operã dabant: & sæpè ad iactantiam cãtabant, vt a populo lauderentur, ex quo Deus stimulabat, q̃ Gregorius valdè reprehendit: vnde statuit, ut diaconi tantum Euangelium dicãt: alia verò officia, s. cantandi psalmos & lectiones per subdiacones explicant, & per minores ordines in necessitate. Et dicunt quidã q̃ hoc c. loquitur de diaconis Romanæ curiæ potest tñ intelligi de alijs diaconis, qui dum ministrãt altari, cantibus non debẽt intẽdere, cũ duo officia simul exercere non possint.

g ¶ Prædicationis.] infra 16. quæstio. 1. adijcimus. contra. sed illud ex causa dictũ est propter quosdam improbos, monachos hoc sibi vsurpantes 16. q. 1. peruenit alios etiã diaconi possãt prædicare Vel hoc intellige ex delegatione, aliàs solius sacerdotis officium est prædicare. Vel prædicationem apellat lectionem Euangelicam.

Sacerdotis solius est prædicare.

h ¶ Stimulet.] idest, exasperet contra se.
i ¶ In hac sede.] Apostolica. Ex hoc dicunt quidã hanc prohibitionem in ecclesia Romana tantum locum habere: alij tantum de Cardinalibus intelligunt. H. vero generaliter intelligit esse prohibitum, cum. s. ad legendum Euãgelium induti sunt, quod. patet ex illo uerbo, quod infra dicit inter Missarum, & causa huius constitutionis fuit honestas.
k ¶ Solumque.] Arg. q̃ diaconus nõ nisi causa necessitatis det legere epistolam 25. d. c. 1. & c.

cis iubilatione, vt 38. d. sedulo. Vnde versus.
Non vox sed uotum: non chordula musica, sed cor:
Non clamans, sed amans cantat in aure Dei.
d ¶ Liniendæ.] Vt populum delectent: nam nec ipsa veritas pronuncianda sic est, quis hominibus placeat 22. q. 2. primum. linere autem vt melius cantent, & pronuncient, vel uti electuario, peccatum non est, si ad laudem Dei, & non gratia laudis consequendæ delinientur. arg. 33. q. 4. obiiciuntur procurare. n. debet, vt clara voce non rauca pronunciet. vt 21. distinctio. capit. 1. ut populus planè intelligens dicat, Amẽ. ut 38. distinctio. sedulo.
e ¶ Theatrales.] Tragœdi sic faciebãt in theatro decan-

Vocem aptare ad clarius cantandum, non est peccatum.

A QVIBVS. Hæc est secunda pars dist. in qua dicitur

quod nullus debet cantare in pulpito, nisi sit ordinatus & hoc probat per c. seq. Io. de Fant.
CASVS. Dictum est su. a quibus clerici debent esse immunes. Nunc uerò ostendit, quod presbyteri, & cæteri inferiores a suis episcopis debent ordinari. quod probatur seq. cap. cuius casus planus est: & est tertius articulus.

Laici an possint in ecclesia cantare.

a NOn liceat.] ¶ psallere. Iar. pro laicis, qui nō cātāt i pulpito, sed alibi in ecclesia.
b ¶ Qui ab epo.] Vel abbate. 69. distin. ca. 1. vel etiā a sacerdote, vt 27. distin. psalmista. Sed aliter accipitur ibi psalmista.
DE EPISCOPIS. CASVS. Ostēsum est supra, a quibus, & in quib. locis episcopi sunt ordinandi. Nūc verò incidenter quęrit de episcopis ordinatis, qui a parochianis suis non recipiūtur, uel aliqua d. causa illuc ire nolūt, an in alterius ēpi parochia possint epale officium exercere. Et r. fidet, quod sī, nisi inuitarentur: sed officiū sacerdotale psit exercere. Et est iste quartus articulus.
NVNC AVTEM. Hæc ē tertia pars d. in qua dicit, quod si eps ad parochiā ad quā ordinatus est, nō pt venire ex causa, pōt exercere officiū suū in ecclesia psbyterali, vbi prius fuerat, ita quod non sit epo iniuriosus, in cuius parohia fuerit: & hoc probat per quinque auctoritates sanctorum patrum. Ioan. de Fant.
SI qui ordinatus.] CASVS. Aliqs ordinatus in epm non poterat ire ad ecclesiam, ad quā electus erat, nō sua culpa interueniente, sed pp populi cōtētionē, uel aliam iustam causam. Quęsitū est, an i parochia alterius possit officia celebrare. Et respondet, quod sic tanquam sacerdos, ita tn, vt de rebus ecclesiæ, vbi diuina celebrat, nihil sua auctoritate vsurpet. sed expectet quid synodus de eo statuat. Idem est casus sequentis c. & quod dicitur ibi, honoris, idest honorabilis officij, idest, presbyterij.

d ¶ Pro cōtētione populi.] Arg. cōtra 16. q. vlt. § plures.
e ¶ Aut pro aliqua.] j. s. de iure: quia dicunt se nō elegisse eum, vel dicunt, quod renunciauit episcopatui.
f ¶ Contingere.] s. nō episcopalia, nisi inuitatus sit ar. extra de eo qui renun. epis. c. 1. inf. 7. q. 1. c. episcopi.

Vnde in concilio Martini Papæ legitur.

g ¶ In capitulis Martini Bracarensis. c. 45.

¶ Qui nō sunt ordinati ab episcopo, in pulpito non psallant, neque legant. Cap. III.

NOn liceat in pulpito psallere [a] aut legere; nisi qui ab episcopo [b] lectores sunt ordinati.

De episcopis autem, a quibus vel in quib. locis ordinari debeant, supra definitum est. 3. ¶ *Nunc autem quæritur de his, qui ordinati, a parochijs suis non recipiuntur, vel pro aliqua causa eas adire noluerint, an in alterius parochia episcopale possint officium celebrare.*

De his in concilio Martini Papæ, sic statutum est.

Capit. Martini Bracharensis c. 10.

¶ Sacerdotis tantum officium gerat episcopus, quem sua parochia non recepit. Cap. IV.

Vide Pelag. 11. in epi. ad Benignum. Poly. l. 2. tit. 13. Burc. l. 1. c. 41. Iuo p. 5. c. 151. † *al. ...*

SI quis [c] ordinatus episcopus, α pro contentione β populi, [d] aut pro aliqua [e] ratione, non pro sua culpa in parochiam, quæ ei fuerit data, non ierit; hunc oportet honorem sacerdotij tātummodo contingere; [f] ita vt de reb. ecclesiæ, in quā venit, † nihil sibi præsumat. sustineat autem, quod de eo sanctum concilium iudicare [g] voluerit.

α ¶ Episcopus.] *In vulgatis sequebatur, ad parochiam cuius est electus: quæ inducta sunt auctoritate manuscriptorum, & originalis, ac cæterorum collectorum.*

β ¶ Contentione.] *In duobus vetustis exemplaribus Gratiani, & vno conciliorum Regis catholici legitur, cōtemptione.*

Item ex concilio Antiocheno, c. 18.

¶ De episcopo ordinato, quem sua parochia non recipit. Cap. V.

In epist. Pela. 1. Poly. ibidem. Burc. l. 1. c. 45. Iuo p. 5. c. 152. † *al. cui.*

SI quis episcopus ordinatus ad parochiā, cuius, [h] † est electus, minimè accesserit, non suo vitio, sed quod eum aut populus vetet, α † aut propter aliam [i] causam, non tamen eius vitio perpetratam, hic & honoris [k] sit, & ministerij particeps: dummodo rebus ecclesiæ, vbi ministrare cognoscitur, in nullo molestus existat. Quem etiā obseruare β conuenit; quidquid synodus perfectæ γ prouinciæ [l] iudicando decreuerit.

† *al. vitiis.*

Episcopo debet synodus prouidere qui ad ecclesiā non audet accedere.

c ¶ Si quis.] Hæc tria capitula loquuntur de eadem materia. scilicet cū quis est ordinatus episcopus ad aliquā ecclesiam, sed non audet ire illuc propter scandalum, vel propter hostilitatem, uel quia ibi non recipitur aliqua de causa; sine culpa tamen sua iste non debet aliquid præsumere de rebus ecclesiæ ad quam diuertit, & expectabit quousque prouideat ei synodus alibi. 7. q. 1. pastoralis.

g ¶ Iudicare.] Nam aliam ecclesiam, si uacat, debent ei conferre. 7. q. 1. pastoralis. 1 sed & populus est excōmunicandus, qui eum non recipit, cum istam causam non prætendat; nisi scandalū timeatur, sicut, & ipse excōicatur cum ad ecclesiam illam ire non vult. inf. eo. c. 3. Io.
h SI quis.] ¶ Cuius est.] idest ad quam.
i ¶ Aliam.] Quam forte allegat.
k ¶ Et honoris.] Videtur cōtra su. prox. c. sed dic, honoris. i. honorabilis ministerij: quia in uestibus episcopalibus exercebit sacerdotale officium, non episcopale nisi inuitatus sit, ut dixi su. prox. & maior reuerentia exhibebitur ei, quàm alij presbytero simplici.
ADDITIO. Et hoc in memoriam dignitatis, ut ff. de decu. l. vlt.
l ¶ Prouinciæ.] Que scilicet habet decem, uel undecim episco-

1 Et inf. est c. pe. sed hoc c. pastoralis. hoc non probat quia loquitur in papali concessione. Archidiac.

Excommunicandus est populus suū non recipiēs episcopum.

episcopos & metropolitanum.6.q.3.scitote. Lau.

SI quis.] CASVS. Quæsitum est, qui debeat fieri de illis epis, qui cum suis epatibus, non recipiantur, per seditiones plebes alienas uolũt vsurpare? Et tandem si uolunt pacifice ministrare in ordine psbyterij, in quo nondum eius beneficium sit collatũ. Si non habuit possessionẽ. i tenetur licèt iã alijs concessa fuerint eius bñficia, vt extra de ele.cũ in cunctis.7.q.1.eos C. de repud. hære.l.vlt. Per aliũ dixi quia idẽ est ac si per se.extra de præben.accedens.arg.3.q.1.c.2.in §.1.Io. hæc glo. non adaptat ad textũ. B.

1 Scilicet pacificam, vel per eũ stetit quominus eã habuerit extra lib. 6. de præben. licet episcopus. Archid.

a ¶ Veter. διὰ τὴν τοῦ λαοῦ παραίτησιν, eo q populus recuset.

β ¶ Obseruare.] ἐνδέχεσθαι, *idest* expectare & suscipere.

γ ¶ Perfecta.] *Antea legebatur*, perfectæ, *Restituta est vera lectio ex originali, & Burchardo, & Iuone. Quid autem sit synodus quæ hic perfecta, & paulò post sequentibus capitibus integra dicitur, exponitur infra ead.c. si quis episcopus, tertio.*

Item ex concilio Ancyrano, c.18.

¶ A sua parochia non recepti, alijs molestiam non inferant. Cap. VI.

Poly.ibidem.
Burc.li.1.c.36.
Iuo p.5.c.147.
† ἀφορίζεσθαι. segregari.

SI qui episcopi ordinati sunt, [a] nec recepti ab illa parochia, in qua fuerãt denominati, voluerintque alias occupare parochias, & vim præsulibus earum inferre, seditiones aduersus eos excitando; hos abijci † placuit. Quòd si voluerint in presbyterij ordine, vbi prius [b] fuerant, vt presbyteri residere; non abijciantur [c] à propria dignitate. [d] Si autem seditiones commouent ibidem cõstitutis episcopis, presbyterij quoq; honor talibus auferatur, fiantque damnatione † notabiles.

† ἐκκηρύκτας, i. abdicatos.

Item ex concilio Antiocheno, c.17.

¶ Communione priuetur episcopus, qui sibi commissam ecclesiam adire neglexerit. Cap. VII.

Poly.lib.2.tit.12.
Burc.li.1.c.37.
Iuo p.5.c.148.

iij SI quis episcopus per manus impositionem [e] episcopatum acceperit, & sibi α commissum ministerium subire neglexerit, nec acquieuerit [f] ire ad ecclesiam sibi commissam; hunc oportet communione priuari, donec susceperit coactus officium, aut certè de eo aliquid integra decreuerit eiusdem prouinciæ synodus sacerdotum.

α ¶ Et sibi.] *Ita etiam Burchardus, & Iuo. Sed in versione Dionysii quam in cæteris partibus referunt, legitur:* & præesse populo constitutus ministerium subire, &c. *quod ad verbum de Græco expressum est.*

Item ex eodem, c.16.

¶ Sine concilio integri ordinis vacantem episcopus vacans ecclesiam non adeat. Cap. VIII.

Apud Martinum Bracar.c.9.
Burc.li.1.c.39.
Iuo p.5.c.150.

iiij SI quis episcopus vacans [g] in ecclesiam non habentem episcopum surripiens populos sine concilio

c ¶ Nõ abijciant.] Arg. q nõ debet electus in alia puincia priuari bñficio prio ri antequam transferatur ad aliam.

d ¶ Dignitate.] Sed nũquid est clericus eius epi? Distingue: quia si non vult renunciare epatui ad quem electus est, nõ erit clericus eius: remanebit tñ ei prius beneficiũ, quod conseruauit ei. Si uero renunciauit, eius clericus erit, & ab eo iudicabitur. ext. de renũ. ad supplicationẽ. nisi in criminali causa. tñ non potest eũ deponere in memoriam. pristinæ dignitatis. ff. de decu. l.vlt. Qd ergo dicit, auferatur honor, dic q per Papã: argu. C. vbi sena. uel clariss. l. vlt. circa mediũ. Ratione aũt delicti poterit eũ excõicare si excesserit in sua diœcesi, licèt nõ abrenũciet epatui: qa & posset quẽlibet archiepiscopum non suũ. argum. 6. quęs. 3. placuit. ff. de offi. præsi. præses. Hoc tamẽ tene, q sine licẽtia Papæ non abrenunciabit. extra de transla. episcopo. inter corporalia. Lau.

SI quis episcop⁹.] CASVS. Dicitur hic, quòd si quis episcopus negligit ire ad ecclesiam suam, debet communione priuari, donec coactus vadat: vel donec synodus aliquid decreuerit de ipso.

e ¶ Impositionem.] idest ordinem episcopalem.

f ¶ Nec acquieuerit.] Intra tres menses, infra 100. dist. quoniam sponsa tamen intra duos menses, &c. extra de conuer. coniug. ex publico. Io.

quo prius erant, antequam essent, epi, non sunt repellendi. Si autem facere uoluerint seditiones, repelli debent. sic intelligit casum H. licet Beneuen. in medio aliter intelligat dicens: si uelint pacificè permanere, vt psbyteri in ecclesijs, ut prius fuerãt, nõ abijciantur, &c.

a ¶ Si qui epi ordinati sunt.] idest, si qui clerici ordinati sunt episcopi.

b ¶ Vbi prius.] idest, in quo loco: vel in quo ordine. Sed nũquid prior ecclesia tenetur eos recipere? videt q non 72. di. placuit. arg. cõtra. 21. q. 2. si quis iam translatus. Ad hoc dic, q si habuit corporalem possessionem per se, vel p alium eius ecclesiæ, ad quam modo non recipitur, non tenetur prior ecclesia eum recipere, licèt

Prælatus an sit recipiendus q ad ecclesiã dimissam redit.

SI quis eps.] CASVS. Quæsitum est, quid debeat fieri de epo, qui cum non habeat ecclesiam propriam, surripit sine consilio metropolitani vacantem epatum? Et respondet quòd debet abijci: etiam si populus, quem seduxit, velit ipsum habere.

g ¶ Episcopus uacans.] idest vacans episcopatu vel episcopatum non habens: sicut dicitur mulier uacans, quæ virum non habet. ff. ad legem iuliam de vi publica. qui cœtu. §. qui vacantem. Ioan.

Mulier vacans est quæ virum non habet.

a ¶ Irruerit.]

Intrusus, an recipit quæ ecclesię contulit.

a ¶ Irruerit.] Sed quid si iste intrusus aliqua cõtulerit ipsi ecclesiæ? tenetur ei ecclesia restituere: sicut de simoniaco. extra de simo. veniens. & quia nihil perit ecclesiæ. 54. dist. generalis. Sed si bene promotus esset, ecclesia non tenetur ei restituere: & ideo bonus deterioris est conditionis q̃ malus Io. Sed cõtra ext. de simo. de hoc. Sol. in simoniaco dicunt quidã, ꝙ nihil debet ei restitui: & qđ dicit illa decre. veniens. dispensatio fuit. Alij dicũt, quod propter delictũ abbatis & monachorũ hoc contingit T. dicit, ꝙ clerico in seculo remanenti nil restituit. secus si ad religionem transit, ut 27. q. 1. si quis rapuerit. De clerico autẽ sæculari, qui remouet ab ecclesia, quid iuris sit si aliqua cõtulit. 1 not. extra de cleri. coniung. quòd à te. B.

ADDITIO. Sed aliter ibi exponitur secundùm Laur. vt ibi dicam. Archid.

f ¶ conuenerit.] Nam ex præcepto tenentur clerici ad horas extra de celeb. miss. dolẽtes. in fi. ibi videas. Arc.

g ¶ Castigatus.] Nota, quod pro prima offensa non est quis puniendus, ut 74. dist. honoratus. & extra de offi. custo. cap. 1.

Offensa prima dẽt esse impunita.

integri ordinis irruerit,[a] etiam si populus, quẽ seduxit, desideret [b] illum; alienum eum ab ecclesia esse oportet. Integrum autẽ & perfectum[c] concilium dicimus illud, cui metropolitanus *α* episcopus interfuit.

α Hæc versio, quam & Gratianus, & Burchardus, & Iuo sequuntur, eadem ferè est atque illa Martini Bracarensis. Dionisiana verò longè magis accedit ad verba Græca.

α ¶ Metropolitanus.] *Addendum est*, Metropolitanus etiam. *Sic enim Græcè:* ἐτὺς μητροπολίτου.

sup. dist. 91. c. clericus victum.

4 *Quod autem supra clerici, se vigiliis subtrahentes excommunicari iubentur, de his intelligendum est, qui ab episcopo frequenter admoniti negligentiam suam corrigere contemnunt.*

Vnde in concilio Martini Papæ legitur.

1 In ipso introitu.

¶ Excommunicetur clericus, qui ab episcopo commonitus, matutinis, vel vespertinis horis adesse neglexerit. Cap. IX.

In cap. Martini Bracar. c. 64. ex Tolet. 1. cap. 5.

V SI quis presbyter, aut diaconus, vel quilibet clericus ecclesię deputatus,[d] si intra ciuitatem fuerit, aut in quolibet loco, in quo ecclesia est, & ad quotidianũ psallendi officium † matutinis,[e] vel vespertinis horis ad ecclesiam non conuenerit,[f] deponatur à clero: si tamen castigatus veniam ab episcopo, per satisfactionem noluerit promereri.

† al. sacrificium.

b ¶ Desideret.] Arg. ꝙ quæ malo sunt inchoata principio, nõ cõualescunt, quamuis ad eũ casum deueniant, à quo rectè possent incipi, ut 17. q. 1. episcopum. ext. de elec. auditis 2. Ar. cõtra ext. de iure patro. cura pastoralis: extra de cõuer. coniug. placet. Ioã. Dic, quod ipso iure nullum est, non conualescit. aliàs secus. 3 ext. de elec. auditis. & c. quod sicut. B. Item arg. quod non valet electio cõcors, nisi canonica sit 18. q. 2. si quis abbas. 63. d. c. 1.

2 Dic. ut dixi 61. dist. Salonitanæ. Archid.

3 Concord. tex. in auth. vt. in fine quo. suffra. §. cogitatio. coll. 2.

DISTINCTIO XCIII.

OBedientiam,[h] *autem inferiores ordines*† *superioribus debent. Summo enim Pontifici ea debetur ab omnibus obedientia, vt nulli liceat ei communicare, cui pro actibus suis inimicus ipse extiterit: nec in ecclesia esse poterit, qui eius cathedram deserit.*

† al. ex ordine.

d ¶ Et perfectum.] Et nota ꝙ concilium dicitur perfectum, licet non adsit primas, ut 18. dist. c. 1.

QVOD AVTEM. Hæc est quarta pars dist. in qua dicitur, quòd omnis sacerdos cõpellatur interesse officijs. Joan. de Fant.

CASVS. Supra in capitulo, clericus victum. dist. 91. dictum est, ꝙ clerici debent excõicari, qui vigilijs se subtrahunt, & artificijs se applicant. Nunc autem dicit illud esse intelligendum de illis, qui frequenter ab epis commoniti nolunt obedire. quod probat seq. cap. Et est iste quintus articulus huius distinctionis.

SI quis presbyter.] CASVS. Dicitur in hoc cap. ꝙ si quis clericus noluerit diuinis officijs admonitus interesse, deponi debet.

d ¶ Deputatus.] Per hanc literam dicũt quidam, illum teneri ad hoc tantum qui alicui ecclesiæ intitulatus est: aliàs, non. etiam si ordinatus sit ad titulum suæ possessionis. extra de præb. cps. Tu dic eũ & quemlibet clericum teneri ad hoc: licet nõ teneatur specialiter ad hanc vel illam ecclesiam sic subaudi extra de reg. super eo.

Officia matutina & uespertina.

e ¶ Matutinis.] Matutina dicuntur officia, quæ celebrãtur à mane vsque, 4 ad nonã, vespertina à nona vsq; ad noctem, 11. quæstio. 3. si quis episcopus in concilio,

4 Exclusiuè tenetur: sm Hug.

OBedientiam.] In hac distin. incipit vij. pars tractatus distinctionũ. Et hæc distinctio diuiditur in septem partes; in quarum prima tractat de obedientia, quã debẽt omnes catholici ecclesiæ Romanæ capiti suo. & hoc probat quatuor auctoritatibus. Secunda ibi, [Reliqui.] Tertia ibi, [Vt igitur ex præmissis.] Quarta ibi, [Compagis.] Quinta ibi, [Diaconi.] Sexta ibi [Hoc capitulo.] Septima ibi, [Hoc autem.] Io. de Fant.

CASVS. Supra ostensum est in quibus locis prælati debeant ordinari: sed quia prælatura contemptibilis est sine obedientia minorum: ideo in hac 96. distin. ostendit. quòd minores gradatim debent maioribus reuerentiam exhibere: & primo docet, quòd Papæ omnes subiecti sunt generaliter, intantùm ut nulli liceat ei communicare, cui ipse Papa pro suis malis actibus non communicat.

h ¶ Obedientiã.] Hic intitulatur 93. distinctio. in qua ostendit magister hactenus & qualiter & à quibus & in quibus locis clerici & prælati debeãt ordinari: sed quia dignitas prælatorum sine obedientia contẽtibilis est: ideo

Ideo ostendit hic de obedientia, quam debent inferiores superioribus. Et primo de obedientia, quæ debet Papæ. Secundo de obedientia, quam debent minores maioribus ratione ordinis: postea de obedientia quam subditi clerici debent epis suis, ostendit etiam differentiã inter presby- pro suis actibus non cõicare: sed recederent ab eo sine aliqua cõione, quamuis eis a Clemente non dicatur: ad hoc, vt ille peccator erubescat, & citius ad obediẽtiã reuertatur, & petat recõciliari. Si qs verò contra fecerit, hostis est ecclesiæ, & nequior hostis, q̃ illi q sunt foris.

Clemens epi. 1. Anacletus epi. 3. Alex. epi. 1. Fabianus epi. 1. Conc. Vasen. 1. c. 6. 2. q. 3. c. 5. Iuo p. 14. c. 22. Ansel. l. 1. c. 6. Poly. l. 1. tit. 16.

Vnde Beatus Apostolorum Princeps Petrus in ordinatione Clementis [a] populum alloquens inter cætera ait.

¶ Cui pro actibus suis Apostolicus inimicatur, communicare non debemus. Cap. I.

SI inimicus est [b] iste Clemens alicui pro actibus suis, vos nolite [c] expectare [d], vt ipse vobis dicat [e], cũ illo nolite [f] amici esse: sed prudenter obseruare debetis, & voluntati eius absq; commotione obsecundare, & auertere vos ab eo, cui ipsum sentitis aduersum: sed nec loqui his quibus ipse non loquitur [g]: vt vnusquisque, qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum amicitias ferre †, festinet citius reconciliari ei, qui omnibus præest, & per hoc redeat ad salutem, cum obedire cœperit monitis præsidentis. Si vero quis amicus fuerit his quibus ipse amicus non est, & locutus fuerit his, quibus ipse non loquitur; vnus est, & ipse ex illis, qui exterminare [h] Dei ecclesiam volunt, & cum corpore vobiscum esse videatur, mente & animo contra vos est. Et est multo nequior hostis [i] hic quàm illi qui foris sunt, & euidenter inimici sunt. Hic enim per amicitiarũ speciem, quę sunt inimica, gerit, & ecclesiam dispergit, ac uastat. Ideoq; α charissimi his Apostolicis institutis vos monẽtes instruimus, vt effecta certior charitas vestra solicitius deinceps agere studeat, & cautius; ne peruersi, & infideles homines lędendi fideles, ac beneuolos habeant facultatem.

† al. habere.] al. gratiam reparare.

α ¶ Ideoque.] *Hinc vsque ad finem sunt in Fabiani tantummodo epistola. Quamobrem ex ipso potissimum videtur Gratianus cætera etiam sumpsisse.*

Item Gregorius lib. 5. epistola 26. seu c. 126.

¶ A nullo debet suscipi, quem Romana depellit ecclesia. Cap. II.

Ansel. l. 12. c. 11.

MIratus valde sum, quia in tanto Salonitanę ecclesię

b ¶ Si inimicus est.] inimicus dicitur hic quo ad opinionem excõicati: sicut iudex dicit crudelis latroni. 23. q. 5. nõ est crudelis. aliàs Papa neminẽ debet habere odio imo pacẽ cũ omnibus habebit. 11. q. 3. inter verba. Vel inimicus est actibus vt 86. d. odio.

Papa neminẽ odio habeat.

c ¶ Nolite.] Sic 7. q. 1. scire. 11. q. 3. quib. episc. Arg. contra 6. q. 2. si tãtum. sed ibi solutum est.

d ¶ Expectare.] Ergo denunciatio non est expectanda. extra de sen. excõmu. cum non ab homine, tamen sola fama semper non sufficit ad hoc, vt quis vitandus sit, vt extra de exces. prælat. inter. licet sit ar. contra extra de elec. venerabilem. Sed qd si Papa communicauit excõmunicato. Nõ incidit ideo in canonem qu a Papa nõ ligatur a canone, vt extra de elec. innotuit. ff. de recep. l. pen. Nec eo ipso eũ absoluit: ar. extra de sent. excõ. cũ desideres. Si tamen ei cõmunicaret intẽdendo eum absoluere facto, etiam si nõ verbo, habendus est ꝓ absoluto: cũ princeps sola voluntate libertatem concedat. ff. de manumis. l. apud, & facit ad hoc extra de senten. excomm. si aliquando. extra de priuileg. cum olim, C. de fideicommiss. liberta. l. si voluntate.

Fama sola non sufficit, vt excõicatus uitari debeat.

Papa cõicãs excommunicato, nõ incidit in excõicationẽ, nec eum absoluit.

presbyteros, & diaconos: qñque loquens contra istos: qñque contra illos ad vltimum ostendit presbyteros maiores esse diaconis. Nota autem ꝙ obedientia consistit in tribus, in reuerentia exhibenda, in mandato suscipiendo, in iudicio subeundo. Reuerentiam debet minor vt assurgat maiori, & cedat ei primum locũ in sedẽdo, & eundo: nisi minori maior administratio commissa sit, vnde archipresbyter, vel presbyter archidiacono debet reuerentiam, licèt ordine maior sit ratione maioris administrationis. 25. d. c. 1. hac consideratione qñque presbyter tenetur obedire diacono prælato. In mandato autem, & iudicio nemo tenetur obedire, nisi ei qui habet administrationem, vel iurisdictionem super eum: & nisi ab eo absoluatur per appellationem, vel recusationem, vel si ei controuersiam 1 moueat: vel si prælatus deponatur. 8. q. 4. in summa, & c. nonne. Lau.

Obedientia in trib. consistit.

1 idest, si moueatur qõ. inter prælatũ, & clericũ suũ 11. q. 1. de psona ex. tra de foro competen. si quis contra. Archid.

a ¶ Clementis.] In presbyterum. nam Petro viuente nõ fuit Clemens Papa. 8. q. 1. si Petrus.

ADDITIO. Ad hoc 14. q. 6. c. alius, & cap. sequen. Archidiac.

SI inimicus est.] CASVS. Petrus apostolus cum instituit sibi Clementẽ successorem, docuit populos, & oẽs subiectos, vt nulli cõicarent cui viderent Clementẽ

e ¶ Dicat.] Non enim debet certiorari qui non ignorauit. ff. de actio. empt. l. 1.

f ¶ Nolite.] Nam eo ipso quis suspectus est, ꝙ inimicorum est amicus. arg. 3. q. 5. c. 2. & ob hoc filius matrem exheredat. C. de inoffic. test. l. liberi. Et est simile ext. de accus. cum oporteat.

Inimicorum amicus est suspectus.

g ¶ Non loquitur.] Hoc verum est in hoc casu, si qui s. excommunicati sunt: secus si propter priuatum odium alicui non loqueretur.

h ¶ Qui exterminare. inf. 23. q. 1. quoniam vetus.

i ¶ Hostis.] Vnde Boetius. Nulla pestis efficacior est ad nocendum: quam familiaris inimicus. Arg. C. de dolo l. lata. vnde. Nõ est deterior hostis, quam fictus amicus. Non odium grauius, quam simulatus amor, vnde illud etiam Mus in pera, & c. argu. 13. q. 1. §. item præcepit. simi. est. 12. q. 1. certe lo.

Familiares inimici sũt pestiferi.

MIratus valde sum.] CASVS. Gregorius excommunicauit Maximũ archiepm Salonitan. q fuerat simoniace ordinatus, a cuius cõmunione nullus se remouit,

uit, nisi episcopus Paulinus, & Honoratus eius ecclesiæ archidiaconus. Vnde Gregorius omnes alios reprehendit, quia quem Apostolica sede repellit, omnes debent habere repulsum, donec ab illatis criminibus mundetur. Sequens capitulum patet.

g ¶ Præsententur.] Per se, vel per alios, extra de iureiur. ego N.

h ¶ De longinquo.] Argum. ratione loci permittit. q alias non permittitur, argum. 24. q. 1. pudenda su. dist. 63. cum longe. su. dist. 29. c. 1. & 2. su. di. 4. erit. su. d. 63. c. 1. &

a ¶ Clero. Et ita quilibet eps suffraganeus est de clero metropolitani. arg. ext. de postul. pla. bonæ. arg. 86. dist. si q d vero. Fortè iste fuerat canonicus, & adhoc retinebat ibi pbēdā.

b ¶ Vix.] Quod ergo vix fit, tamē fit. ff. de iud. vix. 19. d. in memoriā. arg. cōtra. ff. ad Velleia. tutor, qa ibi dicit vix fieri vt quis pro se apud eūdem intercedat, & ita vix, idest, nunq, sic 2. q. 6. §. biduum, ver. si aduersus.

Quod uix fit, fieri di.

c ¶ Ordinib.] Arg. pro eis, qui multitudinē nō sequunt, vt 7. q. 1. denique, & q multitudo non excusat a delicto, vel pœna. ar. 2. q. 1. multi. su. d. 23. in nomine. arg. contra supra d. 19. in canonicis.

Multitudo non excusat a delicto.

d ¶ Filij.] Qui ergo priuati sunt a sacramētis, filij sūt ecclesiæ, quia sunt episcopi. s. filij, eū certum est, q qui non est cū episcopo, extra ecclesiā est. ar. 7. q. 1. scire. Vel dic, q iam erant absoluti, vel qa causa humilitatis hoc dixit 2. q. 7. non si incompetenter.

Extra ecclesiā est q cū epo non est.

clero [a], vel populo, vix [b] duo ex sacris ordinibus [c] inuēti sunt, fra ter scilicet, & coepiscopus noster Paulinus, & dilectissimus filius meus Honoratus archidiaconus eiusdem ecclesiæ, qui communicare Maximo sacerdotiū rapienti, minimè cōsentirent, & se Christianos esse cognoscerent. Debuistis enim filij [d] charissimi pensare ordines vestros, & quē sedes Apostolica repellebat, repulsum cognoscere; vt prius, si posset, ab illatis criminibus mundaretur; & tunc ei vestra dilectio communicaret, ne particeps obligationis eius existeret.

Item Cyprianus de unitate ecclesiæ.

¶ Non est in ecclesia, qui cathedram Petri non sequitur. Cap. III.

QVi cathedram Petri super quam † fundata est ecclesia, deserit; in ecclesia se esse, non confidat.

Iuo p. 5. c. 361. † al. quem.

¶ *Apud Cyprianū Romæ impressum hæc leguntur.* Hæc ecclesiæ vnitatem qui non tenet, tenere se fidem credit? Qui ecclesiæ remittitur, & resistit, in ecclesia se esse confidit? *Verum in Vaticana bibliotheca præter octo integra Cypriani exemplaria est etiam aliud, in quo tantum opuscula quædā cōtinētur, & inter ea hic tractatus: Atq; in eo codice, itēq; in altero integro Monasterij S. Saluatoris Bononiæ sūt verba hæc, quæ a Gratiano, et Iuone afferuntur. Ac sanè paulo ante Cyprianus hanc ipsam Petri cathedrā esse ostenderat vnde, vnitas ecclesiæ penderet.*

Episcopi verò, qui Apostolicæ ordinationi subiacent, etiam hanc reuerentiam debent, vt sese singulis annis Apostolorum liminibus repræsentent,

Vnde Anacletus, & Zacharias Papa.

¶ Singulis annis Apostolorum limina visitent episcopi qui ordinationibus Apostolis subiacent. C. IV.

IVxta [e] sanctorum Patrum; & canonum instituta omnes episcopi, qui huius Apostolicæ sedis ordinationi subiacent, qui propinqui [f] sunt, annue, circa † Idus Maij sanctorum principum Apostolorum Petri, & Pauli liminibus præsententur [g] omni occasione seposita: Qui verò de longinquo [h], iuxta [i] chirographum [k] suum impleant. Qui autem huius constitutionis contemptor extiterit, præterquam si ægritudine fuerit detentus; sciat se canonicis [l] subiacere sententijs.

Leo epis. 4. c. 7. Poly. l. 4. tit. 25. Ans. l. 6. c. 164. † al. Idibus Maij.

¶ *Hic est canon quartus synodi Romæ habitæ sub Zacharia Papa, quæ extat in bibliotheca Vaticana, ex qua nonnulla sunt in hoc capite emendata.*

QVi cathedra episcopi. CASVS. Dictum est su. q omnes debent obedire Papæ. nunc autē dicit, quòd episcopi q subsunt Papæ immediate, hanc ei reuerētiam debent, vt singulis annis curiam visitent, & hoc probatur seq. c.

IVxta CASVS. dicitur hic. q epi qui subsunt Rom. eccl. nullo mediāte, si vicini sunt, quolibet anno sedē Apostol. visitēt p se, vel p aliū. Si verò sunt remoti, faciant sicut in chyrographo suo cōtinet. Et q cūq; hoc cōtēpserit, nisi sit valetudine impeditus, canonicis regulis subiacebit.

e ¶ Iuxta. hoc c. loquitur de eis, qui subsunt Domino Papæ nullo medio.

f ¶ Propinqui sunt.] Qui. s. in eadem prouincia sunt illos vocat lex præsentes. C. de præsc. decem ann. l. ult. ADDITIO. Ad hoc extra de maio. & obe. humilis, vbi de hoc.

c. 1. & 2. Et dic de longinquo: ut sunt ultra Italiam constituti, ut extra de elec. nihil est quod ecclesiæ. Vel remotos uocat ultra duas dietas, ut extra de rescrip. non nulli.

Remoti qui dicuntur.

i ¶ Iuxta.] Argu. q expediri per alios sufficit quod iustè impeditum per se facere non potest. 18. d. episcopus.

Impeditus, p aliū expedire pōt officium suū.

K ¶ Chyrographum.] Extra de elec. significasti. in parte decis. supra 65. d. si quis 5. q. 2. si ægrotans.

l ¶ Canonicis.] Supra d. 18. si quis episcoporum.

RELI-

RELIQVI. Hæc est secunda pars huius distin. in qua dicitur, quod omnes minores, in ordine, vel dignitate debent suis maioribus reuerentiam præstare, & hoc probat per 7. auct.
CASVS. Dictum est supra qualiter omnes debent obedire Papæ. Nunc autem dicit Gratianus, quòd in ecclesia ab ostiario vsque ad episcopum gradatim minor debet obedire superiori, quod probat per sequens capitulum.
A Subdiacono.] CASVS. Dicit hic, quod a subdiacono vsq; ad lectores dent oës obedire Cardinali diacono, deinde Pontifici presbyter, presbytero diaconus, &c.
a ¶ Ad lectores. Hic nomine lectorum omnes inferiores ordines comprehendit.
b ¶ Honorem. Ratione ordinis, hæc est. n. iustitia, vt minor seruiat maiori. 33. q. vlt. est ordo, nisi minor in administratione maioris sit 95. di. c. 1. vel nisi obtineat locum superioris, inf. eo. c. vlt.

2 *Reliqui verò in ecclesia minores semper debent maioribus subesse, sicut in synodo Romana S. Siluestri, cap. 7. legitur.*

† Nota ex isto text. quod hæc dictio a excludit, similem text. habes in l. ratione. §. fi. ff. de actio. empt.

Bur. l. 2. c. 224. Iuo p. 6. c. 299. Ansl. l. 7. c. 66.

¶ Minores maioribus obedientiam exhibeant.

Cap. V.

A Subdiacono † vsque ad lectores [a] omnes subditi sint diacono Cardinali vrbis Romæ, in ecclesia repræsentantes ei honorem [b]. Porro Pontifici presbyter, presbytero diaconus, diacono subdiaconus, subdiacono acolythus, acolytho exorcista, exorcistæ lector, lectori ostiarius, ostiario abbas α [c], abbati monachus in omni loco repræsentent obsequium siue in publico, siue in gremio [d] ecclesiæ.

¶ *Caput hoc, & apud Gratianum, & in ipsius synodi editionibus videtur valde mendosum: Burchardus, & Iuo sic habent.* A subdiacono vsq; ad lectorem, omnes subditi sint diacono Cardinali vrbis Romæ; in ecclesia honorem repræsentantes tantum. Pontifici verò presbyter, diaconus, subdiaconus, acolythus, exorcista, lector, abbas, monachus in omni loco representent obsequium, siue in publico, siue in gremio ecclesiæ. *Verum ob magnam codicum varietatem, & propter glossas, ac doctorum dicta nihil fere in textu mutatum est.*

Et l. 1. consti. c. 48.

α ¶ Abbas.] *De abbate, & monacho in synodi editionibus nulla mentio est.*

Item ex epist. 1. Clemẽtis ad Iacobũ fratrẽ Domini.

¶ Quod sit officium diaconorum. Cap. VI.

DIaconi ecclesiæ tamquam oculi [e] sint episcopi, oberrantes [f], & circumlustrantes cum verecundia actus totius ecclesiæ, & perscrutantes diligentius, si quem videant vicinum fieri præcipitio [g], & proximum esse peccato, vt referant hæc ad episcopum, *& infra.* β ¶ Sed & de peregrinis similiter episcopo suggerant refouendis; & cætera his similia, quæ ad cultum ecclesiæ, & disciplinam eius pertinent, diaconis curæ sint.

β ¶ Et infra.] *Sic legitur in plerisque manuscriptis. In vulgatis legebatur, & ita, alia vero nonnulla verba restituta sunt ex originali.*

Ansl. l. 7. c. 67.

Item ex eodem, eadem epistola.

¶ De eodem. Cap. VII.

SAcerdotes verò beatus Petrus sal terræ [h], & mundi lumen docens, præcepit in splendore bonorum operum patrem glorificare Deum; de quibus Dominus ait: [Beati estis, cum maledixerint [i] vobis homines, & rel. & iterum. [Vos estis sal terræ.]

Math. 5.

c ¶ Abbas.] Loquitur secundum ea tẽpora cu monachi non erant clerici, vt inf. 16. q. 1. generaliter. Vel forte quilibet clericus dignior est, quolibet monacho. arg. 16. q. 1. alia est causa & c. legi. hodie maior honor debetur abbatibus, quã alijs clericis, ar. ex. 3 eta. & quali. c. 1. 69. d. c. 1

Monachi olim non erãt clerici. Clericus secularis est dignior monacho.

d ¶ Siue in gremio.] Arg. cõtra 95. di. episcopus 2. nam ibi dicit, quod in domo collega, debet esse prælatus in ecclesia.

DIaconi.] CASVS. Dicit hic, quod diaconi velut oculi episcopi dẽnt omnia considerare, & si viderint aliqua corrigenda, significẽt episcopo, & per hoc ostẽditur, quòd debẽt episcopo obedire.

e ¶ Oculi.] Et no. quod loco diaconorũ successerunt archidiaconi, qui dicunt oculi episcopi, quod perlustrãt, alia causã habet inf. ead. diaconi.

Archidiaconi sunt oculi episcopi.

f ¶ Oberrãtes.] Sunt & alij oculi circũlustrãtes synodales testes 35. q. 6. episcop⁹. in synodo. Vel ibi loquitur de excessibus laicorum, hic clericorum. Hug.

g ¶ Præcipitio.] Ergo non tñ tenet quod denũciare iã cõmissum crimẽ, sed etiã cõmittẽdum, quod verũ est. 22. q. 5. hoc vt ar. extra de cog. spi. tua. de consec. dist. 2. cum omne crimen.

SAcerdotes vero.] CASVS. Probat Clemẽs in hoc capitulo, quod reuerẽtia est sacerdotib. exhibenda, & hoc pbat auctoritate Petri dicẽtis. Vos estis sal terræ, & auctoritate Domini dicentis, Beati estis, &c.

h ¶ Sal terræ.] In omnibus enim operibus nostris sal offerre debemus de consecr. d. st. 4. sal. & per sal sapientia intelligitur 13. dist. sit rector.

i ¶ Maledixerint.] Non, quod ex maledictione benedictionem quis consequatur, sed ex patientia quam sustinet. 11. q. 3. qui iussus. Lau.

NVlla CASVS.] Quæsitum fuit, quid debeat fieri de illis clericis, qui sub nullius episcopi disciplina gubernantur? Et respondet, quod debent à suo officio remoueri. tales enim acephali dicuntur: qui verò suis maioribus rectè obediunt, donum consequuntur a Deo. Sequēs capitulū patet.

huius distinctionis, in qua dicitur, quod diaconi debent subdere se presbyteris, & non præferre, & hoc probat per nouem auctoritates Io. de Fan.

CASVS. Supra in cap. à subdiacono, dictum est, quod sicut, presbyteri obedire dēnt episcopis, sic diaconi presbyteris.

Item ex concilio Parisiensi.

¶ Hi non sunt habendi clerici, qui episcopali prouidentia non gubernantur. Cap. VIII.

NVlla [a] ratione clerici, aut sacerdotes habendi sunt, qui sub nullius episcopi disciplina, & prouidentia gubernantur. Tales enim acephalos [b], idest sine capite prisca ecclesiæ consuetudo nominauit.

Concordat cōc. Mogunt. sub Carolo, cap. 22. Burc. l. 2. c. 226. Iuo p. 6. c. 301.

Item ex epist. 3. Clementis.

¶ De eodem. Cap. IX.

QVi suis episcopis non obediunt, indubitanter rei, & reprobi existunt. Porro ipsi a Deo donum summi muneris consequuntur, qui per institiæ, & præceptorum eius semitas incedētes, doctoribus suis, qui rectè episcopi intelliguntur, libenter obediunt.

Item Anacletus epist. 1.

¶ Illi in Deum scandalizantur, qui suo non obediunt episcopo. Cap. X.

ILle proculdubio scandalizatur [c] in Deum, qui rectè non docet, & qui eius scandalizat episcopum, vel sacerdotem.

Iuo p. 6. c. 245.

Item Euaristus ad episcopos Africanos, epist. 1.

¶ Septem debent esse diaconi in vnaquaque ciuitate. Cap. XI.

DIaconi [d] (qui quasi oculi videntur esse episcopi) in vnaquaque ciuitate iuxta Apostolorum constituta, septem debent esse, qui custodiant episcopum prædicantem; ne aut ipse episcopus † [e] ab insidiatorib. quoquo modo infestetur, aut lædatur a suis: aut verba [f] diuina, detrahendo [g] aut insidiando polluantur, vel despiciantur; sed veritas spirituali redoleat [h] feruore, & pax prædicata labijs, animi cum voluntate [i] concordet.

Poly. l. 2. tit. 31. Ans. l. 7. c. 65.

† Abest ab ori.

Item ex concilio Neocæsariensi, cap. 14.

¶ De eodem. Cap. XII.

DIaconi septem esse debent secundum regulam, quāuis magna α sit ciuitas. Regulæ autem auctoritas ista est, quod & liber actuum [k] Apostolorum idem insinuat.

Ex prisca uersione Ordo Rom. c. 9. Conc. Aquisg. c. 64. Act. 6.

Burc. l. 2. ca. 210. Iuo p. 6. cap. 294. & 295.

α Quamuis magna.] *Antea legebatur*, quamuis non magna. *Emendatum est ex canone Græco, (qui etiam recitatur in sexta synodo, cap. 16. & ex vulgatis etiam versionibus. In canonibus primæ Nicanæ synodi, qui ex Arabico in Latinum conuersi nuper editi sunt, canone 62. multa habentur ad hanc rem pertinentia: quem fortasse canonem significauit Andreas Collossensis septima actio. synodi Florentinæ.*

3 *Vt igitur ex præmissis* [l] *apparet, diaconi debent obe-*

a ¶ Nulla.] infra. 18. q. 2. abbatibus.

b ¶ Acephalos.] Priuilegiati tamen, qui Papæ subsunt, non sunt acephali 1. quia Papa episcopus eorū est. ar. extra de priuileg. recepimus. tales sicut excōicatos debet quilibet excludere ab ecclesia sua ext. de paroch. & alie. pa to... 2. Et ē hic arg. pro prælatis: quod etiā eremita subsunt episcopo, in cuius territorio sunt, vt 16. q. 1. qui vere. Io.

c ¶ ILle proculdubio scādalizatur. Id est scādalizat Deum 8. q. 1. qui vos Io.

ADDITIO. Ad idem 3. q. 1. nulli. su. 21. d. in nouo. Archid.

DIaconi.] CASVS. præcipit Euaristus, vt i qualibet ciuitate sint septē diaconi, q custodiant episcopum à malis hominibus, ne prædicatio eius impediatur, & ne ipse despiciatur. Sequēs capitulū patet.

d ¶ Diaconi.] Hoc capitulū loquitur de episcopali ecclesia, vbi debent esse septē diaconi, vt de cōsecratio. d. 1. episcopus Deo. Et vbi facultates suppetunt, 7. q. 1. illud.

e ¶ Ne ipse episcopus.] Quoquo modo infestetur, aut lędatur ab istis insidiatorib. idest hæreticis: uel ita, ne quoquo modo offēdat ab illis, aut lędatur a suis clericis p oppssionē. Et iō dēnt ei astare, & ab eo auertere huiusmodi oppssiones

f ¶ Aut verba.] Hæc est secunda causa huius constitutionis.

g ¶ Detrahendo.] Timore hæreticorum 2. scilicet subiicēdo.

h ¶ Redoleat.] i. extat in publicū ex frequenti ardore.

i ¶ Cum uoluntate.] infra de consecr. dist. 2. reuera. Io.

K DIaconi.] ¶ Actuum. 6. vbi agitur de septem diaconis ordinatis ab apostolis. Io.

1 Adde quod acephali dicuntur illi q sunt sine capite, ut hic cōcor. gl. in Auth. de appe. §. generalē coll. 4. Eremite sub sunt episcopo.

Diaconi septem debēt esse in ecclesia episcopali.

2 Quia fortè timore hæreticorum non audet solus prędicare, & hæc expositio congruit illi literæ, q habent polluantur, aut. despiciātur.

VT IGITVR EX PRÆMISSIS. Hæc est tertia pars ris. Sed quia diaconi non solum uolebāt adæquari presbyteris, sed etiam præferri; ideo, ut eorum superbia opprimatur, statutum fuit, ut sacerdotibus dignam reuerētiam exhibeant, & sibi nihil usurpent.

l ¶ Ex præmissis.] Ab isto loco incipit magister altercationem

tionem suam inter presbyteros & diaconos. Et primo allegat pro presbyteris, quòd diaconi debeant eis subesse, vsque ad illud cap diaconi. post in illo cap. diaconi. allegat pro diaconis. vltimo In cap. legimus. dabit sententiam contra diaconos. H.

Diaco-*dientiam presbyteri, sicut presbyteri episcopis. Sed diaconi superbientes sacerdotibus æquari, vel potius præferri quærebant: contra quorum insolentiam multorum auctoritates manauerunt, eorum supercilium reprimentes, atque vt sacerdotibus condignam obedientiam exhibeant, decernentes.*

Vnde Gelasius a Papa in epist. ad episcopos per Lucaniam c.9. & 10. ait.

a ¶ Gelasius.] *Sic est in plerisque manuscriptis, & apud Burc. & Iuonem. Nam in impressis erat, Pelagius.*

¶ Nihil eorum quę sunt decreta primis ordinibus vendicent diaconi. Cap. XIII.

Poly. l. 3. tit. 10. Ans. l. 7. c. 63. Burc. l. 4. c. 57. Iuo p. 1. c. 252. & par. 6. c. 99.

Diaconus propriam constituimus seruare mēsuram, nec vltra tenorem paternis canonibus deputatū a quidpiam tētare permittimus. Nihil eorum suo ministerio penitus applicare, quę primis b ordinibus proprie decreuit antiquitas. Absque episcopo, c vel presbytero baptizare non audeant nisi prædictis fortassis ordinibus† longius cōstitutis, necessitas d extrema compellat. Quod & laicis Christianis e facere plerumque conceditur. *& infra.* ¶ Sacri corporis prærogationem † sub conspectu pontificis, seu presbyteri (nisi his absentibus) ius non habeant exercendi.

† officijs. Iori. C. 10. in medio. † al. erogationem.

Item in concilio Nicano, c. 14. seu 18.

In Aquisgr. c. 41.

¶ Inferiores presbyteris se diaconi cognoscant. C. XIV.

Bur. l. 5. c. 26. Iuo p. 2. c. 36.

Peruenit ad sanctorum cōcilium, ꝙ in locis quibusdā & ciuitatibus, presbyteris sacraméta f diaconi porrigant. Hoc neque regula, neque consuetudo tradidit, vt hi qui offerendi sacrificij nō habent potestatem, his qui offerunt, corpus Christi porrigāt. Sed & illud innotuit, quòd quidam diaconi etiā ante episcopos g sacraméta a sumunt. Hæc ergo omnia amputentur: & in sua diaconi mensura permaneant, scietes, quòd episcoporum quid ministri sunt, inferiores autem presbyteris habētur. Per ordinem ergo post presbyteros gratiam sacræ communionis accipiant, aut episcopo, aut presbytero porrigente. Sed nec sedere in medio h presbyterorū diaconis li-

d ¶ Necessitas.] Not. ꝙ vbi necessitas exigit. & presbyter est absens, potest diaconus etiā iure suo baptizare, & corpus Christi erogare infirmis, si consecratū est: sed in ecclesia in pñtentia presbyteri nō potest, etiam si necessitas exigat, nisi iussus a presbytero: puta cum multi sunt qui indigēt baptismo & presbyter nō potest omnibus suffi cere, similiter si multi sunt qui volūt accipere corp⁹ Christi, nec presbyter sufficit omnibus.

e ¶ Christianis.] Et etiā hæreticis, 1 vt inf. 1. q. 1. quod quidam. &c.

Diaconus pōt baptizare, & corpus Christi ægris erogare.

1 Quod est ergo istorū priuilegiū? Dicit, ut no. 50. dist. qui sub gradu.

Peruenit.] CASVS. Diaconi in tribus delinquebāt: Primo, quia post cōsecrationem porrigebant hostiam sacerdotibus. Secundo ꝗa sumebant sacramenta in Missa prius quam episcopi. Tertio quia sedebant in medio presbyterorum. Statutum ergo fuit in Niceno concilio, vt de cætero talia non faciant: sed in sua mēsura pmaneant: & si quis obedire noluerit, cesset ab officio. Capitula, quę sequūtur, plana sunt vsque ad c. nōnulli.

f ¶ Sacramenta.] Id est Eucharistiam cōfectam: & sanguinē autē bene porrigūt infra ead. diaconi sūt. & ver. sacerdotibus, & hæc est ratio quare sacerdos corpus Christi per se sumat, calicem autem de altari presbyteris sumere nō licet, sed diaconus eis porriget, quia sūptio corporis futuram resurrectionem corporū significat, quā Deus sua virtute faciet sine omni ministerio. Sed sumptio sanguinis significat remissionem peccatorum, quæ fit intercessionibus aliorum 13. q. 3. c. animę, supra dist. 50. presbyteros qui cōtra. ibi in pœnam dicitur de diaconis, panem offerant: quare de iure licitum esse videtur. Ioan. Sed illud intelligitur quando in principio secretorum diaconus accipiens patenam cum pane offert sacerdoti. Imponitur ergo diaconis ad pœnam, ne panem offerant altario ministrando: hic autem prohibetur ne post sacramenta confecta corpus Christi porrigant sacerdotibus, vel sumant. B.

g ¶ Etiam ante episcopos.] Id est, antequam episcopi sumant.

h ¶ In medio.] Secundum consuetudinem diuersorum locorum hęc variantur, 2 in quibusdam enim locis hęc obseruantur: in quibusdam non.

Corporis Christi sumptio, quid significat.

Sanguinis sūptio, quid representat.

2 Arg. ad hoc ff. de offi. procon. l. obseruare. §. antequam. & l. idemq; ff. manda.

Diaconos. CASVS. Diaconi vsurpant officia eporum & presbyterorum. baptizabant enim eis præsentibus. & non præcipientibus: & corpus Domini propria auctoritate populis distribuebāt. quare Pelagius statuit ne de cætero talia faciant sine præcepto eorum, nisi in necessitate presbyteris absentibus.

a ¶ Deputatum. Scilicet diaconis. sic 18. q. 2. hoc tū.

b ¶ Primis. Id est maioribus episcopis scilicet & presbyteralis: & ita episcopatus est ordo, vt 93. d. itcum in prætereto 2. dist. clericos ad idem 21. dist. c. 1.

c ¶ Absque episcopo.] Id est absente episcopo vel presbytero, quibus solum baptizandi ministerium permissum est, vt de conse. dist. 4. constat & dic ꝙ absque episcopo. id est præter auctoritatem eius.

Epatus est ordo.

ceat: quia si hoc fiat præter regulam, & ordinē probatur existere. Si quis autem etiam post has definitiones obedire noluerit, à ministerio cessare debebit.

¶ *Prior pars huius capitis usq; ad ver.* amputentur. *est prisca versione in canone quartodecimo. Reliqua vero pars est ex versione Dionysii in canone* 18. *quam quidē totam afferunt, & codex canonum, & Burchar. & Iuo.*

γ¶Sacraméta sumunt.] *Græce est*, τῆς εὐχαριστίας ἅπτοιντο, *quod Dionysius vertit*, oblata contingant: *quamquam Burchardus, & Iuo hoc vno fere loco discrepantes habent, ille quidem, sacra* oblata contingāt. *hic uero.* sacram oblationem contingant.

*Item ex concilio Laodicensi c.*20.

¶Diaconus honorem exhibeat presbytero, & ipse ab inferioribus honoretur. Cap. XV.

NOn oportet diaconum coram presbytero sedere: sed iussione[a] presbyteri sedeat: similiter au[t]ē diaconus honorem habeat a sequentibus, idest, a subdiaconis, & omnibus clericis.

*Item ex eodem, c.*25.

¶ Calicem benedicere, & panem dare diaconis non licet. Cap. XVI.

ij NOn oportet diaconos α panem [b] dare, nec calicem benedicere.

α¶Diaconos.] *In uetustioribus prisca uersionis additionibus est*, diaconem. *Græce est*, ὑπηρέτας *quod Dionysius uertit*, subdiaconos: *& sic habetur in cōsilio Aquisgranēsi.*

Item ex concilio Carthaginensi quarto β *c.*37.

Sicut episcopis, ita & presbyteris diaconi ministrent. Cap. XVII.

DIaconi ita se [c] presbyteri, sicut episcopi ministros esse cognoscant.

β¶ Quarto.] *Caput hoc cū duobus sequentibus habetur in conc.*4. *Carthaginensi, & in codicibus Grat. etiam manuscriptis, itemq; apud Anselmū titulo huius capitis erat additū:* Carthaginensi quarto, cui Papa Zozimus interfuit per Vicarios. *quod minime cōuenire ostēdūt acta sexta synodi Carthaginensi, ad quā Zozimus Faustinū potentiæ ecclesiæ episcopum, Philippū, & Asellū legatos misit. Nā quarta habita est Honorio iiij. & Eutychiano Coss. sexta uero Honorio xij. & Theodosio viij. Coss. idest anno uigesimo post: Quo anno (prout ex Africano concilio can.*76. *& sequentibus apparet) contra Pelagij, & Celestij hæresim quædam sunt definita; cum Cælestius ad Zozimum Papam appellasset: quod ex nonnullis manuscriptis Zozimi, & episcoporum Africæ ad ipsum epistolis, quæ in bibliotheca Vaticana seruantur, demonstratur. Quare, cum Zozimus in Pontificatu duos tātum annos, & menses aliquot vixerit necessarium est multo ante ipsius Pōtificatum quartam synodum Carthaginensem habitam fuisse.*

*Item ex eodem, c.*38.

¶ De eodem. Cap. XVIII.

PResente presbytero diaconus Eucharistiam corporis Christi populo, si necessitas cogat, iussus eroget.[d]

*Item ex eodem, c.*39. *&* 40. *&* 41.

¶ De eodem. Cap. XIX.

DIaconus sedeat quolibet loco, [e] iubente presbytero. Item Diaconus in conuentu [f] presbyterorum interrogatus loquatur: [g]

---

[a] NOn oportet.] ¶ Sed iussione.] Hoc obseruatur secundum consuetudinem quarundam ecclesiarum cum redit à lectione Euangelii. Laur.

[b] NOn oportet.] ¶ Panem.] Id est corpus Domini. Dare, idest, porrigere, scilicet alijs post confectionem sine licentia sacerdotis. Vel dic, dare, idest conficere: quod ad solum presbyterum pertinet. 1. quæst. 1. dictum. extra de summa trini. firmiter.

[c] DIaconi ita se.] In Missa: nam alibi magis sunt ministri episcopi.

[d] PResente. ¶ Eroget.] Iussus vel non iussus, longe tū positis episcopo vel presbytero supr. ea. diaconus.

[e] DIaconus. ¶ Loco.] idest, in aliquo de omni, 1 tñ honesto. ff. de arbitr. si cū dies. §. si arbiter. & ff. de munc. & hono. vt gradatum. §. 1.

[f] ¶ Diaconus in conuentu.] Vbi conuenerint ad synodum.

[g] ¶ Loquatur.] idest præ-

Marginalia: 1 Sic 1. q. 7. si quis omnē. 15. q. 1. mulier. — ꝙ in Agat. c. 65. & Aquisg. c. 77. — Anf. l. 7. c. 66. Burc. l. 2. c. 221. Iuo p. 6. c. 296. — Aquisgran. c. 7. — Poly. l. 2. tit. 39. — Poly. ibidem. Anf. l. 7. c. 66. Burc. l. 5. c. 13. Iuo p. 2. c. 23. — Anf. ibidem.

prædicet, nam officium prædicandi presbyterorum est. 16.q.1.adijcimus. Hug.
a ¶ Alba.] idest, dalmatica. arg. 11.q.3. episcopus presbyter.
b ¶ Vel lectionis.] Euangelij.
Non.

sis competunt: & hoc probat per duo capitula. Ioan. de Fant.
CASVS. Supra in cap. diaconi prohibitum est, ne diaconi vsurpent officia episcoporum, vel presbyterorum. Nunc verò dicit, quod non debent vti compagis, idest, calceamentis episcoporum, quibus nulli diaconorum vti licet absque apostolica licentia: sicut nec mappulis vti debent absque eiusdem auctoritate, quos concessit Constantinus Cardinalibus, vt inf. 96. d. in illa palea, Constantinus.
e ¶ Compagis.] idest, sandalibus, & dicuntur compagi sandalia, vel caligæ episcopales: & est masculini generis. Ioan.
ADDITIO. Scilicet compagus compagi. Hug.
f ¶ Nec mappulis.] Idest, ornamentis equorum, quæ Constantinus concessit Cardinalib. inf. 96. d. Constantinus: nam mappa ornamentum est equi. similiter in Authen. de consuli. quatenus. 2 & sunt quædam alba linteamina quibus cooperiuntur equi Cardinalium cum processionem faciunt. Alij dicunt, quod mappulæ sunt mitræ episcopales.

Compagi.

Mappulæ quid significent.

2 Idem arg. C. nulli licere. in fœnis. &c. l. vnica. lib. 12.

Alba [a] verò tempore oblationis tantum, vel lectionis [b] vtatur.†

† al. induatur.

Item ex concilio Toletano 4. c. 38.

¶ Diaconi presbyteris se superiores non cognoscant. Cap. XX.

Burc. l. 2. c. 222. Iuo p. 6. c. 297.

NOnnulli diaconi in tantam erumpunt superbiam, vt sese presbyteris anteponant, atque in primo [c] choro ipsi priores stare præsumant, presbyteris in secundo choro constitutis. Ergo, vt sublimiores [d] se † presbyteros agnoscant, tam hi, quàm illi in vtroque *a* consistant.

† al. sibi.

a ¶ In vtroque.] *Licet in vulgatis Gratiani codicibus legatur,* in vtroque ordine *& in tomis conciliorum impressis,* in vtroque choro: *tamen in vetusto codice conciliorum Regis Catholici, & plerisque vetustis Gratiani, etiam impressis neutra vox habetur.*

4 *Compagis* [e] *verò calciari absque Apostolici licentia diaconis non permittitur, sicut nec mappulis* [f] *vti absque eiusdem auctoritate quibuslibet clericis conceditur.*

Vnde Gregorius Ioanni episcopo Syracusano, lib. 7. epist. 28. indict. prima.

Io. diac. l. 4. c. 8.

¶ Absque Apostolica licentia Diaconi compagis vti non præsumant. Cap. XXI.

PEruenit ad nos, diaconos ecclesiæ Cantinensis calciatos compagis procedere præsumpsisse: quod, quia nulli hactenus per totam Siciliam licuit, nisi solis tantummodo diaconis ecclesiæ Messanensis, quibus olim à prædecessoribus nostris non dubitatur esse concessum, bene recolitis. Quia ergo tantæ temeritatis ausus non est leuiter attendendus, cum omni hoc fraternitas vestra subtilitate perquirat: & si ita, *β* sicut ad nos peruenit, inuenerit verum esse; vtrum vel a se, vel alicuius [g] hoc auctoritate [h] præsumpserint, nobis subtiliter innotescat: vt cognita veritate, quid fieri debeat, disponamus. Nam si negligenter ea, quæ male vsurpantur, omittimus, excessus viam [i] alijs aperimus.

Ansel. 7. c. 74.

PEruenit.] CASVS. Apostolicus concesserat solis diaconis ecclesiæ Messanen. vti compagis, quos tamen postea diaconus Catinensis ecclesiæ portare præsumpsit. Præcepit ergo Gregorius Ioanni episcopo Syracusano, vt subtiliter inuestiget, an per se, an alterius auctoritate hoc fecerit: quia si male vsurpat non punitur, via delinquentibus alijs aperitur.

β ¶ Et si ita.] *Hic & paulo inferius addita sunt aliquot verba ex originali.*

Item Ioanni Rauennati episcopo, lib. 2. epist. 54. seu cap. 93.

Io. dia. l. 4. c. 2.

NOnnulli.] CASVS. Quidam diaconi in choro volebant esse in loco digniori, volentes sacerdotibus præferri, sed concilium Toletanum statuit, ut tam diaconi quam presbyteri perseuerent in locis sibi deputatis: ita ut diaconi cognoscant presbyteros esse maiores se.
c ¶ Atque in primo.] idest, in primo ordine, vt sit Parisius.
d ¶ Vt sublimiores. 1] Sic construe. ergo tam illi, quam isti consistant in vtroque or. ita scilicet, vt diaconi agnoscant presbyteros sublimiores, se, scilicet diaconis. & stabunt secundum tempus suæ ordinationis. 17. dist. cap. eps.
COMPAGIS. Hæc est quarta pars huius d. in qua dicitur. quod compagi, idest, sandalia & mappulæ, idest, linteamina, quæ portant Cardinales, solis Romanis clericis competunt ...

1 Idest maiores, quam isti in vtroque choro diuisi, ita quod presbyteri in primo, diaconi in secundo. Pet.

g ¶ Alicuius.] Argu. ex hoc & seq. c. habet, quod illud videtur prohibitum, quod non ostenditur esse concessum. argu. dist. 100. contra morem. arg. 25. q. 2. amputato. arg. 10. quæst. 1. hanc argu. 2. q. 1. consuluisti. 2 Et est hoc uerum in ijs, quæ sunt de iure speciali. alias, quod non est prohibitum intelligitur esse concessum. 27. q. 2. lex diuina. & 30. quæst. 3. illud. & de despon. impu. c. 1. in fi.
h ¶ Auctoritate.] Nam si maiori auctoritate hoc fecisset, hoc esset, vtcumque excusabile. arg. dist. 63. Salonitanæ & dist. 28. diacon. 3
i ¶ Viam.] C. de indi. vidu. l. 2. in fi. C. vnde vi. meminerint. inf. 21. q. 1. c. 2. inf. 23. q. 4. est iniusta. 1. q. 7. exigunt contra. inf. 35. q. 9. loci nostri.

Prohibitum, vt, quod concessum non ostenditur.

2 Et extra ne se. vacan. illa. vbi de hoc & extra. de transl. inter. 3

3 De hoc not. 80. dist. an putatis.

Illud.] CASVS. Ioannes archiepiscopus Rauenas supplicauit Pap. vt liceret suis clericis vti mappulis: sed Papa ei rescripsit dicens, quod Cardinales ei fortiter obniaxerunt, asserentes hoc nulli ecclesiæ fuisse concessum nisi Romanæ, & si esset ab aliquibus vsurpatum, nõ fieret per hoc præiudicium ecclesiæ Romanæ.

tia ei nunquam tot omne patet: & omnis loquitur voluntas, vt 24.q.3. Deus. 1

g ¶ Colloquentes.] Quo ad contemplationem, vel hoc dum sunt in oratione de consecr. d. 1. quando.

h ¶ Patri.] Hoc potest intelligi historicè quando Moyses

1 Cõcor. gl. in l. 1. ff. de don. inter uirum. & vxo.

¶ Mappulis clerici sine Apostolici licentia vti non debent. Cap. XXII.

Illud autẽ, quod pro vtendis a clero vestro mappulis scripsistis, à nostris est clericis fortiter obuiatũ, dicentibus nulli hoc vnquam alij cuilibet ecclesiæ cõcessum fuisse; nec Rauẽnates clericos illic, vel in Romana ciuitate tale aliquid cũ sua cõscientia præsumpsisse, nec si tẽtatum esset, ex furtiua vsurpatione sibi præiudicium generari. Sed etiam, si in qualibet ecclesia hoc præsumptum [a] fuerit, asserunt emendandum, quod non concessione Romani Pontificis, sed sola subreptione præsumitur †.

Ans. l. 7. c. 168.

† al. præsumit.

Item Hieronymus de septem ordinibus ecclesiæ, c. 5.

Inter opera B. Hiero. tom. 4. vel. 9.

¶ Sicut in ministerio, ita in dispensatione sine diacono episcopus non uiuat. Cap. XXIII.

Diaconi sunt, quos in Apocalypsi legimus, septem Angeli [b] ecclesiarum: hi sunt septem candelabra [c] aurea: hi voces [d] tonitruorum. *& infra.* ¶ Virtutum operatione præclari, humilitate præditi, quieti, humiles, euangelizantes pacem, annunciãtes bona, dissensiones, & rixas, & scandala resecantes, [docentes, † [e] soli Deo [f] colloquentes, [g] in templo nihil de mundo penitus cogitantes, dicẽtes patri, [h] & matri, [i] non noui † [k] vos, & filios, [l] suos non agnoscentes. [m] *& paulo post.* ¶ Sine hoc sacerdos nomen † non habet, ortum non habet, [n] officium non habet. Hic minister [o] Dei dicitur, quia scriptum est: [Quis maior est, qui ministrat, an cui ministratur?] Et sicut in sacerdotio ministratio, † [p] ita in ministro est sacramenti [q] dispensatio. *& paulo post.* ¶ Sacerdotibus etiam propter præsumptionem non licet de mensa Domini tollere calicem; nisi eis traditus fuerit a diacono. *& paucis interiectis.* ¶ Ita enim Deus noster omnipotens vniuersa disposuit, vt qui maiorem [r] se esse crediderit, minor sit, & qui videretur minor, maior

Poly. l. 2. tit. 39. Ans. l. 7. c. 72.

Apoc. 1.

† abest ab ord. Deuter. 33. † al. minimus.

† al. nomen habet.

Matt. 20.

† consecratio] vera lectio.

Antiquitas non dat priuilegium.

a ¶ Præsumptum.] Arg. antiquitatẽ, vel longam consuetudinem non dare priuilegium, vt dist. 100. cõtra morẽ, & ar. cõtra. 61. d. q. 1. & 9. q. 3. conquestus. Et est ratio: quia hoc possideri non poterat de iure cõmuni. arg. extra de præscrip. causam. Nam & sunt alia iura, quæ non præscribũtur, vt sublectio, vel procuratio. ext. de præsc. cũ ex officij, vel uia publica. ff. de via pub. viã arg. C. de aquæduc. diligenter. lib. 11. & est si. C. de fũdis rei priua. & sal. diuinæ domus. vsus aquæ. lib. 11.

Prescribi nõ possunt aliqua.

ADDITIO. Dicas, quod sunt multa quæ nõ præscribuntur: quod dic, vt leg. & not. extra de præscrip. cum liceat. in fi. & 16. q. 3. clerici, in fine. Archidiac.

Diaconi.] Hæc est quinta pars huius di. in qua laudat diaconos quatuor modis: scilicet a significatione, quia significant septẽ cãdelabra aurea. A virtute, quia debẽt esse virtuosi. Ab officio, quia sine illis episcopi cantare nõ dẽnt. Ab institutione, quia à Domino fuerunt instituti. Ioan. de Fant.

CASVS. Supra dictum est diaconos subesse sacerdotib. sed ne sacerdotes nimium insuperbirent, commendat Hieronymus in hoc c. diaconos. Diuiditur ergo hoc c. in tres partes. In prima parte commendat Hieron. diacones quadruplici rõne. Rõne significationis, quia significantur per septem cãdelabra aurea. & septem angelos ecclesiarum. Rõne vitæ & conuersationis. Rõne ministerij: quia sine his sacerdos ministrare nõ potest, & maior est, qui ministrat, quàm cui ministratur. Et rõne institutionis: quia a Deo sunt instituti. in scda parte reprehendit rapacitatẽ epõrum, qui volũt oĩa rapere, & oĩa sibi vendicant. In tertia parte ostendit, quod sicut in hoc mundo raptor punitur a iudice, ita eps qui bona clericorum rapit a Dño punietur, nisi vniuersa reddantur. Scda pars incipit ibi, [Nunc autem. Tertia ibi, [Certè, vt ipse.

b ¶ Angeli.] idest prælati.

c ¶ Candelabra.] Quæ erant in templo Domini.

d ¶ Voces.] Auditæ a Ioanne in Apocalypsi.

e ¶ Docentes.] Populum quo ad vitam actiuam.

f ¶ Soli Deo.] Quod solus Deus nouit eorum conscien-

Dot omne Deo patet.

ses in vltionem idolatriæ a vituli conflati, præcepit leuitis, vt nemini parcerẽt: nec etiam patri: similiter diaconi non deberent eos cognoscere, idest, amori Dei amorem eorum præponere. Vel potest intelligi mysticè de diabolo, & de concupiscentia carnis, & eius motibus, ut in gl. hic depictis.

i ¶ Et matri.] idest, carnali concupiscentiæ.

k ¶ Non noui.] idest, nolo præponere vestrum amorem amori Dei.

l ¶ Et filios.] idest, illicitos motus.

m ¶ Non agnoscentes.] idest, non nutrientes: sed ad petram illidentes.

n ¶ Habet.] Quia sine diacono episcopus Missam celebrare non poterit, nisi necessitate instant. tũc enim etsi non posset habere diaconum, absque eo Missam celebrare, poterit.

o ¶ Minister.] Hic commendant eos a ministerio.

p ¶ Ministratio.] idest, consecratio Eucharistiæ.

q ¶ Sacramenti.] Scilicet præsentibus, sacerdotibus coram eis, ut supra dist. ead. diaconi.

r ¶ Maiorem.] idest, meliorem, uel hoc cum bene administrat.

a Hæc historia not. 45. d. disciplina Diabolus pater dicitur.

Eps sine diacono nõ celebret.

a ¶ Orant.] Idest, prædicant, vt dis. 25. vnum & 11. q. 1. sicut enim. Vnde exponendo subdit tunc demum, quod autem dicitur in altari anteponi, respicit, quod de calice premiserat, calicem non tollere, nisi eis traditus fuerit à diaconis. Vel dic, orant, idest, ad orandum inuitant eum in vete. testa. fuit institutum. 77. dist. in veteri. arg. extra de senten. excom. mulieres.

f ¶ Perijt, lex de sacerdote.] Verba Esaiæ. Idem multi sacerdotes non adimplent legem.

g ¶ Et visio.] Idest, gratia prophetizandi propter auaritiā; quia omnes virtutes patiūtur detrimentum ab vno vitio, &c. de poni. dis. 5. c. 1.

existeret. Denique quàm hoc verum sit, ipse perpende. Leuitæ inferunt oblationes in altari: Leuitæ componunt mensam Domini: Leuitæ cum sacerdotibus, dum sacramenta benedicunt †, assistunt: Leuitæ ante sacerdotes orant [a], vt si distinctio locorum creditur, etiam in altari Dei videant sibi episcopi, si superbi sunt, diaconos anteponi. Si humilitatem diligunt: maiores se esse in eo, quòd sunt humiles, cognoscant. Tunc demum † [b], vt aures habeamus ad Dominum, diaconus acclamat: ipse prædicat [c], ipse hortatur, ipse commonet adstantibus sacerdotibus [d] ne leuiter hanc vocē, quæ loquitur hæc; & pacē annunciat, aut negligenter aspicias, aut contemnendam putes. Sufficit huic [e] ordini, tantum per Dominum fuisse concessum, vt non solus sacerdos in templo totum agere, & implere, videatur, *& infra.* ¶ Nunc autem ex quo in ecclesijs, sicut in Romano Imperio, creuit auaritia; perijt lex de sacerdote [f], & visio [g] de propheta. Singuli quique per † potentiam [h] episcopalis nominis, quam sibi ipsi illicite absque ecclesia [i] vendicarunt *, totū, quod leuitarum est; in vsus suos redigunt; nec hoc sibi, quod scriptum † est, vendicant; sed cunctis auferunt vniuersa. Mendicat infęlix clericus in plateis; & ciuili † operi mancipatus publicam à quolibet deposcit alimoniam †. Et quidem [k] ex eo despicitur cunctis sacerdotale officium, dum misericordia desolatus iuste putatur ad hanc ignominiam deuenisse. *& infra.* ¶ Solus incubat bonis †, solus ministerio vtitur [m], solus vniuersa sibi vendicat, solus partes inuadit alienas [n], solus occidit [o] vniuerso. *& paulo post.* ¶ Hinc propter sacerdotum auaritiam odia consurgunt: hinc episcopi accusantur [p] à clericis; hinc principiū † lites; hinc detractionis † causa; hinc origo criminis. Etenim si vnusquisque ita in hoc mundo visibili aliquid possidere [q] iubetur, vt sua tantum possessione contentus sit, ac res non inuadat alienas, non agrum pauperi tollat, non vineam; non subuectorium † aliquod, non famulos, non fructus; quanto magis, qui ecclesiæ Dei præest, debet ita in omnibus seruare iustitiam, vt sibi [r] hoc tantum vendicet, quod sui iuris esse cognoscit? aliena non rapiat? aliena non contingat? æqualem [s] se cæteris faciat? & sicut sine his in ministerio non viuit, ita in dispensatione [t] non viuat.

† al. benedicuntur.
† deinde.] orig.
† propotentia] orig.
† al. adscriptum.
† al. seruili.
† al. eleemosynam.
† dimittis.] orig.
† al. donis.
† al. principiumlitis.
† desolationum causa] orig.
† hunc mundum visibiliter posits.] orig.
† al. subiectorum.]
† al. subuectorum.

Arch. 7.
* Quod est contra iuris præceptum, vt. ff. de iust. & iure. l. iustitia. §. iuris præceptum. & inst. eod. tit.

Virtutes omnes ab vno vitio detrimentum patiuntur.

Euenientiæ de nouo per quem sunt diuidenda.

Accusatio episcoporū p̄sumitur ex odio fieri.

h ¶ Per potentiam.] Inuehitur in episcopos.

i ¶ Absque ecclesia.] Scilicet in tali modo vt aliena vsurpent aliter videtur contra. infra ead. c. pro. 95. d. olim.

k ¶ Quidem. Supra d. 86. non satis.

l ¶ Iuste.] Idest, suis meritis.

m ¶ Vtit.] Idest, nō vult pati onera administrationis cum fratrib. extra de offi. Arch. c. vlt. & de præsum. mādata. Vel dic, idest, de rebus ecclesiasticis.

n ¶ Alienas.] Cum quod suum non est, scire, debet ad alios pertinere. C. vnde vi. cum quærebatur.

o ¶ Occidit. Hoc refertur ad laicos, qui bus occasionē mortis præstant. 11. q. 3 præcipuè. 86. dist. pasce.

p ¶ Accusantur.] Nā episcopi omnia etiā ea, quæ de nouo eueniūt, in simul, cum alijs debent diuidere arg. 12. q. 2. cognouimus. Item nec ea distribuere debet sine consensu canonicorum, extra, de his quæ fiunt à prela. sine consen. cap. nouit. licet sit precordinator in cunctis, 25. dis. perlectis nisi hoc sibi vendicaret episcopus ex consuetudine, ext. de his q̄ fiūt à prela. ca nosci tur. Et est arg. quòd semper præsumit q̄ accusatio episcoporum fiat ex odio, ut not. 2. q. 7. si quis episcopus Arg. contra. 6. q. 1. si omnia.

cum dicunt; flectamus genua.

b ¶ Tunc demum.] Scilicet circa finem Missæ. cum diaconus clamando dicat populo: Humilitate uos ad benedictionem.

c ¶ Prædicat.] Infra 11. q. 1. sicut enim, scilicet legendo Euangelium.

d ¶ Sacerdotibus.] Quædam hic referuntur, quæ ex toto bene non intelliguntur, quia non in omnibus ecclesijs hæc officia habet diaconus.

e ¶ Huic.] Commendat hic eos ab institutione, inf. ead. dominus contra su. dis. 21. §. 1. contra. Sed intelligas tantum per Deum principaliter, quia eius auctoritate hoc

q ¶ Possidere.] Hoc ad laicos refertur, unde caute dixit in hoc mundo, & in clericis secus, ut infra. 12. q. 1. cap. duo sunt.

r ¶ Sibi.] Arg. pro distributione portionum inter clericos.

s ¶ Æqualem.] Si 95. dist. episcopus 1. & iste est unus gradus humilitatis, ut supra dist. 22. de Constantinopolitana.

t ¶ In dispensatione.] Id est, distributione præbendarum.

¶ Certe, vt ipse nosti, qui visibiliter in hoc mundo ius inuadit alienum; accusatur à paupere, damnatur a iudice: Ita & in ecclesia Dei, cum vnusquisque stipendia sua perdit, clamat ad Deum; exauditur à Christo: nec differtur in hac parte vltionis [a] sententia, si nō reddūtur vniuersa. Moderatio enim Dei †, ac pietas solum nostrum reditum quærit; ac nos cupit sua longa † bonitate saluari. Sed si non conuertimur, si duri corde sumus, si in peccatis vsq; ad mortem illicite perduramus; assidue [b] peccanti, sicut scriptum est, Deus non miseretur.

† *Dei preces, ac solū* orig.
† abest ab orig.

a ¶ Nomen non habet.] *Sic etiam in originali, sed in multis Gratiani manuscriptis, & apud Anselmum est,* nomen habet, officium non habet.

6 Hoc capitulo sacerdotum auaritia reprehenditur, diaconorum dignitas, siue officium commendatur. Sed quia, vt supradictum est, diaconi insolescentes [c] etiam presbyteris se præferendos arbitrati sunt; contra eorum supercilium scribit Hieronymus ad Euagrium episcopum, epist. 85. tomo 2.

¶ Diaconi presbyteris debent subesse.
Cap. XXIIII.

Poly. ibidem,
Ans. l. 7. c. 87.

LEgimus in Esaia [d] Fatuus fatua [e] loquetur.] Audio quendam in tātam erupisse vecordiam, vt diaconos presbyteris, idest episcopis anteferret. Nam cum Apostolus perspicue doceat eosdem esse presbyteros, quos episcopos, quid † patitur mensuram [f], & viduarum minister, vt supra eos se tumidus efferat, ad quorū preces Christi corpus, sanguisque conficitur? Quæris auctoritatem? Audi [g] testimonium: [Paulus, & Timotheus serui Christi Iesu omnib. sanctis in Christo Iesu, qui sūt Philippis [h], cum episcopis [i], & diaconis.] Vis & aliud exemplum? in actibus Apostolorum ad vnius ecclesiæ sacerdotes ita Paulus loquitur: [Attendite vobis, & cūcto gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos [k], vt regeretis ecclesiam Domini, quam acquisiuit sanguine suo.] Ac ne quis cōtentiose [l] in vna ecclesia plures episcopos fuisse cōtendat, audi, & aliud testimonium; in quo manifestissime comprobatur, eundem esse episcopum atq; presbyterum: [Propter hoc reliqui [m] te in Creta, vt quæ deerant, corrigeres, & constitueres presbyteros per ciuitates, sicut & ego tibi mādaui. Si quis est sine crimine, vni⁹ vxoris vir, filios habēs fideles, non in accusatione luxuriæ [n], aut nō subditos. Oportet enim episcopū sine crimine esse, quasi

† *al. quis patiatur.* *Esaia.* 32.
Philip. 1.
Act. 20.
Ad Titum 1.

Vitæ præsentis tps breue dicitur esse.

a ¶ Vltionis.] Ex toto: quod non est differri, quia totum tempus huius uitæ breuissimum reputatur. De pœniten. dist. 5. consideret. Nam quod quandoque pœna differatur, est expressum infra. 23. q. 4. quod Christus. 45. dist. licet 1. & est ratio quare qñq; differatur, ut de pœnit. dist. 3. quid ergo. de pœn. dist. 1. prædixerat.

b ¶ Assiduè.] Idest, iterato non miseret de facili. nā uulnus iteratū tardius sanatur, ut inf. de pœn. d. 3. inanis.

HOC CAPITVLO. Hæc est sexta pars huius d. in qua laudat presbyteros, & humiliat diaconos. Io. de Fant.

CASVS. Supra proximo ca. diaconi sunt cōmendati, sed quia nimis cōtra presbyteros superbiebant, iō Hieronymus contra eorum supercilium scribit.

Laudis præconium superbire facit

c ¶ Insolescentes.] Quia sæpè ex laudis præconio innascitur superbiæ inflatio, ut 6. q. 1. sunt plurimi. superbiebāt fortè ex eo, ꝙ supra c. proxi. commendati sunt.

LEgimus.] CASVS. Euagrius episcopus quæsiuit a Hieronymo, utrū sacerdotes essent diaconis præferendi: Et respondet, ꝙ sic, & probat tripliciter scilicet ratione nominis siue appellationis: quia olim idē dicebatur presbyter. & episcopus. Et hoc probatur septem auctoritatibus Ratione officij, siue institutionis, quia [illegible] maius officium sunt instituti presbyteri ꝙ diaconi: q̃a sacerdotes orant & prędicāt: sed diaconi ministrāt. Et respōdet obiectioni, quam fecit sibi ipsi de diaconis ratione ecclesię, & ratione ꝓmotionis: quia diaconus promouetur in sacerdotem, & non econuerso. & hæc promotio non fit, nisi de minori ad maius. Ratio officij incipit ibi, [Quid enim facit.] Ratio prohibitionis est ibi, [Qui prohibetur a minori.]

d ¶ In Esaia.] 32. cap.

Fatuus est q fatua loquitur.

e ¶ Fatua loquetur.] Nota. argu. ꝙ qui fatua loquitur, fatuus est, ut 23. q. 8. conuenior. & ff. de cond. insti. quidam, infra de pœn. dist. 1. §. potest. & 1. q. 1. ita fit.

f ¶ Mensarum.] Quam iniuriam patitur.

g ¶ Audi.] Ideo dicit testimonium, quia duo sunt per ques probat.

h ¶ Philippis.] Nomen ciuitatis in Macedonia.

i ¶ Cum episcopis.] Cum in una ciuitate plures epi nō debeant esse arg. dist. 80. in illis, & c. epi. & 23. q. 1. c. 1. & ideo hoc ipso nomine presbyteri intelliguntur.

K ¶ Episcopos.] Idest, presbyteros, cum in una ecclesiā episcopi plures esse non debent.

l ¶ Contentiose.] Quia singularum ecclesiarum singuli sunt episcopi, ut 7. q. 1. in apibus.

m ¶ Reliqui.] Verba Apostoli ad Titum cap. 1. post sequitur ad Timotheum.

n ¶ Luxuriæ.] Idest, de luxuria accusabiles, ideo non subditos, quia propter peccata filiorum citius rapitur quis morte 47. dist. §. necesse cum scilicet ipse est negligens.

a ¶ Pax

a ¶ Per propheciam.] idest, per electionem.
b ¶ Presbyterij.] Scilicet presbyterij mei, & sic loquitur de seipso: cum tamen ipse Paulus esset episcopus, cum eum ordinaret.
c ¶ Cōpresbyter.] Ecce petrus se vocat presbyterum, cum

Petrus se vocat presbyterum.

ne erant communia 95. dist. olim. & officium erat commune, sed in secunda primitiua cœperunt distingui & nomina & officia H. dicit 1. quod tantum in nomine fuit facta prælatio. primo enim omnes dicebantur sacerdotes: licet quidam alij prælati essent quantum ad officium. Et quod dicitur 80. dist. in illis, qui tantum episcoporum vocabulo pont... rētu.. expone, idest, nō archiepiscoporum, nec primatum: & ita excluditur superius, non inferius. Tertij plationē. & dicit, quod prælatio hæc in ... facta fuit & quo ad nomē, & quo ad administrationem, & quo ad quędā ministeria, quę spectant ad officiū episcopale: fuit hæc prælatio facta à tempore Petri, & hoc innuit hic litera ibi. Nam & Alexādriæ à Marco euangelista vsque ad Heraclam & Dionysium: quia Marcus fuit cōtemporaneus Petro & Clemēti. arg. 24. q. 1. cum beatissimus. Heracla autem & Dionysius fuerunt cōtemporanei ipsi Hieronymo: & ita est illud cōtra sedatum, 80. dist. in illis. & illud de consec. distin. 5. manus. Ante prælationē ergo ista nomina, presbyter, episcopus erāt prorsus synonyma, & etiā administratio communis erat:

1 Ipse Hug. sic dicit, ego credo, quod ab initio dīta fuit inter cpos & simplices sacerdotes sicut nō est & in administratione, & in plātione. & officijs, & in sacramentis; sed quo ad appellationem nō erat differentia: quam cōtinet & indifferēter illi dicebātur epi & presbyteri. Arch. ¶ *Et hæc Archid. de differentia episcopi & presbyteri sententia tenenda est, vide Cōc. Trid. sess. 23. c. 4. & Can. 7. S. Th. 2. 2. qu. 184. a. 6. 1.* Marcus, Petrus, & Clemens, fuerunt cōtemporanei. Electio sola nō facit verum imperatorem.

1. Tim. 4. *1. Pet. 5.* *Mar. 3.* *2. Ioannis.* *3. Ioannis.*

Dei dispensatorem.] Et ad Timotheum: noli negligere gratiam: quæ in te est, quæ tibi data est per prophetiā[a] per impositionem manuum presbyterij[b]. Sed & Petrus in prima epistola: [Presbyteros, inquit, in vobis precor cōpresbyter[c], & testis passionum Christi, & futuræ glorię, quæ reuelanda est particeps, regite gregē Christi, & inspicite non ex necessitate[d], sed voluntariè iuxta Deum. Quod quidē grecè significātius[e] dicitur ἐπισκοποῦντες, idest superintendentes; vnde & nomen episcopi tractum est. Parua tibi videntur tantorum virorum testimonia? Clangat tuba Euangelica; filius[f] tonitrui, quē Iesus amauit plurimum; qui de pectore Saluatoris doctrinarum fluenta portauit. [Presbyter[g] Electæ[h] dñæ, & filijs eius, quos ego in veritate diligo. Et in alia epistola: [Presbyter Caio[i] charissimo; quē ego diligo in veritate.] Quod aūt postea[k] vnus electus est, qui cæteris præponeretur, in schismatis remediū factum est; ne vnusquisq; ad se trahens Christi ecclesiam rumperet. Nam & Alexandriæ à Marco Euangelista vsq; ad Heraclam, & Dionysium, episcopus, & presbyteri semper vnū ex se electum, in excelsiori gradu collocatum, episcopum nominabant: quomodo si exercitus Imperatorē[l] faciat, aut diaconi[m] eligāt[n] de se; quē industriū nouerint, & archidiaconum vocent. Quid enim facit, excepta ordinatione[o], episcopus, quod presbyter non faciat? Nec altera[p] Romanę vrbis ecclesia; altera totius[q] orbis existimāda est. Et Galliæ, & Britanniæ, & Africa, & Persis, & Oriens, & India, & omnes barbaræ nationes vnum Christum adorant, vnam obser-

cum tamen esset episcopus & summus, sup. d. 75. quòd dic Dominico. ver. sacerdotum.
d ¶ Non ex necessitate.] idest, ex gratia turpis lucri: argum. infra distinctio 95. esto. Et ita est argumen. quod presbyter non debet locare operas suas argum. 21. q. 3. præcipimus.
e ¶ Significantius.] Scilicet, quod episcopus dr̄ presbyter. q. d. vbi pro episcopo dicitur presbyter, significantius diceretur sic: scilicet episcopum: quia magis accedit ad significationem vocabuli episcopus, quam hoc nomen presbyter.

Ioānes dr̄ filius tonitrui.

f ¶ Filius.] idest Ioannes: quia altius intonuit, & quia cum Iacobo assumptus in montem seorsum audierunt vocem nubis: Hic est filius meus dilectus.
g ¶ Presbyter.] Ecce Ioannes vocat se presbyterum, cū tamen esset episcopus.
h ¶ Electæ. Proprium nomen.
i ¶ Caio. Mitto salutem.

Prælatio inter ministros ecclesiæ ad quid facta fuit.

K ¶ Postea.] Hic respondet tacitæ obiectioni quare hoc immutandū est: & ad hoc respondet. Sed quæritur quomodo facta sunt hæc prælatio? Si dicatur, quod in officio; contra, de consec. dist. 5. manus. quia exercere episcopalia nō licuit, nisi his qui successerunt in locū Apostolorum. 68. dist. quorum vices. 2. distin. in nouo. & ita hęc prælatio ab initio facta fuit. Si autem dicatur, quod in nomine, obstat 80. dist. in illis. quia ibi dicitur, quod quidam præpositi sunt qui tantum episcoporum vocabulo, &c. Ad hoc dicunt quidam, quod in prima primitiua ecclesia cōe erat officium episcoporum & sacerdotum, & nomi-

quia cōmuni consilio sacerdotum regebantur ecclesiæ. 95. distinct. olim in schismatis ergo remedium (vt hic dicitur) facta est prælatio, vt vnus præesset & quo ad nomen, & quo ad administrationem, & quo ad quædam sacramenta, quæ modo appropriantur episcopis.
l ¶ Imperatorem.] Ex sola enim electione principum dico eum verum Imperatorem antequam a Papa confirmetur. Argu. hic. licèt non ita appelletur, vt dixi 63. dist. quanto. contrarium est verum, extra de elec. venerabilem 23. dist. in nomine 2.
m ¶ Diaconi.] Supple & quomodo diaconi eligunt. &c.
n ¶ Eligant.] Ecce quod episcopi non est archidiaconum eligere, &c. Arg. contra, 74. dist. episcoporum. Sed variæ sunt consuetudines. 21. dist. §. 1. extra de electio. ecclesia Vulterana.
o ¶ Ordinatione.] In ordinatione cætera intelliguntur quæ non fiunt, nisi ab episcopis. hæc continentur sup. d. 68. quamuis chorepiscopis.
p ¶ Nec altera.] Responsio est ad tacitam quæstionem nonne diaconi Cardinales Romani pręponuntur omnibus presbyteris, exceptis presbyteris Cardinalibus, quibus videntur pacificati? Respon. quod consuetudo Romanæ ecclesię non est trahenda ad consequentiam, vel responsio est hic in princip. cap. 1. ibi, audio quædam. &c. dicebant enim quidam, quod sicut Romæ honorabiles erant diaconi, ita debebant esse vbique locorum.
q ¶ Totius.] Immo fideles sunt vna ecclesia: & hoc est quod sequitur. & Galliæ, &c.

2 Adde Alb. de Rosa. in l. bene a Zeno. argu. C. de quadrup. præscript. & Bar. in extrauag. ad reprimendam. in ver. rege. Diaconi Cardinales verū pręponantur oībus presbyteris.

a ¶ Maior

uant regulam veritatis. Si auctoritas quæritur, orbis maior est [a] vrbe. Vbicunque fuerit episcopus, siue Romæ, siue Eugubij, siue Constantinopoli, siue Rhegij, siue Alexandriæ, siue Tanis; eiusdē meriti [b], eiusdem est & sacerdotij. Potētia diuitiarum, & paupertatis [c] humilitas vel sublimiorem, vel inferiorem episcopum non facit: cęterū omnes Apostolorum successores sunt. ¶ Sed dicis, quomodo Romę ad testimonium diaconi [d] presbyter ordinatur? Quid mihi profers, vnius vrbis [e] cōsuetudinem [f]? Quid paucitatē [g] de qua ortum est supercilium in leges ecclesiæ vendicas? Omne, quod rarum est, plus appetitur. Pulegium apud Indos pipere pretiosius [h] est. Diaconos paucitas honorabiles, presbyteros turba cōtemptibiles facit. Cæterùm etiam in ecclesia Romæ presbyteri sedent, & stant diaconi; licèt paulatim increbrescentibus vitijs inter presbyteros absente episcopo, sedere diaconum viderim, & in domesticis conuiuijs benedictiones presbyteris dare. Discant, qui hoc faciunt, non se rectè facere, & audiant Apostolos; [Non est dignum, vt relinquentes verbum Dei ministremus mensis. [i]] Sciant, quare diaconi constituti sint. Legant acta Apostolorum: recordentur cōditionis suæ. Presbyter, & episcopus, aliud ætatis, aliud dignitatis [k] est nomen. Vnde & ad Titum, & ad Timotheum de ordinatione episcopi, & diaconi dicitur: de presbyteris omnino reticetur: quia in episcopo & presbyter continetur [l]. Qui prouehitur, de minori [m] ad maius prouehitur. Aut igitur ex presbytero ordinetur diaconus, vt presbyter minor diacono comprobetur, in quem crescit ex paruo: aut si ex diacono ordinatur presbyter, nouerit se [β] laicis maiorem, sacerdotibus [n] esse minorem.

† al. benedictionem etiam presbyteris.

Act. 6.

α ¶ Per prophetiā.] *Sic in vulgata editione, & grecè διὰ προφητείας: sed hic apud B. Hieronymum,* prophetiæ.

β ¶ Nouerit se.] *In originali est,* nouerit se lucris minorē, sacerdotio esse maiorem. *Quo etiam pertinet, quod idem Hieronymus ad caput vltimum Ezechielis scribit.* Leuitarum multitudinem intelligere se à sacerdotali gradu esse disiunctam, & ad decutiendam superbiam ministrorum, qui ignorantes humilitatem status sui vltra sacerdotes, hoc est presbyteros intumescunt, & dignitatē non merito, sed diuitijs æstimant. *Verùm ob glossam non est mutatum.*

Item Cyprianus lib. 3. epist. 9.

¶ De eodem. Cap. XXV.

Iuo p. 5. c. 355.

DOminus noster ipse Iesus Christus rex, & iudex, & Deus noster vsq; ad passionis diem seruauit hono-

---

g Cōsuetudo generalis est sequenda.

a ¶ Maior est.] Et ideo magis sequenda est consuetudo generalis, vt sup. dis. 12. nouit. supra dist. 40. nos qui. &c. non loca 1. Et est hic ar. q statuta concilij præiudicant statuto Papæ si contradicant, vt dixi. 9. q. 3. nemo.

1 Concord. tex. in l. obseruare ff. de offi. procon. in l. idēque. mandati.

b ¶ Eiusdem meriti.] Quantum ad sapientes & peritos & discretos. Nā idiotæ & vulgares, episcopū paruę ciuitatis contēnere solent arg. d. 40. episcopi.

Eps paruæ ciuitatis cōtemnitur ab idiotis.

c ¶ Et paupertatis.] Nam paupertas ciuitatis nō minuit prærogatiuam regni, vt inf. 96. dis. sicut. nec mulier propter paupertatem dicitur humilis, vel abiecta. C. de incest. nup. l. humilem. Ar. cōtra. in auth. de defen. ci. §. nos igitur. coll. 3. 2.

Paupertas nō facit mulierem abiectam.

2 Ad idem 16. q. 1. sunt nonnulli in fine.

d ¶ Diaconi.] Hoc nō solum Romę, fit, sed etiam aliarū ecclesiarum consuetudo obseruat: sed forte tpe Hieronymi nō fiebat: hodie fit, ext. de seru. or. fa. c. 1.

e ¶ Vrbis.] sup. d. 11. quis nesciat. contra. & c. nolite. contra. Sed ibi de ea consuetudine agitur, quam ecclesia Romana seruat, & alijs mandat seruandam: hic verò de ea, quam sola seruat, nec vult ab alijs seruari. vnde ibi dicitur, quā Romanam ecclesiam viderit sequi & docere. de consecr. dist. 1. basilicas.

f ¶ Cōsuetudinem.] Q. d. non quod fiat, sed qđ fieri debeat considerandū est, vt ext. de elec. c. venerabilem. 12. q. 2. gloria in fi. de offi. præsid. sed licet.

g ¶ Paucitatē.] Quia pauci erāt tales diaconi: & ideò superbiebant. quidquid enim rarò accidit, miraculū est, in authent. de consuet. §. itaque. colla. 3.

Miraculum est quod raro accidit.

h ¶ Pretiosius. Sicut & pretia rerū in quibusdam locis variantur secundū plus & minus. ff. de eo qđ cer. lo. l. ideo.

i ¶ Mēsis.] Viduarū, & pauperum, sed tantum instemus prædicationi.

k ¶ Dignitatis.] inf. 8. q. 1. qui episcopatum contra. sed ibi. iuxta etymologiam vis nominis designatur, hic qđ ex vsu loquendi ex nomine concipitur. Vel dicendum quòd non est nomen honoris tantum, sed etiam oneris. 8. q. 1. illud inferendum.

l ¶ Continetur.] Nam in toto continetur, & pars. vt 14. quęst. 5. pœnale. & ff. de reg. iur. in toto. & est si. ff. quos met. cau. l. 1.

Pars cōtinetur in toto.

m ¶ De minori.] Hoc bene dicitur. ff. de mu. & hon. vt gradatim.

AD-

ADDITIO. extra de transla. cap. 1. & cap. licet.

n ¶ Sacerdotibus.] infra de pœniten. distin. 1. §. ex his itaque.

DOminus.] CASVS. Cyprianus probat, q diaconi debent reuereri sacerdotes, tanquam maiores. Et hoc probat duobus exemplis Christi, qui sacerdotib. & ponti-

pontificibus Iudæorum, licèt mali essent, reuerentiam exhibuit. Et vna ratione: qa sacerdotes a Domino, diaconi verò post Ascensionem ab Apostolis sunt instituti. Primum exemplum est ibi. [Nam cum leprosum.] Secundum est ibi. [Item subditus.] Tertium est, ibi. [Memi-

d ¶ Constituerunt.] Hoc in nouo testamento. nam in veteri uterque a Domino sunt electi. supra ead. c. diaconi. contra. Sed illud in veteri testa. hoc in nouo. vel per dominum fit quod ab Apostolis statuitur, vt 28. q. 1. sic enim. tamen auctoritate eius. de consecra. distinctio. 4. quando.

rem pontificibus, & sacerdotibus; quamuis illi, nec timorem Dei nec agnitionem Christi seruassent. Nam cum leprosum emūdasset, dixit illi: [Vade, & mōstra te sacerdoti; & offer domum. Humilitate ea, qua nos quoque, esse humiles docuit, sacerdotem adhuc appellabat, quem sciebat esse sacrilegum. [a] Item sub ictu passionis cū alapam accepisset, & ei diceretur. [sic respondes Pōtifici?] nihil ille contumeliose locutus est in personam Pontificis: sed magis innocentiam suam tutatus est, dicens: [Si male locutus sum, exprobra de malo: si autem bene, quid me cædis?] quæ omnia ab eo ideo facta sunt humiliter, atque patienter, vt nos [b] humilitatis, ac patientiæ hēremus exemplū. Docuit enim sacerdotes veros legitimè, & plenè honorari dum circa falsos sacerdotes ipse talis extitit.† Meminisse autem diaconi debent; quoniam Apostolos, idest episcopos, & pręposítos† Dominus elegit: [c] diaconos autem post ascēsum Domini in cœlos Apostoli sibi constituerunt [d] episcopatus sui, & ecclesiæ ministros. Quòd si nos aliquid audere contra Deum possumus, qui episcopos facit; possunt, & contra nos audere diaconi, a quibus fiunt. [e]

Luc. 5. — Io. 18. — † al. ministro. † al. presbyteros.

e ¶ A quibus fiunt.] Arg. quòd nemo debet se opponere illi, a quo recipit beneficium, ut 22. q. 5. de forma. & ext. de postu. ca. vlt. ff. de inoffic. testamen. si pars. in fi. §. hoc autem. 8. q. 2. illud. 1

Nemo se opponat illi a quo beneficium recipit.

96. d. si imperator 2. q. 7. §. 1.

HOC AVTEM. Hæc ē septima pars huius distin. in qua dicitur. quòd quando diaconus vel subdiaconus tenet locū patriarchæ, superior est. Io. de Fant.

CASVS. Supra dictum est, quod officium diaconorum minus est, quàm officium Sacerdotum, quod uerū est generaliter, nisi cū diaconus est legatus patriarchæ, vel archiepiscopi, ut seq. cap.

℣ Hoc autem, quod de diaconorum minoritate dicitur, vbique seruandum est, nisi cum locum diaconus habuerit aut proprij patriarchæ, aut sui metropolitani.

Vnde in sexta synodo, cap. 7. legitur.

¶ Diaconus sacerdotibus non præferatur; nisi locum metropolitani sui obtineat.
Cap. XXVI.

Ibo p. 6. c. 113.

PRæcipimus, ne diaconus (quamuis etiā in dignitate hoc est, in officio quolibet ecclesiastico sit (ante presbyterum [f] sedeat, nisi cum locū habuerit ꝓprij patriarchæ, aut metropolitani sui pro aliquo capitulo. Tunc [g] enim sicut illius locum tenēs honorabitur. Si quis verò præsumpserit hoc tyrannice facere, a proprio gradu repulsus, vltimus [h] omnium fiat in ordine suo.

PRecipimus.] CASVS. Statutum fuit ī sexta synodo, quòd diaconus non sedeat ante presbyterum, nisi sit legatus patriarchę, uel archiepiscopi pro aliquo negocio decidendo. In quo casu honorādus est: sicut ille cuius uice fungitur, & si quis diaconus aliter facere præsumpserit, repellitur ab officio suo.

f ¶ Ante presbyterū sedeat.] In concilio 17. dist. episcopos. in fine.

g ¶ Tunc.] Argumē. aliquem tādiu habere priuilegium, quā diu tenet eius locū ✝ 16. quæst. 1. generaliter. C. de testamen. milita. l. vltima, & hæc dictio, tunc, extremitatem, idest, finem iurisdictionis complectitur. argum. ff. de conditio. & demōst. l. quarta. §. si ita. item argumen. quòd quis consequitur ex alterius persona, quod non habet ex sua. ff. quę rer. pigno. obligatio. possunt. l. Aristo. Et dicit lex, quòd si non potest prohibere me euntem per fundum, nec aliquem nomine meo. ff. de verborum obligatione, si stipulatus. tamen ea tantum habet iste, quæ iurisdictionis sunt, non quæ ordinis. argumen. ad primum. extra de offic. delega. sanè. 2

1 Concor. tex. in l. pe. in fin. C. de aquædu. l. 11. & Alex. de Imol. in rub. de offic. eius cui mā. da. est iuris. coll. 4.

h ¶ Vltimus.] Nota. ꝙ qui deliquit in aliquo ordine, in hoc punitur, ꝙ post ponitur alijs suis ordinis, vt 50. d. accedens. & 19. q. 3. mandamus. 25. q. 2. sic decer. 24. d. §. 2. & 2. q. 7. c. 1.

[Meminisse autem.]

a ¶ Sacrilegum.] Arg. quòd si dominus Papa aliquem suis priuilegiis primatem appellat, ex ipsa nominatione ius ei acquiritur. 32. quæst. 4. dicat in fine. 16. q. vlti. contra sanctorum. argu. contra 3. quæstio. 6. hæc quippe extra de præsump. illud. C. de iuris & facti ignoran. non idcirco. Et est argumen. ex hoc, quòd tam bonus quàm malus sacerdos gaudet priuilegio clericali. 11. q. 1. sacerdotibus.

Sacerdos tā bonus quam malus gaudet priuilegio clericali.

b ¶ Vt nos.] Sed debent esse fortes, idest, debent præstare exemplum facti boni ex animo: idest, ex dilectione, & non velint dominari.

c ¶ Elegit.] Not. ꝙ quanto a maiori quis ordinatur, tanto est maioris dignitatis, vt 2. q. 1. filium. extra de maio. & obed. per tuas.

Ordinatus a maiori maioris est dignitatis.

SVbdiacono.] Hæc distinct. diuitur in tres partes, in quarum prima dicitur, ꝙ etiam summus Pontifex potest subdiacono committere vices suas, & hoc probat per capit. sequẽ. secũda ibi, [Legatũ.] Tertia ibi, [Archidiaconus.] Ioan. de Fant.

CASVS. Dictũ est s. ꝙ diacono potest patriarcha, vel archiepiscopus vices suas cõmittere. Nũc autẽ dicit Gratian⁹ I hac 94. d. ꝙ etiã subdiacono põt summus patriarcha committere vices suas. Et iste est primus articulus huius dis. quæ tres habet articulos.

a ¶ Subdiacono.] Hic intitulatur 94. di. in qua magister idẽ dicit d subdiacono, ꝙ dictũ erat in superiori. ca. de diacono, ꝙ scilicet etiã legatus Papæ potest esse. Exponit tres. §§. & I §. singulis, mutatis mutatis. In primo dicit, quod dixi. In secũdo ꝙ si quis impedit legatum dñi Papæ, excõicandus est. In tertio, quòd archidiaconus ultra suum statum exigere non debet. Ioan.

VAlde.] CASVS. Symmachus intra Siciliã prouinciã cõmisit vices suas Petro subdiacono. Vnde pcipit Symmach⁹ vt de eo nõ dubitẽt, quem ipse præuidit præferendum, sed eum recipiant.

b ¶ Omnia.] Supra d. 89. singula contra, sed dic, omnia quo ad cognitionem causarum, non quo ad dignitates, vel officia ecclesiastica, ut ibi.

c ¶ Præsentes.] Arg. ꝙ præsentia non exhibetur per aliũ arg. contra 65. d. c. 2.

d ¶ Precipimus.] Arg. ꝙ Papa etiam laico causam spiritualem committere possit. 32. d. §. verum. & §. ad hoc.

e ¶ Repræsentetur.] Nam idem ipse videtur cognoscere qui dedit iudicem, vt extra de off. deleg. sanè. C. vbi, & apud quem restitutio petit debet. l. 3. C. de iud. l. vlti.

f ¶ Auctoritas.] Not. ꝙ delegatus non hẽt plus iuris, q̃ delegans, siue par sit alias delegatus ar. ff. de dam. inf. q luna. §. sl. siue si maior. ff. de off. eius cui man. est iu. & si prætor. qñq; tñ habet minus quis si ex delegatione cognoscat, quam si ex iure suo. extra de offic. dele. super quæstionum, §. si vero. arg. C. de procu. maritus.

g ¶ Dubitare.] Arg. ꝙ si Papa ex certa scientia dat iudicem, ꝙ ille non potest recusari. ff. de offi. præfe. præto. l. vnica sic inf. 17. q. 4. §. qui autẽ, extra de rerũ permuta. cum olim. & extra de appel. nouit. Sed contra extra de app. cum speciali. & cap postremo. Ioan. Solu. iudex poterit semper recusari iusta causa interueniente. 1 Et si esset legatus Papæ, vt ext. de offi. lega. licet. cum legitimæ exceptiones cuilibet reseruentur, vt extra de officio deleg. ex parte B.

LEGATVM. Hæc est secunda pars huius distinctionis, in qua dicit, ꝙ nullus debet impedire legatos Romanæ ecclesiæ, & si fecerit, excommunicetur, vt in ca. sequentes. Ioannes de Fant.

CASVS. Hic est secũdus articulus, vbi dicitur, quòd qui impedit legatum Apostolicæ sedis, excõicari debet.

h ¶ Patrocinium.] Ergo Sicilia est de patrocinio B. Petri vt ar. 10. q. 3. relatum. 11. q. 1. peruenit.

Sicilia est de patrocinio Petri

Si quis.]

DISTINCTIO XCIV.

SVbdiacono [a] *etiam summus patriarca vices suas committere valet.*

Vnde Gregorius [a] *ad episcopus Siciliæ lib. 1: epist. 1 ait.*

a ¶ Gregorius.] *Restituta est inscriptio ex Polycarpo nam antea legebatur,* Symmachus Papa.

¶ Et etiam subdiaconis vices suas Apostolica committit ecclesia. Cap. I.

Poly. l. 1. tit. 24. Anse. l. 1. c. 26.

VAlde necessarium esse perspeximus, vt sicut prædecessorum nostrorum fuit iudicium, ita vni, eidemq; personæ omnia [b] committamus, vt vbi nos præsentes [c] esse nõ possumus, nostra per eum, cui præcipimus, [d] repræsentetur [e] auctoritas. [f] Quamobrẽ Petro subdiacono sedis nostrę, intra prouinciam Siciliam vices nostras, Deo auxiliante, commisimus. Nec enim de eius actibus dubitare [g] possumus cui Deo auxilante totũ nostræ ecclesiæ noscimur patrocinium † [h] commisisse.

† al. patrimonium.

2 *Legatũ vero Apostolicæ sedis quicunque impedierit vsque ad satisfactionem excommunicetur.*

Conc. Tributiens. cap. 9.

Vnde Alexander Papa 1. epist. 2. omnibus episcopis.

¶ Excommunicetur, qui legatum sedis Apostolicæ impedire tenttauerit. Cap. II.

Burc. l. 15. c. 37.

SI quis autẽ legationem impedit, non vnius, sed multorum [k] profectum auertit †. Et sicut multis nocet, [l] ita a multis arguendus est; & bonorum societate priuandus. † Et quia Dei causam impedit [m] & statum cõturbat ecclesię; ideo ab eius liminibus [n] arceatur. † Ab omnibus

† al. euertit.

† al. arcendus.

† Concor. tex. in §. itẽ l. Iulia. ꝫ vi. cum gl. per quam habes concor. inst. de pu. iud.

SI quis.] CASVS. Dicit Alexander in hoc c. ꝙ quicunque legatum impedit, non vnius, sed multorum profectum turbat, & ideo a multis est arguendus, & a liminibus ecclesiæ arcendus donec resipiscat.

i ¶ Legationem.] Immo qui legatum hostium impedit, tradendus est hostibus, vt ff. de leg. l. vlt.

K ¶ Sed multorum.] Argu. ꝙ qui peccat in multos, grauius peccat. extra de testi. sicut 22. q. 5. qui compulsus. sicut qui circa eandem personam multis modis peccat, grauius peccat. 23. q. 5. relegentes. Sed nunquid qui eum capit potest ab eo absolui? sic, extra de sent. excom. ad eminentiam. Et no. ꝙ legatus huiusmodi non potest episcopum deponere, nec mutare de loco ad locum, nec in manibus eius pt episcopus resignare, nisi ad hoc haberet speciale mandatum. extra de offi. leg. c. quod translationem ar. ff. de offi. eius cui mand. est iur. l. 1. Bar. legebat hoc c. trufando. si quis impedit legatum, non auertit. profectum vnius tãtum. s. Cardinalis: sed multorũ, idest, familiæ suæ, & parentum, & sicut multis nocet ille. s. Cardinalis, ita a multis est redarguendus, & ita usque in finem.

Peccans in multos grauius peccat.

manet necessitas, non auctoritas imperandi:[a] maximè cũ nec Papa Romanus subscripserit, nec alicuius secundũ canones metropolitani legatur [b] assensus.] ¶ Petrus episcopus Rauennatis ecclesiæ dixit: [Scripturam quæ in nostra congregatione vulgata est, nullis eam viribus subsistere manifestum est; quia, nec canonibus [c] conuenit, & a laica persona concepta videtur: maxime, quia in ea nullus pręsul sedis Apostolicę interfuisse, vel propria subscriptione firmasse monstratur: [¶ Eulalius Episcopus Syracusanæ ecclesiæ dixit; [Scripturam, quæ in sacerdotali concilio recitata est, euidentissimis documentis constat esse inualidam. Primum quòd contra Patrum regulas a laicis, quamuis religiosis[d] (quibus nulla de ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi legitur vnquam attributa facultas) facta videtur: deinde, quòd nullius præsulis Apostolicæ sedis subscriptione firmata docetur. Quod si cuiuslibet prouinciæ sacerdotes intra terminos suos concilio habito, quidquid sine metropolitani sui auctoritate tentauerint, irritum esse debere [e] sancti Patres sanxerunt; quanto magis, quod in Apostolica sede, non † existente præsule (qui merito † [f] beati Petri Apostoli per vniuersum orbem primatum[g] obtinens sacerdotij statutis synodalibus consueuit tribuere[h] firmitatem) a laicis (licet consentientibus aliquantis episcopis, qui tamen Pontifici, a quo consecrati † probantur pręiudicium inferre non potuerunt) præsumptum fuisse cognoscitur, viribus carere [i] non dubium est, nec posse inter ecclesiastica vllo modo statuta censeri?] ¶ Sãcta synodus dixit: Licet † secundum prosecutionem venerabilium fratrum nostrorum Laurẽtij, Petri, Eulalij, Cresconij, Maximi, vel Stephani,[k] nec apud nos incertum habetur, hanc ipsam scripturam nullius esse momenti; veruntamẽ etiam si aliqua posset ratione subsistere, modis omnibus in synodali conuentu prouida beatitudinis vestrę sententia eneruari conueniebat, & in irritum deduci: ne in exemplum remaneret præsumendi quibuslibet laicis, quamuis religiosis, vel potentibus in quacũque ciuitate quolibet modo aliquid decernere de ecclesiasticis facultatibus; quarum solis sacerdotibus disponendi indiscusse a deo cura commissa docetur.

inf. 9. q. 3. c. 2.

† al. nunc.
† al. prærogatiua.
† al. consecrari.
† al. liquet.

a ¶ Imperandi.] inf. 16. q. vl. nõ placuit.
b ¶ Legatur.] Verũ est, quod nõ legit assensus metropolitanorum sm canones, id est, legitimus: benetamẽ legitur cõsensus episcoporum. ar. inf. ea. c. 1. illa autẽ determinatio, quæ præcedit, sm canones, soluit contra.
c ¶ Nec canonibus.] Coniunctim accipe hęc duo diuisa.
d ¶ Religiosis.] Infra 16. q. vlt. laicis.
e ¶ Debere.] Inf. 9. q. 3. cap. 2.
f ¶ Qui merito.] Supra 20. dis. non vos.
g ¶ Primatũ.] Infra 9. q. 3. nemo. & cap. antiquis.
h ¶ Tribuere.] Supra dist. 16. c. 1. & 2.
i ¶ Carere.] Supra distin. 21. in tantum.
k ¶ Vel Stephani.] Iste tñ Stephanus, nõ dixit, nisi perlegatur, & sic per tale verbum intelligitur aliquis cõsentire, vt not. supra. 63. d. cũ Hadrianus.
l ¶ Ratione.] Ar. ra-

a ¶ Actio-

a ¶ [Cum in Mausoleo.] *Hoc initium scriptura Basilij in tomis cõciliorum, & codice canonum sic habet*, Cum in vnũ apud beatum Petrũ Apostolũ resedissent, sublimis &c. *Omnino autem multa sunt huius capituli varietates in exemplaribus Gratiani, in varijs cõciliorum editionibus, & in codice canonum: ex quib. ea tantum partim indicatæ, partim notatæ sũt, quæ maioris põderis sunt visa.*
g ¶ Reuocare.] *Sic est emẽdatũ ex oibus cõcilij exẽplarib. & impresis, & manuscriptis, cũ antea legeretur*, retinere.
y ¶ Qua pœna.] *In omnibus editionibus conciliorum legitur*. Quam pœnam placuit accipientis hæredes

a ¶ Actione.] Dicitur prima actio: quia fiebat pro prima die in synodo, 16. q. 7. in nona.

b NOs.] ¶ Interesse. Similiter solebat interesse electioni Papæ propter hæreticorum scandalum. argum. dist. 63. quia sancta.

c ¶ Imperatoris. Reprehēdit ergo hic Nicolaus Imperatores, qui conciliis episcoporum interesse volebant, quod non est faciendum, nisi vbi de fide tractatur, quæ communiter pertinet ad omnes tam clericos quam laicos.

f ¶ Vbi nam.] Hæc quatuor cap. [1] loquuntur de materia Ignatij, de quo dicitur su. 21. d. submittitur. Arg. omissum intelligi quod scriptū nō inuenitur, ar. 10. q. 1. hanc consuetudinem, de cons. d. 4. cum itaque, &c. seq. ff. de verb. obli. quid quid.

pro hæredesque respicere. *In codice vero canonum manu scripto non est dictio*, pro, hæredesque.

Vnde in sexta actione [a] *Chalcedonensis concilij Martianus Imperator dixit inter cætera.*

¶ Imperatores ad fidem cōfirmandam, non ad potentiam ostendendam synodo interesse debent. Cap. II.

Ansl. l. 3. c. 107.

NOs ad fidem confirmandam, nō ad potentiam ostēdendam, exemplo religiosissimi principis Constantini synodo interesse [b] voluimus; vt inuenta veritate [c], nō vltra multitudo prauis doctrinis attracta discordet.

Item ex eadem sexta actione, in fine.

¶ De eodem. Cap. III.

Ansel. ibidem. Deusdedit p. 3.

QVædam capitula sunt, quæ ad honorem vestræ reuerentiæ vobis seruauimus [d], decorum esse iudicantes à vobis hæc regulariter potius firmari per synodum, quàm nostra lege sanciri [e].

Item Nicolaus Papa in epistola ad Michaelem Impe. quæ incipit: [*Proposueramus.*]

¶ Synodali conuentui Imperatores interesse non conuenit, nisi vbi de fide agitur. Cap. IIII.

Ansl. l. 1. c. 75.

VBi nam [f] legistis, Imperatores antecessores vestros synodalibus conuentibus interfuisse [g], nisi forsitā in quibus de fide tractatum est, quæ vniuersalis est; quæ omnium communis est; quæ non solum ad clericos [h], verum etiam ad laicos, & ad omnes omnino pertinet [i] Christianos?

Ansl. ibidem.

Idem in eadem epistola.

¶ De præsulibus diuinarum rerum, qui humanis rebus præsunt, iudicare non possunt. Cap. V.

su. d. 10. c. quoniam. Ansl. ibidem.

DEnique [k] hi, quibus tantum humanis rebus, & non diuinis præesse permissum est, quomodo de his per quos diuina ministrantur, iudicare [l] presumāt [m], penitus ignoramus.

Idem paulo inferius.

¶ Nec etiam Imperator iura Pontificis, nec Pontifex iura regia vsurpet. Cap. VI.

CVm [n] a ad verum [o] ventum est: vltra sibi nec Imperator iura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomē

g ¶ Interfuisse.] Nisi rogatos [2]. 63. d. Hadrianus.

h ¶ Ad clericos.] Dic φ hoc nomen, clericos, stricte accipitur vnde per fidē, & ad omnes, &c. comprehendit Deo deuotos & tales personas. Vel dic prout sonat.

i ¶ Pertinet.] Arg. φ omnes tāgit, ab omnibus debere tractari, & ap pbari. [3] ar. d. 66. c. 1. C. de. au. prestan. veterem. de hoc extra de ijs, quę fi. a præla. c. fi.

DEnique. CASVS. Statuit hic Nicolaus, vt Imperatores, qui tantum rebus humanis præsident, se de rebus ecclesiasticis nō intromittāt, nec de clericis iudicent.

K ¶ Denique.] Arg. φ episcopus in causis ecclesiasticis laicum non possit præficere. Arg. cōtra. supra ea. bene quidē.

l ¶ Iudicare.] Infra 17. q. 4. diffiniuit. cōtra. in fi. sed ibi dic, principis, idest principalis personæ: vel idest episcopi. 35. d. ecclesiæ.

m ¶ Presumant.] Ar. φ clericus diffinitio nib. principū & laicorū nō debeat supponi [4]. nisi per reconuentionem.

1 Scilicet istud, & tria seq.

2 Et sm hoc cessat cōtrarium. 35. q. 4. ad eadem. Arch.

Quod omnes tangit, dēt ab oib. approbari.

3 Concor. extra de his quæ fi. a pl. fi. cons. cap. ulti. ibi. videas.

4 Concor. tex. in l. i. C. de sum. trin. & in l. mercatores. C. de con. & merca. & in l. 2. cum gl. C. de eunuc.

c ¶ Inuenta veritate.] Et ita vr̄ φ possit de fide catholica disputari ar. contra. C. de sum. trini. nemo. 24. q. 3. cū quibus. Respondeo: dubitando non licet disputare de ea: quia dubius in fide hæreticus est, ext. de hære. dubius. alias disputatur, infra ca. satis 23. quæst. 6. vides. C. de episc. & cle. quoniam.

Disputari vtrum possit de fide catholica.

QVædam.] Infra ca. satis.

d ¶ Seruauimus.] Confirmanda, & terminanda. Hugo.

e ¶ Sanciri.] q. d. volumus eam per nostram legem siue constitutionem determinari & confirmari. H.

VBi nam.] CASVS. Hæc quatuor cap. de ignatio loquuntur iniustè deposito auctoritate Michaelis Im peratoris. Reprehēdit ergo hic Nicolaus Imperatores, qui conciliis episcoporum interesse volebant...

CVm ad verum.] CASVS. Michael Imperator, authoritatem præstitit, & præcipit, vt Ignatius Constantinopolitanus patriarcha ab epīs deponeretur: qđ factum est, sed dicit Nicolaus Papa, quod hoc facere non potuit, nec debuit: nā cū in veteri testamēto eadem psona Rex erat, & sacerdos, & tpalia simul cum spiritualibus adminiſtrabat. Sed postq̄ Christus venit in mundū, pcepit vt Rex tm̄ terrenis p̄videret: Pontifex uero cęlestia dispensaret: ne pp superbiā dignitatis vtriusq; alteruter supbiret sed sibi inuicem (si necesse fuerit) auxilium prębeāt.

n ¶ Cum.] Hoc cap. expositum est supra. 10. dist. quoniam ideo hic non labores.

o ¶ Ad uerū.] i. ad discussionē ueri: uel. i. ad tps Christi,

Imperatorium vsurpauit[a]: quoniam idem mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus sic actibus proprijs[b], & dignitatibus distinctis, & officia potestatis vtriusq; discreuit[c] ppria volēs medicinali humilitate sursum efferri, non humana superbia rursus[d] in infernum† demergi, vt & Christiani Imperatores pro æterna[e] vita Pōtificib. indigerent, & Pontifices pro cursu tēporalium[f] tantummodo[g] rerum Imperialibus legibus vterentur: quatenus spiritalis actio carnalibus distaret incursibus: & ideò militans Deo minimè se negocijs sæcularibus implicaret; ac vicissim non ille rebus diuinis præsidere videretur, qui esset negocijs sæcularibus implicatus.

† al. infirna. — 2. Tim. 2.

a ¶ Ad verum.] *Post vltima verba capitis antecedentis sequitur continenter in eadem Nicolai epistola.* Fuerunt hæc ante aduentum Christi, vt quidam typice reges simul, & sacerdotes existerent, Quod sanctum Melchisedech fuisse sancta prodit historia; quodq; in mēbris suis diabolus imitatus. (vtpote, qui semper quæ diuino cultui conueniunt; sibimet tyrannico spiritu vendicare contendit) vt pagani Imperatores ijdem & maximi Pontifices dicerentur. Sed cum ad verum ventum est, eundem Regem atq; Pontificem, vltra sibi, &c. *Nihil autem mutatum est, & ob glossam, & quoniam est initium capitis. Nonnulla verò alia huc pertinentia notata sunt supra dist. 10. c. quoniam.*

Gen. 14.

Idem in eadem paucis interiectis.

¶ A sæculari potestate Pontifex prorsus nec solui, nec ligari valet. Cap. VII.

SAtis euidenter ostenditur[h], à sæculari potestate nec ligari prorsus, nec solui posse Pontificē; quem constat à pio principe Constantino (quod longè superius memorauimus) Deum appellatum[i]: nec posse Deum ab hominibus iudicari manifestum est. Sed & Theodosius minor a sanctę synodo scribens Ephesinę primę[k], dixit: [Deputatus est igitur Candidianus magnificentissimus comes strenuorum domesticorum transire vsq; ad sanctissimam synodum vestram, & in nullo quidem ijs quæ faciendę sunt de pijs dogmatibus quæstiones, seu potius[l] expositiones, cōmunicare. Illicitum namq; est eum, qui nō sit ex ordine sanctissimorum episcoporum, ecclesiasticis inter-

Ansel. l. 1. c. 72. — Rufinus in hist. lib. 1. c. 2.

a ¶ Vsurpauit.] Arg. cum istæ potestates sint diuisæ. Imperator non habet gladium a Papa, ut inf. ca. in scripturis, & c. duo & c. si Imperator, & 93. dist. legimus, & qa Imperium a solo Deo est. 23. q. 4. quæsitum. Argu. contra. 63. distin. cap. 1. & c. tibi domino. Item quia Petro sūt datæ claues cęlestis & terreni Imperij. 22. d. c. 1. Itē qa deponit Imperatorē 15. q. 6. alius, & c. iuratos, & 1. q. 4. qa præsulatus 2. quære. 3 de hac materia. 10. d. c. quoniam.

b ¶ Proprijs.] idest, Imperij & sacerdotij: vel proprijs quo ad Christū qdā. n. gessit tanquā Imperator: puta cum eiecit de templo, & c. 2. q. 7. accusatio, & cū coronam de spinis portauit, qđ est signum regni. 12. q. 1. duo quædā gessit, ut sacerdos: quando se ipsum obtulit in ara crucis pro sacrificio.

c ¶ Discreuit.] Imò uidetur contra: quia nō discreuit, sed cōfudit cum ipse unus & idē utrumq; officiū gessit. Sed dic, ꝙ ideo ipse utrūq; officiū gessit per se, ut notaret, ꝙ ex eodē fonte pcesserūt. 21. dist. cleros in fin. nā dicit lex, quod summa nobis dona à Deo concessa sunt, scilicet sacerdotium & Imperium in Authē. quomodo oporteret episcopos. I pri. coll. 1.

d ¶ Rursus.] Primus per superbiā cecidit. unde homines in infernū demergebantur. Christus autem nos humilitate sua sursum erexit: sed si haberēt oēs oīa officia, superbirent, ita, ꝙ iterū demergerentur in infernum.

e ¶ Pro æterna.] inf. de pen. dist. 1. multiplex.

f ¶ Temporalium.] Arg. ꝙ in causis spiritualibus (ut in matrimonio) non sit utendum legibus Imperialibus, arg. 31. q. 2. inter hęc 11. q. 1. continua arg. de consec. dist. 3. celebritatem. Sed in alijs licet eis uti, si nō obuient canonibus 3. arg. d. 10. si in adiutorium. arg. d. 54. ex antiquis. Ber.

g ¶ Tantummodo.] Hoc aduerbium determinat tantum illud adiectiuum, temporalium, non illud uerbum uterentur: & sic est falsum hic notatum ab Hug. arg. quod in causis spiritualibus, &c. Nam bene licet leges allegare in spiritualibus 35. q. 5. ad sedem. 15. q. 3. §. cum autē Lau. 4. uel dic tantummodo, idest, maximè sic econtra. 12. q. 3. si quis episcopus.

Imperator utrum hēat iurisdictionem à Papa.

1 Concord. tex. in Auth. ut ppo. nouo imp. I prin. coll. 6.

2 In princ. sed parum facit.

Christus quędam, ut Imperator, & quædam ut Rex gessit.

Christus officium sacerdotis, & Imperatoris gessit.

Christus humilitate sua omnes erexit.

Legibus an sit utendum in causis spiritualibus.

3 Adde quid quādo contrariantur canonibus not. Cy. in l. fi. C. de Iter. matter pu. & tuto. & in authē. cassa. C. de sacrosanct. eccl.

4 Adde ad

SAtis.] CASVS. Ostendit hic Nicolaus, ꝙ Ignatius auctoritate Michaelis Imperatoris deponi non potuit & hoc probat duobus exemplis, scilicet Constantini, & Theodosij Imperatorum.

h Ostenditur.] In alia parte c. quæ hic non est.

i ¶ Appellatum.] Legitur. n. omnes clericos Deos appellasse, ut 11. q. 1. sacerdotibus 12. [illegible] futurā, secūdū hanc rationem [illegible] ab episcopo [illegible] clerici, sed hoc dixit, ut ostenderet, quanti sint habendi. [illegible] extra de iudi. nouit.

k ¶ Ephesinæ primæ.] Quia secunda non est recepta in auctoritate.

l ¶ Seu potius.] Optimè [illegible] quia quæstiones non debent fieri super [illegible] extra de hæreticis [illegible]. Dogma [illegible] est [illegible] in fide: [illegible] est anguis [illegible] dogmare domus, 23. q. 2. si quis.

4 ¶ Appel- hoc Cyn. & Pet. de Bel. Perti. in l. 1. C. quæ sit lōga consuet. & in l. cum clericis. C. de episc. & cler.

Dubitādum nō ē de fide. Dogma, & doma differunt.

Potest-

IN scripturis.] CASVS. Ludouicus Imperator quando audiebat sacerdotem deliquisse, statim erat paratus credere & punire. Sed Nicolaus docet, hoc non esse faciendum, sed potius esse defendendum, & peccatum eorum celandum: quod probat duobus exemplis, scilicet Constantini, & exemplo filiorum Noë, scilicet Sem & Iaphet, qui verenda patris operuerunt.

a ¶ In scripturis.] 11.q.1.c.sacerdotibus.

b ¶ Et cooperirem.] ff.de iniur. cum qui nocentē. cōtra. Sed hoc de occulto ꝙ nō posset probari: quia talia non habēt vindictam: & sic solue cōtrarium illud 83.di.c.3. illud autē in manifestis, in quibus etiam nō deberet eum prodere, vt no.2.q.1.si peccauerit.

Crimina occulta vindictam nō habent.

misceri tractatibus †.] *& post pauca.* ¶ His itaque manifeste repertis apparet comministrum nostrum Ignatium per Imperialem tantūmodo sententiam, nullo modo potuisse prorsus expelli. In cuius damnatione, quia præsulum quoq; assensus est subsecutus, apparet id causa fuisse patratum adulationis, non legitimæ sanctionis.

† σχήμασιν.

a ¶ Theodosius minor.] *Verba hæc sunt accepta ex epistola Thodosii, ac Valentiniani Imperatorum synodo Ephesinæ per Candidianum missa, quæ est in extremo primæ actionis ipsius synodi. In versione antiqua, quæ seruatur in bibliotheca Vaticana, & quæ Lutetiæ edita est, eadem planè hoc loco habentur verba cum his, quæ refert Nicolaus, & optime conueniunt cum Græcis.*

c ¶ Contegatis.] Et tñ corripiatis 2. q.1. si peccauerit hoc de occultis itelligitur. nā de manifestis cogimur accusare, præmissa tñ admonitione. 2. q.7. quapropter. Ar. cōtra 15. q.2.c.vlt.& q.5.c.1.

Idem Ludouico Imperatori.

Habentur aliqua in ead. epist. ad Michaelem. Ans. ibidem.

¶ Facta Pontificum Imperator iudicare non debet. Cap. VIII.

IN scripturis [a] narratur Cōstantinus Imperator dixisse: [Vere si proprijs oculis vidissem sacerdotem Dei, aut aliquem eorū, qui monachico habitu circumamicti sunt, peccantem, chlamidem meam expoliarem †, & cooperirem [b] eū, ne ab aliquo videretur.] In quibus desideratissime fili necessariò cōmonemini, vt quemadmodum fide, & religione, ac honoris parilitate ei adæquari videmini: ita quoque humilitate, atq; deuotione æquipararì nihilominus anheletis: ita vt in nullo inferior eo, sed potior inueniamini post illius exempla, qui talē se exhibuit ante alia † prorsus exempla. Sed hoc quidam diximus cautos vos reddere cupientes, vt si de Domini sacerdoribus, qui iure Patres dicuntur, aliquid contigerit vos audire, quod confusionem pijs mentibus ingerat, nō infrunitum, sed pudoratos filios Noë imitantes paternam de reliquo verecūdiam contegatis [c], vt affluenti, quemadmodum & illi benedictione repleri, moderante Domino mereamini.

† explicassem, & cooperuissem eum.] Nicolaus in episto. ad Mich.

† al. talia.

Gen.9.

QVis dubitet.] CASVS. Hermanus eps interrogauit, an pōtifices regibus & principibus sint subijciendi. Et rñdet, ꝙ non; & hoc probat duob. similibus, s. filij & discipuli: qui insani reputātur, si velint sibi patrem & magistrum subiugare.

1 Scilicet ad textum capituli.

d ¶ Si filius.] 21. dist. nolite. sic in Auth. de nu. §. si vero. coll. 4. vbi dicit, ꝙ erubescit lex filios esse correctores patrum. sit tñ pater caderet ī furorem, filius daretur tutor: vt eū regeret. ff. de tut. & cura. da. ab his. l. his qui 6.q.1. oues. & c. sacerdotes.

Filius patrē corrigere nō debet.

Item ex epistola Gregorij septimi ad Hermanum Metensem episcopum, lib.8. epist.21.

¶ Regum & principum patres; & magistri sacerdotes esse censentur. Cap. IX.

Ans. li.1.c.84. Iuo p.5.c.378. Pana. li.5.c.108.

Concord. Alc. de Imo. in l. p̄fsoliter col. 2. ff. de in ius voc.

QVis dubitet sacerdotes Christi, regum & principū omniumque fideliū patres, & magistros censeri †. Nonne miserabilis insaniæ esse cognoscitur, si filius [d] patrem, discipulus magistrum sibi conetur subiugare, & iniquis obligationibus illum suæ potestati subijcere, à quo credit non solum in terra, sed etiam cœlis se ligari posse, & solui?

In eadem epist. Gregor. vii. Cap. li. 5.c.167.

Item Gelasius Papa Anastasio Imperatori.

¶ Auctoritas sacra Pontificum, & regalis potestas, huius mundi gubernacula regunt. Cap. X.

Con. Paris. li.1.c.3. Poly. li.1.tit.27. Ansel. li.1.c.73. Pana. li.5.c.109.

DVo *a*

DVo sūt. CASVS. Gelasius Papa, & Anastasius Imperator contendebant de præeminentia vnius ad alterū, & de præeminentia dignitatum, sed Gelasius ostēdit hic, ꝙ auctoritas pōtificalis longè maior est, quàm culmē Imperialē. Et hoc probat duabus rationibus. Prima ratio est: quia Papa de anima Imperatoris & aliorū redditurus est rationē. Secūda est: quia colla regum & principum submittuntur genibus sacerdotum. Et hoc pbat duob. exēplis, s. Innocentij, & Ambrosij: qui Arcadium, & Theodosiū propter

propter suos excessus excommunicauerunt. Prima ratio est ibi, [In quibus tanto grauius.] Secunda est in fine. Exempla sunt in medio.

les sunt esse ecclesiæ subiectos. Si verò contra hanc Dei dispositionẽ facere voluerit Imperator tanquam ingratus perdat potestatem, quam ab ipso est consecutus.

Duo [a] sunt quippe Imperator Auguste; quibus [b] principaliter hic mundus regitur: auctoritas [c] sacra Pontificum, & regalis potestas. In quibus [d] tãto grauius pondus est sacerdotũ quãto etiã pro ipsis regibus † hominum, in diuino sunt reddituri examine rationẽ [e]. † *& post pauca.* [Nosti itaque inter hæc ex illorum te pendere [f] iudicio [g]; nõ illos ad tuam redigi posse † voluntatem.] ¶ Talibus igitur institutis, talibusque fulti auctoritatibus plerisque Pontificum, alij Reges, alij Imperatores excommunicauerunt. Nam si speciale aliquod de personis principum requiratur exemplum; beatus Innocentius Papa Arcadiũ Imperatorem (quia consensit [h], vt sanctus Ioãnes Chrysostomus a sua sede pelleretur) excommunicauit [i] [β]. Beatus etiam Ambrosius, licet sanctus, nõ tamen vniuersalis ecclesiæ episcopus pro culpa, quæ alijs sacerdotibus nõ adeò grauis videbatur [k], Theodosium magnum Imperatorem excommunicans ab ecclesia exclusit: qui ẽt in suis scriptis ostendit; quòd aurũ nõ tam pretiosius sit plumbo, quàm regia potestate sit altior dignitas sacerdotalis, hoc modo circa principium sui Pastoralis scribens. Honor, fratres, & sublimitas episcopalis nullis poterit comparationibus adæquari. Si Regem fulgori compares, & principum diademati; longè erit inferius, quàm si plumbi metallum ad auri fulgorem [l] compares: quippè cum videas regum colla, & principum submitti genibus sacerdotum; & osculata eorum dextera: orationibus eorũ credant se communiri.

† *al. regiminibus.*

† *al. velle.*

Amb. de digni. Sacerd. c. 2.

[α] ¶ Duo sunt.] *Caput hoc sumptũ est ex eadẽ epistola Gregorij septimi, ex qua antecedens: & ab hoc initio vsque ad verb.* voluntatẽ, *sunt verba ipsius Gelasij ex epistola, quæ habetur impressa, citata a Gregorio septimo.*

[β] ¶ Excommunicauit.] *Si hic interponatur caput*, Alius item *infra 15 q. 6. hæc pars epistolæ integra habebitur.*

Item Ioannes Papa.

Imperatores debent Pontificibus subesse, non præesse. Cap. XI.

Poly. li. 1. tit. 19. Ans. lib. 4. cap. 12. ex Ioanne viij.

SI Imperator catholicus est, (quòd salua pace ipsius dixerimus) filius est [m], nõ præsul ecclesiæ. quod ad religionẽ competit, discere ei conuenit, nõ docere: [n] habet priuilegia suæ potestatis, quę administrãdis legib. publicis diuinitus [o] cõsecutus est; vt eius bñficijs nõ ingratus

a ¶ Duo sunt.] In Authen. quomodo oportet episco. in princ. coll. 1. supra dist. 1. humanum.

ADDITIO. Ibi soluitur. facit ad ista 2. q. 8. §. item cum Dauid. Archid.

b ¶ Quibus.] Vt ab eis. sunt autem alia duo quibus aut per quæ regitur, vt s. d. 1. humanum genus.

c ¶ Auctoritas.] Neuter pẽdet ex reliquo & ita est ar. pro Imperatore; qa diuinitus cõsecutus est Imperiũ. inf. ea. ca. pxi.

Imperator Imperiũ diuinitus est consecutus.

d ¶ In quibus.] Id est, per quos. nam dicit lex, quod parum est ius in ciuitate esse. nisi sint per quos ius reddat. ff. de orig. iu. l. 2. §. post originẽ.

e ¶ Rationẽ.] Infra 18. q. 2. cognouimus.

f ¶ Te pẽdere.] Quo ad spiritualia. inf. de pœn. d. 1. multiplex.

g ¶ Iudicio.] Zacharias quoque Papa Regem Francorum deposuit, & in locum eius Pipinum substituit, vt j. 15. q. 6. alius.

Regem Frãcorum Papa deponere potest.

h ¶ Consensit.] Arg. cõsentientem maiori pœna adstringi quam facientem. arg. 24. q. 3. qui aliorum. arg. sup. 86. distin. tanta nequitia.

i ¶ Excõicauit.] No. principem posse excommunicari etiam à quouis episcopo s. dist. 63. Valentinianus arg. inf. 11. q. 3. si autem vobis. videtur tamẽ, quod hoc fecerit ex delegatione synodi: quod innuitur ex illo, pro culpa, quæ ab alijs sacerdotibus. &c. Sed primum est verum.

Princeps & ab episcopo excommunicari potest.

K ¶ Videbatur.] Sed malè: quia licet pro minimis causis non fit quis excõicãdus, vt 11. q. 3. epi. tñ quælibet contumacia digna est excõmunicatione, immo tanto maior videtur contumacia, quanto ex re minori consurgit, 2. q. 7. non potest.

Excõicãdus quis nõ est pro minimis causis.

Cõtumacia tanto maior est, quanto ex re minori consurgit.

l ¶ Fulgorem.] Et quanta est differentia inter solem, & Lunam, tanta est differentia inter Imperium & sacerdotium, extra de maio. & obed. solitæ.

Imperium minus est sacerdotio.

SI Imperator.] CASVS. Imperator volebat iudicare de causis clericorũ & sacerdotum: Sed Papa probat, quod hoc facere non debet: quia ipse filius est ecclesiæ, & nõ præsul: & quia Deus voluit sæculi principes, si fide-

m ¶ Filius est.] inf. 23. q. vlt. conuenior. qui tamen prælati ecclesiarum dicantur. dixi 11. q. 3. præcipuè.

n ¶ Non docere.] infra 16. q. 1. adijcimus.

o ¶ Diuinitus.] Non ergo a Papa. Nam Imperium à solo Deo est, vt 23. q. 4. quæsitum. nam à cœlesti maiestate habet gladij potestatem. C. de vet. iu. enu. l. 1. in prin. quod concedo de vero Imperatore. Sed quis est verus Imperator? Dicunt quidam, quod Cõstantinopolitanus: sed iste alius procurator est siue defensor Romanæ ecclesiæ. arg. de conse. dist. 5. in dic. §. hinc. & hinc Rom. ecclesi. cõcedit gladij ptãtem, & coronam. Sed contra extra de elect.

Imperator verus qs est.

Papa transtulit Imperiũ.

de elec. venerabilem. Dicitur ibi quòd Ro. ecc. transtulit imperium in occidentem a Græcis, & ita iste Romanus est verus Imperator.
ADDITIO. Ad hoc extra de iud. significauerũt. in prin. Archid.
a ¶ Quas. pro talibus personis pro quib. licitum sit ei contra quẽlibet agere: quas habes. ff. de postu. l. hi qui. & 3. q. 7. §. tria. in fin. s. in propria causa, vel parentum suorum, vel pupillorum suorum. Simile est inter vasallum, & Dominum, vt infra. 22. quæstio. vltim. de forma. Simile de aduocatis, C. de aduoc. diuers. iudic. l. 2. C. de reuo. do. l. 1. & 7. q. 1. qa frater. & dixi de hoc 2. qõ. 1. nulli. Hoc tamen exaudio de ecclesia, ad quam intitulatus est, pro qua stare põt contra quãlibet ecclesiã, et in qua habet beneficium; quia saluum fuit ius primæ: immo si aliquod munus ei iniungitur ab ecclesia, nullã excusationẽ potest ptendere, C. de excu. tut. libertos, 23. q. 1. in summa.

contra dispositionem cœlestis ordinis nil vsurpet. Ad sacerdotes enim Deus voluit, quæ ecclesię disponẽda sũt, pertinere, non ad sęculi potestates, quas,[a] si fideles sunt, ecclesiæ suæ sacerdotibus voluit esse subiectas. Nõ sibi vindicet alienum ius,[b] & ministerium, quod alterĩ deputatum est: ne cõtra eum tendat abrumpi, a quo omnia cõstituta sunt, & cõtra illius beneficia[c] pugnare videatur, a quo propriam consecutus est potestatem. Non a legib. publicis, non a potestatibus sæculi, sed a põtificibus, & sacerdotibus omnipotens Deus Christianæ religionis clericos, & sacerdotes voluit ordinari, & discuti,[d] recipique de errore remeantes. Imperatores Christiani subdere debent executiones suas ecclesiasticis prӕsulibus,[e] non præferre.

d ¶ Et discuti.] Ergo antequam esset aliqua cõstitutio, etiã clerici nõ erãt de iurisdictione sęculari, vnde omnes constitutiones, quæ emanauerunt, quod clerici non sunt iudicãdi, nisi ab episcopis, non sunt nisi iuris declaratio. Ioan.

Item Gelasius ad episcopos Orientales.

¶ De eodem. Cap. XII.

In originali hæc pẽdent ex superiorib. Polyc. ibidem. Ans. l. 6. c. 157.

NVnquam de pontificibus, nisi ecclesiam iudicasse; nõ esse humanarum legum de talibus ferre sñiam, absque ecclesiæ principaliter cõstitutis põtificibus, obsequi solere principes Christianos decretis ecclesiæ, non suã præponere potestatem; episcopis caput subdere principem solitum, non de eorum capitibus iudicare.

e ¶ Præsulibus.] Hic benedicit: nam dicit lex, ꝙ si iudex secularis iudicauerit clericũ esse dãnandum, primo debet exui priuilegio clericali, vt 11. q. 1. si qs in Authẽ. vt cler. apud ꝓprios §. illud plane. coll. 6. licet illud hodie nõ teneat. ti. ex. ã iu. at si clerici. &c.

Clerici nunquã fuerunt d iurisdictione sæculari.

Ans. l. 4. c. 22. Deusdedit l. 4. c. 1.

¶ [De eodem.] PALEA. Cap. XIII.

j CONstantinus Imperator coronam, & omnem regiã dignitatem in vrbe Romana; & in Italia, & in partibus occidentalibus Apostolico cõcessit. Nam in gestis beati Syluestri (quæ beatus Papa Gelasius in concilio 70. episcoporum a catholicis legi cõmemorat, & pro antiquo vsu multas hoc imitari dicit ecclesias) ita legitur.

¶ *Apud Anselmum lib. 4. pro rubr. cap. 32. hac habẽtur.* Quòd Constantinus Imperator Papæ concessit coronã, & omnem regiam dignitatem in vrbe Romana, & Italia, & in partibus occidentalibus. *In principio verò eiusdem cap. 32. hac leguntur.* In gestis beati Syluestri, &c. *vsque ad finem huius, & seq. palea, quemadmodum etiã in collectione Deusdedit.*

NVnquam.] CASVS. Decreuit Io. Papa, vt de põtificib. & alijs clericis tũ ecclesia iudicaret, & nõ Imperatores; q subesse debẽt, & non præferri.

COnstantinus Imperator.] CASVS. Palea ista non legitur in scholis, in qua cõtinet priuilegiũ, ꝙ Cõstãtinus ꝯcessit Romanæ ecclesiæ, scilicet vt primatum inter omnes ecclesias obtineret, & in quo possessiones, & insignia dignitatis ei concessit, & hoc fecit eo tempore, quo Cõstãtinus ad partes Orientales se transtulit, cum in eodem loco duo Pontifices non bene morarentur. Et statuit, vt nullus contra hoc priuilegium veniret, & pœnam minatur contrafacientibus.

In edicto Constantini, quod est post cõc. Neocæsariense. Ans. l. 4. c. 32. Deusdedit ibi.

¶ [De eodem.] PALEA. Cap. XIV.

ij CONstantinus a Imperator quarta die sui baptismi priuilegiũ Romanæ ecclesiæ pontifici contulit, vt in toto orbe Romano sacerdotes ita hũc caput habeãt, sicut iudices Regẽ. In eo priuilegio ita inter cætera legi-

a Concor. tex. in l. qui cum maior. §. pen. & fi. cum ibi not. ff. de bo. lib.

a ¶ Quas.] Ergo debet dici bona potestas est ista.
b ¶ Ius.] Supra d. 10. Imperium, & c. certum est 11. q. 1. si tributum.
c ¶ Beneficia.] Arg. clericum stantem contra ecclesiam vnde habet beneficium debere illo priuari. i. nisi forte

tur. [Vtile ß iudicamus vna cum omnibus Satrapis nostris,& vniuerso Senatu, obtimatibusque meis, etiam & cuncto populo Romanæ gloriæ imperio subiacenti, vt sicut beatus Petrus in terris Vicarius filij Dei esse videtur constitutus; ita & Pontifices,qui ipsius principis Apostolorum gerunt vices, principatus potestatem, amplius, quàm terrena Imperialis nostræ serenitatis mansuetudo habere videtur, concessam a nobis, nostroque Imperio obtineant, eligentes nobis ipsum pincipē Apostolorum †, vel eius vicarios, firmos apud Deum esse patronos. Et sicut nostram terrenā Imperialem potentiam, sic eius sacrosanctam Romanam ecclesiam decreuimus veneranter honorari. & amplius quàm nostrum imperium,& terrenum thronum, sedem sacratissimam beati Petri gloriose exaltari; tribuentes, ei potestatem,& gloriæ dignitatem,atque vigorem,& honorificentiam Imperialem. Atq; decernentes sancimus, vt principatum teneat tam super quatuor præcipuas sedes Alexandrinam, Antiochenam, † Hierosolymitanam, Constantinopolitanam, quàm etiam super omnes in vniuerso orbe terrarum ecclesias Dei; & Pontifex, qui pro tempore ipsius sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ extiterit, celsior, & princeps cunctis sacerdotibus totius mundi existat; & eius iudicio, quæque ad cultum Dei, vel fidei Christianorum stabilitatem procuranda fuerint, disponantur. *& infra*. ¶ Ecclesijs beatorum apostolorum Petri, & Pauli pro cōtinuatione † luminariorum, possessionum prędia contulimus, & rebus diuersis eas ditauimus, & per nostram Imperialem iussionem sacram tam in Oriente, quā in Occidente, vel etiam Septentrionali, & meridiana plaga, videlicet in Iudæa, Græcia, Asia, Thracia, Africa, & Italia, vel diuersis insulis nostra largitate ei † concessimus; ea prorsus ratione, vt per manus beatissimi patris nostri Siluestri summi Pontificis, successorumque eius omnia disponantur. *& infra*. ¶ Beato Syluestro patri nostro, summo Pontifici, & vniuersalis vrbis Romæ Papæ, & omnibus eius successoribus pontificibus, qui vsque in finem mundi in sede beati Petri erunt sessuri, de præsenti contradimus palatium Imperij nostri Lateranense, deinde diadema, videlicet coronam capitis nostri, simulque phrygium, † nec non,& superhumerale, videlicet lorum, quod Imperiale circundarè assolet collum; verum etiam, & chlamidem purpuream, atque tunicam coccineam, & omnia Imperialia indumenta; sed & dignitatem Imperialium pręsidentium, equitum, conferentes etiam, & Imperialia sceptra, simulque cuncta signa, atque banda, & diuersa ornamenta Imperialia, & omnem processionem Imperialis culminis, & gloriam potestatis nostræ. Viris autem reuerendissimis clericis in diuersis ordinibus eidem sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ seruientibus illud culmen, singularitate, potentia, & præcellentia habere sancimus; cuius amplissimus noster senatus videtur gloria adornari, idest patricios ʃ, atque Consules effici, nec non, & cæteris dignitatibus Imperialibus eos promulgamus decorari. Et sicut Imperialis militia ornatur; ita & clerum sanctæ Romanæ ecclesiæ ornari decernimus. Et quemadmodum Imperialis potentia officijs diuersis, cubiculariorum nempe, & ostiariorum, atque omnium excubitorum ornatur, ita, & sanctam Romanam ecclesiam decorari volumus. Et vt amplissimè pontificale decus præfulgeat, decernimus & hoc, clericorum eiusdem sanctæ Romanæ, ecclesiæ, manipulis, & linteaminibus, idest candidissimo colore decorari equos, ita, & equitare. Et sicut noster senatus calceamentis vtitur cum vdonibus, id est candido linteamine illustratis; sic vtantur, & clerici vt sicut cælestia, ita, & terrena ad laudem Dei decorentur. Præomnibus autem licentiam tribuimus ipsi sanctissimo patri nostro Syluestro; & successoribus eius ex nostro indicto, vt quem ζ placatus proprio consilio clericare voluerit, & in religiosorum numero clericorum connumerare; nullus ex omnibus præsumat superbe agere. Decreuimus itaque & hoc, vt ipse, & successores eius diademate, videlicet corona, quam ex capite nostro illi concessimus, ex auro purissimo, & gemmis pretiosis vti debeant, & in capite ad laudem Dei pro honore beati Petri gestare. Ipse verò beatissimus Papa, quia super coronam clericatus, quam gerit ad gloriam Beati Petri, omnino ipsa ex auro non est passus vti corona; nos phrygium candido † nitore splendidum resurrectionem Dominicam designans, eius sacratissimo vertici manib⁹ nostris imposuimus, & tenentes frænum equi ipsius pro reuerentia Beati Petri, stratoris officium illi exhibuimus, statuentes eodem phrygio omnes eius successores singulariter vti in processionibus ad imitationem Imperij nostri. Vnde, vt pontificalis apex nō vilescat, sed magis, quam terreni Imperij dignitas gloria †, & po-

† al. & eius successores.

† Antioc. Alexand.] orig. Impressum.

† al. concinnatione.

† al. eis liberaliter concessimus.

Iuo p.5.c.49. Pan.l.4.c.1.

† al. phrygii idest mitram.

Suidas in hoc verbo [illegible]

† al. candidi nitoris splendidum.

† al. & gloria potentia.

& potentia decoretur, ecce tam palatium nostrum, vt prædictum est, quàm Romanam vrbem, & omnes Italiæ, seu occidentalium regionum prouincias, loca, & ciuitates, præfato Beatissimo Pontifici nostro Syluestro vniuersali Papæ contradimus, atque relinquimus: & a successoribus eius per hãc diualẽ nostrã & pragmaticũ cõstitutũ decernimus disponẽda, atque iuri sãctę Romanę ecclesię cõcedimus permãsura. Vnde cõgruũ perspeximus nostrũ Imperiũ, & regni potestatẽ in oriẽtalib⁹ trãsferri regionibus, & in Byzãtię prouincię optimo loco, nomini nostro ciuitatẽ ędificari, & nostrũ illic cõstitui Imperiũ: quoniã vbi principatus sacerdotũ, & Christianę religionis caput ab Imperatore cœlesti cõstitutum est, iustũ nõ est, vt illic Imperator terrenus habeat potestatẽ. Hęc verò omnia, quę p hanc nostrã imperialẽ sacrã, & per alia diualia decreta statuimus, atque cõfirmauimus, vsque in finem mundi illibata, & incõcussa permanere decernimus. Vnde coram Deo viuo, qui nos regnare pręcepit, & corã terribili eius iudicio obtestamur per hoc nostrum Imperiale cõstitutũ omnes nostros successores Imperatores, vel cunctos Optimates, Satrapas etiam, amplissimũ senatũ, & vniuersum populũ in toto orbe terrarum, nunc & in posterum, cunctis retro temporibus Imperio nostro subiacentẽ, nulli eorũ quo quomodo licere hęc aut infringere, aut in quoq̃ cõuellere. Si q̃s aũt, quod nõ credimus, in hoc temerator, aut contemptor extiterit, ęternis condemnationibus subiaceat innodatus, & sanctos Dei, Principes Apostolorum Petrũ & paulũ sibi in pręsenti, & in futura vita sentiat cõtrarios; atq; in inferno inferiori concrematus, cũ diabolo, & omnibus deficiat impijs. Huius verò Imperialis decreti nostro paginã proprijs manibus roborãtes, super venerãdũ corpus beati Petri principis Apostolorũ posuimus. Datum Romę iij. Kal. Aprilis, Domino nostro Flauio Constantino Augusto quater, & Gallicano v.c. Coss.

¶ *Hæc palea in multis habetur exemplaribus, in quibus aliæ paleæ esse non solent.*

α ¶ Constantinus.] *Verba hæc vsque ad vers.* In eo, priuil. *non solum habentur apud Anselmum, & Deusdedit, sed etiam in gestis B. Syluestri in his, quæ a Cõstantino per octo dies post baptismum acta referuntur.*

β ¶ Vtile.] *Hinc vsque ad finem sumpta sunt ex gestis seu actis sancti Syluestri, in quibus multa p̃cedunt ac multa deinceps plenius narrãtur. Sed hic ea tãtum videntur relata, quæ in collectionibus Anselmi, & Deusdedit habẽtur. Titulus p̃prius huius partis in gestis ipsis est huiusmodi.* Priuilegium sãctę Romanę Ecclesię, quod cõstituit D. Constantinus Augustus sancto Syluestro episcopo vrbis Romę, & omnibus successoribus eius vsque in perpetuum, & obtulit super corpus beati Petri Apostoli. *De quo itẽ priuilegio Leo nonus in epistola prima, seu libello aduersus nouas atque præsumptiones Michaelis Cõstãtinopolitani, & Leonis Acridani episcoporũ, ca. 13. sic loquitur.* Pauca ex priuilegio eiusdem Constantini manu cum cruce aurea super cœlestis clauigeri venerabile corpus posito ad medium proferemus. *De ijsdem gestis, siue actis Gelasius in cõcilio LXX. Episcoporũ (& refertur supra dist 15. in cap. sancta Romana) sic loquitur, vt ea videatur approbare. Et in martyrologio Romano, & Vsuardi in festo Sãcti Sylu. legitur.* cuius actus clari hñr. *Inueniuntur verò etiã hodie peruetustis literis descripta in bibliotheca Vaticana, & Abbatia Nouantula: quorũ interpres in proœmio hæc ait:* Historiographus noster Eusebius Cæsareæ Palestinæ vrbis episcopus cum historiam ecclesiasticam scriberet, pretermisit ea, quę in alijs opusculis sunt, vel quę se meminit retulisse. Nam viginti libros omnium penè prouinciarum, passiones martyrum, episcoporum, & confessorum, & sacrarum virginum, ac mulierum continere fecit. Deinde secutus, & ab Apostolo Petro, omnium episcoporũ nomina, & gesta conscripsit, & earum vrbium, quę arcem pontificatus per Apostolicas sedes tenere noscuntur, vt vrbs Roma, Antiochia, Hierosolyma, Ephesus, & Alexandria. Harum vrbium episcoporum omnium pręteritorum nomina vsque ad tempus suum, & gesta Gręco sermone cõscripsit. Ex quo numero vnum Episcopum vrbis Romæ sanctum Syluestrum me de Greco in Latinum transferre præcipisti domine sancte, ac beate pater. *Quibus verbis, quicũq; sit auctor istius, p̃missa eadẽ gesta ab Eusebio Græcè scripta fuisse clarè profitetur. Quæ etiã in vetustissimis Põtificalibus, & codicibus in quibus sanctorum vitæ sunt descriptæ, in vita Beati Syluestri referuntur. Partem horũ actorum (quod ad baptismum Cõstãtini & imagines sanctorum Petri, & Pauli spectat) refert Hadrianus Papa in epist. Cõstãtino Imperatori, & matri Irenæ scripta. q̃ in sexta actione septimæ vniuersalis synodi h̃etur. Ipsum autẽ priuilegiũ ferè integrũ refert Leo nonus loco superius indicato, & Theodorus Balsamon in Photij nono canone, tit. 9. c. 1. quãquã alijs in rebus (q̃d Græci plerũque solent) Romanæ ecclesiæ*

Sicut quamuis.] CASVS. Hoc cap. habet duas partes. In prima dr, q sicut aliqua parua ciuitas non minuit ꝓrogatiuã regni, etiam si sit ibi sedes regalis; sic Imperator prerogatiuã ecclesię minuere nõ põt. In secũda di. q Pontifex quãtũcunq; sit malus: dummodo nõ sit hęretic⁹, ab Imperatore puniri nõ potest: Secunda pars incipit ibi, [Semp est.] a ¶ Sicut. Sẽsus est: sicut parua ciuitas non potest regnum impugnare: ita nec Imperium sacerdotium. Vel sic, licet episcopus sit in parua ciuitate. Rex tñ non põt iudicare de clericis eius, secũdũ hoc, dic dispensationis religiosæ, idest, episcopi cõstituti in parua ciuitate.

b ¶ Humanitus. idest, cõsuetudine humana, idest, fragilitate humanæ naturæ H.

c ¶ Non tamen contra religionem. Nã in eo casu posset à quocumque redargui. 40. dist. si Papa. vel etiam si schisma faceret. 23. q5. d Ligurib⁹. Et plures casus in q bus laici habent iurisdictionem super clericos, dixi 23. q. 5. principes.

d ¶ Nullatenus.] 63. dist. Valentinianus. Boni

Imperium non põt⁹ sacerdotiu impugnare.

Laici super clericos quãque iurisdictionem habent.

sic non satis aequus. Hanc eandem donationem ante Gratianũ testatarant Anselmus, Deusdedit, suo locis notatis: Quò ea pertinẽt, quæ Petrus Damianus in disceptatione synodali inter regiũ aduocatũ, & Romanæ ecclesiæ defensorẽ scripsit. Lege, inquit, Cõstãtini Imperatoris edictũ, vbi sedis Apostolicæ constituit super oẽs in orbe terrarũ ecclesias principatũ. Nã postquã supra corpus beati Petri basilicam fundator erexit, postquã patriarchiũ Lateranẽse in beati Saluatoris honore ꝯstruxit: mox ꝑ Imperialis rescripti seriẽ Romanæ ecclesię cõstituit dignitatẽ, vbi nimirũ Beato Syluestro, suisq; successorib. obtulit, vt regali more, & aurea corona plecterẽtur in capite, & cæteras regij cultus infulas vsurparẽt: Verũ B. Syluester ornamẽta, q̃ sacerdotali ꝯgruere iudicabat officio, ĩ ꝓprios vsus assũpsit: coronã verò, vel cætera q̃ magis ambitiosa, quàm mystica videbãtur, omisit. Cui ẽt Constantinus Lateranẽse palatiũ, qđ eatenus aula regalis extiterat, ꝑpetuò iure cõcessit, regnũ Italiæ iudicandũ tradidit. Nã ipsius Regis hæc verba sunt, Vnde congruũ, inquit ꝓspeximus nostrũ Imperiũ, & regni potestatem oriẽtalib. trãsferi, ac mutari regionibus, & in Bizantina ꝓuincia in optimo loco nomini nostro ciuitatẽ ædificari, & nostrum illuc constitui Imperiũ: quoniã, vbi principatus sacerdotũ, & Christianæ religionis caput ab Imperatore cœlesti constitutum, est iustum nõ est, vt illic Imperator terrenus habeat potestatem. *De hac eadem rescribit Ado Viennensis in commentario ætatis sextæ, & Gotfredus Viterbiensis in chronicis par 6. c. 2.*

γ ¶ Præsidentium equitum:] *Græcè est apud Balsamonem,* καὶ ἀξιώματα τῶν βασιλικῶν ἀλόγων, *idest,* & dignitates Imperialium equorum.

δ Idest patricios. *Locus hic Græcè sic hẽt* καὶ ἔχειν ἐκείνου τὴν ὑψηλότητα, καὶ μεγαλοσύνην, ἧς κεκόσμηται ἡ μεγάλη σύγκλητος ἡμῶν, ἤτοι εἰ πατρίκιοι, καὶ οἱ κόνσουλες, ἤτοι ὕπατοι, καὶ λοιπὰ ἀξιώματα. *i.* & illã hẽre celsitatẽ atq; amplitudinẽ, qua ornatus est magnus noster senatus, siue patricij & cõsules, siue hypati, & reliq; dignitates.

ε ¶ Cũ vdonibus] *Græcè totus hic locus hẽt paulò aliter,* καὶ ὡς ἡ ἡμετέρα σύγκλητος φορεῖ ὑποδήματα ὅτοι σανδάλια λάκα διὰ ὀθονίων, οὕτως, καὶ τὰ οὐράνια ὡς καὶ τὰ ἐπίγεια πρὸς αἶνον τοῦ θεοῦ. Et quemadmodum senatus noster fert calceos, seu sandalia cum linteis albis; ita etiam cœlestia, sicut terrestria ad Dei laudem.

ζ Quẽ placatus] ἵνα εἴ τις τῆς συγκλήτου βουληθῇ μετὰ ἰδίου θελήματος, καὶ εὐαρέστου γενέσθαι κληρικὸς, καὶ ἐν τῷ τῶν ἁγίων κληρικῶν συναριθμεῖσθαι μήτις τολμᾷ ἀπὸ πάντων ἐμποδίζειν τοῦτο. *i.* vt si quis ex senatu sponte suã, quodque ita ipsi libeat, voluerit fieri clericus, & in sanctorum clericorũ numerum adscribi, ne quis ex omnibus hoc audeat impedire.

η ¶ Hęc verò omnia.] *Hic quoq; est magna uerborũ uarietas, sed eadẽ fere sña.*

Item Gelasius ad episcopos Dardaniæ.

¶ Imperialis auctoritas religiosæ dispensationis mensuram non mutat. Cap. XV.

Sicut quamuis parua ciuitas prærogatiuam præsentis regni nõ minuit, sic Imperialis præsentia mensuram dispensationis religiosæ nõ mutat. *& infra.* ¶ Semper [a] est effectum in sacerdotali concilio de sacerdotibus iudicia prouenire. Nam qualescumque Pontifices sint, & si errore humanitus [b] accidente, non tamen contra religionem [c] vllatenus excedentes, nullatenus [d] videantur à sæculari potestate posse percelli.

Boni principis.] CASVS. Hic dicitur, quod officium principis est, ecclesias destructas restaurare, nouas ædificare, & clericos potius defendere quàm destruere, vel aliquo modo subiugare.

a ¶ Contritas 25.q.1.diuinis, &c.

b ¶ Restaurare.] 27.q.4.diffiniuit. 16.q.1. statuimus.

CASVS. Hic intitulatur 97. dist. in qua concludit Gratianus ex illo capitulo, bene quidē, quod nulli laico de rebus ecclesiasticis iudicare licet sine auctoritate ecclesiæ, & si aliter factum fuerit, irritum erit, nisi ecclesia subscribat, vel auctoritatem præstet. Et ideo videtur, quod constitutio, quam fecit Honorius Imperator su. 79. di. si duo. non valuit, cum fuerit a laico facta: postea soluit dicēs, quod si laicus inuitetur ab ecclesia vt de reb. ecclesiasticis faciat constitutionē, sicut fuit Honorius a Bonifacio inuitatus, valebit constitutio.

a ¶ Semper.] Mutatus est a collectore orationis ductus, ne quæ antecedunt, recitanda essent.

Item Marcellus Papa Maxentio a.

a ¶ Maxentio.] In impressis addebatur, episcopo, quæ vox abest ab omnibus manuscriptis.

Ansl.6.c.192. † al. regis.

¶ Ecclesias restaurare contritas, non Pontifices persequi boni principis est. Cap. XVI.

BOni principis est, ac religiosi † ecclesias cōtritas [a] atque conscissas restaurare [b], nouas ædificare, & Dei sacerdotes honorare, atq; tueri. Vnde sanctos Apostolos, eorumq; successores sub diuina contestatione constituisse legimus, non debere fieri persecutiones, nec inferri fluctuationes, nec inuidere laborantibus in agro Dominico, neque expellere æterni regis dispensatores.

DISTINCTIO XCVII.

† al. Pontificum. Dist.79. si duo.

HOc capitulo patenter [c] ostenditur, quid, nec Imperatori, nec cuilibet laico licēt decernere, vel de electione Pontificis †, vel de rebus ecclesiasticis. Quæcūque autem ab eis constituta fuerint, pro infectis habenda sunt, nisi subscriptione Romani Pontificis fuerint roborata. Vnde illud Honorij [d] Augusti, vt supra dictum est, vanum esse videtur, quod contra auctoritatem sacrorū canonum de electione summi Pontificis decernere tentauerit. Sed sicut ex eodem capitulo habetur, ecclesiæ precibus Imperator in præsumptores valet decernere: sicut pro defensione fidei quondam decreuisse leguntur, ne hæretici [e] aliquid nomine ecclesiæ possiderent. Ab ea autem non inuitati [f] de rebus ecclesiasticis aliquid disponendi non habent facultatem. Honorius verò Augustus non sua auctoritate, sed beato Bonifacio supplicāte, ecclesiasticæ quieti consulere, & concertantium ambitionem punire curauit.

Vnde idem Bonifacius episcopus supplicationis epistolam Honorio Augusto destinauit, dicens.

Epist.1.ad Honoriū.

¶ Epistola Bonifacij ad Honorium Augustum. Cap. I.

ECclesiæ [g] meę, cui Deus noster meū sacerdotiū, vobis res humanas regentibus, deputauit, nos cura cōstringit ne causis eius, quamuis adhuc corporis incōmoditate detinear, propter conuentus [h], qui a sacerdotibus vniuersis, & clericis, & Christianæ plebis pturbationib. agitātur [i], apud aures Christianissimi principis desim. Si .n secus quàm oporteat, eueniat; non vos id facere [k], qui cuncta æqua moderatione componitis, sed nos per nostrā tacentē † [l] desidiam videbimur, quod ciuitatis quie-

† al. tacentes.

c ¶ Hoc capitulo.] Respicit ad hanc d.97. illud c. bene quidem 96. dis. & assignat in hoc §. quādam contrarietatē, & dat postea solutionem.

d ¶ Honorij.] Supra d.79. si duo.

e ¶ Ne heretici.] su. d.8. quo iure. & 23. q.7.c.1.& 2.& 27.q. 3.c. nimium.

f ¶ Inuitati.] sup.d. 63. Hadrianus, & ca. in synodo.

ECclesiæ.] CASVS. Hæc est epistola Papę Bonifacij in qua supplicat Honorio Imperatori. In prima parte ostēdit Bonifacius, quod ipse ē solicitus de ecclesiastico statu, ne si negligens inueniatur, sit redarguēdus. In secūda rogat Honoriū pro pace, & quiete ecclesiæ seruāda, et multipliciter applaudēdo. In tertio rogat eū, vt suos legatos honorificè recipiat. Secūda ibi. [Ipsa enim ecclesia.] Tertia incipit ibi, [Hēt refugiū.]

g ¶ Ecclesiæ inf. ca. proxi. victor. cōtra. Sed vt ibi dicitur: iā erat in cōualescētia; adhuc tamen erat debilis: vt hic.

h ¶ Conuentus.] .i. conuenticulas. C. de epis. & cle. conuenticulam.

i ¶ Agitātur.] q.d. licet ad huc simus inualidi tū cura ecclesiæ nos compellit: vt inuigilemus ecclesiasticis negocijs, & pro eis intercedamus apud vos, quia multi clerici turbant ecclesiam Dei. Archidiaconus.

HOc capitulo patenter.] Hæc distinctio diuiditur in duas partes. Secunda ibi. [Sine signatus.] Io. de Fant.

k ¶ Facere.] .f. videmini.

l ¶ Tacentem.] Extra de testa. quia ingredientibus. & 63. dist. c. 1.

a ¶ Sub

d ¶ Quod vxor.] Historia. Legitur in tertio libro Regum, ꝙ cũ ægrotaret primogenitus filius Hieroboam, dixit vxori suę: Tolle tecum munera, & mutato habitu, vade ad Achiam prophetam, ut indicet tibi quid futurũ sit de puero. Quæ cum venisset ad prophetã: etsi prę caligine oculorum uidere non poterat, dixit tamen, Ingredere vxor Hieroboã: quare te aliam simulas? ego missus sum ad te durus nuncius. & cũ multa renunciasset ventura super domum Hieroboã, subintulit: Vade in domum tuam, in introitu tuo in vrbem morietẽ filius tuus: qui solus de semine Hieroboam in sepulchra patrũ suorum inferetur. Historia de Helisæo propheta in litera patet.

e ¶ Achiam hoĩem Dei.] Qui ei prædixit mortẽ filij Abię: & qui ei peccata sua exprobraret, & suã ultionem prædiceret, ut inf. ca. si quis inquit, dic ut 23. qō. ult. c. ult.

f ¶ In sumptũ.] Ad sumptus enim & sustentationẽ accipere licet. ext. de simo. cum sit. 23. quæst. 5. dicat. ff. de officio proconsulis, solent. ff. de officio ꝓsidis, plebiscito. Et ita ꝓsbyter * si pauper est, accipere potest ꝓ celebratione missæ. extra de præbendis, significatum. nisi sit proprius sacerdos de conse. dist. 1. sufficit.

* Presbyter pauper pro celebratione Missæ accipere potest. *Idest potest locari operas suas.*

ADDITIO. Quod no. 21. q. 2. cap. ultimo.

g ¶ Helisæus.] Qui misit signum in aquam, & natauit ferrum. infra de consecr. distinctio. 2. reuera.

& puerum respondisse: [Ecce inuenta est in manu mea quarta pars sicli pecuniæ, & dabo viro Dei, & annunciabit nobis viã nostrã.] Non. n. scriptum est, ꝙ Samuel acceperit, aut ꝙ illi obtulerint; quin potius a propheta pascuntur, & inuitantur ad prandiũ. Sed fac [a] eum accepisse: stipes magis æstimandæ sunt tabernaculi, q̃ munera ꝓphetiæ: siclus. n. viginti obolos hẽt: & quarta pars sicli, quinque sunt oboli. [b] Et nostri igitur sacerdotes, si volunt vendere prophetiam, & columbas in cathedris suis proponere, quas Dñs flagello subuertit, quinque α tantum obolorum sint mercede contenti: qui vtinam [c] non pretia villarum, sed quinque obolos acciperent. ¶ Hoc ipsum sonat, & in tertio Regnorum lib. ꝙ vxor [d] Hieroboam infirmante filio pergit ad Achiam hominẽ Dei, [e] & defert ei decem panes, β & crustulam, & vas mellis; quia γ hæc magis in sumptum [f] prophetæ, quam muneri prophetiæ reputãda sunt. Licet potuerint hi, qui ad ariolos ire consueuerant (quia multi diuini & arioli erant in Israel) mala cõsuetudine æstimasse id ipsum ẽt de ꝓphetis, & voluisse sanctis viris offerre qđ diuinis offerre consueuerãt. ¶ Vnde δ in 4. lib. Reg. † legitur, [ꝙ Helisæus [g] venit Damascum, & Benadad Rex Syriæ ægrotabat, annunciaueruntq; ei dicentes. Venit vir Dei huc: & ait Rex ad Azaelem: [h] Tolle tecum munera, & vade in occursum viri Dei, & consule Dominum per eum, dicens, si euadere de infirmitate hac potero. Iuit igitur Azael in occursum eius, habens secum munera, & omnia bona [i] Damasci, onera quadraginta camelorum.] Sed non est credendum accepisse: sicut de eodem Helisæo legitur, ꝙ Naaman mundatus a lepra obtulit [k] ei munera dicens: [Obsecro, vt accipias benedictionem a seruo tuo. At ille respondit. Viuit [l] Dominus, ante quem sto, quia non accipiam. Cumque vim faceret, [m] penitus non acquieuit.

Ioan. 2.

3. Reg. 14.

4. Reg. 8.
† al. Regnorum.

4. Reg. 5.

¶ Caput hoc in vno vetusto exemplari coniunctũ est superiori, & loco primæ dictionis, Iudices, *legitur,* Duces, *quemadmodũ est apud B. Hieronymum in versione 70.*

α ¶ Quinque tantum obolorum sint mercede contenti, qui.] *Ista omnia absunt a recentioribus editionibus B. Hierony. at etiam a vetustioribus, præter dictionẽ* qui. *Sed non sunt expuncta, quia sententiæ non officiunt.*

b ¶ Quinque sunt oboli.] Argu. in delicto quantitatem rei attendi. inf. 14. q. vlt. c. vl. inf. 17. q. 4. quicunque. inf. 17. q. vlt. quæsti sunt.

c ¶ Qui utinam.] Et hoc negatiuè legas, idest utinam non plus acciperent. simile etiam habes. 23. q. 4. si ea. & 26. q. 5. episcopi. & ideo forte hoc dicit, quia si plus non deberent accipere, nullus esset qui vellet simoniam cõmittere. Vel ideo forte, quia quanto minus quis acciperet, tanto minus peccaret, 1 ſm, quod dicitur de abigeo: minus enim punitur pro porco, uel oue quam pro boue. ff. de abigeis. l. 1. 1. respon. Vel posset intelligere secundũ illam decr. extra de simon. & si questiones. Argum. contra. infra 14. q. ult. c. ult. 17. q. 4. quicunque. ex-

1 Conc. tex. ĩ l. aut facta §. quãtitas, ff. de pęn. & ibi glo. cum concor.

h ¶ Ad Azaelem.] Suarum rerum dispensatorem.

i ¶ Bona.] Idest, aliqua de omnibus bonis, idest, de omni genere bonorum. ff. de regul. iur. aliud. §. refertur.

k ¶ Obtulit.] Arg. in eodem facto secundum diuersitatem intentionis alterum peccare, & alterum nõ, ut 32. q. 5. proposito.

l ¶ Viuit.] Hæc iuratio erat in ueteri testamento. 22. q. 1. & iurabunt.

m ¶ Faceret.] Arg. contra Cathalanos.

β ¶ Decem panes.] *Sic in vulgata Latina B. Hier.* hēt, panes, & vuas passas & vasculū mellis. *In Græca aūt vulgata, & crustula, & vuæ passæ commemorantur ἄρτους, inquit, καὶ κολλύρια τοῖς τέκνοις αὐτοῦ καὶ σταφυλάς*

γ ¶ Quia hæc magis.] *Ista vsque ad ver.* Licet *non habētur hic apud B. Hieronymum, sed loco eorum hæc:* Dicitur enim, quid secum illa portauerit: & tamen propheta non scribitur accepisse: quippe cum & corripuerit eā, & venturum luctum prædixerit licet, &c.

δ ¶ Vnde in quarto.] *Hæc vsque ad finem non sunt inuenta apud B. Hieronymum.*

Idem in eodem capite.

¶ Quòd diuinatio in bonum non accipitur.

Cap. XXIIII.

NVnquam [a] diuinatio [b] in scripturis in bonam partem accipitur. [Non est augurium in Iacob, neq; diuinatio in Israel.] Videbantur sibi quidem esse prophetæ: sed quia pecuniam accipiebant; prophetia ipsorum facta est diuinatio.

Num. 23.

¶ *Hoc etiam caput in aliquot vetustis est coniunctum superiori, & legitur in originali,* Nunquam enim.

Cum ergo secundum [c] Hieronymū boni prophetæ non munera prophetiæ accipiebant, sed stipes tabernaculi, malis autem, qui accipiebant, prophetia, quæ Dei erat donū, in diuinationem, quæ diabolica est conuertebatur, quid aliud colligitur, nisi quòd simoniacis (quod superius dictum est) nulla spiritualis gratia cooperatur? Cum. n. in sacramentis neque qui plantat, neq; qui rigat, sit aliquid, sed qui incrementum dat, Deus: quis operatur in eis, si Dominus, qui incrementum dat, in eis non lucet, sed est otiosus? Item, quod dicitur de Christo, quòd sicut Christus venditus auriculam restituit Malcho, & fecit miracula: sic & Spiritus sanctus possit vendi, & in ipsa vēditione suam gratiam operari, non valet hæc similitudo; Non enim hoc operatur Spiritus sanctus spiritualiter in perfidis mercimonijs auaritiæ, quod Christus gessit corporaliter certi mysterij causa, ad exemplum patientiæ. Si enim omnifaria est similitudo, cum credatur posse vendi, sicut Christus, credatur etiam Spiritus sanctus posse crucifigi: quod impossibile est. Potest etiam intelligi (vt a similitudine nō recedamus) ꝙ sicut Christus venditus non vēditori, vel emēti, sed eis, qui nescientes aderant, dona sua gratia contulit, pro quibus ēt in Cruce supplicauit: sic & Spiritus sanctus non vendenti, vel ementi, sed his, qui de manibus eorum, ignorantia ducti, sacramenta Dominica accipiunt, sua gratia effectum largiri probatur. Item obijcitur, [d] quòd et si malum sit ecclesiastica emere, tamen sæpe sinistra principia ad fœlices perueniunt exitus. Vt Iacob per supplantationem [e] peruenit ad benedictionem, vt seges, quæ leprosa manu seritur, mūda tamen metitur, vt ex adulterino concubitu pulchra soboles nascitur sic & pecunia, quæ per simoniam acquiritur, fœlicem habet exitum, cum pauperibus profutura erogatur. Sed nihil horum simoniacis patrocinatur.

1. Cor. 3.

Luc. 22. Ioan. 18.

Gen. 27.

Ait. n. Leo Episcopus ad Mauros ep̄s, epist. 85. al. 87.

NVnquam.] CASVS. Dicit hic, quòd diuinatio raro in bonam partē accipitur. vnde illi, qui pro indicatione futurorū, pecuniam accipiebant, non erant veri prophetæ, sed diuini: licet se crederent esse prophetas.

a ¶ Nunquam.] i. raro, 1 pro maiori enim parte dictum est, aliter falsum est vt sup. ead. eos qui.

1 Cōcor. gl. in l. si hæreditatem, ff. ma. & de cōsec. distin. 5. nunquam.

b ¶ Diuinatio. Hoc enim impossibile est, ꝙ diuinatio sit prophetia. expone ergo sic: facta est diuinatio, i. diuinatio eorum, quæ credebatur esse prophetia eorum. n. prophetia declarata est nō esse prophetia.

Diuinatio non pōt esse prophetia.

ADDITIO. Vt hoc meli⁹ itelligas, scias ꝙ ꝓphetia est rerū latētium præteritarū, præsentium, vel futurarum a diuina inspiratione manifestatio, secundum Papiam.

CVM ERGO. CASVS. Concludit Gratianus ex ꝑmissis, ꝙ vacua est gr̄a Spiritus sancti in eis q̄ munera accipiūt: non obstante exemplo, ꝙ Petrus venditus fecit miracula, hoc fecit causa mysterij, ad exemplum patiētiæ, vel vt prodesset alijs, & non emēti, vel vēdenti: sicut simoniaci prosunt ignorantib. eos esse simoniacos: & nō obstāte eo, q̄ sæpe ad bonum finem veniunt quæ malo principio inchoant.

c ¶ Secundum.] Et ita docet nos magister resistere. Argu. a simili. 27. qō. 1. nuptiarū. ff. de cōdi. in debi. si reus. 32. q. 7. Apostolus. præterea rūderi pōt p̄ id qd̄ not. sup. eo. eos 2.

d ¶ Item obijcitur] In defensionē simoniacorū vsq. ad §. sed nihil, & ibi statim īcipit ipugnare eos.

2 Bene ibi no. per Lan. cuius fuit ista glo. sed non no. ſm Ioan. & ibi dixi sententiam Lau. in ver. portionis. Arch.

e ¶ Per supplātationē.] tn̄ factā instinctu domini. 7. q. 1. quàm periculosum.

PRincipatus quem.] CASVS. Prelati, qui dignitates male acquisiuerunt, etsi aliis non offendant: malos tamen exitus consueuerunt habere. difficile enim est, vt bono peragantur exitu.&c.Seq.c.patet.
a ¶ Non offendit.] Sic 14.quæst.5.neque.
b ¶ Exem-

de his qui no. infa. quid ergo.& de orig.iur.l.1.Arg.cōtra.ff.de legib. non omniū 16.q.3.§.pōt.su.d. 17.regula. inf.11.q.5.neque.¶.15.q.1.c.vl.& q.3.si sacerdotes. extra de iure patro.cura pastoralis. Ioan. Si quis semper habet malam fidem, nunquam habebit exitum bonum: secus in contrariis.B.

¶Quæ malo inchoantur principio, nō peraguntur bono exitu. Cap. XXV.

Ans.l.7.c.17. Dist.61.c.miramur. † al ipse.

PRincipatus, quem aut seditio extorsit, aut ambitus occupauit: etiam si moribus, atque actibus non offendit [a]: ipsius † tamē initij sui est perniciosus exemplo [b]. Et difficile est [c], vt bono [d] peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio [e].

Item Gregorius Antiocheno episcopo, lib.7. epist.47. indict.2.

¶Non superædificatur bonum opus, vbi Christus fundamentum non est. Cap. XXVI.

1.Cor.3.

CVm Paulus dicat: [Fundamentum [f] aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus;] consequenter probatur, quia vbi Christus non est fundamentum, nullum boni operis est super ædificium.

¶ *Apud B. Gregorium sic legitur*. Prędicator autem egregius dicit [fundamentum,&c.] Quisquis ergo cum dilectione Dei, & proximi, fidei, quæ in Christo est, firmitatem tenet; eundem Iesum Christum Dei & hominis filium apud se posuit fundamentum Sperandum ergo est. quod vbi Christus fundamentum est, bonorum quoque operum sequatur ædificium.

Ioan.diac.

Idem Syagrio, & alijs episcopis, lib.7. epist.110.

¶Non potest fieri eleemosyna ex pecunia simoniace acquisita. C. XXVII.

Poly.l.2.tit.1. Ans.l.5.c.30. Pann.l.2.c.194. Iuo p.5.c.112.

NOn est putanda eleemosyna, si pauperibus dispensetur, quod ex illicitis [g] rebus accipitur; quia qui hac intentione male accipit, vt quasi bene dispenset, grauatur potius quàm iuuatur *& paulo post*. ¶Vnde etiam illud certum est, quia etsi monasteria, aut xenodochia, vel quid aliud de pecunia, quę pro sacris ordinibus datur construātur, mercedi non proficit. *& paulo post*. ¶Ne ergo sub obtentu eleemosynæ cum peccato aliquid studeamus accipere, apertè, sacra scriptura nos prohibet dicens: Hostiæ impiorum abominabiles, quę offeruntur ex scelere.] Quidquid enim in Dei sacrificio ex scelere offertur, omnipotentis

Prouerb.21.

f CVm Paulus dicat.] ¶ Fundamentum.] Arg.contra. Debile principiū melior fortuna sequei. Et arg.non baptizatum nō suscipere ordinem. 24.q.1. vbi sana ¶.ead.qō.si quis p ignorantiā. & inf.ea.si quis confugerit.extra de presbyt.non bapti. ueniens,&c.si quis.

Ordinem suscipere non potest qui baptizatus non est.

NOn est putāda.] CASVS. Ostendit Greg.in hoc c. ꝙ nullus debet simoniam committere, ut postea ex pecunia velit ecclesias construere, uel eleemosynas facere: tū quia scriptum est. Honora Deum de tuis iustis laboribus. Tum quia dicit Salomon. Qui offert sacrificiū de substantia pauperis &c. Et hæc in prima parte. In secunda parte, instruit clericos ad dignitatem, vt antequam accedant ad dignitatem, vires suas metiātur, vt, ad quā se sufficere, credunt, cum metu accedant. vel sic.
CASVS. In prima parte probatur triplici auctoritate, ꝙ de illicitè acquisitis non est eleemosyna faciēda. Prima auctoritas est illa. [Hostiæ impiorū.] &c. Secūda. [Honora Deū. Tertia. [Qui offert sacrificiū.] &c. In secūda parte dicit, ꝙ si aliqs ad honorē debet accedere, prius vires suas consideret: & etiam si se sufficientem uideat, cum timore accedat. aliter nullo modo accedat.

b ¶Exemplo.] Habetur, & ratio exempli. Nonnulla si quidem in canonibus operantur. Multa enim reprobātur ne sint perniciosa exemplo, quæ possent tolerari, vt 11.q.3.precipuè. ¶.50.dist.de his vero su.dist.82.plurimos.¶.dist.96.bene.& arg.2 1.q.2.si quis iam.arg.27.q.2.nec aliqua.supra.27. quæst.2.institutum est.
c ¶Difficile est.] id est 1.nunquam infra eo.si quis neque qñq; ponitur pro vix.47.d.quantumlibet. 2
d ¶Bono.] Sic.14.q.5.neque.Arg.contra.extra. qui fi. sint legi.tanta.& de matrimonio contracto post votum de futuro.
e ¶Principio.] Arg.initium spectandum, 3 & quantum valeat bona fides a principio, collige ex his arg.3.quest. 10.placuit.20.q.3.propositū.61.dist. miramur. 92.d st. si quis eps.extra de elect. auditis. extra de cen. puenit. ff.de rei vend.si in aliena & de publiciana.de petitio.ff.

Reprobanē, multa ne sint exēplo perniciosa. 1 Concor. tex. in l.absurdum cū ibi no. ff.de iud. & in l. 1.eum gl. in ver. pessimè ff.ad Maced. 2 Sed Hug. dicit, difficile quasi non impossibile. 3 Adhoc extra de elect. dudū. 1. ubi d hoc.& 16. q.3. si sacerdotes. Arch.

g ¶ Ex illicitis rebus.] Hic dī ꝙ de male acquisitis non debet fieri eleemosyna: quod verum est cum dominium non est translatum. uel si repetitio competit, ut dixi in summa. 14. quæstio.5. sed ubi non competit repetitio, bene: unde & meretrix potest facere eleemosynam, sed non latro: arg.ff.de cond.ob tur.cau. l. idem §. quoties. Sed quid si de pecunia simoniaca fundata est ecclesia? Dico ꝙ nō de molieī. 14. q.6. cōperimus & 12.q.2. aurū. Sed quid de iure patronatus 4 illius ecclesię? Dic, ꝙ datur ecclesiæ cui facta est ignominia. ext.de simon.de hoc aūt. in auth.de san.episc.q.§.pro omnibus.ff.de calum. generaliter. §. illud. Item quid si ex pecunia simoniaca quis emit vineam; nunquid de fructu faciet elee-

4 Scilicet empto p pecuniā. Io.de Fan. contra id ext.de iure patro. de iure.

elcemosynæ? Non: quia eodem iure censetur cum pecunia: cum fructus in locum pecuniæ succedant: arg. extra de vsu. cum tu. in fin. ff. de leg. 2. Imperator. §. vlt. & l. seq & supra 94. distinct. cap. 1. Arg. contra ff. de fur. qui vas. §. penult. & vlt. a Facere. Sed opponit. Fac tibi amicos de mammona iniquitatis. sed sic exponit id est, de diuitiis, sollicitu linibus & laboribus acquisitis: uel quib. abstulisti suas restitues, 1 uel eorum parentibus: uel illis mortuis sacerdot. b. offeras. & isti omnes facti tibi amici orabunt pro te ad Dominum. licet enim dictum sit. Quæ in malū acquisisti. in bonū expāde: non tamē id tibi patrocinabit. H. male acquirere propter elcemosynā, & id in bonū expendere. nihil aliud est quàm filium in cōspectu patris mactare. 14. q. 5. Immolātis. aliter autē acquisitū, vt amore filiorum, & in bonum expensum. id tibi patrocinabitur ad præmium. Hug.

b Prius uires suas.] Sumite materiam uestris q scribitis æquā Virib. & uersate diu quid ferre recusent, Quid ualeant humeri. arg. ff. de excu. tu. paupertas. Idem dicit lex in mulione. ff. ad legem Aquil. l. idem iuris. §. 1. & l. qua actio. §. 2.

c Abstineat.] Hic præsumitur 5 indignum prælatum statim q male sit electus. ar. cōtrario sensu. 61. dis. miramur. nerf. nec putandus est honor.

Facere amicos de mammona iniquitatis quis.

Hic videas quod habet 14. q. 5. sed hic ibi exponitur pdicta auctoritas.

Horatius in arte poetica.

intellige post resurrectionem: & sic non est contra de consecra. dist. 2. primas.

f Fides. Professionis scilicet.

g Operibus.] Exterioribus.

h Mortua est.] Si tempus datur uel locus de pœnitentiæ.

Dei nō placat iracundiam, sed irritat. Hic rursus scriptū est: [Honora Dominum de tuis iustis laboribus.] Qui ergo male tollit, vt quasi bene præbeat, constat sine dubio, quia Dominum non honorat. Hinc quoq; per Salomonē dicitur: [Qui offert sacrificium de substātia pauperum, quasi victimat filium in conspectu patris.] Quantus autē dolor patris sit, perpendamus, si in eius cōspectu filius victimetur Et hinc facile cognoscimus, quātū apud Deum, dolor exasperatur, quando ei sacrificium ex rapina tribuitur. Nimis ergo declinandū est, dilectissimi fratres sub obtētu eleemosynæ, peccata simoniacæ hæreseos perpetrare. Nam aliud est propter peccata eleemosynas facere [a]: aliud ꝓpter eleemosynas peccata committere †. *& post pauca*. ¶Quisquis ergo sacerdotium non ad elationis pompam, sed ad vtilitatē adipisci desiderat; prius vires suas [b] cum hoc, quod est subiturus, onere metiatur, ut si impar est, abstineat [c], & ad id cum metu etiam, cui † se sufficere existimat, accedat.

Prou. 3.

Eccl. 34.

† al. perpetrare.

† al. qui.

α ¶Iuuatur.] *Si hic interponatur caput, Eleemosyna. infra 14. q. 5 erit integer hic locus.*

β ¶Committere.] *Hic apud B. Gregorium interijciuntur. c. Hoc quoque. dist. 59. & c. Sicut neophytus dist. 48.*

Item Theodorico, & Theodoberto † Regibus Francorum, lib. 7. epist. 114.

† al. Theodeberto.

¶Pastor simoniacus nullam ouibus præbet medicinam. C. XXVIII.

Poly. ibidem. Ans. l. 6. c. 78. Iuo p. 5. c. 111.

Fertur simoniaca [d] † heresis (quę prima cōtra Dei ecclesiam diabolica plantatione subrepsit, & in ipso ortu [e] suo, zelo† Apostolicę ultionis percussa, atq; damnata est) in regni vestri finibus dominari: cum in sacerdotibus fides sit eligenda cum vita. Si enim vita deest, fides [f] meritum non habet, B. Iacobo attestante, qui ait: [Fides sine operibus [g] mortua est [h].] Quæ enim opera esse valeant sacerdotis, qui honorem tanti sacramenti conuincitur obtinere per premium. *& post pauca*. ¶Hinc igitur nō solum in ordinatoris, & ordinati animam lethale vulnus infligitur, verum etiam excellentię [i] vestræ regnū † episcoporum culpa, quorū magis intercessionibus iuuari debuerat) prægrauatur *. Si enim dignus is sacerdotio creditur, cui nō actionis merita, sed præmiorū copia

† al. simoniacam hæresim. † al. velo.

Iac. 2.

† al. regimen vestrorum episcoporum.

* Sic contingit q a Theodoricus fuit decapitatus apud Coloniā & Theodebertus intoxicatus a B. unichilda Crimen alterius nocet innocenti. a De hoc not. B. extra de pœ. quibusdam.

Fertur.] CASVS. Gregorius reprehēdit hic reges Franciæ eo, q in suis finibus sinunt simoniā uigere. Et ostendit hoc esse damnū regi: quia simoniaci nocēt regimini eorum de suis iniustis orationibus, quorum intercessionibus debuerat adiuuari, quis. n. de ipsorum orationibus confidere potest, quos intus cognoscat esse vulneratos? & qualis fructus producitur cum radix est infecta?

d Simoniaca.] Notat Gregorius primo de negligentia reges istos Franciæ, eo q dominatur simonia in regno eorum. Secundo dicit q ipsorum prælatorum culpa in eorum regimen retorqueatur. Tertio timendum est de his, qui tales apud Deum intercessores habent, qui in se prouocant iram Dei, quam placare debent.

e Et in ipso ortu.] Quo ad nouum testamentum &

Simonia dominatur in Francia.

nitentiæ. dist. 3. cap. vlt.

i Verum etiam excellentiæ.] Ecce quod crimen alicuius nocet innocenti 2. argumen. distinctio. 61. miramur versic. sicut enim. argumen. ead. quæstio. dominus contra. infra ead. quæstio. 4. cap. 1. argum. 8. quæst. 4. cap. 1. contra. distinct. 81. si qui sunt presbyteri. Arg. distinct. 32. §. ut itaque. argu. de consecrat. distinct. 1. in sancta. Arg. contra. 24. q. 1. non turbatur. argu. 6. q. 1. ex merito arg. 40. distinct. §. 1. arg. 2. quæst. 5. cap. sicut 2. argumen. infra ead. quæst. multi. Et est arg. quod res inter alios acta, alijs non præiudicat. infra de pœnitentia distin. 6. c. 1. ff. de re iudi. sæpe. Ioan. hoc breuiter tenet

q res

Res inter alios acta, alijs regulariter nō nocet.

inter ꝙ res inter alios acta, alijs nō nocet generaliter: nec etiamen alterius alij nocet. in casibus tamen specialibus fallit, qui in iure expresse inueniuntur. extra de re iudica. quamuis. & 6. q. 1. §. verum. & alijs similibus casibus, vt 2. q. 6. §. diffinitiua.

a ¶ Suffra-

fuit qui Ioseph comparauit: sic eunuchi sunt, idest, sine humore gratię qui simoniam cōmittunt: & in eis ignis Spiritus sancti non viget. Quod probatur exēplo Antiochi, qui vēdente sacerdotiū ignis, qui vixerat sub aqua septuaginta annis, extinctus est. Et nota duas historias in hoc ca. scilicet de Ioseph, & igne. Legitur. n. in Genesi, ꝙ Ioseph vēditus est a fratrib. suis Ismealitis euntib. in Aegyptum: qui postea vēdiderūt eum Phutifar eunucho Pharaonis Regis: quē existimo miraculose eunuchizatū: iō quia emerat Ioseph, vt eo abuteretur: cū aū constet eū vxorē habuisse & filiā: Itē legitur in lib. Machabęorū, ꝙ filijs Israel in p̄sidiam deductis, Hieremias cū quibusdā alijs ignē sacrificij absconderunt in valle, vbi erat pute⁹ occultus: post multos autem annos ad pręceptū regis Persidis quęsitus est ignis ille: quo inuento hauserūt aquam, qua ligna composita aspergebant, & statim ardebant pro quo miraculo Rex sup puteum illum templū ædificauit. tempore verò procedente cū Rex Antiochus Regnum susciperet, & regnaret i Iudęa, Iason frater summi sacerdotis adito rege obtulit ei talēta xi. & accepit ab eō sūmi sacerdotij principatum: & statim extinctus est ignis sacrificij. Sequentes duo §§. plani sunt.

Ioseph venditio.

Ignis diu occultati miraculosa inuētio.

suffragatur; [a] restat, vt nihil sibi in ecclesiasticis honoribus grauitas, nihil defēdat industria; sed totum auri prophanus amor obtineat. Et dū vitia remunerātur, honore, in locum vltioris; [b] is, qui fortasse fuerat vlciscendus, [c] adducitur: atque hinc sacerdotes nō proficere, sed perire potius iudicātur. Vulnerato namque pastore, quis curandis ouibus adhibeat medicinam? aut quomodo populum orationis clypeo tueatur, qui iaculis se hostilibus feriendum exponit? aut qualem de se fructum producturus est, cuius graui peste radix infecta est? Maior ergo metuenda est locis illis fore calamitas, vbi tales intercessores ad locum regiminis adducuntur, qui Dei in se magis iracundiam prouocant, [d] quàm per semetipsos populis placare debuerant.

Cum ergo secundum Leonem simonia non bono peragatur exitu, secundum Gregorium nullum boni operis sequatur ædificium; nec sit putanda eleemosyna, quæ ex pretio simoniæ erogatur pauperibus; vulnerato pastore medicina non adhibeatur curandis ouibus; de infecta radice fructus non producatur; maior etiam calamitas in futuro metuatur; de tam sinistro principio quis fœlix exitus speratur?

Hinc etiam Augustinus ait.

¶ Simoniacorum sacramenta effectu gratiæ carent.

Cap. XXIX.

Gen. 39.

2. Mach. 1. & 4.

† al. simoniacorum.

Sicut eunuchus [e] fuit, qui Ioseph comparauit, ita qui gratiam mercatur, viuum semen [f] non habet siccis genitalibus. Sic quoque ignis sacrificij, qui p septuaginta annos Babylonicæ captiuitatis sub aqua [g] vixerat, extinctus est, Antiocho [h] Iasoni vēdente sacerdotium: quod significauit Spiritus sancti ignem non lucere [i] in simoniacis † sacramentis.

Quid in his similitudinibus beatus Augustinus notare voluit; nisi quia sacramenta simoniacorum (sicut & cæterorum hæreticorum) licet sint vera quantum ad formam, inania tamen & falsa sunt, quantum ad effectum, cum non possint in cordibus hominum gignere, vel accendere cœlestem gratiam.

e ¶ Sicut eunuchus.] Phutifar, qui primo habuit uxorē filiam Pharaonis: cū postea fuisse ordinatus sacerdos Heliopolis, fuit exectus. Vel vt quidam dicunt, siccauit Dominus genitalia eius, quia ad turpes vsus emerat Ioseph.

Phutifar gener Pharaonis in sacerdotio fit exectus.

a ¶ Suffragatur.] Nam dicit lex: qualiter quisque meretur, non quantum dare sufficiat æstimetur. C. de episcopis, & cleri. si quemquam. Sed quæritur quare scribit Papa regi, cum non habeat potestatem super his. 11. q. 1. sacerdotibus? Ideo, quia participes erāt: vel quia erāt incorrigibiles, ut inf. ca. q. vlt. c. vl. 17. d. nec licuit. extra de ind. cum non ab homine.

b ¶ Vltoris.] idest, prælati, qui uitia aliorum dēt vlcisci.

c ¶ Vlciscendus.] Idest, propter peccata puniendus.

Propria q. d. assumit officium vltoris ille, de quo debet vltio sumi.

d ¶ Prouocant.] In se, non in illos pro quibus supplicant. & ita etiam exaudi. 3. q. 7. in grauibus.

CVM ERGO. Concludit Gratianus ex omnibus suppradictis, ꝙ ex malo initio bonus exitus non speratur.

Sicut.] CASVS. Dicitur in hoc cap. ꝙ sicut eunuchus

f ¶ Viuum semen.] Scilicet boni operis.

g ¶ Sub aqua.] Arg. dist. 81. c. si qui. Argu. tamen contra 28. dist. c. ult. & inf. ca. Dominus Ioan.

h ¶ Antiocho. Iste Antiochus Græcus fuit: & multum Iudæos oppressit, & uēdidit sacerdotium templi. Et est arg. hic quod in uete. test. simonia erat ordinem emere

Antiochus multa fit. nota perpetrauit.

i ¶ Non lucere.] Ignis missus a Hieremia in puteum: qui tamen post nunquam fuit inuentus; sed aqua pinguis lapidi supposita illum comburebat. de isto igne habes de pœnit. dist. 1. inter hæc hircum, & puteus erat in ualle Iosaphat ubi Rex Persarum fecit fieri templum, & appellatum est a Hieremia nepthar, quod interpretatur purificatio. Ioan.

De igne Hieremiæ.

SED OBIICITVR. Hæc est 5. pars huius quæstionis in qua vult probare, quod si catholicus malus, scilicet toleratus, conferat sacramentū aliquod, bene valet, dummodo accipiens non sit in culpa: & idem credo de sacramentis ab hæreticis collatis in forma ecclesiæ. In tali tamē indiget manus impositione propter immanitatē hęresis, & hoc probat 28. autho. Io. de Fā. 28 Sed obijcitur. In defensione simoniacorū probando, quod habēt effectū sacramēti ab eis collati. Io. de sacramentis necessitatis, quæ semper habent effectum nisi culpa suscipientis impediat, & ibi de sacramentis dignitatis, vel hic de ficte ordinatis: ibi de his quos ecclesia tolerat. Vel dic, quod sunt polluta quantum ad illos. vt 49. dist. cap. vlt. 15. q. vlt. c. fi.

Sacramenta sunt duplicia.

5 ¶ *Sed obijciatur* [a] *illud Augustini contra hæreticos tractatu 5. super Euangelium Ioannis.*

¶ Siue bonus, siue malus sit minister, per vtrumque effectus gratiæ confertur. Cap. XXX.

SI iustus [b] fuerit minister, computo eum cū Paulo, qui gloriam suam non quærit, dicens: [Ego plantaui, [c] Apollo rigauit, [d] Deus autem incrementum dedit.] Qui verò fuerit superbus minister, cum diabolo cōputatur: sed non cōtaminatur donum Christi, quia per illum [a] purus fluuius transit, & venit ad fertilem terram. Scio quia lapis ex aqua fructum ferre nō potest: & si per lapideos canales trāsit [e] aqua ad areolas, in canali lapideo nihil generatur; sed tamen hortus plurimum fructum affert. Spiritalis enim virtus sacramenti, vt lux pura ab illuminandis excipitur; sed per immundos transiens non coinquinatur.

inf. de conf. d. 4. c. aliud. Algerus l. 3. c. 5. Ans. l. 9. c. 30. Poly. l. 3. tit. 10. 1. Cor. 3.

¶ *Ab initio huius capitis usque ad uer.* donum Christi. *Algerus lib. 3. c. 5. citat ex beato Augustino, cuius tamen propria uerba habentur infra de consec. distin. 4. c. aliud. §. si fuerit.*

a ¶ Quia per illum.] *Apud B. Augustinum tractatu 5. legitur.* Quod per illum fluit, purū est; quod per illū transit liquidum, venit ad fertilem terram: puta, quia ipse lapideus est, quia ex aqua fructum ferre non potest: per lapideum canalem transit aqua ad areolas, in canali lapideo nihil generans; sed tamen hortis plurimum fructū affert. Spiritalis enim virtus sacramenti ita est, vt lux: & ab illuminandis pura excipitur: & si per immundum transeat, non inquinatur.

Idem ad Vincentium Donatistam, epist. 48.

¶ De eodem. Cap. XXXI.

EX Catholica [f] ecclesia sunt omnia [g] Dominica sacramenta, quæ sic habetis, & datis, quemadmodum habebantur [h] & dabantur etiam prius quam inde exiretis.

Algerus l. 3. c. 9. Deusdedit in tract. de simoniacis. Poly. l. 3. tit. 10. Algerus l. 3. c. 2. Iuo p. 1. c. 117.

Idem de baptismo contra Donatistas l. b. 5. c. 19.

¶ De eodem. Cap. XXXII.

SIc † autem Deus [i] adest sacramentis, & verbis suis, [k]

† al. Si.

SI iustus. CASVS. Hic ostendit, quod si sacerdos iustus fuerit, est bonus minister sacramentorū, & nō actor: quod probatur exēplo Pauli. si verò malus est, sua malitia sacramentis non obest; quia sicut aqua sterilis non est, quāuis per canalē sterilē fluat, ita virtus spiritalis etsi per immūdos transeat: tamen ab illuminandis excipitur. Et not. quod ab isto supradicto capitulo vsque ad c. etiā corde: probatur, quod veri sunt sacramenta malorum sacerdotum: & vere ab eis cōferuntur dummodo in forma Ecclesiæ conferantur.

b Si iustus. Ab isto vsque ad illud, et corde, ostēdit magister, quod sacramenta hæreticorum vera sūt, & vere ab eis cōferuntur, si in forma ecclesiæ cōferantur: non tamen quo ad virtutem: cum distinctione tamen: quia sacramēta necessitatis nisi in necessitate quis sumat ab heretico, vel etiam si ignoranter sumat: & virtutē, & veritatē quidē accipit sacramēti. Si verò non necessitate, uel scienter accipit: ueritatem quidem accipit sacramenti, non uirtutem. si tamen ficte accipit, & post agat pœnitentiam, habebit vtrumque. de consecratio. distin. 4. tunc ualet. & §. sed notandum. 2 infra eadem. In sacramento vero dignitatis, ut in ordine, distingue secundum illam distinctionem. 1. q. 1. ordinationes, & in summa ibi posita. In sacramento Eucharistiæ dicimus, quod de manu hæretici summēdum non est. 24. quæst. 1. cap. ult. & 32. distin. 5. uerum. si tamen accipiatur, uerum est corpus, si in forma ecclesiæ est confectum: licet quidam dicant, quod ipsi non conficiunt. 24. q. 1. schisma.

Hæreticorū sacramenta sunt uera.

1 De hoc legi. & no. inf. eo. §. sed notandum est. Arch.

2 Ad idē de pæ. dist. 3. §. illud autem Greg. in fi.

ADDITIO. Arg. de consecr. dist. 2. quid sit. Arch.

c ¶ Plantaui.] Prædicando.

d ¶ Rigauit.] Baptizando.

e ¶ Transit.] infra eadem, sic populus: contra. Sol. hoc

EX Catholica.] CASVS. Dicit Aug. quòd a Catholica ecclesia uera sumpserunt hæretici sacramenta, qui sic habent & conferunt sicut habebant anteq. de ecclesia exirent. Sequentia tria c. plana sunt, & per se patent.

f ¶ Ex catholica.] in hoc, & in duobus cap. sequentib. dicitur, quod uera sunt sacramenta hæreticorum, quæ in forma ecclesiæ celebrantur.

g ¶ Omnia.] idest, omnium sacramentorum ueritas, & forma.

h ¶ Habebantur.] Arg. contra inf. c. extra catholicam. sed ibi expone, idest, extra formam catholicæ ecclesiæ.

i SIc autem Deus.] Deus dicitur adesse talibus sacramentis, ut ueritas subsistat, & ut uirtus præstetur ei, qui accipit ignoranter. supra ea. si iustus.

k ¶ Et verbis suis.] Et ita uerba necessaria sunt: arg. infra ea. detrahe.

Verba in sacramētis sūt necessaria.

a ¶ Sacra-

a SAcramenta.] ¶Non mutastis.] Idest, non extra formam ecclesiæ, tradidistis.

b ¶ Iniuriam.] Arg. propter alterum non debet alteri iniuria fieri, de consec. distin. 4. ostenditur. ff. de reg. iur. non debet. Ioan.

Sicut

cramenta: quæ schismatici, & hæretici in forma ecclesiæ conferunt. Sequens, cap. patet.

c ¶ Ficti.] Sed nunquid dandum est baptisma ei, qui ficte accedit? dic quod * sic, sed post compellendus est fidem obseruare: arg. 45. dist. de Iudæis. Vtrum autem baptizetur ignorans vel inuitus, vel dormiens, habes ext. de bapti. & eius effectu cap. maiores. §. item quæritur.

* Vide S. Th. 3. p. q. 68. art. in cor. & ar. 9. ad 2. & 3. & ar. 5. & 9. & 9. art. 9. &

per quales libet administrãtur, & sacramenta Dei vbiq; recta sunt: sicut † mali homines, quibus nihil prosunt, vbique peruersi sunt.

† al. &

Idem lib. 4. de bapt. contra Donatistas, c. 12.

¶ De eodem. Cap. XXXIII.

NEc foris ergo, sicut nec intus quisquam, qui ex parte diaboli est, potest vel in se, vel in quoquam maculare sacramentum, quod Christi est.

Alias patre diabolo.

Algerus ibidem. Deusdedit in tract. de simoniacis. Ansel. 9. c. 48. Poly. ibidem.

Idem ad Emeritum, epist. 164.

¶ Sacramenta quæ non mutantur, catholicis, & hęreticis communia probantur. Cap. XXXIV.

SAcramenta, quæ non mutastis [a], sicut habetis, approbãtur à nobis: ne forte cum vestram prauitatẽ corrigere volumus, illis mysterijs Christi, quæ in vestra prauitate deprauata non sunt, sacrilegam faciamus iniuriam [b]. Neq; enim & Saul deprauauerat vnctionem, quam acceperat, cui vnctioni tantum honorem rex Dauid pius Dei seruus exhibuit.

Algerus l. 3. c. 9. Poly. l. 7. tit. 10.

1. Reg. 24. & 26.

Idem ad Donatistas.

¶ De eodem. Cap. XXXV.

SIcut ficti [c] veraciter, non ficte recipiunt, nec eorum baptisma reprobatur; sic & illa, quæ schismatici, vel hæretici, si non aliter habent, nec aliter agunt quàm vera ecclesia cum ad nos veniunt, non emendamus [d], sed potius approbamus.

¶ Verba ipsa prioris partis huius capitis vsque ad ver. reprobatur, *non sunt inuenta apud B. Augustinum: sed habetur sententia lib. 1. de baptismo contra Donatistas, cap. 12. Reliqua autem huius capitis pars est in eodem lib. cap. 13.*

Idem contra literas Petiliani, lib. 3. c. 9.

¶ Non fugiantur sacramenta Dei à quocunque ministrẽtur. Cap. XXXVI.

NEq; in homine bono aliquis Dei sacramenta fugiat neque in homine malo [e].

¶ *Libro tertio contra literas Petiliani, vnde videtur sumptum esse hoc caput, sic legitur:* Nemo glorietur nec in homine bono: nemo bona Dei fugiat nec in homine malo. *Hoc autem caput significatur supra dist. 32. c. præter. §. verum principia.*

su. dist. 32. c. præter hoc. §. verum principia. Iuo p. 10. c. 75.

Idem de baptismo contra Donatistas, lib. 6. c. 44.

¶ Hominum malitia sacramenta non profanat. Cap. XXXVII.

NOnne [f] Sodomitæ ethnici erant, idest, gentiles? Peiores [g] ergo erãt Iudæi; quibus Dominus dicit: [Tole

Matth. 10.

d ¶ Nõ emẽdamus.] Infra de cons. dist. 4. ostenditur. & c. solet quæri. infra ea. si qs inquit. Sed cõtra ff. ead. q. sicut vrgeri. Sed hic de fictione accipientis quæ non impedit ibi de fictione dantis, quæ impedit: vel quando non in forma ecclesiæ. 32. distin. §. verum.

e NEque in homine malo. Idest, tolerato 1. vel in necessitate: & sic nõ est contra supra dist. 32. nullus, &c. præter hoc. H.

1 Ad hoc ff. c. quã multi vbi de hoc in gl. ex his Archid.

NOnne.] CASVS. Hic ostendit, quod apud malos erant sacramenta. Nam peiores Sodomitis erãt Iudæi: & tamen Dominus eorum sacramenta vera esse probauit, dum ad ea celebranda leprosos quos mũdauerat misit: & dũ eius angelus Zachariæ in templo ministrãti astitit: & cum exauditum denũciauit, nec etiam gentiliũ verba reprobant sancti patres, vbi verum dixerunt.

Iudæi peiores fuerunt Sodomitis.

f ¶ Nonne.] Vult probare Au. in hoc c. quod apud hæreticos sũt uera sacramenta: qa erant apud Iudæos, qui peiores erant Sodomitis, itẽ, & alia ratione: quia si gẽtiles aliquid boni habuerũt: hoc sãcti viri nõ reprobauerũt. Quod autẽ apud Iudæos essent vera sacramẽta, probat exẽplo Domini, & Zachariæ: Zacharias tamẽ bon9 fuit. vnde ratione personæ nulla ẽ probatio: sed iste eodem modo sacrificabat, quo & alij Iudæi.

Iudæorum Sacramenta fuerunt vera.

SIcut ficti.] CASVS. Dicitur hic, quod sicut si quis adultus ficte vel sine contritione accedit ad baptismum, veruntamen recipit sacramentum: sic & vera sunt sacramenta: quæ schismatici ...

g ¶ Peiores.] inf. 24. q. 1. non afferamus: quia illi tantum naturalem legem transgressi sunt: Iudæi etiam scriptã:

illi prædicatores non habuerunt: isti etiam Iesum Christum: apud illos nulla miracula facta sunt i, apud istos multa facta sunt: & præterea isti Christum crucifixerũt de poe. dist. 1. periculosè.

tus sanctus operatur. 30. q. 1. peruenit.
h ¶ Cum quodam loco.] Idest, in epistola prima ad Corinthios, 12. cap.
i ¶ Vt in Saul.] Et in Caipha. Expedit ut unus moriatur, &c. inf. ea. q. prophetauit.

23. q. 4. c. Nabuchodonosor. §. de Tyris.

Caiphas prophetauit.

a ¶ Iusta.] Idest, minus mala, arg. 8. q. 1. uereor. unde dic, iustificastis, comparatione melioris vitæ, non potestate iudicij.
b ¶ Talia.] Idest, tale sacrificiũ est qualis sacrificans, inf. eo. Dominus declarauit. uer. item nos dicimus.
ADDITIO. Quid dicat non, infra ca. Dominus. Hug.
c ¶ Quæ.] Scilicet sacramenta, ut circuncisionẽ, quãdo cum hostijs in tẽplo fuit præsentatus, de cõsecra. dist. 4. proprie, in fine.
d ¶ Et ea Zachariæ.] Ecce per bonos ostẽdit sacrificium fuisse apud Iudæos.
e ¶ Angelus.] Historia. Narrat historia ĩ nouo testamẽto. qd fuit in diebus Herodis sacerdos nomine Zacharias, & eius uxor nomine Elisabeth. Dauid autem uolens ampliare cultũ Dñi xxiiij. instituit summos sacerdotes, quorũ tñ un⁹ maior erat qui princeps sacerdotum dicebat, quorũ de numero unus fuit Zacharias, qui cũ in die propitiationis incẽsum poneret: prædixit ei angelus filiũ nasciturũ de uxore sua qui usque ad diẽ partus obmutuit, quia credere noluit.
f ¶ Et rectum.] Arg. propter personæ detestationẽ nõ reprobari dicta illius, sup. 37. dist. si quid ueri. & c. turbas. & infra 23. q. 4. qd ergo inf. ea. q. 1. Dñs declarauit, su. 19. secũdũ. 1. q. 1. si de area. cõtra. 9. dist. si ad sacras. contra dist. 16. canones. Dic vt in decret. si ad sacras. Vel dic quod vtile vitiatur per inutile: cum alteri fit præiudicium 65. d. c. 1.

Personæ detestatio an faciat illius dicta reprobari.

rabilius erit Sodomis in die iudicij, quàm vobis.] & quibus propheta dicit, [Iustificastis Sodomam.] Idest in cõparatione vestri † iusta [a] facta est. Nunquid tamen ideo sacramenta diuina, quæ apud Iudæos erant, talia [b] erãt quales ipsi erant, quæ [c] dominus quoque ipse percepit, & ad ea celebranda leprosos, quos mundauerat, misit: & ea Zachariæ [d] ministranti angelus [e] adstitit, eumque in tẽplo sacrificantem exauditum esse nunciauit. Hæc eadem sacramenta & in bonis hominibus illius temporis erant, & in malis peioribus, quàm sint ethnici, quãdo quidem Sodomitis in malitia prælati sunt: & tamen illa sacramenta erant in vtrisque integra, atque diuina. Nam & ipsi gẽtiles, si quid diuinum, & rectum [f] in doctrinis suis habere potuerunt, non improbauerunt sancti nostri †: quãuis illi per suas superstitiones, & idololatriam, & superbiam cæterosque perditos mores detestandi essent & nisi corrigerentur, diuino iudicio puniendi.

K ¶ Boni.
Matth. 10.
Ezech. 16.
† al. vestra Sodoma iustificata est.
Luc. 17.
Luc. 1.
† al. viri.

Idem lib. 3. c. 16.

¶ Sacramenta mali habere possunt, licet virtutem spiritussancti habere non possint. Cap. XXXVIII.

MVltæ autem operationes [g] sunt spiritussancti, quas Apostolus, cum quodam loco [h], quantum sufficere arbitratus est, commemorasset, ita conclusit: [Omnia autem hæc operatur vnus atque idem spiritus, diuidẽs singulis prout vult.] Cum ergo aliud sit sacramentũ, quod habere etiam Simõ magus potuit: aliud prophetia †, quæ in malis hominibus etiam fieri solet, vt, in Saul [i]; aliud operatio eiusdem spiritus, quam nisi boni [k] habere nõ possunt, sicut est finis præcepti charitas de corde puro, & cõscientia bona, & fide nõ ficta; quodlibet hæretici, & schismatici accipiant, charitas quæ cooperit multitudinẽ peccatorum, proprium donum est catholicæ vnitatis, & pacis, nec est in omnibus, quia nec eius sunt omnes.

Poly. l. 3. tit. 10. Ans. l. 9. c. 29.
1. Cor. 12.
Act. 8.
† al. operatio spiritus, quæ non h. c. f. f. sicut Saul habuit prophetiã aliud. &c. orig.
1. Tim. 1.
1. Pet. 4.

Idem eodem libro, cap. 18.

¶ Licet sacramenta mali ministrent, remissionem peccatorum non præstant. Cap. XXXIX.

REmissionem † peccatorum.

Poly. ibidem. Ans. l. 9. c. 33.
† Remissam.] orig.

MVltæ autem.] CASVS. Multæ sunt operationes spiritussancti, quas hic non enumerat Aug. sed nos mittit ad Apostolum, qui enumerans eas subiungit. Omnia autem hæc, &c. Earum operationum quædam sunt in bonis, & malis, quædam in bonis tãtum. In bonis, & malis, ut sacramenta, baptismus in Simone, & prophetia in Saule, quorum uterque malus erat. In bonis tantum, ut charitas, & aliæ uirtutes.
g ¶ Operationes.] Idest multa sunt dona, quæ spiri-

K ¶ Boni.] s. per gratiam inhabitantem. inf. 24. q. 3. de illis, qui, & ea. cau. q. 1. ubi sana. H. Ioan. de Fan.
REmissionem.] CASVS. Dr hic qd cũ aliquis baptizat a quocunq; siue bono siue malo remissionẽ peccatorũ quam consequitur per baptismũ, non dat ei malus, sed meritum ecclesiæ. Nam bonis tantum dictum est; Quibuscunque remiseritis peccata, &c. Illa sola columba pacem habet, & ideo ligat, & soluit, & solus ille soluitur qui cum columba, idest ecclesia habet pacẽ. Vel sic. dictum est, supra quasdã operationes spiritussancti esse in malis, ut baptismũ, quasdã uero non esse in malis, ut remissiones peccatorũ, quæ dant ad preces bonorum ecclesiæ, qui

qui cum columba.i.ecclesia habet pacem: non enim malis,sed bonis d.est i est. Quorum remiseritis peccata,&c.
a ¶ Auari.] idest,idolatræ,idest,quilibet mali.28.q.1. idololatria.
Auari non dant peccatorũ remissionem.
b ¶ Auari non dant.] idest,indigni sunt dare inf.de consecr.

quæ carent officio diuersis ex causis.
c ¶ Sacramenta.] Respicit illud c.si iustus fuerit sup.eo.
f ¶ Et non inania.] Verum est hoc in sacramento necessitatis.24.q.1.si quem forte.
SED NOTANDVM. Hæc est 6.pars quæst. in qua facit differentiã inter sacramenta necessaria & voluntaria. Necessaria enim sacramenta sine quibus nemo saluatur (vt est baptismus) possunt recipi à quocunque. Sed sacramenta voluntaria (vt sunt ordines,) nisi ritè dentur, data non sunt: cessant vel loco, vel ordine, vel promotione: de quib. multa ponit exempla, quæ probat per 6.c. Ioan.de Fant.
g ¶ Sed notandum.] Scilicet cõtra simoniacos respondet ... per distinctionẽ sequentem suæ conclusioni sacramentum enim male acceptum, duplici caret effectu, aut quia in eo pstito nõ percipit gratia, sed arguitur malitia recipientis: & hoc omnibus sacramẽtis est commune: vel quia negatur ex cutio, qđ speciale est in sacramẽtis dignitatis.
h ¶ Necessitatis. Necessitatis quinq; sũt sacramẽta baptism⁹ cõfirmatio, pœnitentia, vltima vnctio, corpus Christi 2. In baptismo tñ hoc est speciale, ꝙ in summa necessitate accipi põt à quocunque 32.d.§.verũ ver.finẽ & idẽ *circa penitẽtiã: nã cõfiteri possunt cuicunq; in necessitate, de pe.d. 1.quem pœnitet. Circa alia sacramenta necessitatis, vel circa ista duo, cum non instat necessitas, hoc est attendendum, ꝙ cum peccat quis accipiendo, acta pœnitentia rata intelliguntur quo ad effectum. In sacramentis uerò dignitatis hoc est de iure, ꝙ non habeant executionem cum pœniteant accipientes, nisi cum eis dispensetur. Et sacramenta dignitatis sunt ordines: & ideo dr in plurali, q̃a sunt plures species ordinis.21.dist.cleros. Et dicuntur dignitatis, quia a dignioribus, idest, episcopis conferuntur: vel quia non nisi digni 3. assumendi sunt. Videtur * etiam ꝙ baptismus non sit necessitatis sacramentum: arg.ff.de consec.dist.4.c.baptismi uicem.
i ¶ Illa.] Hic assignat unam differentiam inter baptismum & alia sacramenta: aliam ponit infra in §.§ ecce si clericus: aliam in illo §.ecce cum honoris.

Sacramẽt male acceptum dupli ci caret effectu.
Sacramenta necessitatis sũt quinq;.

auari [a] nõ dant: quæ per orationes [b] sanctorum idest per columbæ gemitus datur quicunque baptizet, si ad eius pacem illi pertinent, quibus datur. Nõ enim raptoribus & fœneratoribus diceret Dominus: [Si cui dimiseritis peccata, remittuntur illi; si cui tenueritis, tenebuntur.] Foris [c] quidẽ nec ligari aliquid potest, nec solui, vbi non sit qui aut ligare possit, aut soluere: sed soluitur, qui cum columba fecerit pacem; & ligatur, qui cum columba nõ habet pacẽ, siue apertè [d] foris sit, siue intus esse videatur.

Ioan.20.

Si ergo sacramenta [e] in modũ lucis ab immundis coinquinari non possunt, si in modũ puri fluuij per lapideos canales ad fertiles areolas perueniunt; patet, ꝙ simoniaci sacramentũ vnctionis sibi quidẽ inutiliter, & perniciosè habent; alijs autem vtiliter, & salubriter eandem unctionem administrant. Sicut ergo sunt vera sacramenta hæreticorum quantum ad formam; ita sunt vera, & nõ inania [f] quantum ad effectum.

6 Sed notandum [g] est, ꝙ sacramentorũ alia sunt necessitatis [h], alia dignitatis. Quia.n.necessitas non habet legem, sed ipsa sibi facit legem; illa sacramenta, quæ saluti sunt necessaria, quia iterari nõ possunt, cum sint vera auferri, uel amitti nõ debent: sed cum pœnitentia rata esse permittuntur. Illa [i] verò sacramenta, quæ sunt dignitatis, nisi dignè fuerint administrata, ita vt digni dignè à dignis proueĥantur, dignitatis esse desinunt: non vt minuatur veritas sacramẽti, sed ut cesset officium administrandi, uel loco, vel tempore, uel promotione.

3 Extra de pe. & remiss. q uod inte. No. ꝙ istud factum non est necessitatis. Sed contra no.ext.de trãsfœmens ubi de hoc satis nota. Archid.
Sacramenta dignitatis.
* Vide S. Tho.4. distin. 27. q.3. art.4. q.1. & 2. & dist.20.q.1. art.1.q.2 per tot. præcipuè ad 4.arg.
3 Idest, sine crimine, sine infamia, sine irregularitate, cũ ad alia sacramẽta oẽs regulariter admittantur, nisi aliquando causa literatione criminis repellantur. P.

Loco, ut ait Leo ad Rusticum Narbonensem episcopum epist.90. al.92.c.1.

sup.dist.62.c.1. Burc.lib.1.c.11. Iuo p.6.c.65.

¶ De his, qui à pseudoepiscopis ordinantur. Cap. XL.

SI q clerici ab istis pseudoepiscopis [k] i eis ecclesijs or-

secr.dist.4.quomodo. Vel intellige de præcisis, quia non dant in veritate nisi sacramentum in necessitate, & eius etiam virtutem.
b ¶ Quæ per orationes.] Quia facilius pcibus iustorũ, qui sunt in ecclesia, obtinetur remissio i.vt inf.23.q.4. obtineri. Vel quia per vinculum charitatis ecclesiæ dimittuntur peccata inf.de consecr. d.4.ecclesiæ charitas.
c ¶ Foris. Sic intelligas cap.de toleratis. dic foris, i. extra ecclesiam, quæ complectitur tantum grana: sed si de præcisis, dic. foris, idest, extra ecclesiã militantem quæ complectitur grana cum paleis.7.q.1.§.cum vero.
d ¶ Apertè.] Cum sit Christianus ecclesiam impugnãs manifeste sine perturbans ecclesiam occultè 12.q.4.recurrat.vers.ti.
SI ERGO. CASVS. Infert Grat. ex supradicto c.si iustus fuerit, quod simoniacorum sacramenta alijs vtilia sunt, & si istis non prosint, similitudine aquæ currentis per canales, & lucis, quæ immundis non coinquinantur. Sed obijcit de sacramentis hæreticorum, quæ vera sunt quantum ad formam, & quo ad effectum, sed soluit dicens, quòd sacramenta necessitatis cũ effectu cõferunt, sed sacramenta dignitatis, quò ad formã tantum

Iustorũ preces facilius exaudiũtur.
1 De hoc de pœn. dist. 1. multiplex.

SI qui clerici.] CASVS. Dicitur in hoc c.ꝙ si quis cõsensu ab epo qui male fuerit electus, toleratus tamen fuerit promotus, dispensatiue poterit ministrare in ecclesia, ad quàm fuerit ordinatus, sed non in alia. Seq.§.planus, & omnia usque ad §.ecce.
K ¶ Si qui clerici à pseudoepiscopis.] idest non canonicè

* Nõ est semper necessarius baptismus fluminis: nam eius vicẽ interdum supplet baptismus sanguinis, & flaminis. S. Th.3.p.q.68. art.2.

nicè electis. toleratis tamen. sic. 61. d. c. 1. arg. contra 11. q. 1. alienationes. Ibi ius commune: hic misericordia.

a ¶ Ecclesiis.] inf. ea. q. c. 1. contra. Sol. ibi pp scandalū in ecclesia, quā per manifestam adeptus est simoniā, nō permittitur ministrare. hic econtra, s. propter scandalum, cum occultum sit delictum in ecclesia, cui intitulatus est, & nō in alia suscipit. vel hoc, cum emit illū ordinem, illud, cū dignitatem, vel beneficiū. inf. ea. ergo.

i ¶ Munditiæ.] Vt in illo qui contrahit cum ancilla. 34. dist. si quis viduam.

k ¶ Istud solum.] Scilicet ordinem.

dinati sunt, quæ ad proprios episcopos pertinebant, & ordinatio eorum cum consensu, & iudicio præsidentium facta est, potest rata haberi, ita vt in ipsis ecclesijs [a] perseuerent; aliter autem vana est habēda ordinatio, quæ nec loco fundata est, nec auctoritate munita.

¶ Caput hoc emendatum est, ac locupletatum ex ipsa epistola, & refertur supra dist. 62. c. 1. §. si qui.

Ecce aliquis à pseudoepiscopis ordinatus, si locum suæ ordinationis mutauerit, uana est: & sine administratione erit talis ordinatio.

Tempore, ut ait Innocentius epist. 22. c. 5. de ordinatis à Bonoso.

¶ Quæ pro necessitate conceduntur, eadem cessante cessabunt. Cap. XLI.

QVod pro necessitate temporis [b] statutum est, cessante necessitate debet vtique cessare pariter quod [c] vrgebat †: quia alius est ordo legitimus, alia vsurpatio, quam α ad præsens fieri tempus impellit.

α ¶ Quam ad præsens. *Hæc sunt addita ex Innocentio, cuius uerba in hoc capite in summam redacta, infra an. & q. 7. cap. quod pro remedio plenius referuntur.*

Ergo aliquis alio tēpore ab eo, qui Bonoso similis sit, ordinatus cessabit ab administratione, quæ pro necessitate illius temporis fuit permissa.

Item promotione, ut ait Leo epistola 3. ad Iulianum † Aquiciensem.

Iuo in prologo fol. 1. Pan. c. 19. in prologo. inf. ead. q. 7. c. quod pro remedio.

† Concord. princ. C. de ead. tollen. & 9. q. 1. ordinationes.

† al. Ianuarium.

b QVod pro necessitate tēporis, &c. Cessante necessitatē, & dispensatio cessare debet.

c ¶ Quod.] idest, qa dispēsatio vrget, vel qd est accusatiui casus, idest, qd necessitas vrgebat, idest, inducebat. Arg. contra inf. 19. q. 2. duæ, ibi pp criminosos. B. Sol. ibi de causa impulsiua, hic de fi. ff. de postu. l. 1.

d SI quis.] Hoc capitulum non loquit de mero iure.

e ¶ Promotionis.] 5. 34. d. præcipimus. C. depos. si depositi. de hoc enim gratificare debet, vt ibi.

f ¶ Inuenitur.] Nisi in casib. notatis 9. q. 1. in summa 1.

¶ Qui ab hæreticis redeunt, sine spe promotionis in suis ordinibus recipi possunt. Cap. XLII.

ſacerdotis? Auguſtinus reſpōdit. Ita iſtud dicis quaſi modo quæramus,quis ſit verus,ſacerdos,& non quid ſit verum baptiſma.[a] Vt enim ſit quiſq; verus ſacerdos,oportet, vt nō ſolo ſacramēto, [b] ſed iuſtitia quoq; induatur, ſicut ſcriptum eſt : [Sacerdotes tui induantur iuſtitia.] *Pſal. 131.* Qui autem ſolo ſacramento ſacerdos eſt, ſicut fuit pontifex Caiphas perſecutor vnius & veriſſimi ſacerdotis; quamuis ipſe non ſit verax;quod dat; tamen verū eſt, ſi non det ſuum [c], ſed Dei . *Item* [d] *paulò inferius* . ¶ Dixit quidam ex ipſis proprius eorū propheta. Cretenſes ſemper mendaces,malæ beſtiæ,ventres pigri.† teſtimonium hoc verum eſt. *Ad Titum. c. 1.*] Si ergo [e] Apoſtolus neſcio cuius alienigenę teſtimonium,quia verum comperit,etiam ipſe atteſtatus eſt ; cur nos apud quemlibet inuenerimus , quod Chriſti eſt,& verū eſt,etiam ſi ille, apud quē inuenitur, peruerſus,& fallax eſt;nō diſcernimus vitium, quod homo habet,[f] & veritatem,quam nō ſuam, ſed Dei habet? & dicimus,ſacramentum hoc verum eſt,ſicut ille ait, teſtimonium hoc verum [g] eſt? Nunquid ideò dicimus,etiā ipſe homo verax eſt,quia dicimus ſacramentum hoc verū eſt? *& paulo poſt.* ¶ Vos aūt neceſſe eſt, vt ſemper erretis,quamdiu propter hominū vitia,Dei ſacramenta violatis,[h] aut nos pp Dei ſacramenta, quę in nobis † violare nolumus,etiam veſtri ſchiſmatis ſacrilegiū [i] aſſumere putatis. *Item.* ¶ Baptiſmi ergo puritas à puritate, vel immunditia cōſcientię ſiue dantis,ſiue accipientis,oīno diſtincta eſt. *Item.* ¶ Memento ergo ſacramentis Dei nihil obeſſe mores malorū hominū,quo illa, vel oīno nō ſint, vel minus ſācta ſint. *Item.* ¶ Quęro,ſi nō habebat Saul [k] ſacramēti ſanctitatem,quid in eo Dauid venerabatur? ſi autem habebat innocentiam,quare innocētem perſequebatur? Nam cū propter ſacroſanctam vnionem & honorauit viuum,& vindicauit occiſum. Et quia vel pāniculum [l] ex eius veſte præſcidit, percuſſo corde trepidauit. Ecce Saul non habebat innocentiam; & tamen habebat ſanctitatē,non vitæ ſuæ (nam hoc ſine innocentia nemo pōt) ſed ſacramēti Dei,quod & in malis hominibus ſanctum eſt; *Item.* ¶ Nos dicimus tale cuiq; ſacrificium fieri, qualis accedit, vt offerat, & qualis accedit, vt ſumat:& eos de ſacrificijs taliū māducare,qui ad illa tales accedūt,quales & illi ſunt. Itaq; ſi offerat Deo malus,& accipiat inde bonus;tale cuiq; eſſe qualis quiſq; fuerit, quia & illud ſcriptū eſt: [Omnia munda mundis.[m]] Per hanc ſententiam veridicam,& catholicā etiam vos, Optati[n] ſacrificio[o] nō eſtis polluti,[p] ſi facta eius diſplicebāt

Ad Titum. c. 1.

† al. vobis.

Eod. lib. c. 35.

Ibidem c. 47.

Ibidem c. 48.

1. Reg. 10. & 24.

Ibidem c. 52.

Tit. 1.

† Poteſt inferri ex hoc text. ex ſua glo. q auctoritates Poetarū & gētilium tam in iure q in cauſis pōt allegari cōcord. tex. in l. antā tum, cū glo. fi. ff. de rerū diuiſio.

c ¶ Si non det ſuū.] i. ſi nō ſua, ſed Dei; in forma, ſ. eccleſiæ.
d ¶ Item.] Verba ſūt Epimenidis illius . Thebani ſacerdotis qui malus fuit . & Apoſtolus ſumit eadem uerba in teſtimoniū in epiſtola ad Titum. 1
e ¶ Si ergo.] Et uerū eſt ſupple : & ideò approbemus.
f ¶ Habet.] Arg. pro teſtimonio alicuiꝰ, qui nō eſt bonus, vt credatur teſtimonio in quo verum dicit, & ſi in alijs mentiatur. ſ. d. 37. turbat. & cap. ſi quid , ſe contra. 2. q. 9. pura.
g ¶ Verum.] Quaſi dicat.non: & ita nō quicunq; uerum dicit, verax eſt 22. q. 2. homines.
h ¶ Violatis.] id eſt, violanda eſſe creditis.
i ¶ Sacrilegiū.] Quaſi comprobare ſchiſma ueſtrum uideamur, ex eo quod ſacramenta ueſtra nō reprobamus.
k ¶ Si non habebat Saul.] Quē dominus elegerat & fecerat Regē. i. fieri iuſſerat vt j. 8. q. 1. audacter.
l ¶ Panniculū.] Qſi præcidit clamydem veſtimenti ſui, vt 2. q. 7. c. plerumq. obijcitur. §. de his, & §. item opponitur .
m ¶ Omnia munda mūdis.] Iuxta illud Qui manib. ſordes : operum prius ablue ſordes. Intus te mūda, quia mundis omnia munda.
n ¶ Optati.] Propriū nomē eſt. & erat malus catholicus , uel hæreticus , ſcilicet occultus.
o ¶ Sacrificio.] Hic patet quod præciſus conficit, vt inf. c. nō nocet, & c. dictum & de conſecr. diſtin. 4. non in uobis præterea , quæ eſſet ratio quare damnatus à Deo poſſet conficere quamdiu toleratur ab eccleſia , ſed damnatus ab homine non ? Dicas ergo q hæreticus excommunicatus depoſitus poteſt hoc ſacramentum & reliqua ſacramenta miniſtrare, per capitula quæ dixi . Quidam tamen contrarium dicunt 2. per id quod eſt 24. queſt. 1. extra eccleſiam, infra ea. ſacerdotes.

ADDITIO . Intellige omnia iſta vltimo allegata quò ad effectum ſacramenti. vel quando non ſeruant formā eccleſiæ ſecundum Ray. qui de hoc ſatis no. in ſumma de hæret. §. item nunquid, &c.

p ¶ Polluti.] Arg. nō imputari ſocio peccatum alterius ſi ei diſplicoat, dummodo eum admoneat, vt 15. ſignificat, vt

Epimedines Thebanus, ſacerdos malus fuit.

2 Cap. 1. de hoc etiam not. 37. diſt. turbat. ibi uideas. Arch.

Optatus malus fuit catholicus.

Sacerdos præciſus cōficere pōt.

a Ad hoc de conſe. diſt. 2. quid. verſic. qualis ubi de hoc.

vt ℨ.ea.q.4.c.1.quod incipit.nullius crimē.& c.crimē. arg.23.q.4.recedite.8.q.1. quid aūt.inf.11.q.3.quod pdecessor.inf.24.q.1.si habes 24.q.1.schisma.contra inf. de cōs.d.1. in sancta contra ℨ.ea.q.5.c.1. contra H.

C Hristus quid fecit.] CASVS. probatur in hoc cap. ꝙ mali

vobis.Nam vtiq; panis illius,panis luctus erat,sub cuius iniquitatibus Africa tota lugebat:sed panem luctus, omnibus vobis communem esse,omnium vestrū malū schismatis facit. *Item.* ¶ Gratias Deo,quia tandē confessus es posse valere inuocatum nomen Christi ad aliorum salutem,etiam si a peccatoribus inuocetur.Hinc ergo intellige,cum Christi nomen inuocatur, non obesse aliorum saluti aliena peccata.

Ibidem c.54.

a ¶ Vitæ suæ.] *Sequebatur*, sed vnctionis: *quæ voces absunt ab omnibus vetustis Gratiani exemplaribus,licet in codicibus etiam B. Augustini impressis legantur.*

Idem in psalmum 10.in vers.[Iustus autē quid fecit?]

¶ Etiam per malum ministrum dona Dei ad hos perueniunt,qui cum fide accipiunt. Cap. LXXXVIII.

Iuo p.2.c.105. Ioan.13.d.& 12. Matth.10.

CHristus quid fecit [a] vobis,qui traditorem suum tanta patientia pertulit, vt ei primam [b] Eucharistiam confectam manibus suis,& ore [c] suo commēdatam,sicut cæteris [d] Apostolis,traderet?Quid vobis fecit Christus, qui eundem traditorem suum, quem diabolum nominauit [e],qui ante traditionem Domini , nec loculis [f] Dominicis fidem potuit exhibere,cū cæteris discipulis ad prædicandum regnum cœlorum misit; vt demonstraret dona Dei peruenire ad eos, qui cum fide accipiunt,etiam si talis sit,per quem accipiunt,qualis Iudas fuit?

Item Gregorius.

¶ Sacramentis, episcopi malitia non nocet. Cap. LXXXIX.

NOn nocet malitia episcopi neque ad baptismun infantis,neq; ad ecclesiæ [g] cōsecrationem [h]:quia baptisma a Deo datur, non ab homine venit.sic & Eucharistia,& omnia, quæcunque in altari ponuntur,non ab homine, sed a Deo sanctificationem accipiunt.

Sed obiicitur [i] illud Hieronymi in Sophoniam,c.3.

¶ Non verba,sed merita sacerdotum Eucharistiam faciunt. Cap. XC.

Iuo p.2.c.110.

SAcerdotes , qui Eucharistiæ seruiunt,& sanguinē Domini populis eius diuidunt, impie agunt in legē Christi, putantes Eucharistiam , imprecantis [k] facere verba , non vitam [l]; & necessariam esse tantum solemnem orationem, & nō sacerdotum merita, de quibus dicitur:[Et sacerdos , in quo fuerit macula [m] non accedet offerre oblationes Domino.]

Leuit.21.

c ¶ Ore.] Cum dixit,hoc est corpus meum.inf.de cons. d.2.accipite .

d ¶ Cæteris.] inf.23.q.4.tu bonus,& c.quàm magnū. inf.de conse.d.2.cum omne contra Sol.sed ibi de bucella panis, quam soli Iudæ tradidit postea : hic de corpore Christi, quod primo tradidit sibi postea omnibus dedit.

e ¶ Nominauit.] Ibi. nescio, sed credo , ꝙ ibi qui intingit mecum manum,& c.arg.inst. de exhæred. lib. §.sed fœminini.

f ¶ Loculis.] Arg.cōtra infideles seruientes, ꝙ sint sicut diaboli. de pœn. d.1.§. hoc idem 1.

1 Ad idē 13. q.1.§.adhoc vbi de hoc§. ꝙ sint sicut diaboli . de pœnit. d.1.§. hoc idem. Arch.

g NOn nocet .] ¶ Ad ecclesię] inf. de cōs.d.2.ecclesijs.contra. sed illud quando forma seruata non est.

h ¶ Consecrationē.] dum tū cesset omnis pactio,vel aliqua turpis ꝓmissio; alioqn execrata potius ꝙ cōsecrata dici debet , vt inf.ead.q.4.ecclesia. sed hoc in odiū cōsecrantis , nam reuera consecrata est 2.

2 Dūmodo forma ecclesiæ fuerit seruata. de cōs. d.1.ecclesijs, quod etiam videt contra Io. de Fant.

SED OBIICITVR.CASVS. Nunc obijcitur Grat.cōtra prædicta,& ita alternatim modo ex vna parte modo ex alia allegādo procedit in hac quæstione, & solutiones inferendo .

i ¶ Sed obijcit. Respicit §.si ergo. ℨ.ꝓpositū. Nam inducit ista sex c. quædā directe: quædā a sensu contrario ad probandum,ꝙ malus sacerdos non possit conficere sacramenta , sed ibi respondet in seq. §.cum vita .

SAcerdotes.] CASVS. Dicit in hoc c. ꝙ non tm̄ verba : sed etiā merita sacerdotum cōcurrere debēt,quia scriptū est. Nec maculā habens ad sacrificandū accedat.Sequentia tria c. plana sunt, in quib. dicitur. ꝙ mundi debent esse sacerdotes, qui prò alijs intercedunt,quia facilius exaudiuntur.

mali sacerdotes sunt tolerandi, & ꝙ sacramenta sunt ab eis recipienda, & hoc probatur exemplo Domini,qui Iudam tolerauit, & eum cum alijs discipulis ad prædicandum misit.Sequens cap.patet.

a ¶ Christus qd fecit.] Quę signa patiētiæ oñdit nobis.

b ¶ Primam. Idest primo confectam Eucharistiam dedit.nam vna sola est. & ideo non est prima, vel vltima. Vel sic,primam,idest,vnicam,& non plures .

K ¶ Imprecantis.] Idest,inuocantis per preces. H.

l ¶ Non vitam.] Quantum ad rem sacramēti.s.vt digne conficiant,talis vita non exigitur,vt conficiant . ADDITIO. Sub.sed vt proficiant offerenti. inf.ead. cum vita. A.lud.

m ¶ Macula.] Mortalis peccati 3.arg. de cons.d.2.quotidie,vel venialis,& tunc est cōsilium.arg.d.6.testamētum.

3 Hic videas qđ no.s t. d. de his. in gl. vlt. extra de celeb. missa. de homine Arch.

tum H. tamen hæc auctoritas intelligitur de macula corporali, vt 49. dist. hinc etiam, & ita sophistice inducitur §. non accedat. dum enim æstuauerit in pectore precantis ignis alienus, qui exurit, & non satiat: non pōt digne accedere ad altare. de pœn. dist. 3. cap. inter hæc hircum Vnde notatur hic, ꝙ quilibet sacerdos ꝓ macula mortalis peccati suspēsus est quo ad se, quoad accipiētes vero non, nisi vt notatur 32. dist. §. verum, & c. nullus.

Eucharistia est obseruanda, ne in terram decidat negligentia ministrant. s. quia vterq; reus est. f. q. negligēter verbū Dei audit, & qui corpus Christi in terram cadere permittit, & ita sacerdos non debet indigne ministrare. g ¶ Verbum.] Idest, prædicatio, quæ plures conuertit, & plus

Prædicatio est efficacior corpore Christi.

Sacerdos quilibet ꝓ mortali peccato suspensus est quoad se.

Item Alexander, epist. 2.

¶ Tanto facilius sacerdotes exaudiuntur, quanto apud Deum sunt digniores. Cap. XCI.

Iuo p. 2. c. 69. & p. 6. c. 45.

IPsi sacerdotes pro populo interpellant, & peccata populi comedunt [a]; quia suis precibus, & oblationibus ea delent, atque consumunt. qui quanto digniores fuerint, tanto facilius pro necessitatibus, pro quibus clamant, exaudiuntur.

a IPsi sacerdotes.] ¶ Comedūt.] Idest, oblata pro peccatis 1. vel dicuntur comedere peccata populi, quia delent, & sic comedunt peccata populi ordinationibus suis, vel forte quia exemplo bonæ operationis, & verbo prędicationis corrigunt homines, & ita quātum in se est delent. 36. dis. 5. ecce ver. ex quibus. solus enim Deus delet peccatum, idest, peccati reatū 2. sacerdos pęnam infligendā pro peccato orationibus minuit 3. pp qđ peccatū delere dicitur. 13. q. 2. animę. H. Vel illi dicūtur comedere peccata populi, q de suis possunt sustētari, & tamen percipiunt de ecclesiasticis 12. q. 2. illud. cū habenti dare, & c. 1. q. 2. pastor.

Sacerdotes comedūt peccata populi. 1 Sic. 1. q. 1. quia.

2 Vt su. e. q. ut euidēter.

3 Vt 13. q. 2. animæ.

Item Gelasius Elpidio episcopo.

¶ Non adest sacramentis spiritus sanctus, quæ per criminosos ministrantur. Cap. XCII.

Iuo p. 2. c. 70. & p. 6. c. 110.

SAcrosancta [b] religio, quæ catholicā continet disciplinam, tantam sibi reuerentiam vendicat, vt ad eā quilibet, nisi pura conscientia, non audeat peruenire. Nā quomodo ad diuini mysterij consecrationem [c] cælestis spiritus inuocatus † adueniet [d], si sacerdos, & † qui, cū adesse deprecatur, criminosis plenus actionibus reprobetur?

† al. aduocatus. † al. etiam.

Item Gregorius in regesto, lib. 1. epist. 24.

Et Pan. p. 2. c. 2.

¶ Manus immunda, tacta inquinat, non mundat. Cap. XCIII.

NEcesse est, vt esse munda studeat manus, quę diluere sordes curat: ne tacta quæq; deterius inquinet, si sordida ipsa stercoris † lutum tenet: scriptum namq; est: [Mundamini, qui fertis vasa [e] Dñi.] Domini etenim vasa ferunt, qui proximorum animas ad interiora [f] † perducendas, in conuersationis suæ exemplo suscipiunt.

† al in seq. Esa. 52. † al. ad internasacrificia. † al. in æterna sacraria.

b SAcrosancta.] Idest, religiosa sacramentorum reuerentia. vel idest, Eucharistia, vel quodlibet aliud sacramentum. sup. ea. vētum. c ¶ Cōsecrationem.] ꝗ diuinum ministerium fecit, nō ministri administratio, vt inf. de cons. distin. 4. non est aqua.

d ¶ Adueniet.] Adueniet quidē magis ad cōficientis detrimētum, ꝗ ad salutē, vt de consec. dist. 2. c. & sancta.

Item Augustinus, lib. 50. homiliarum, homil. 26.

¶ Aeque seruandum est verbum Dei, & corpus Christi. Cap. XCIV.

Iuo p. 2. c. 106.

INterrogo vos fratres, vel sorores: dicite mihi, quid vobis plus esse videtur, verbū Dei, an corpus Christi? Si verum vultis respōdere; hoc vtiq; dicere debetis, quòd nō sit minus verbum Dei, quàm corpus Christi. Et ideo, quanta solicitudine obseruamus, quando nobis corpus Christi ministratur, vt nihil ex ipso de nostris manibus in terram cadat tanta solicitudine obseruemus, ne verbū Dei, quod nobis erogatur, dum aliud aut cogitamus, aut loquimur, de corde nostro pereat: quia non minus reus erit, qui verbum [g] Dei negligenter audierit; quàm ille, qui corpus Christi in terram cadere [h] negligentia sua permiserit.

e NEcesse e. Vasa. i. subditorū animas, qa Dñs ī eis sedet 4. vt 23. q. 4. Nabucudonosor. 32. q. 5. si Paulus. quorum sanguis requiritur de manibus nostris. 43. d. Ephesijs.

4 al. iacet.

Item lib. 4. de Trinitate, c. 14.

f ¶ Ad interiora.] Idest, spiritualia, & cœlestia. Vel dic. id. s. ad vitia, & tunc dic perducendas vapulaturas a primo mancipio gehennæ. eo. d. si Papa.

INterrogo.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ æquali diligentia audiēdum est uerbū Christi, ne de corde labatur, sicut plus facit compungi hominem, ita ut omnia peccata per eam tollantur, sed per corpus Christi tantum venialia tolluntur, ut de consec. d. 2. iteratur, & cap. quotidie, & sic non ob. supra eo. multi.

g ¶ Verbū.] Idest, id quod uerbo significatur, uel per uerbum concipitur.

h ¶ Cādere.] De consec. d. 2. qui bene.

Neque.

NEque.] CASVS. Dicitur hic, quod ad hoc, ut rite, & recte sacrificium offeratur, debet ab honesto ministrari, & a iusto recipi, & hoc dicit litera. Pro quibus offertur, supple digne.

a ¶ Neque.) Nota, quod tria dicuntur hic: scilicet quod sacramenta

quia offertur etiam pro habentibus mortalia i.

f ¶ Mundandis.) idest, uenialis peccati maculam habentibus.

CVM VITA. CASVS. Iste §. respicit illud capit. sacerdotes, ubi dicitur, quod bona uita sacerdotis necessaria est ad cōficiēdū corpus Christi. Modo soluit, & dicit, quod intelligendū est hoc non de consecratione, quia in veritate cōficit etiam malus sacerdos, sed de effectu consecrationis, quia nihil prodest si sumatur ab indigno, & quod malus sacerdos conferat gratiam digne sumentibus, sequenti c. probatur.

1 Scilicet, vt compungantur, & vt mitigetur pœna. 13. q. 2. tēs. Ioan. de Fant.

¶ De eodem. Cap. XCV.

Iuo p. 2. c. 107.

NEque [a] potest id rite [b] offerri, nisi per sacerdotē iustum & sanctum, nec nisi ab eis accipiatur quod offertur, pro quib. offertur [c]; atque id sine vitio [d] fit, vt pro vitiosis [e] mundandis [f] possit offerri. Hoc certe omnes cupiunt, qui pro se offerri sacrificium Deo volunt.

Cum vita [g] *sacerdotum Eucharistia necessaria esse dicitur, non consecrationi, sed effectui intelligendum est. Non enim effectum salutis confert ei, quem merita faciunt indignum: potius completur in eo illud Apostoli;* 1. Cor. 11. *[Qui manducat corpus Domini, & eius sanguinem bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit.] Ergo contra eos, qui crebra oblatione sacrificij se putant posse mundari non cessantes impie agere in legem Dei, intelligitur illud esse dictum Hieronymi.* su. ca. sacerdotes. *Quod vero sacerdos, etiam si malus sit, tamen pro officio suæ dignitatis gratiam transfundat hominibus, testatur Augustinus in libro quæstionum veteris test. c. 11.*

Iuo p. 2. c. 100. Panor. l. 3. c. 79. Num. 6.

¶ Sacerdotes nomen Domini inuocant Dominus autem benedictionem præstat. Cap. XCVI.

DIctum est [h] à Deo in Numeris ad Moysem, & Aaron sacerdotes: [Vos ponite [i] nomen meum super filios Israel: ego Dominus benedicam eos,] vt gratiam traditio per ministerium ordinantis transfundat hominibus, nec voluntas sacerdotis obesse, aut prodesse [k] possit, sed meritum benedictionem poscētis. ¶ Quanta autem sit dignitas ordinis sacerdotalis, hinc aduertamus. Dictū est enim de nequissimo Caipha interfectore Saluatoris, inter cætera: Hoc autem a semetipso non dixit, sed cum esset princeps sacerdotum anni illius, prophetauit.] Per quod ostēditur spiritum gratiarum non personam sequi aut digni, aut indigni, sed ordinationē traditionis, vt quamuis aliquis boni meriti sit, non tamen possit benedicere, nisi fuerit ordinatus, vt officium ministerij exhibeat. Dei autem est, effectum tribuere benedictionis.

Io. 11.

Quod verò [l] *per hæreticos sacramēta dignitatis ministrata dicūtur carere effectu, improbatur auctoritate Anastasij Papæ, qui ordinationem Acacij, quamuis hæretici,*

g ¶ Cum vita.] Respicit hoc capitulū sacerdotes, & bene soluit, & ad confirmandū suam solutionē inducit c. sequenti.

DIctum est.] CASVS. Hic primo probatur per verba Domini, & exemplo Caiphæ, quod apud malos sacerdotes vera sunt sacramenta, & quod ex officio suo gratiam hominibus trāsfundunt. Secundo, quod tāta est vis sacerdotij dignitatis, quod sine eo etiā apud bonos non est auctoritas benedicendi.

h ¶ Dictū est.) Probat Aug. quod benedicere non tantū meritum, sed etiam ordinē requirit. In 1. ergo parte ponit auctoritatē Dñi, vsque ibi, (Quāta.) In secūda probat intentionē suā, & auctoritate, & exēplo Caiphę.

i ¶ Vos ponite.) i. inuocate 2.

K ¶ Prodesse.) Hic colligit, quod licet voluntas sacerdotis nō

2 Et loquitur sacerdotibus de his ministerijs siue benedictionibus ubi ordo sacerdotalis exigitur. Arch.

menta Domini non rite, vel recte conferuntur nisi a dignis conferantur, & a dignis sumantur, & in forma ecclesiæ. Primū notatur ibi: Nisi per sacerdotē) Secundum ibi, (Nec nisi.) Tertium ibi, (Atque id, &c. Quidā diuidunt c. in duas partes. In prima fit mentio de sacrificio, quod ab eo accipitur pro quo offertur, & hoc vsque ad illum locum. (Atque id.) In secunda fit mentio de sacramento, quod non accipitur ab eo, pro quo offertur: & dic, sine vitio, idest, sine peccato.

b ¶ Rite) Quo ad offerentem, & accipientem.

c ¶ Pro quibus offertur.) Supple, nec potest rite offerri nisi ab eis.

d ¶ Sine vitio) Idest, non fit citra formam ecclesiæ, sed in ipsa forma ecclesiæ.

e ¶ Vt pro vitiosis.) Expone vt rectè possit offerri pro vitiosis, idest, Venialia habētib. Sed intellige generaliter,

fit, vt prosit: prodest tamen, infra de consec. dist. 4. non illud te. Sed quid si cantet Missam, vt Deus perdat aliquos? conficiet reuera, sed debet puniri, arg. 26. quæst. 2. quicunque.

QVOD VERO. CASVS. Dictum est sup. in §. si ergo quod sacramenta, quod sacramenta dignitatis ab hæreticis collata non habent effectum, contra quod allegat Gra. auctoritatem Anastasij, quam friuolam, esse ostendit auctoritate Gelasij, & Felicis, qui cum Hormisda excommunicauerunt. Acacium antequam excommunicassent Anastasium. Sed H. exponit antequam Anastasium. i. antequam Anastasius esset Papa: quia Acacius mortuus fuit ante Anastasium, & Anastasius successit illi. Et ita cum successerit Gelasio, non fuit excommunicatus ab eo, nec a præcedentibus.

l ¶ Quod verò.) Dictum est sup. in §. si ergo, quod sacramenta

ments dignitatis ab hæreticis collata effectum non habent: contra quod allegat auctoritatem Anastasij. quam ostendit friuolam esse auctoritate Gelasij, & Felicis.
a ¶ In tractatu. Per hoc probatur, quod Gratianus non diuisit per distinctiones hoc opus, argum. 12. q. 3. §. euidenter.

triplicitur, per baptismum datum a laico, quod non iteratur, licet illud iniuste detur per signum publicæ monetæ impressum ab eo, qui non debuit imprimere, & per characterem militiæ, qui non repetitur 1.
d ¶ Dandi.] Scilicet ordinem.

ITEM OBIICITVR. CASVS. Dictum est sup. in c. Arianos. & sup. in §. cum ergo Innocentius, quod solum baptisma ratum est apud hæreticos contra quod obiicitur modo in hoc cap.
b ¶ Item obiicitur.] ei. s. quod dictum est sup. ead. §. cum ergo Innocentius, & c. Arrianos.

ira ratam approbat, ut etiam eis, quos post damnationem suam baptizauit, vel ordinauit, in nullo ream personam nocuisse asserat. Sed hoc eum a *illicite, & non canonice, imo contra decreta suorum prædecessorum fecisse probant Felix, & Gelasius, qui Acacium ante Anastasium excommunicauerunt, & Hormisda, qui ab ipso Anastasio tertius, eundem Acacium damnauit. Vnde etiam ab ecclesia Romana repudiatur, & a Deo fuisse percussus legitur in gestis Romanorum Pontificum hoc modo: [Anastasius secundus natione Romanus, &c.] Require retro in tractatu* a *decretalium epistolarum.*

Sup. d. 19.

a ¶ Sed hoc eum.] *Supra d. 19. c.* Anastasius, *ostensum est immerito reprehensum esse Anastasium, & verissima esse, quæ ipse de Acacio scripsit, & decreuit.*

Item obiicitur b *illud Augustini lib. 2. contra epist. Parmeniani, c. 13.*

¶ Qui recedit ab ecclesia, nec baptisma, nec ius dandi amittit. Cap. XCVII.

Sent. 4. d. 25. Alg. l. 3. c. 10. Pann. l. 1. tit. 2. c. 80.

QVod quidam c dicunt, Baptisma, quod accepit, non amittit, qui recedit ab ecclesia; sed ius tamen dandi d quod accepit, amittit e, multis modis apparet frustra, & inaniter dici. ¶ Primo, quia nulla ostenditur causa, cur ille, qui ipsum baptismum amittere f non potest, ius dandi g, amittere possit. Vtrumque enim sacramentum est, & quadam cõsecratione vtrumque h homini i datur, illud, cum baptizatur; istud, cum ordinatur; ideoq; in catholica ecclesia vtrumq; non licet iterari. ¶ Nam si quando ex ipsa parte k venientes etiam præpositi pro bono pacis, correcto † schismatis errore suscepti sunt; & si visum est opus esse, vt eadem officia gererent, quæ gerebant, non sunt rursus ordinandi †, sed sicut baptismus in eis, ita ordinatio mansit integra; quia in præcisione fuerat vitium (quod vnitate † pacis est correctum) non in sacramentis l, quæ vbicunque sunt m, ipsa vera sunt. Et cum expedire hoc videatur ecclesiæ, vt præpositi eorum venientes ad catholicam societatem, honores sibi suos non administrent,

Iuo p. 2. c. 97. Pann. l. 1. c. 77.

† al. correpto.

† al. ordinati.

† al. vnitatis pace.

c ¶ Quod quidam.] CASVS. Quidam dixerunt, quod catholici ab ecclesia recedentes retinent potestatem conferendi baptisma, sed non potestatem conferendi ordinem, sed eam amittunt. Contra quod probat Augustinus quatuor rationib. hoc esse falsum. Primo, quia qua ratione perditur vnum, & reliquum, cum vtrumque quadam consecratione conferatur. Secundo, quia consuetudo est ecclesiæ, quod tales non reordinantur cum redeunt, ne fiat iniuria sacramento, retinet ergo vtrumq; sed ad perniciem. Tertio, quia si aurum, vel argentum furtiue fuerit signatum, si fur postea deprehensus a principe, punit, sed signum monetæ non reprobat. Quarto, quia character militiæ non reiteratur circa redeuntem, cum miles ad gratiam principis reuocatur. Quinto, concludit ex præmissis, quod non debent iterari s. ia ab eis collata, ne fiat iniuria sacramento. Prima ratio est ibi. Primo, quia.] Secunda ibi, Nam si quando ex ipsa. Tertia ibi, Si enim aliquis. Quarta ibi, Si forte. Quinta ibi, De his qui.]
c ¶ Quod quidam. CASVS. Opinio est quorundam, quod sacerdos, vel episcopus recedens de ecclesia ad hæreticos, sacramentum baptismi non amittit: sed sacramentum ordinis amittit. Istud improbat Augustinus multipliciter. Primo sic: quia cum vtrumque sit sacramentum, non potest assignari ratio, quare potius perdatur vnum, quam aliud. Secundo sic: quia consuetudo ecclesiæ est, quod cum tales redeunt, non solent reordinari, si eos ecclesia vult tolerare. Tertio dicit, quod sicut recedens ab ecclesia vtrumque retinet: sic vult, quod vtrumque potest conferre aliis extra ecclesiam, licet male conferat, & cum quis recipit sacramentum extra ecclesiam, si reuertitur ad ecclesiam, non est sacramentum iterandum in eo. Et hoc probat

e ¶ Amittit.] Characterem enim non potest amittere, licet videatur aliter dici 11. q. 3. episcopus.
f ¶ Amittere. Nam vbi eadem ratio, & idem ius. ff. ad leg. Aquil. illud. An tamen hoc sit uerum, notatur 26. q. 1. sic enim. 32. q. 7. Apostolus, sup. ea. q. §. cum ergo.
g ¶ Ius dandi. Scilicet ordinem de consec. dist. 4. ostenditur. Vel potestatem conferendi baptisma, inf. 32. q. 7. licite.
h ¶ Vtrumque. Scilicet baptismus, & ordo.
i ¶ Homini.] Hoc de baptismo sacerdotis, in quo potestas baptizandi est sacram: in laico est quædam licentia, non sacramentum 2. argu. quod scientia * hæretici ualent, & ligatio, & solutio, cum ius ligandi, iudicandi, atq; soluendi a tempore consecrationis acceperit, sup. d. 48. 3. c. 1.
K ¶ Parte. Collectio enim hæreticorum rectissime pars appellatur, a partiendo, id est, diuidendo.
l ¶ Non in sacramentis.] Fuit uitium scilicet.
m ¶ Sunt.] Quia a quocunque dentur, iterari non debent.

1 Adde pro intellectu huius gl. quod olim figurabantur milites quadam nota seu figura in illius ab aliis discretionem. l. stigmata. C. de fab. li. 11. not. in l. pe. ff. ex qb. cau. maio.

a Scilicet est ius dandi, quia non habet nisi ex permissione: sed si confert est uerum sacram, quod dic, ut legit. & not. de consec. d. 4. sanctum. Arch.

* *Hæretici non possunt ligare, & soluere, & si fecerint, nihil actum, est quia iurisdictionem non habent* *B. Th. 3. q. 19. ar. 3. & 4. d. 19. q. 1. art. 2. q. 3. Al. 63.*

bent, & ideo ipsa sunt, idest; firma & uera sunt, & bona.

a ¶ Manus.] Supra e3. q. e. manus impositio. contra. sed hic de consecratoria.

b ¶ Dandi.] i. consecrandi. vel dãdi ipsam ordinationẽ.

c ¶ Aliud.] Argu. contra illud generale quod est extra de translatio inter corporalia. & 7. q. 1. factus. ff. si quis cau. quoties. arg. 63. dist. Salonitanæ. 45. dist. de Iudæis. 7. q. 1. episcopus.

d ¶ Necessitate.] Hic apertè colligitur, quod laici non habent ius baptizãdi: nisi large dicatur ius vel potestas, id est permissio, vt inf. de cõs. dist. 4. constat. & cap. à quodam. & 30. q. 1. ad limina.

nõ eis tamen ipsa ordinationis sacramenta detrahũtur, sed manẽt super eos. Ideoque non eis in populo manus[a] imponitur, ne non homini, sed ipsi sacramento fiat iniuria, *& infra*. ¶ Sicut autem habent in baptismo, quod per eos dari possit; sic in ordinatione ius dandi;[b] vtrũque quidem ad perniciem suam, quam diu charitatem non habent vnitatis: sed tamen aliud est, prorsus non habere: aliud perniciose habere; aliud[c] salubriter habere. Quidquid non habetur, dandum est, cum opus est dari: quod vero perniciose habetur, per correctionem depulsa pernicie, agẽdũ est, vt salubriter habeatur. Quãquã, & si laicus aliqua † pereuntis dederit necessitate[d] compulsus, quod cum ipse acciperet, dandum esse addidicit; nescio,[e] an pie quisquã dixerit esse repetendũ. Nulla enim cogente necessitate si fiat, alieni muneris vsurpatio est. Si aũt necessitas vrgeat, aut nullũ, aut veniale delictum est.[f] Sed, etsi nulla necessitate vsurpetur, & à quolibet cuilibet detur; quod datum fuerit, non potest dici non datũ, quãuis rectè dici possit & illicitè datũ. Illicitã ergo vsurpationem corrigit reminiscentis, & pęnitentis affectus. Quòd si non correxerit, manebit ad pœnã vsurpatoris quod datum est, vel eius, qui illicitè dedit, vel eius, qui illicitè accepit: non tamen pro non dato habebitur.[g] Neque enim vllo modo per deuotum militẽ, quòd à priuatis usurpatum est, signum regale violabitur. ¶ Si enim aliqui furtim, & extraordinariè non in monetis[h] publicis aurum, vel argentum percutiendo signauerint, cum fuerit deprehensum, nonne illis punitis,[i] aut indulgentia liberatis cognitum regale signum thesauris regalibus cogetur inferri? *& paulo post.* ¶ Si forte illum militiæ characterẽ in corpore suo non militans pauidus exhorreuerit,[k] & ad clementiam Imperatoris cõfugerit, ac prece fusa, & impetrata iam venia militare cœperit; nũquid homine liberato, atq; correcto, character ille repetitur? ac nõ potius agnitus approbatur? An fortè minus hærent sacramenta Christiana, quam corporalis hęc nota; cum uideamus nec apostatas carere baptismate, quibus vtique per pęnitentiam redeũtibus non restituitur, & ideo admitti non posse iudicatur? *& paulo post.* ¶ De ijs,[l] qui ab ecclesię vnitate separati sunt, nulla iam quæstio est, quin & habeant, & dare possint, & quin perniciosè habeant, perniciosęque tradant extra uinculum pacis. *& infra*. Neutri sacramento iniuria facienda est. *& infra*. ¶ Sicut non rectè habent, qui ab unitate discedunt, sed tamen habent, & ideo redeunti non redditur; sic etiam non rectè dat, qui ab unitate discedit; sed tamen dat: & ideo, quod ab eo accepit uenienti ad unitatem non iteratur. *& infra*. ¶ Sicut redeunti non redditur, quod & foris habebat; sic uenienti repetendum non est, quod etiam foris accepit. Vnde consequenter intelligitur peruersitatem hominum esse corri-

† al. alicui pereunti.

Baptizandi ius non habent laici.

Philosophicum temperamentum.

e ¶ Nescio.] Idest, nõ approbo, si quis dixerit repetendum.

f ¶ Veniale delictum est.] Hic philosophicum temperamentũ est, nã i ueritate nullũ est. Et est simile. 22. q. 2. in quibus.

g ¶ Habebitur.] Arg. contra extra de iure patro. quod autem. in fine.

h ¶ In monetis.] Idest, signis, vel sigillis, numismatibus vel instrumẽtis monetam cudendi.

i ¶ Punitis.] Isti varijs pęnis puniũtur. C. de fal. mo. quod totũ parcitur ei, illi, q; formauit, si ante quam signũ imprimat pœniteat. ff. ad le. Corn. de fal. qui falsam. &c.

k ¶ Exhorreuerit.] Qui fortè fugit de bello publico. & ita infamis effectus est de 6. q. 1. infames. & hoc intelligitur de militib. illis. qui iurauerunt se mortem non euitaturos, pro republica, & isti habebant stigmata, vel alia signa de aliquo colore, de quib. dictũ est. Milites nostros arma scire volumus non leges. C. de iure del. sãcimus. Vel sẽsus est huius literæ, quod si aliquis prœter auctoritatẽ principis accept⁹ ẽ militię cingulũ, & post recõciliatũ ipsi pricipi, erit ne i eo iterãdus character? quasi dicat, nõ. ADDITIO. Et tam istã lectură dic, exhorruerit, s. quia à principe non acceperat. & no. hic militibus characterem imprimi. lo. de Fant.

Infamis est de bello publico fugiens.

1 Concor. text. in l. non oẽs. §. item qui desertorum. cũ ibi no. per doct. ff. de re mil.

l ¶ De ijs.] Repetit, quædam dicta sunt, dubitat hic fore. §. sed non est dubitandum: quia non est.

gendam; sanctitatem autem sacramẽtorũ in nullo peruerso esse violandam. Constat enim eam in peruersis, & sceleratis hominibus, siue in eis, q intus sunt, siue in eis, qui foris sunt, impollutam, atque inuiolabilem permanere, & quia dicuntur ea mali polluere, quãtum in ipsis est dicuntur; cum illa impolluta permaneãt: sed in bonis ꝑmanent ad prẽmium; in malis permaneãt ad iudiciũ. & *infra.* ¶ Quomodo catholici non clarificant Deum qui promissa eius nullis hominum sceleribus, quo minus impleientur impediri posse confidunt? qui sacramẽta eius tam debita veneratione prosequebãtur, vt ea, si etiam ab indignis tractata fuerint, illis sua peruersitate damnatis, illa intemerata sanctitate permanere demonstrentur?

Eod. 2. lib. 19.

α ¶ Quod accepit.] *Sic etiam Algerus licet paulo aliter habeat originale.*

β ¶ Neque vllo modo] *Hæc vsque ad uerbum*, violabitur, *addita sunt ex originali, ex quo etiam alijs locis caput hoc locupletatum est.*

γ ¶ Vel argentum.] *In codicibus B. Augustini impressis sequitur,* sed æs, *in duobus autem manuscriptis Vaticanis,* vel æs.

12 *Ex his*[a] *verbis Augustini constat, in omnibus tã apostatis, quã hæreticis, vel damnatis permanere Christi sacramenta vera, quantũ ad se, & sancta; & nisi pænitẽtia, vel indulgentia subuentum fuerit, ad damnationem vsurpatoris peruenirẽ, vel habẽtis, vel dantis, vel accipientis. Quid ergo prodest, quod vera & sancta sunt, cum vsurpatores suos æque perimãt,*[b] *ac si essent mala, & noxia? Crassus aurũ sitiuit, & aurũ bibit æque perijt vero auro, sicut vero veneno.* ¶ *Item aurũ*[d] *æque verum est in arca furis, sicut in thesauris regis. Sed a fure, quia illicite habetur, illicite datur, vel accipitur, a rege autem licite habetur, licite datur, & accipitur: ideo ipse fur: & communicator furti (nisi forte de conscientia furti*[e] *se purgauerit) vt perhibet*[f] *Gelasius ad Anastasiũ Imperatorẽ. vterque iuste, & digne damnabitur.* ¶ *Opponi-*

Alg. l. 3. c. 13.

EX HIS. Hæc est duodecima pars huius quæstionis in qua intendit probare, ꝙ sacramentũ ecclesiæ tale est illi qui accipit, qualis est ille qui accipit: vel qualis est q sacrificat, nec malitia dantis impedit bonitatẽ: & hoc probat per multas similitudines, quas ponit in hoc §. & per nouem auctoritates. & hoc ꝓbat vsque ad cap. statuissmus. 2. Io. de Fan. CASVS. Infert Gratian⁹ ex supradicto capitulo, ꝙ vera sacramenta sunt apud hæreticos quantum in se sed ad damnationem sunt dãtiũ, accipientium, vel habentiũ, nisi redeant sicut verum aurum fuit Crasso nociuũ.

a ¶ Ex his.] Infert ex præcedenti c. ꝙ sacramẽta vera sũt apud hæreticos indistincte vsque ad §. opponitur, & ibi obijcit Augu. prout ipse intelligit Aug. dicere vsq; ad §. sed ne. ibi ponit vnã solutionem. vsque ad §. quamuis. vbi ponit aliam bonam & catholicam, ad quam probãdam inducit quatuor exẽpla, quæ notabo in litera.

b ¶ Perimant.] Illa, id est, eorum abusio 1 ab isto loco dicit Io. de Fant. ꝙ uerba sunt Augu. vsque ad §. opponitur, Hu. cõtra: immo Gratiani, vt in notula hic apparet. inf. ead.

1 Ista fuit expositio H. & L.

c ¶ Crassus.] Iste dictator fuit contemporaneus Iulio Cæsari. & Pompeio: & à Parthis auro feruenti interfectus est.

Marcus Crassus, & Iulius Cæsar & Pompeius fuerant cõtemporanei.

ITEM AVRVM. CASVS. Dicitur hic, quòd æque verũ est aurum in arca furis, & in arca Regis, sed à fure illicite datur, & illicite retinetur: & ideo fur & communicator furti puniuntur: nisi innocentiam suã allegauerint. Et est §. Gratiani ab illo loco, ex his. vsque ad cap. per Esaiam, sicut dicit H.

Concord. tex. in l. vxori. cum ibi not. ff. de vsufru. leg. fur. & cõicator differũt. Furem tenetur quis indicare.

d ¶ Aurum.] Cuius ope, vel consilio furtum committitur, tenetur. ff. de com. fur. proinde. Est autem differentia inter furem. & communicatorem: quia communicator manifestus esse non potest. ff. de fur. is qui opem.

e ¶ Furti.] Videtur ergo & tenetur quis se purgare de conscientia. arg. inst. de obli. q̃ ex delic. §. sed hæ actiones. C. de fur. ciuile. arg. 1. q. 4. quia prælulatus cum suis concor. Et ita est arg. ꝙ quis potest, & tenetur indicare furem. arg. ext. de fur. qui cum fure cum concor. ibi pósitis. arg. contra. ff. de cond. ob tur. caus. idem & si ob stuprum. §. vlt. & ff. de præscri. uer. l. solet. Nam in vtraque dicitur, ꝙ licite possum accipere 2 pecuniam à Domino, ut seruum iudicem fugitiuum. Ioan. Sol. in casu isto uidetur posse dici, ꝙ secundum canones non est licitum accipere: secus secundum leges H.

2 Sub. & si ita accipiatur peccat accipiẽs sm canones. & sic etiã no. Vin. Lau. & Tan. & Ber. in dicto ca. qui cũ fure. Arch.

f ¶ Vt perhibet.] Hic apparet potius hæc esse verba Gratiani, quàm August.

OPPONITVR. CASVS. Opponit hic Gratia. contra supradicta, scilicet ꝙ hæretici non possunt conferre ordines, et si baptizare possint. Nam sacerdos etiam depositus etsi baptizare possit, cõficere tñ non põt: nec eps depositus potest ordines conferre, etsi possit baptizare. Sed huic oppositione opponit duplicem solutionẽ. Prima hæc est. q̃ incipit ibi. (Sed ne.) ꝙ qui extremam manus impositionem recipiũt in ecclesia, eius potentiã retinẽt, et recedentes ab ecclesia: ad similitudinẽ characteris matrimonij, q. post diuortiũ, vel votũ retinet. secus si extra ecclesiã. Ponit & aliã solutionẽ Grat. q̃ incipit ibi. (Quãuis.) vbi dicit, ꝙ sacra hæreticorũ vera sũt dũmõ in forma ecclesiæ sint celebrata, sed non hẽnt effectũ in male ministrantibus, & male suscipiẽtib. Qđ ꝓbat quatuor rõnib. Primo ꝑ verã Eucharistiã traditam ꝓditori. Sc̃do ꝑ verã ꝓphtiã Christi i patria sua, q̃ ibi nõ habuit effectũ; q̃a ibi fidẽ nõ inuenit. Tertio, ꝑ duplicẽ trãsfiguratiõnẽ Xp̃i, quarũ una incredulis nõ ꝓfuit Quarto q̃a ita virginitatẽ habuerunt fatuæ virgines, vt prudentes. Demũ concludit, ꝙ vera sunt hæreticorũ sacra

in

in se: sed obsunt male suscipientibus, & male ministrantibus. Et ad hoc inducit sequens capitulum.

a ¶ Opponitur.] Hoc modo procedit in hoc §. primo ponit obiectionem suam contra August. quam tangit vsque ad §. [Sed ne.] Ibi ponit quandam solutionem suam, quæ protenditur vsque ad §. [Quamuis.] &c. ibi autem ponit aliam, quæ magis communis est, ad quam probandum inducit, quadruplex exemplum, primum ibi. [Ipsa enim.] secundum ibi. [Item Dominus in patria, &c.] Tertium ibi. [Quod vt plane.] Quartum de decē virginibus. quod incipit ibi. [Sic & omnes. &c.] Vltimo concludit ab alio loco: [Scientdum vero.] & ad probandam conclusionem suam inducit c. per Esaiam.

b ¶ Sententiæ.] Cap. præcedētis. vbi dicit, quod vtrumque quadam consecratione datur, & ita videtur parificare ordinem, & baptismum.

c ¶ Pagano.] Supra eadem quæstio. si quis per ignorantiam. supra eodem. §. ecce. quando. infra de consecratio. distin. 4. quos a paganis. inf. de cōsec. distinctio. 4. a quodam.

Opponitur[a] autē huic sententiæ[b] Augustini potestas dandi baptismū, & ius consecrādi Dominicū corpus, & largiendi sacros ordines, plurimū inter se differūt. Suspēso. n. uel deposito sacerdote, nulla ei relinquitur ptās sacrificandi. Sacramentum tamen baptismi, non solum a sacerdote deposito, uel laico catholico, uerum ēt ab hæretico, vel pagano[c] si ministratum fuerit, nulla reiteratione uiolabitur: nulla aūt rō sinit, ut inter sacerdotes habeātur, qui de manib. laici, uel pagani oleum sacræ (imo execrandæ) unctionis assumunt. Non ergo consequēter[d] colligitur, ut si recedentib. a fide ius baptizandi relinquitur, potestas[e] ēt distribuēdi ad sacros ordines relinquatur quāuis utrūque a consecratione proueniat. Degradatus n. eps potestatem[f] largiendi[g] sacros ordines non hēt, facultatē tamē baptizandi non amisit.[h] ¶ Sed ne[i] Augustinū in hac sñia penitus reprehēdamus; intelligamus; aliud esse potestatem distribuendi ordines sacros, aliud esse executionem illius potestatis. Qui. n. intra unitatē[k] catholicæ ecclesiæ constituti, sacerdotalem, uel episcopalem unctionem accipiunt, officium, & executionem sui officij ex consecratione adipiscuntur. Recedentes uerò ab integritate fidei, potestatem acceptam sacramēto tenus[l] retinent, effectu suæ potestatis penitus priuātur; sicut coniugati ab inuicē descendentes, coniugium semel initum nō dissoluūt,[m] ab opere tamē coniugali inueniuntur alieni. ¶ De his ergo, qui accepta sacerdotali potestate ab unitate catholicæ ecclesiæ recedunt, loquitur Augustinus, nō de illis, qui in schismate, uel hæresi positi sacerdotalem unctionem accipiūt. Alioquin esse cōtrarius Chalcedonēsi[n] concilio, in quo ordinati a simoniacis, in nullo proficere iudicātur, & Innocētio,[o] qui ordinatos in cæteris hæreticis, per prauam manus impositionem solam damnationē, & capitis uulnus assecutos testatur. ¶ Quamuis[p] possit generaliter dici sacramēta, quæ apud hæreticos non aliter, quam in ecclesia Dei celebrātur uera, & rata esse, quātum ad se, falsa uerò, & inania, quātum ad effectum, & in ijs a quib. male tractātur, & in illis, a quib. male suscipiūtur. Nec mirum. Ipsa. n. salus nostra buccelam Iudæ dedit: statim cum buccella non bonus, sed malignus spiritus intrauit: quare: nō quia bonus non daret bonū, sed quia malus male accepit bonum, sicq; bonum, effectum bonū nō habuit quia ubi illud feceret, non inuenit. ¶ Item Dominus in patria sua præsens, & uerus affuit: non per malum ministrum, sed per se ipsum nihil potuit, quia fidem non inue-

sup. si quis eps sup. ead. c. qui perfectionem.

Ioan. 13.

Matth. 13.

d ¶ Consequenter.] noli hic rephendere magistrum nam opponendo dicit hoc, vt patet ex solutionibus sequentib. maxime ex secunda.

e ¶ Potestas.] Idest, executio potestatis. & sic uerum dicit. alias mentitur. nam potestas sacrificādi, .i. ordo sacerdotalis in eo remanet.

f ¶ Potestatem.] Nō bene argumentatur quia si vocet potestatē sacerdotalem ordinem, vel sacramētum, nec hic, nec ibi amisit potestatem, sed executionem, & hic & ibi amisit.

g ¶ Largiendi.] sed cum hæreticus præcisus posset cōferre tam baptisma, quā ordinem, quę specialitas erit in baptismo? Dic quod in casu necessitatis non peccat baptizās, quod nunquam est in collatione ordinum.

h ¶ Non amisit.] In necessitate, & cū solemnitatibus. 50. distinctio. qui sub gradu.

i ¶ Sed ne.] Hoc dicit Gratianus ac si Aug. intellexisset, ius dandi habent, idest, executionem, & ita soluit.

k ¶ Vnitatem.] Hic tāgit Gratian. opin. Ioan. de Fant. dicentis, quod qui recipit in ecclesia & vltimam manus impositionem in Ecclesia, & c. 1. hęc opinio videtur expresse cōfirmari, ext. de schismat. ca. 1. sed expresse reprobatur. 9. quęstio. prima. ordinationes. Idest, quod factus est eps in ecclesia & post modum fit hæreticus, ordinē confert. Sed qui ext. ecclesiā, recipit ultimam manus impositionē .i. ext. ecclesiam factus est eps, ordines conferre non pōt: & qui a tali ordinatus est, nihil recipit. fm Hug.

l ¶ Sacramento tenus.] Idest, quia si ordinant, conferunt ordines, licet non debeant, & hoc est, quod sequitur, sine effectu. &c.

m ¶ Dissoluunt.] 32. q. 7. c. 2.

n ¶ Chalcedonensi.] Sup. ea. q. c. si quis episcopus.

o ¶ Innocentio.] Sup. ea. ventum.

p ¶ Quamuis.] Sol. vera est, quam & sup. tetigit, & quæ recitatur inf. 12. q. 1. in prin. & sup. §. si. ergo.

nit, pro perfidia aliorum non caruit sua veritate, sed effectus doni virtute. ¶ *Quod, ut plane in omnibus sacramentis ostenderet, bis* [a] *est transfiguratus, cum esset in carne. In vna transfiguratione, sicut sol* [b] *apparuit mirabilis,* [c] *vt fides credentium augeretur ad contemplandā cælestem gloriam super se eleuatā. In altera, vt peregrinus, & incognoscibilis de se dubitantibus ire longius se finxit, & ne agnosceretur, oculos eorum tenuit: ad quid aliud? nisi, vt quia per fidem non erat in cordib. eorum, longius se ab eis recedere ostenderet, & quia ipsum nō credebant esse, quod erat, uiderent & eum alium,* [d] *quam erat? Ecce in vtraque visione, sua erat præsentia, & veritas: sed in vna exercebatur fides, ut magis crederent, quam credebant: in altera tenebatur incredulitas, ne ēt agnoscerent, quod videbant. Sacramētum ergo corporis, & sanguinis sui alijs est ad salutem, alijs ad iudicium. Fides etiam quamuis, sit vera, tamen sine operib. mortua est. Sic & oēs decem virgines æqualiter erant virgines: sed ex his quinque erant fatuæ, & quinque prudentes. Aequa erat virginitatis veritas, sed pro eiusdem virginitatis intentione non omnib. æqua meriti identitas. Sic etiam est æs sonans,* [e] *aut cymbalum tinniens martyriū, vel eleemosyna, quam nescit charitas.* [f] *Si verò cæcus cæco* [g] *lucerna ministret veritatem, neu'er tamē ideo magis suam illuminat cæcitatem: Sic & malus ministrat malo vera sacramenta; sed non ideo dona spiritualia: quia malis eorum meritis spiritus sanctus impeditur, ne in eis,* [h] *quod suum est operetur. Vnde Innocentius,* [i] *cum hæreticorum baptisma concedat esse ratum: non tamen ex illo baptismate concedit habere spiritum sanctum. Et Leo hos, qui formam baptismatis acceperunt, nō sinit rebaptizari; sed iubet spiritum sanctum, quem ab hæreticis nemo accipit, per eius inuocationem, & manus impositionem a catholicis sacerdotib. consequi. Sciendum verò est, quod sacramenta hæreticorum dicuntur irrita, uel etiam damnanda, falsa, & inania, nō quātum ad se, cum sint sancta, & uera etiā ab hæreticis celebrata: sed quia, cum illicitè dantib. perfidis sint ad iudicium, illicite ab eis accipientib. non conferunt spiritum sanctum. Irrita, & non vera dicuntur; quia quod promittunt, & cōferre creduntur, non tribuunt: & ideo damnanda, ut ea dari, uel recipi ab hæreticis non approbetur, sed interdicatur. Non. n. quātum ad se polluta sunt, quamuis ab hæreticis polluti dicantur. Vnde Gregorius communionem Arrij uocat execrationem, & Innocentius uocat Bonosi ordinationem, damnationem; non quod ita in se sint, sed quia male dantib. uel accipientib. id efficiunt. Sic etiam Hieronymus in Osea sacrificia* [k] *eorum panem luctus uocat, non quantum* [l] *ad se, sed quantum ad effectum; quod ipsemet ostendit, subiungens: [Quicunque comederit ex eo, cōtaminabitur, quia sibi ad iudicium sumet.]*

Hinc etiam Augustinus lib. 2. contra epist. Parmeniani, cap. 5.

a ¶ Sed ne Augustinū.] *Hic Gratianus ita uidetur loq. de B. Aug quasi ipsius hac in re sit dubia, aut incerta snia:*

Marginal references: Math. 5. — Luc. 24. — Iac. 22: Math. 25. — 1. Cor. 13. — sup. ea. c. Arrianos. — sup. ea. c. hi qui. — su. ea. c. superueniēte. c. qui perfectionē c. uentum. In c. 9. Oseæ.]

Side notes: Christus bis in carne trāsfiguratus est. — Cæcus cæco ducatū præstare nō dēt.

a ¶ Bis.] Quantum ad primā, vel quantum ad secundam, prout videbatur duobus discipulis in castellum Emaus euntib. Sed quare dicit in carne, cum etiam modo sit Dñs in carne? Ideo dicunt quidā in carne. s. mortali, sed male nam in carne mortali semel tātum transfiguratus est: post passionē uerò ēt semel & iō potest dici cū esset in carne. i. inter carnales, vbi carnē assumpsit. Vel pōt intelligi in carne. s. mortali, & sic ibi fiet punctus. bis trāsfiguratus est, cū esset i carne in vna trāsfiguratione. &c. quasi diceret in carne mortali. i. in vna trāsfiguratione. s. in monte Thabor, in altera post resurrectionē, in specie. s. peregrini apparens.

ADDITIO. s. duob. Discipulis i Castellū Emaus euntibus. H.

b ¶ Sol. i. s. Christus. & hoc est primum exemplum.

c ¶ Apparuit mirabilis.] Corā Iacobo, Petro, & Ioanne in mōte Thabor.

d ¶ Alium.] Idest, alterius modi.

e ¶ Sonans.] Quia se ipsū constringit alii sonum præstans:

f ¶ Charitas.] su. ea. q. vide.

g ¶ Cæco.] Si Cæcus cæcū conetur ducere secum: In foueā ductor primum cadet, inde secutor.

h ¶ Ne in eis.] Existēdo i hæresi. vel quo ad effectum: nisi in causa necessitatis, vel ignorāter. su. ea. q. superueniente.

i ¶ Innocentius. su. ead. q. qui perfectionē. inf. ea. q. 7. c. 5. §. itē. Inno. &c. quod pro remedio.

k ¶ Sacrificia.] Vt dicitur 5. ea. q. 5. sed hoc sup. ea. illi., & c. Dominus. vers. nos dicimus. & cap. si quis inquit.

l ¶ Non quantum.] d. 49. sacerdotes. inf. ea. q. 3. saluator.

Per

PEr Esaiam.] Hoc ca. diuiditur in tres partes. In prima parte ponuntur verba prophetæ. In secunda dicit Aug. ꝙ vbicunque malus offert sacrificium, sibi perniciem irrogat, sed non illis, qui dignè assumunt In tertia parte dicit, ꝙ Spiritus sanctus disciplinæ effugit fictum, nec operatur per eũ remissionem peccatorum. Secũda pars icipit ibi, [Quilibet.] Tertia ibi, [Spūs sctūs.] CASVS. Primo ponuntur verba prophetæ. Secundo, dicit Aug. ꝙ vbicunq; malus Deo offert sacrificium, sibi perniciem irrogat, non dignè sumenti. Tertio dicitur, quod spirit' sãctus disciplinę scilicet dator effugiet fictum, nam per eũ non operatur remissionem peccatorum, sed per officiũ operatur, & de malis toleratis intelligitur, quod hic dicitur,

cum tamen nemo ipso melius, ac fusius in libro contra Donatistas rem hanc exposuerit, omnino quæ cum Chalcedonensi concilio, & Innocentio concordet.

¶ Sacramenta quamuis obsint indignè tractantibus, prosunt tamen dignè sumentibus. Cap. XCVIII.

Iuo p. 2. c. 27. *Esa. 66.*

PEr Esaiam Dominus dicit: [Facinorosus, qui sacrificat mihi vitulum [a], quasi qui canem occidat: & qui coquit [a] [b] similaginem, quasi sanguinem porcinum, & qui offert thus in memoriam, quasi blasphemus.] *& paucis interiectis.* ¶ Quilibet vbilibet offert sacrificium tali † corde, vel factis, hoc † vt [c] mereatur audire [d]; perniciem sibi infert, non illis bonis [e], qui accipiunt ab eis sacramenta eadem, qui secundum prophetam Ezechielem gemunt, & mœrent peccata, quæ fiunt in medio eorũ, quãuis non se inde corporaliter separent. *& infra.* ¶ Sacrificium impiorum eis ipsis oberunt, qui offerunt impie. Nam vnum atque idem sacrificium propter nomen Domini, quod inuocatur, & semper sanctum est, & tale cuique fit, quali corde ad accipiendum accesserit. [Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit.] non ait, alijs [f]; sed, sibi. *& infra.* ¶ Hoc penè in omnibus talibus quæstionibus intelligẽdum admonemus, scilicet quia omnia sacramenta cum obsint indignè tractantibus, prosunt tamen per eos dignè sumentibus, *& infra.* ¶ Spiritus sanctus in ecclesiæ proposito, vel ministro sic inest, vt si fictus non est, operetur per eũ spiritus sanctus, & ad eius mercedem [g] in salutem sempiternam, & eorum regenerationem [h], vel ædificationem [i]: qui per eum siue consecrantur, siue euangelizantur. Si autem fictus est, quoniam verissimè scriptum est: Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum,] deest quidem saluti eius, vt auferat se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu: ministerium tamen eius non deserit [k], quo per eum salutem operatur aliorum.

† tale] orig.
† al. hac.
Eze. 9.

eod. l. 2. contra epi. Parme. c. 6.

1. Cor. 11.

eod. lib. 2. c. 10.

Ibidem. c. 11.

Sap. 1.

K ¶ In domibus.] inf. de cõsecr. d. 5. in omnibus cõtra inf. 12. q. 1. necessaria. cõtra. ĵ. 12. q. 2. nobis. Solu. hic loquitur de clericis indigẽtibus, quibus tenetur prouidere sicut alijs pauperibus. isti tales accipiunt ab ecclesia: non quia clerici, sed quia pauperes ar. canonicis licere beneficia diuidere, vt priuatim pcipiant, qd in communi solti erant habere. vt dist. 32. si qui verò.
l ¶ Sacrario.] inf. 13. q. 1. §. quia ergo. inf. 16. q. 1. c. pen. & vlt.
m ¶ Percipere.] inf. 12. q. 2. charitatem.

Clericis indigentibus est prouidendum.

¶ Qui sua relinquunt, vel pauperibus distribuunt, vel ecclesiæ rebus adiungunt, laudabiliter ecclesiastica dispensant. Cap. IX.

Et in Aquisgr. c. 108.

SAcerdos cui dispensationis [e] cura cõmissa est, non solum sine cupiditate, sed etiam cum laude pietatis accipit [f] à populo dispẽsanda, & fideliter dispẽsat [g] accepta: quia omnia sua aut parẽtibus reliquit, aut pauperibus [h] distribuit, aut ecclesię rebus adiũxit, & se in numero pauperum, paupertatis amore cõstituit, ita vt vnde pauperibus subministrat, inde & ipse tanquam pauper voluntarius viuat. Clerici quoque quos pauperes aut voluntas, aut natiuitas fecit, cũ perfectione [i] virtutis, vitę necessaria siue in domibus [k] suis, siue in congregatione viuentes accipiant: quia ad ea accipienda non eos habendi ducit cupiditas, sed cogit viuendi necessitas, & *infra c. 14.* ¶ De talibus dicere vr Apostolus: Qui in sacrario [l] operantur, quæ de sacrario sunt, edunt; & qui in altario deseruiunt cum altario participant.] Qui nisi hoc de contemptoribus facultatum suarum vellet intelligi, nunquã secutus adiungeret: [Ita & Deus ordinauit his, qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere. De Euangelio viuunt, qui nihil proprium habere volũt; qui nec hãbẽt, nec habere aliquid concupiscunt, non suorum, sed communium possessores. Quid est aliud de Euangelio viuere nisi laborantem inde, vbi laborat, necessaria vitæ percipere [m]? Apostolus tamen, qui sic Euangelium prædicauit, vt nec de Euangelio viueret, sed necessaria sibi suis manibus [n] ministraret, de se cõfidenter eloquitur: [Ego autem nullo horum vsus sum [o].] Et quare hoc dixerit, secutus aperuit dicens: Expedit mihi mori magis, quàm vt gloriam meam quis euacuet.] Euacuari dicit gloria [p] suam, si ab eis, quibus prędicabat uoluisset accipere vitæ temporalis † expensam. Nolebat quippe in præsenti laboris sui fructum, sed in futuro recipere.

In Aquisgr. c. 111. 1. Cor. 9.

† al. corporalis.

18. q. 1. sunt in ecclesia, vel quã hẽo ex eo, quod malos p prędicationem meã ad bonũ conuerto. Hug.

n ¶ Manibus.] inf. 10. q. 3. cauendũ. inf. 21. q. 1. clericus.
o ¶ Vsus sum.] Ne ea occasione pseudoapostoli accipere
quàm deberem, vel si prædicarem eo obtentu, vt acciperem &.

a Clerici.] ¶ Deseruiunt.] Etiam infirmi seruiunt extra de cle. ægro. c. 1. ff. de sta. lib. l. cum heres. §. Stichus.

b ¶ Meritũ.] 12. q. 2. Vulterranæ. & c. de redditibus, sed inf. 16. q. 7. c. 1. contra. sed ibi soluitur. Vel meritũ, idest, vt ingressu monasterij aliquid sit dandum: quia qui monasterium intrat, non religionem, sed stipẽdia emit. Et respondet Grat. ꝙ simonia est; quia non solum emere spiritualia, sed spiritualibus annexa simoniacũ est, & hoc probatur auctoritate Malachiæ prophetæ.

a ¶ Aut parentibus. *In aliquot manuscriptis Gratiani legitur* aut pauperibus reliquit. *In vetusto autem Prosperi codice, & in concilio Aquisgranensi, legitur,* quia omnia sua aut reliquit, aut ecclesiæ rebus adiunxit. *Sed quoniam multa exemplaria Gratiani, & Prosperi habent vulgatam lectionem, nihil est mutatum.*

Item ex concilio Agatensi, c. 36.

¶ Iusta meritum laboris, ecclesiastica stipendia sacerdotes distribuant. Cap. X.

Clerici omnes, qui ecclesiæ fideliter, vigilanterq; deseruiunt,[a] stipendia sanctis laboribus debita secundum seruitij sui meritum [b] per † ordinationem canonũ a sacerdotibus consequantur.

† al. vel.

Multorum a *auctoritatibus luce clarius constat, quòd ab ingressuris monasterium nõ licet pecuniam exigere; ne, & ille, qui exigit, & ille qui soluit; simonia crimen incurrat.*

a ¶ Multorum.] *In vulgatis codicibus huic.* §. Multorum *præponebatur hic titulus.* Item ex concilio Vrbani Papæ habito Aluerniæ, *qui sublatus est, quoniam abest ab omnibus vetustis exemplaribus collatis, & in plerisque hic §. est initium sequentis tertiæ quæstionis.*

QVAESTIO. III.

Sed adhuc [c] *obijcitur, quòd qui ingressuri monasterium pecunias tribuũt, nõ propositum religionis, sed participationem stipendiorum ecclesiæ emunt. Temporalia ergo, non spiritualia ementes, nequaquam simoniaci habẽdi sunt.* ¶ *His itaq; respõdetur. Non solũ qui spiritualia, sed etiam qui temporalia eis annexa precio accipiunt, vel tribuunt, † simoniaci iudicantur. Vnde Malachias loquẽs ex persona Domini: (Quis est, inquit, in vobis, qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuito? Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus nõ suscipiam de manu vestra.) Ostia claudere non est sacri muneris officium sed tantum sibi adiunctum.*

† hæ voces ᵛ vel tribuunt] absunt a plerisque manusc.

Mal. 1.

Item Gregorius scribit uniuersis episcopis Hispanis.

c ¶ Sed adhuc.] Hic depingit 3. quæstio, an scilicet ingressũ, vel præbẽdas emere sit simoniacum, primum membrum expeditũ est s. eo. px. quæst. secundũ expeditur hic No. ꝙ pbẽda 2. dicit quãdoq; ius quoddam spirituale 3. pcipiẽdi ecclesiã, vel ipsam præbendam hoc modo emere simoniacum est. Quandoq; dicuntur ipsi fructus præbendæ: quos emere nõ est simoniacũ, vt extra ne præla. vices suas. c. vltim. nisi qs forte emeret fruct⁹ ab initio suæ ordinationis, vel institutionis ĩ ipsa ecclesia, vt habeat dum vixerit. argumen. infra ea. si quis obiecerit, & c. Saluator. tunc enim ita sunt annexa, vt qui priuetur officio priuet, & illis, vt 81. distinct. si quis sacerdotum.

d ¶ Annexa.] Arg. ꝙ idẽ iuris sit in vno cohętentium, & cõnexorũ, quod in altero, vnde q priuat officio, & beneficio, vt sup. d. 82. decernimus sup. d. 81. si qs sacerdotum, &c. cos sup. dist. 50. studeat. contra ibi de gratia, hic de rigore.

e ¶ Qui claudat ostia.] Idest, qui gerat officium ostiarij. Vnde videtur, ꝙ emere huiusmodi officium ostiarij, vel pulsandi campanas, sit simoniacum: cum illud spectet ad officium primicerij. 25. dist. perlectis, quod concedo: sed emere quãcunque administrationem rerum ecclesię, puta, ꝙ det panem in refectorio uel uinum, uel cuiuscunque alterius rei, dicit Hu. simoniacum esse, argum. contra. sup. ead. quęst. 1. si quis episcopus. prope fin. & inf. ea. quęst. Saluator, & dicit, ꝙ licite potest dari pecunia alicui, ut suscipiat tale officium sed tamen ille non posset dare pecuniam, ut ei daretur, 4 & sic aliquid uendi potest licite, quod non potest emi. Alij dicunt, quod tunc est simonia emere aliquam administrationem ecclesiasticam cum aliquod spirituale habeat annexum, uel talis est, ꝙ per clericum tantũ cõsueuit exerceri, & rõne officij: qđ magis credo.

Prębenda dicitur dupliciter.

2 Præbenda per se profana est. In no. Pan. Fel. ca. cũ Martin. Ferrariensis, de const.

3 Ad istud ius non possunt duo recipi simul vno iure uacãte, extra de præb. dilect. Archi.

Beneficio priuatur qui priuatur officio.

Simoniacũ ẽ emere officiũ pulsandi cãpanas.

Emptio administrationis ecclesiasticæ est simoniaca.

4 Rõ est qa nõ pręsumitur, ꝙ ita fideliter admĩnistret in recompẽsatione eius, qđ dedit arg. ff. de probat. cũ de indebito, Io. de Fant.

1 Sed cõtra. 12. d. præter hoc in fi. & hoc cõtra ẽt ꝙ hat ea. hic allegatum. consuluit, ut ibi not. Arc.

ut presbyter plus quã alij percipiat, 1 ut dis. 74. cõsuluit, quod non est in alia societate. ff. pro socio. uerum. §. sed cum tres.

Sed adhuc obijcitur.] CASVS. Hic tractatur tertia quæstio, in qua quæritur an ingressum ecclesiæ, uel præbendas emere sit simoniacum. Sed de ingressu ecclesiæ est expeditum in prima quæstio. Et certum est, ꝙ emere præbendam secundum, quod dicitur præbenda ius spirituale, simoniacum est: sed præbenda, id est, fructus prębendę emere non est simoniacũ. Sed obijcit hic adhuc, ꝙ pro

Audi-

AVdiuimus.] CASVS. Dicitur hic, quod sacrilegium, & simoniam committunt qui ecclesias, vel ecclesiastica beneficia per pecuniam acquirunt, & qui ea concedunt pro pecunia, vnde præcipitur ne de cętero fiat: & quod factum est in præterito, irritetur.

a ¶ Sacrilegio. Et crimine læsę maiestatis 15. q. 3. sanc. 2. q. 1. in primis.

b ¶ Caufatur.] Idest, in causam ducitur, vel pro causa, scilicet, pro acceptione, vel datione pecunię fit: vel causatur, idest, facit vnde causari, id est, accusari, debeat.

SI quis dator. CASVS. Dicitur hic, quod simoniacus dator & acceptor Simonis perditione, & perpetuo anathemate si perseuerauerit damnatur, & quod iniuste acceptum est, restituatur.

Pecunia simoniaca cui est restituenda.

c ¶ Restituere.] Sed cui dices restituendam talem pecuniam? Videtur, quod ei in cuius ignominiam data est. 17. q. 4. si quis in atrio. 25. q. vlt. cum multę 27. q. 1. si quis rapuerit. extra de simo. de hoc. in Auth. de sanc. epis. §. sed neque coll. 9. & ext. de si. audiuimus. Econtra videtur quod illi qui dedit eam, vt extra. ca. veniens. Item videtur, quod illa pecunia non debet remanere penes ecclesiam, cum Petrus dixerit: Pecunia tua, & c. 1. Item quia fisco competit persecutio eorum, quæ scelere conquisita sunt. ff. de iur. fis. l. locus. ff. de donat. inter virum & vx. cum hic stat. s. si.

1 Supra ea. q. 1. Petrus, & c. qui studet. & Act. 8

SI qs episcopus.] CASVS. di. hic quod si quis eps beneficium, vel dignitatem ecclesiasticam simoniace contulerit, ab officio debet suspendi: quia iustum est, vt qui gratis acceperit episcopatum, minora similiter gratis conferat.

d ¶ Suspendatur.] Idest, deponatur. 83. d. c. 1. Vel dic, vt sup. e. q. 1 quidquid.

e ¶ Membra.] inf. 3. q. 9. [illegible] 12. q. 2. cognouimus in d. 63. in synodo arg. est hic, quod idem iuris est in toto, quod in parte, & in maiori quod in minori 23. q. 1. de forma. ext. de præben. minoribus 95. d. esto. ff. pro derelicto. l. 3.

Ius idem est in toto, quod & in parte.

QVæsitum est.] CASVS. Cum quidam monachi Franciæ quasdam ecclesias ab episcopis haberent, & in illis presbyteros sæculares, toties eas redimere cogebantur, quoties presbyteri morte, vel alia causa mutabantur, ideo præcipit Papa, vt quas spatio xxx. anno. sub hac redemptione possederunt, amodo ea cessante, quiete possideant, saluo annuo censu episcoporum, quem ex eisdem ecclesijs habere consueuerunt. Sequens c. patet.

f ¶ Quæsitum est.] Secundum H. casus talis est. Quidam episcopi contulerant ecclesias quasdam cum omni iure suo quibusdam locis

¶ De ijs, qui sacros ordines munerum acceptione dispensant. Cap. I.

AVdiuimus dilectissimi, quod nos audisse oportuit, sed audisse profecto non libuit: quosdam scilicet esse sacrorum ordinum professores, qui sub munerum datione vel acceptione, Dei ecclesias, vel earum sibi beneficia vsurpant. Quod quidem scelus, vos non iam dudum acriter correxisse, vehementer admiramur. Iuste enim vterque corripiendus est, & a sanctæ liminibus ecclesiæ submouendus, & qui pro ecclesiæ ambitu munera largitur, & qui vt ecclesiam adeat, quidquam præsumit accipere. Iste quidem donum Dei emere, hic autem præsumit vendere. A sacrilegio [a] quoque hoc facinus non dispar dixerim: cum id, quod sponte, & sacro deliberationis arbitrio gratis fieri debuit, sub pecuniæ pactione causatur. [b] Quare fratres charissimi, quæ taliter facta sunt, curiose refellite, infecta prohibete, vestrisque iussionibus resistentes digno anathematis vinculo percutere non dubitate.

Item Rothomagensi episcopo, & Gallicis omnibus.

¶ De ijs, qui ecclesias, vel ecclesiastica beneficia vendunt. Cap. II.

SI quis dator, vel acceptor, Dei ecclesias, vel ecclesiastica beneficia (quæ quidam præbendas vocat) sub pecuniæ interuentu susceperit, siue dando emerit, siue accipiendo vendiderit, a Simonis non excluditur perditione. Sed si perseuerans fuerit, perpetua mulctetur damnatione. Nam qui sub religionis obtentu Deo famulari voluerit, si quid accipit, & meritum perdit, & beneficio accepto frustratur. Rationis ergo vigore cogitur quod iniuste receperit, restituere; [c] & quidquid turpis lucri gratia receperat, non tenere.

Item Gregorius vij. Papa lib. 6. reg. in synodo. c. 4.

¶ Ab officio suspendatur episcopus beneficia, vel ecclesiastica officia vendens. Cap. III.

Poly. l. 2. tit. 4.

SI quis episcopus præbendas, archidiaconatus, præposituras, vel aliqua ecclesiastica officia vendiderit, vel aliter, quam statuta sanctorum patrum præcipiunt, ordinauerit; ab ecclesiæ officio suspendatur. [d] Dignum est enim vt sicut gratis episcopatum accepit; ita membra [e] eiusdem episcopatus gratis distribuat.

Item ex concilio Vrbani Papæ habito Aluerniæ.

¶ Nec altaria, nec præbendas episcopis vendere licet. Cap. IV.

QVæsitum est [f] de episcopis, qui altaria monasterijs

locis religiosis mortuis personis illarum ecclesiarum collatarum episcopi volebant in ecclesijs instituere clericos pro sua voluntate: nisi Abbates darent eis pecuniam. dicitur, q talis datio pecuniæ simoniaca est. 1 arg. ad hoc 17.q.2.c.1. Alij casus inutiles consueuerant hic despon. impu. de illis. & plura simili notaui 32.q. 5. proposito. & licet episcopus peccet recipiendo pecuniam: tamen monachi non peccabant dando, vt 23.q.1. quid culpatur. Contrarium huic signatur inf. 16.q.4. possessiones. sed non est cōtra, quia monachi licite quęsierant illa altaria, vnde non habuerūt ea iure præscriptionis, sed ex iusta donatione.

1 Ex parte episcoporum recipientium, monasteria tñ crimen simoniæ non incurrebāt: qa suis sūā redimebant sm Hug.

data [a] frequēter redimi compellebāt pecunia: quia quidam simoniacę prauitatis vsus in Galliarum partibus iā diutius inoleuit, vt ecclesię, vel decimę (quæ vulgari vocabulo apud eos altaria nuncupantur) monasterijs datę, sæpius ab episcopis sub palliata auaritia vendātur: mortuis nimirū, seu mutatis clericis, quos personas † vocāt. Nos auctore Deo venalitatem omnē tam ex rebus, quàm ex ministerijs ecclesiasticis ꝓpellentes, ꝗ hoc vlterius fieri auctoritate Apostolica prohibemus; sicut etiā prębendas omnes venundandas interdicimus. Porrò quæcunq; altaria vel decimas ab annis triginta, [b] & supra, [c] sub huiuscemodi redemptione [d] possedisse monasteria noscuntur, quiete deinceps, & sine molestia qualibet eis possidenda firmamus. Saluo vtique episcoporum censu annuo, quem ex eisdem altaribus habere soliti sunt.

† al. personatus.

† Adde idē esse etiā pro honorib. cōsequendis, prohibitum cū est. nor. Bal. in l.1. & per totū tit. ff. ad le. Iul. de amb.

¶ *In summis capitulorum Concilij Claramontensis habiti Aluernia (de quib. supra ad cap. 1. dist. 60. dictū est,) c. 6. hæc leguntur, quæ ad caput hoc videtur spectare.* Vt altaria congregationibus canonicorum, vel monachorū per personas data, mortuis personis, libera redeāt in manus episcoporum, nisi fuerint illis per eorū scripta, vel priuilegia confirmata.

Idem in concilio Placentino, c. 1. & 2.

¶ *Antea legebatur.* Item Gregorius, *Sed in aliquot vetustis rectè est,* Idem, *nimirum Vrbanus secundus in cuius synodo hæc habentur.*

¶ Quidquid data vel promissa pecunia in sacris ordinibus acquiritur, irritum habeatur. Cap. V.

Cap. 1.

EA, quæ à sanctis patribus de simoniacis statuta sūt; nos quoque & iudicio sancti spiritus, & Apostolica auctoritate firmamus. Quidquid ergo vel in sacris ordinibus, vel in ecclesiasticis rebus vel data, † vel promissa [f] pecunia acquisitū est; nos irritum esse, & nullas vnquam vires habere censemus.

† al. data, vel accepta, vel promissa.

Item Augustinus de disciplina Christiana, vel de bono disciplina, cap. 1.

c ¶ Et supra.] Hę dictio supra, ad multum tempus refertur. 2 ff. ex qb. cau. maio. ab hostib. §. sed quod. argu. ff. de verbor. signific. hæc adiectio.

2 Sub hoc est verum, aliàs: sed hic non est sicut patet in eo quod no. S. Io. de Fant.

d ¶ Redemptione.] Sed nunquid est licitum redimere ius suum? hoc not. s. q. 3. nulius eps grauamen. & 16. q. vl. decimas 2. Dici enim potest quod vbicunque quis scit aduersariū suum nō credere se ius habere redimat vexationem suam. Sed quare non deponūtur isti episcopi? Dic, quia nō agebatur ad hoc & sententia debet dictari secūdum formam petitionis extra. de accu. & qualiter & qñ.

Snīa dictari dēt sm petitionis formam.

e ¶ Saluo vtique.] Non enim pleno iure omnino videt donasse ecclesias episcopus, nec pōt donare sine consensu capituli. ext. de don. pastoralis.

f ¶ A, quæ.] ¶ Vel promissa.] Tertium casum habes, scilicet, vel retenta, vt extra de transact. super eo. Nam remittere, est dare, extra de testam. veniens. ff. de calum. l. 2. Et ita i spiritualibus non potest interuenire 3. transactio: cum his tribus modis tantum fiat

3 De hoc dixi sup. ea. q. 2. qua pio ibi videas. Archid.

hic notari, quos omitto.

a ¶ Data.] A prædecessoribus suis pro redemptione animarum suarum.

Simoniam nunquid cōmittit dans pecuniā pro spiritualibus sicut accipiēs

b ¶ Triginta.] Propter quod credebant aliquod ius acquisitum episcopo; quia per xxx. annos & vltra recepit huiusmodi redemptionem à monasterijs: sed non est ita, quia furtiue recepit; & ideò non præscripsit. Item licet monachi singulis annis emerent ius instituendi, nō tamen episcopis ex hoc fuit ius quæsitum instituendi. Et licet hic fuerit simonia ex parte Episcoporum: non tamen ex parte monachorum: quia illi quod eorum fuit redimebant, quod licite facere poterant, vt dixi s. ea. q. [illegible] & sic simonia [illegible] potest ex una parte, & non ex [illegible]. Simile fuit in [illegible] ut etiam sponsalia possunt esse ex vna parte, & non ex altera. extra de transactio. C. de transact. l. transactio. ff. eod. l. 1. Sed nec permutatio potest fieri super beneficio habito, vel habendo: aliàs bene ad hoc extra de rerum permut. quæsitum. nec etiam transactio, ut extra de transact. super eo. argumen. contra extra de offi. iudi. deleg. si quando. Sed ibi fuit facta transactio non super beneficio, sed super proprietate: & sic intellige extra de deci. ex multiplici. lo. Item super spirituali tanquam proprietate potest permutatio extra de rer. permutat. ad quæstiones non tamen vt detur temporale pro spirituali. ext. de rerum permut. cap. vlt. illud autem dubium non est, quin amicabilis compositio interuenire possit. extra de transact. c. 2. Item ex auctoritate iudicis potest interuenire pecunia. ext. de præben. nisi in fine. & extra de transact. statuimus. ff. de ijs, qui notan. infa. furti. Ioan.

Transactio in spiritualibus interuenire non potest, sed bū amicabilis compositio.

Totum.]

TOtum.] CASVS. Dicitur hic ꝙ nomine pecuniæ intelligitur quidquid ab hominib. possidetur: & ideo si aliquid tale pro spiritualibus datur simoniacum est.

a ¶ Totum.] Probatur per hoc c. ꝙ sicut in pecunia simonia committitur, ita & in alia re.

b ¶ Pecunia.] Strictius accipitur tãtũ pro pecunia numerata, infra 14.q.3.c.1.2.& 3.

c ¶ Pecunia.] Nomẽ enim pecuniæ etiã iura continet quandoq;. ff. de verb. signifi. pecuniæ. Item q̃nque etiã speciem & rem quamlibet. 1 vt hic. & ff. d leg. 3. quisquis. item quandoque ea tantũ, quæ consistunt in pondere, numero, vel mensura. ff. de leg. 1. l. talis scripturæ. Pretiũ autem non cõsistit nisi in numero tñ, vt instit. de empt. & vendi. §. itẽ pretiũ.

1 Dicit lex ꝙ pecunia est, quidqd pro pecunia accipitur. ff. de calũ. l. 1. §. ult. ꝙ l. 2.

2 Adde not. per Bart. in d. l. talis scriptura. ff. de leg. 1. & l. 2. §. item mutuum. ff. si cer. per.

vt iud. sine quoque suf. §. cogitatio. Nam ibi dr̃, quod fiscus abundare dicitur si vtatur subiectis locupletibus, vt sup. ea. q. 1. contra. sup. ea. q. 2. eos. contra. Sed hoc cũ ex pacto præcedenti.

Fisci interest subiectos habere locupletes.

h ¶ Nec anima.] idest, ipsum collegium, vel ad literã.

¶Quidquid possidetur, nomine pecuniæ intelligitur. Cap. VI.

TOtum [a] quidquid omnes possident in terra, omnia, quorum domini sunt, pecunia [b] vocatur; seruus sit, vas, ager, arbor, pecus; quidquid horum est, pecunia dicitur. *& infra.* ¶Ideo autem pecunia [c] vocata est, quia antiqui totum, quod habebant, in pecoribus habebant.

Item Paschalis Papa.

¶Qui ecclesiastica beneficia emerit, ecclesias quoque emere probatur. Cap. VII.

SI quis obiecerit nõ cõsecrationes emi, sed res [d] ipsas, quæ ex cõsecratione proueniunt, penitus α desipere probatur. Nam cũ corporalis ecclesia. β aut episcopus [e], aut abbas, [f] aut tale aliquid sine rebus corporalibus in nullo [g] proficiat, † sicut nec anima [h] sine corpore corporaliter viuit [i]; quisquis horum alterum vẽdidit, sine quo vel alterum prouenit, neutrum [k] inuenditũ derelinquit. Nullus igitur γ emat ecclesiam, vel præbendam, vel aliquid ecclesiasticum: nec pastellũ, nec pastum [l] antea, vel postea [m] pro huiusmodi soluat. [n]

Mag. ister. l. 4. d. 25. Deusdedit p. 2. Poly. li. 7. tit. 6. Ansel. li. 11. c. 33. Iuo p. 2. c. 84. Pann. li. 3. c. 113.

† Idẽ Host. in summa de reb. eccl. non alien. in prin. Panor. in procem. Dec. fol. 4. col. 4. Matt. Affli. de iure promiscos. col. 72.

α ¶Penitus] *Deusdedit, & Anselmus legũt*, videtur quidem aliquid dicere, nihil autem penitus sapere.

β ¶Corporalis ecclesia.] *Deusdedit sic habet*, cum corporalis ecclesiæ episcopus, vel abbas sine reb⁹, &c. *Reliqui collectores & vetusti codices Gratiani concordant cum vulgata lectione.*

γ ¶Nullus igitur.] *Deusdedit, Polycarpus, & Iuo & codex manuscriptus Decretorum Põtificũ (in quo integra ferè Paschalis epistola, vnde caput hoc acceptũ est, refertur) nõ habent hæc verba: sed post verbum,* derelinquit: *continenter subiungunt,* Quã tñ obiectionẽ facer Chalcedonẽsis canon penitus exterminat, &c. *Auctor verba huius capitis, ac totius illius epistolæ est Paschalis primus. Nam in eo decretorum codice hæc epistola Paschalis est post decreta Hadriani II. cum decreta Paschalis secundi sint post Vrbanum secundum eo planè ordine, quo sibi successerunt, quod etiam ex sequẽti capite indicatur.*

Item Vrbanus II. episcopus seruus seruorũ Dei, dilecto filio L. † præposito ecclesiæ sancti Iuuentij apud Ticinũ, salutem & apostolicam benedictionem.

SI q̃s obiecerit.] CASVS. Quidam simoniac. excusabãt se dicentes se non emere præbendas, sed fructus præbendarum, sed dicit Paschalis, ꝙ si quis pro temporali fructu pecuniam offerat sine quo ecclesiasticum beneficium esse nõ potest, neutrum inuenditum derelinquit, nec solũ pecuniam, sed nec pastũ, vel pastellũ ante vel post licet offerre.

Res spirituales emi non possunt.

d ¶ Sed res.] Non de rebus corporalibus, sed de iure spũalib⁹ cui cohęret officiũ, intelligit. Vel intellige de iure percipiẽdi res, vel de rebus ipsi officio adhęrẽtibus, vel de rebus cõsecratis, vt in syndo ne. arg. 17. q. 4. si forte. ar. 1. q. 6. hęc q ppe. inf. 16. q. 2. c. 1. & vlt. Vel intelligas de rerũ administratione. 3. Et sic in hoc c. de duob. mentio scilicet de cõsecratione & administratione ex ordine proueniente. & facit ad hoc 1. q. 6. §. 1. vel de iure. 4 quo res ipsæ percipiuntur. Vel hoc intellige de rebus ipsis secundum Hug. & tunc qñ quis promouendus est ad ecclesiam uel ordinem fructus prouenientes iure ecclesiæ, uel ordinis non licitè emit perceptos uel percipiendos: tunc enim præsumitur emere ecclesiam uel ordinem. alio autem tempore emere nõ est peccatum, ut extra ne prælati uices suas. cap. 12. q. 2. alienationes.

3 Super hoc vide qđ le. & not. s. ea. §. his ita Archid.

4 Ista expositio approbatur per Bart. & Vin. ext. de test. cõstitutus. in gl. fi in omni. iuxta fi.

e ¶ Aut episcopus.] idest, dignitas episcopalis.

f ¶ Aut abbas.] idest dignitas abbatialis.

g ¶ Nullo.] Bene accedit ad id quod legitur in Authen.

i ¶ Viuit.] Exercẽdo sensus corporeos: aliàs falsum est, cum, antequam sit in corpore, uiuat. sic exaudi 32. q. 2. Moyses.

k ¶ Neutrum.] Argum. idem iuris esse in uno connexorum quod in reliquo. arg. sup. dist. 8. quo iure 3. q. 6. hæc quippe. & 16. q. 2. cap. 1. & ff. de iure im. cum qui. §. si libertus.

l ¶ Pastum.] Arg. contra in Auth. de sanctis. episco. §. pro consuetudinibus colla. 9.

m ¶ Vel postea.] Arg. ff. de pactis. iurisgentium. §. dolo. ibi, ne quid fiat ei quod ante promisit.

n ¶ Soluat.] Non etiam sub obtentu consuetudinis. inf. ea. q. 4. vlt. contra. Dic vt ibi.

Salua-

SAluator.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte ostendit Vrbanus auctoritate Christi, mundi finem imminere ex eo, quod pseudoapostoli, & pseudoprophetæ apparent multos seducentes, quibus a bonis fortiter est resistendum, vt qui probati sunt manifesti fiant. In secunda parte ostendit, quòd rem ecclesiasticam vendere simonia est, quod probat quinque rationibus. Primo per damnationem Simonis donum Dei emere volentis, vt postea venderet, per quod res ecclesiastica intelligitur. Secundo per synodum Chalcedonen. in qua procurator, vel defensor eccl. siæ, vel quilibet regulæ subiectus, fieri per pecuniam prohibetur. Tertio auctoritate Paschalis, quam super habuimus. Quarto auctoritate Aug. qui reprehendit præpositurarū venditiones. Quinto auctoritate Euangelij clamantis contra simoniacos. Vos fecistis domum patris, &c. nec excusat siue in ecclesia siue extra ecclesiam res ecclesiastica vendatur. Secunda pars incipit ibi, Igitur quia. Vel sic.

¶ De eodem. Cap. VIII.

Deusdedit p. 2. Ans. l. 5. c. 42. Matt. 24.

SAluator prædicit in Euangelio circa finē sæculi pseudochristos, & pseudoprophetas surgere, & multos seducere, & fideles suos in mūdo multas habituros pressuras; sed tamen portas [a] inferi aduersus ecclesiam non prę ualituras. Proinde (quia, vt ait Apostolus, oportet [b] hæreses esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant) oportet nos cum propheta ex aduerso consurgere, & murum opponere pro domo Israel, & cum eodem Apostolo per multas tribulationes intrare in regnum Dei: quoniam non sunt condignę passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. ¶ Igitur, quia innotuisti nobis, ꝙ tibi obijcitur, vtrum vendere ecclesiasticam [c] rem simoniacum sit, hoc simoniacum esse patenter colligitur ex hoc, quòd beatus Apostolus Petrus ait Simoni: Pecunia tua tecum sit in perditionem: quia existimasti donum Dei pecunia possideri. Donū [d] quippe Dei est spiritus sanctus, & donum Dei est res ipsi ecclesiæ oblata. Et si bene animaduertis, Simō magus, qui ad fidem ficte accessit, non spiritum sanctum propter spiritum sanctū, quo ipse erat indignus (quoniā vt scriptum est, spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum) sed ideo, quantū in ipso erat, emere voluit, vt ex venditione signorū, quæ per eundē fierent, multiplicatam pecuniam lucraretur. Nec Apostolus emptionem Spiritus sancti (quam bene fieri non posse nouerat) sed ambitionem [e] quæstus talis, & auaritiam, quæ est idolorum seruitus, in eodem Simone exhorruit, & maledictionis iaculo perculit. Quisqs [f] igitur res ecclesiasticas (quæ dona Dei sunt; qm̄ a Deo fidelibus, & a fidelibus Deo donantur, quæ ab eodem gratis accipiuntur, & ideo gratis dari dēnt) propter sua [g] lucra vendit, vel emit, cum eodē Simone donum Dei possideri pecunia existimat. Ideo qui easdem res nō ad hoc, ad quod institutæ sunt, sed ad ꝓpria [h] lucra munere linguę, vel idebiti obsequij, vel pecunię largitur, vel adipiscitur, simoniacus est, cū principalis intentio Simonis fuerit sola pecunię auaritia. i. idololatria, vt ait Apostolus Paulus: Alioquin, cur sancta synodus Chalcedonēsis [i] DCXXX. eporum, procuratorem, vel defensorem ecclesiæ, vel quēquā regulę subiectū adeo per pecuniā ordinari prohibet, vt interuētores quoq; tāti sceleris anathematizet, nisi ꝙ eosdem simoniacos iudicet? Quòd si prefati milites [k] ecclesię ob huiusmodi scelus taliter procellūtur, nemo sa-

1. Cor. 11. Ezech. 13. Act. 14. Rom. 8. Act. 8. Sap. 1. Inf. c. res ecclesiæ. Coloss. 3. ¶ al. militantes.

CASVS. In prima parte ostenditur auctoritate Euangelij, hæreses debere circa finem sæculi imminere, vnde oportet nos ex aduerso consurgere cum propheta, & cū Apostolo pro domo Israel. In secunda ostenditur quinque auctoritatibus, quòd vendere ecclesiastica beneficia sit simoniacū.

a ¶ Sed tā portas.] Idest, vitia, & etiam hæreses, quib. intratur in infernū, quæ non præualent ecclesiæ, quia semper aliqui boni sunt in ecclesia 1. 24. quæst. 1. a recta &c. pudēda.

b ¶ Oportet.] Idest, vtile est, vt nos excitent. inf. 24. quæstio. vlt. c. vlt.

c ¶ Ecclesiasticam.] id est, ecclesiasticum bñficium, vel aliquā rem consecratam in casu non concesso, puta calicem 2 secūdum quosdam. Nam & nomen ei generale est. ff. de ver. signific. rei appellatione. & su. ea. quæsitum. Vel dic ecclesiasticam tem, idest, administrationem, & sic bene adaptatur litera Chalcedonensis synodi.

d ¶ Donum.] Idest, officium p quod datur spiritus sanctus, scilicet potestas faciendi miracula.

e ¶ Sed ambitionē.] Arg. effectū, vel conatū sine effectu puniri. arg. 22. d. c. 1.

f ¶ Quisqs.] Hic collige, ꝙ corporales res ecclesiæ emere, vel vendere simonia est in tali casu, cum quis intrat ecclesiā, vt sup. ea. in prin.

Ecclesia sem per aliquos bonos hēt. 1 Pro qua rogauit dns 21. d. §. 2. de pe. d. 2. si. n. ver. Petrus.

Res est nomen gnale. 2 D. hoc nota 10. q. 2. hoc ius. ibi videas ad hoc inf. e. q. res. Archi.

Affect⁹ sine effectu punitur.

Simonia est emere, vel vēdere res corporales ecclesiæ.

g ¶ Propter sua.] Hic uacat argumen. a contrario sensu, vt sup. ea. q. 1. quos constiterit, & c. si quis episcopus 1. 29. q. 2. per latum.

h ¶ Sed ad propria.] Idest, precibus quas pro se quis offerre non potest. secundum H. vt no. sup. ea. q. 1. sunt nō nulli. sed quid teneas ibi dixi.

i ¶ Chalcedonensis.] Si illi qui emunt. uel uendunt res ecclesiasticas non sunt simoniaci. cur. &c.

K ¶ Milites.] Clerici scilicet, qui tales milites sunt, quorum

Clericorum arma quæ sunt.

piens negabit non militantes [a] ecclesię multo damnabilius [b] ob hanc causam, idest emptionis, vel venditionis, debere percelli. Sed, & beatus prædecessor noster Paschalis [su.ead.c.si quis.] de consecratione affirmat, quòd quisquis eorum alterum vendiderit, sine quo alterum nō prouenit, neutrū inuenditum derelinquit: ac per hoc, eum, qui rem ecclesiæ vendit, vel emit, simoniacum esse intelligitur † [al. intelligit.] Nomine verò procuratoris [c] intelligit præfata synodus quēlibet ecclesiasticarum rerum administratorem, vt verbi gratia, præpositum [d], œconomum [e], vicedominum: defensoris nomine aduocatum [f], siue castaldum [g], & iudicem [h]: in subiecto verò [i] regulæ archipresbyterum, archidiaconum [k], canonicum, monachum, vel quemlibet ecclesiastico mancipatum officio. Quòd verò spiritum sanctum, quantum in se est, vendat, vel emat, qui præposituram, vel aliquid huiusmodi vendit, vel emit, audi Augustinum super Ioannem. [Trac.10.in c.2. Ioannis.] [O quot præposituras fecerūt. Alterum præpositum habet Carthagine Primianus, alterum habet Maximianus, alterum habet in Mauritania Rogatus, alterū habet in Numidia illi, & illi quos iam nec nominare sufficimus. Circuit ergo aliquis emere columbā: vnusquisq; laudat [l] præpositum suum, quod vēdit, &c.] Ecce venerabilis Augustinus de præpositurę distractione agens, nomine columbæ sancti spiritus venditionem, vel emptionē accipit, sicut, & omnes huius Euāgelici capituli tractatores. Pensandum verò est, qua pęna mulctentur, qui iam Deo, & ecclesię suæ oblata vēdunt, vel emunt: si cū flagellis a Dei tēplo eiecti sunt, q. q̃ Deo erant offerenda, vendebant, vel emebāt. Si de offerendorū venditorib. vel emptorib. dictū est? [Ioan.2.] [Vos fecistis domū patris mei, domū negotiationis, & speluncā latronū,] [Matth.21.] qd dicetur de ecclesiæ iam oblatorum vēditoribus, vel emptoribus?

rum arma lachrimæ sunt. 23. q. vlt. conuenior, vel oratio nes. 23. q. 8. c. reprehensibile, vel excommunicatio 16. q. 2. c. 1. & castra eorum sunt ecclesiæ. 54. d. c. nullus.

a ¶ Non militantes.] Contra supra distinctio. 19. nulli fas. infra 8. quæstio. 1. illud. & 32. quæstio. 5. qui viderit. sup. dist. 40. homo. inf. 11. quæst. 3. precipue. inf. 25. quęs. 1. nulli fas, infra ca. q. peruenit contra Sol. potest dici, quod ideo dicitur laicus peccare magis, quia peccat in duobus, & qa rē ecclesiæ emit, & qa suo officio non debitum: argum. ff. de re. i. culpa clericus autem in vno, qa emit tantum.

b ¶ Damnabilius. Id est damnabiliter, arg. 27. q. 2. cōiuges. Vel hic appellat non militantes ecclesiæ, non laicos, sed clericos, qui ecclesiæ non seruiunt. illi. n. qui emunt, & nō seruiūt magis peccant: quoniam in plurib. quā qui emūt, & seruiūt, & secundū hoc non sunt contraria, quæ hic signantur.

c ¶ Procuratoris.] Generaliter sumitur hic nomen 1 procuratoris. arg. ff. de procu. l. 1.

1 Sic ext. de procu. petitio. Arch.

ADDITIO. Aliquando procurator actoris vocatur responsalis, vt extra de restit. spol. ex conquæstione. in fin.

Præpositus, & œconomus differunt.

d ¶ Prepositum.] Sed quam differentiā facit inter ista noīa, pōt dici, quod nomen præpositi generale est, & continet alia sub se. argumen. extra de verb. signific. quamuis. Vel dic, quod præpositus, & œconomus nomina diuersa sunt, sed idem significāt sicut primas, & patriarcha. 99. dist. c. 1. vel bene possunt esse in eadem ecclesia præpositus, & œconomus. De vicedomino planum est, quia ille est, qui præest rebus episc. 89. d. c. volumus. vicedominus in rebus episcopi œconomus 2 in rebus canonicorum: sæpe tamen vnū ponitur per alio.

2 Adde glo. & Bar. in l. 1. §. aduocates ff. de var. & extraor. cog.

e ¶ Oeconomum.] Oeconomus est cui res ecclesiastica gubernanda mandatur, C. de sacrosanct. eccles. iubemus.

f ¶ Aduocatum.] Scilicet qui præest tantum causis tractandis, qui alias dicitur syndicus.

g ¶ Castaldum.] s. qui habet curam externarum rerum, qui dicitur aliàs maior domus. 89. d. volumus.

h ¶ Et iudicem.] Sicut in ecclesia Bon. sed nōne isti tres possunt esse laici. sic sine dubio. Qualiter ergo in istis officijs, quę nihil spiritualitatis habēt annexum, simonia cōmittitur? dicit H. quod in omni administratione rei ecclesiasticę committitur simonia, si ematur, sicut no. sup. eo. in prin. & hoc est simoniacum, quia prohibitū, non ideo prohibitum, quia fuit ante simoniacum, sed alij non ita late extendunt simoniam, inhærentes consuetudini generali. dicunt enim, quod tunc tantum est simonia in empta administratione, idest, dignitate, si talis est quæ habeat aliquod spirituale annexum sibi, alias non.

Emere administrationē rei ecclesiasticæ simoniacum est.

i ¶ In subiecto vero.] Nonne etiam œconomus, clericus debet esse? vtique prout concilium Hispalēn. interpretatur. 16. q. 7. in noua. Dic ergo, quòd istud vero, potius aduersatur officio, quam ordini. nam circa alia consistit officium œconomi. & circa alia archipresbyteri, & aliorū hic sequētium. Quidam autem intelligunt hoc totum de clericis, in quibus dicunt simoniacum esse huiusmodi officia emere? & qd dicit in subiecto vero, &c. ideo dicit, quia illi magis sunt subiecti regulę ecclesiasticæ, quàm isti: licet omnes sint clerici. nam dum illi versantur circa exteriora, & administrationes, isti circa diuina officia: & ideo dicit, mancipatum officio, & non dicit, ordini. vel ideo, dicit in subiecto, &c. vt notetur, quod isti habent curam animarum annexam, & quod dicit de canonico, vel monacho, non referas ad administrationē sed ad emptionem præbendæ, vel ingressus monasterij. Vel ideo dicit, in subiecto regulæ, quia eos ligat illa constitutio, Nemo militantes Deo, &c. 3 Superior autem administratio circa temporalia, & eos non ligat illa cōstitutio, Nemo militans Deo.

Oeconomus dēt esse clericus.

3 21. q. 3. c. 1. & 2. ad Tim. 2. c.

ADDITIO. Hic adde quod not. infra ead. q. 7. si quis omnem Arch.

K ¶ Archidiaconum.] Hoc totum intellige de dignitatibus ipsis.

l ¶ Laudat.] In eo, quod laudat, non cōmittit simoniā, sed in eo, qd vendit: qa qd cōmēdandi causa dr, pro non dicto hr. ff. de dolo. qd venditors sed hoc verum est, dum cōmendatio consistit in genere. Nā vbi descēdit ad specialia,

cialis, teneretur ex eo, quod commendando plus uendidit, nisi quod commendando, dicit, sit in euidenti. ff. de contrah. em. ea quæ.
a ¶ Indefinite.] Not. ex indefinita colligi uniuersalem, ut su. q. 1. eos qui. ff. de aleato. l. 1. §. quod autem ex quo. n. a canone nil excipitur, nec nos excipere debemus, ut 31. q. 1. quòd si dormierit. inf. 2. q. 5. consuluisti. su. d. 10. si Romanorum. ar. su. dist. 55. Euangelica. su. ca. q. 1. sunt non nulli. ar. contra. inf. 27. q. 1. de idololatria 1.
b ¶ Hæc circa.] Hæc particula de capitulo non est. &c.

Vniuersalis, ex indefinita colligitur.

1 Immo est argu. pro de hoc not. ext. de coniu. lepro. c. 2.

ptoribus? Et ne quis insanus obijciat merito hoc Dominum tam acerbe vindicasse, quia tunc illa in Dei templo vendebātur; ecclesiasticæ verò res modo extra templum distrahuntur; attende superius Augustinum nō determinantem locum vēditionis, vel emptionis præpositorum; sed tantum indefinite [a] dicentem: [Circuit aliquis emere columbam; vnusquisque præpositum suum laudat, quod vendit.] nō adijciens, in templo, vel extra templum. Hæc circa [b] vēditores, vel emptores rerum sacrarum sufficiāt.

¶ *Integram epistolam Vrbani II. dilecto filio L. præposito ecclesiæ B. Iuuentij apud Ticinum refert Deusdedit in sua collectione.*

α ¶ Propter spiritum sanctum.] *Addita sunt hæ duæ voces, & totus hic locus emendatus ex ipsa epistola, quemadmodum, & alia nonnulla.*

β ¶ Paschalis.] *Antea legebatur,* Paschasius libro de consecratione: *restitutus autem est locus ex vetustis codicibus, & originali. Citatur enim hic, quod habetur in capite antecedente ex epistola Paschalis Papæ.*

γ ¶ O quot præposituras.] *Apud B. Augustinum (cuius multi vetusti codices hoc loco collati sunt) legitur,* ò quot proposita fecerunt: alterum propositum, &c. *Apud Vrbanum vero vbique est,* proposita, & propositum.

δ ¶ Præpositum suum.] *Apud B. Augustinum legitur,* vnusquisque ad propositum suum laudat, quod vendit. *In epistola verò Vrbani,* vnusquisque propositum suum laudat, quod vendit, *Nomine autem propositi apud B. Augustinum interdum significari sectam quandam constat ex 2. lib. contra Cresconium, cap. 56.*

Itē Alexāder II. episcopus seruus seruorum Dei Lucensis ecclesiæ clero, & populo salutem perpetuam.

Deusdedit p. 2.

¶ Ministri, & seruitores ecclesiæ absque vlla venalitate ab episcopis ordinentur. Cap. IX.

EX multis temporibus hoc detestabile malū intra vestram ecclesiam inoleuisse cognouimus, vt nulli vnquam clerico, quamuis religioso, quamuis sciētia, & morib. prędito ecclesiasticum beneficium concederetur; nisi ei [c], qui profano pecuniæ munere illud emere studuisset: fiebatq; ecclesia, & res eius ita venalis, veluti quædā terrena, & vilis merx a negotiatorib. ad vendendum exposita. Quod malū, quam detestabile, quantū Deo, sanctisque sit contrariū, & sacri canones docent, & fere omnib. manifestum existit. ¶ Chalcedonense namq; cōcilium vnum ex principalibus [d], simili pœna cōdemnat eos, qui ecclesiæ beneficiū interuentu pecuniæ acquirūt, & eos, qui sacrā manus impositionē (per quam spiritus sanctus cōfertur) mercari dinoscuntur. Vtrosque. n. auctoritate inexpugnabili [e], illos [f] a beneficio, istos [g] a sacro ordine iubet expelli. Vnde humani generis redemptor omnes ementes, & vendentes de templo eijciens, cathedras vēdentiū columbas euertit, nūmulariorum effudit æs, præcepti sui auctoritate denunciās, & dicens. [Nolite facere domum

C. 2. su. ea. q. 1. ca. si quis episcopus.

Matth. 21.

EX multis.] In hoc capitulo Alexander reprehēdit Lucēses, qui nō nisi per pecuniā clericis quāuis dignis ecclesiastica beneficia cōferebant, quod Alexāder detestatur, & auctoritate Chalce. concilij ostēdit eos deponendos, & auctoritate Christi eos de ecclesia deijciendos, & ne tm̄ malū de manib. Alexādri requirat, statuit, & decreuit, ne de cætero aliqs pro ecclesiastico beneficio cōferendo pecuniam sumat, nec aliqs pro eo habēdo cōferat: & q cōtra hoc fecerit, deponat, & ecclesia priuet, & nisi resipuerit, anathematizet. CASVS. In 1. parte reprehendit Alexander omnes simoniacos, & spāliter Lucēses, inducēdo auctoritatē Chalcedonēsis cōcilij, & Dñi q uendentes, & ementes eiecit de templo. In 2. cōstituit, quod nullus committat simoniam. In 3. cōstituit pœnam depositionis contra transgressores huius constitutionis.
c ¶ Nisi ei.] Simile habes 32. d. interdixit.
d ¶ Ex principalib.] Papa tamē bene potest dispensare contra, si non sit in articulis fidei. 15. dist. sicut sancti. uel de uniuersali statu ecclesiæ, ut no. 25. q. 1. c. sunt quidam. sup. d. 16. sancta.

Papa non dispensat in duob. casib.

e ¶ Inexpugnabili.] quātum ad ordines retinendos.
f ¶ Illos.] i. s. ementes ecclesiasticum beneficium.
g ¶ Istos.] i. s. ementes sacram manus impositionem.

a ¶ Corripiendi.] Argu. simoniacos sine præcedenti admonitione esse puniendos, quod H. non concedit: quia secundum eum etiam in accusatione necessaria est admonitio propter euangelium. 2. q. 1. si peccauerit 1. Itē vt volens accusare si defecerit, subeat pœnam, quam cōuictus aduersari[9]. subiret. Itē vt aduersarius non grauet in expēsis. & vt disciplina ecclesiæ nō deseratur. 23. q. 5. excommunicatorum. argu. contra Hu. ext. de simon. licet Hely. Io. Quidquid dicit H. ille decret. licet. stabitur B.

Accusatione admonitio dēt pcedere.

1 Arg. ea. ca. q. 7. accusatio in fi. ubi de hoc. & de hoc not. inf. q. 7. requiritus. Arch.

b ¶ A Sancta ecclesia.] Idest, a consortio fidelium per anathema. nam ipsi fideles sunt, domus Dei, vt inf. de pœ. dist. 4. in domo, nam alias ipso iure sunt suspēsi, vt not. sup. ea. q. 1. reperiuntur.

Fideles sunt domus Dei.

c ¶ Sanguis.]. i. vindicta, vel proditio, vel peccatum infra, 9. q. 3. episcopo.

d ¶ De manu.] Nota prælatum ex negligētia sua teneri. 81. dist. dictum.

Prælatus ex negligentia sua tenetur.

ADDITIO. Ad hoc 18. q. 2. cognouimus 83. d. inferior. 81. d. dictum. vbi de hoc. Arch.

e ¶ Conferre.] Isti volebāt facere fraudem legi: quia nec etiam tali prætextu debet quis aliquid accipere, vel dare extra de usu. c. sup eo. & hoc est fraudulentū munus, ut su. ea. q. 1. si quis neque. Arg. contra sup. ead. q. 1. iudices.

f ¶ Scriptura.] su. ea. q. 1. nō est putanda. 14. q. 5. forte.

g ¶ In Chalcedonē.] Sup. ea. q. 1. si quis episcopus.

h ¶ Possit.] Arg. cum simoniaco nō posse dispēsari in ordine, uel beneficio simoniace acquisito. arg. j. ea. q. 7. requiritis. sup. ea. q. c. si qs neque. Ioan. tamē cum eo qui scienter committit simoniam, solus Papa dispensat. 25. q. 1. §. his itaque. sic & sūmæ. sed si eo ignorāte simoniacō missa sit, uel si tātū in animo, episcopus dispensat, ut extra de simon. de regularibus, &c. ex insinuatione, & c. fina. immo cum solo animo committitur simonia, sola pœnitentia sufficit, extra de simo. c. fin. & ita dixit T. super decr. de simo. nobis. Io. Vel sic. in prælatione non potest episcopus dispensare, nec in ordine per simoniam acquisito, sed in beneficio sic 2, vt innuit illa decre. nobis. B.

Dispensare cum simoniaco quis potest.

2 Dicunt quidam m. q cū simoniacis q adepti sunt beneficium per simoniā in nullo casu pōt epūs dispensare ar. ext. end. nobis. Arch.

patris mei domum negotiationis.] Illud quoque in eodē facto, solicite considerate, quòd per totum textum sanctum Euangelij nusquam reperitur Dominum tanta seueritate, tam districta censura iustitiæ, peccantes corripuisse, cum non solum eloquio increpans, verum etiam facto flagello de funiculis verberans omnes eliminauit de templo, aperte demonstrans, quòd tales negotiatores, non sicut cæteri peccatores sunt corripiendi [a], sed a templo Dei, idest a sancta ecclesia [b] longius sunt proijciendi. Nam sicut per columbarum venditores illi denotantur, qui sacram manus impositionem vendere conantur; sic per nūmularios ecclesiastici beneficij venditores designātur, qui domum Dei, teste Euangelio, speluncam latronū efficiunt. Quapropter ego Alexander sanctæ Romanæ ecclesiæ, & Apostolicæ sedis Episcopus (immo minister indignus) tot & tāta mala in multis ecclesijs, & maxime in Lucensi ecclesia, ex iniqua concupiscentia fieri conspiciens, ne sanguis [c] iniquorum a districto iudice de manu [d] nostra requiratur, illa extirpare, & penitus eradicare decreuimus. Constituimus itaque, & præsenti decreto firmamus (sicut olim nostri decessores fecisse noscuntur) vt nullus deinceps episcoporū, beneficiū ecclesiæ (quod q dā canonicam†, vel præbendas, seu etiam ordines† vocant) pro aliquo pretio, vel munere clericis audeat vnquam conferre [e]: sed omnes ministros, & seruitores ecclesiæ gratis, & absque vlla venalitate in sancta ecclesia studeāt ordinare. Nec eligant in domo Domini, qui maiores sacculos pecuniæ conferant; sed eos, qui moribus, & disciplina, atque scientia diuites pro officio suo ipsam valeāt sustentare ecclesiam. Constituimus, & eodem modo firmamus, vt nullus cuiuscumque gradus clericus pro ecclesiæ beneficio aliquid audeat conferre, aut fabricæ ecclesiarum, vel donarijs ecclesiarum, seu etiam quod pauperibus sit tribuendum; quia (teste scriptura [α] [f]) qui aliquid male accipit, vt quasi bene dispenset, potius grauatur, quam iuuatur. Quod si aliquis diuinorum præceptorum, & animarum salutis immemor, præfatum beneficiū ecclesiæ, iniqua cupiditate ductus vendere, vel emere temerario ausu præsumpserit, sicut in Chalcedonensi [g] cōcilio definitum est, gradus sui periculo eum subiacere decernimus: nec ministrare possit [h] ecclesiæ, quā pecunia venalem fieri concupiuit, & insuper terribili anathematis mucrone perfossus (nisi resipuerit) ab ecclesia Dei, quam læsit, modis omnibus abscindatur.

Ioan. 2.

Ezech. 3.

† al. canonicas.
† al. ordinationes.

Sup. ea. q. 1. c. non est putanda.

¶ *Extat integra hæc epistola in bibliotheca Vaticana post librum Anselmi Lucensis.*

α ¶ Teste scriptura.] *Hic referuntur verba ipsa B. Gregorij ex epistola ad Syagrium, quæ habentur supra ead. q. 1.* non est putanda.

Item Gregorius homilia 39.

Ven-

VEndentes.] CASVS. Aug. tripliciter exponit euangelij verba, vbi dicitur, ꝙ Christus eiecit de templo vendentes, & ementes. Et dicit primo, ꝙ ementes, & vendentes intelliguntur, qui emunt vel uendunt spiritualia. Secundo, qui contra iustitiam uendunt, quod de iure facere tenentur. Tertio, qui quod debent proximo persoluere nolunt gratis.

¶ Qui dona Dei vendunt, vel emunt, pariter à Deo damnantur. Cap. X.

Iuo p.5.c.88. Pann.l.2.c.119.

VEndentes & ementes è templo eliminat Christus quia vel eos, qui pro munere impositionē manuum tribuūt, vel eos, qui donum spiritus emere nituntur, dānat *Item infra.* ¶ Vendētes in templo sunt, q hoc, quòd quibusdam iure competit.[a] ad premium largiuntur. Iustitiam [b] enim vendere est, hāc pro premij acceptatione †seruare. Ementes vero in templo sunt qui dum hoc persoluere proximo, quod iustum est, nolunt, dumque rem iure debitam [c] facere contemnunt, dato patronis pretio emunt peccatum.

† al. accipiunt. al. præmio.

Item Beda ad c.2. Ioannis.

¶ Qui gratiam, quam à Deo accipiunt, non gratis exercent, venditores columbarum sunt. Cap. XI.

Iuo p.5.c.97. Pan.l.3.c.124.

NOn solum venditores sunt calumbarum, & domū Dei faciunt domum negotiationis, qui sacros ordines, largiendo pretium pecunia, vel laudis, vel etiā honoris inquirunt; verum ij quoq; qui gradum vel gratiam [d] in ecclesia spiritualem, quā Domino largiente [e] perceperunt, nō simplici intentione, sed cuiuslibet humanæ causa retributionis [f] exercent, contra illud Petri apostoli: [Qui loquitur, quasi sermones Dei.[g] qui ministrat, [h] tāquā ex virtute, quam administrat Deus, ut in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum] Quicunque ergo tales sunt, si nolunt uenientes Domino de ecclesia auferri, auferant ista de actibus suis, ne faciant domum Dei domum negotiationis.

1. Pet.4.

Item ex epistola Vrbani Papæ.

¶ Quæ ex consecratione proueniunt, in suum ius vi, vel munere nemo conuertat. Cap. XII.

sup. ea. c. saluator.

REs ecclesiæ, quæ ex cōsecratione proueniunt in suū ius vel vi, vel aliquo munere aliquem [i] conuertere non debere docens sanctus Vrbanus [k] ait: [Quisquis res ecclesiasticas quæ dona Dei sunt, quoniam à Deo fidelibus, & à fidelibus Deo donantur; quæque ab eodē gratis accipiuntur, & ideo gratis dari debent) propter sua

Snia per pecuniam data est nulla.

a ¶ Competit.] Arg. ꝙ in transactione illicitè pecunia interuenit, cum remittitur alicui, quod de iure erat illi remittendum.

b ¶ Iustitiam.] Arg. ꝙ, sententia etiam iusta si per pecuniam data fuerit, nullius momenti sit, simoniam cōmittit, ut 14.q.5. non sane. 11.q.3. qui recte. 1 Sed qa præmisit expositionem d simoniacis, videtur, quod in his duobus modis nō fit simonia, quod uerum est: aliàs tamen graue peccatum committitur, & sententia non valet 2.quæst.6.§. diffinitiua. ver. venales C. de pœ. iudic. qui ma. iu. l. j. Dicunt tamen quidam: ꝙ si causa est ecclesiastica, ꝙ qui iustitiam emit, simoniam committit nisi in matrimonio. su. e. 1. q. 1. quidquid inuisibilis.

1 Vbi de hoc de pœnis iudicis corrupti, no. 2. quæst. 6. §. hoc etiam. Theologi & Decretistæ, docentes possunt aliquid accipere.

c ¶ Debitam.] Videtur ergo, ꝙ theologi, & decretistæ non possunt aliquid percipere ex eo, quod docent. nam ad hoc tenent ut 43. di. Ephesijs. 16.q.1. reuertimini. ar. contra. 28.q.1. iam nunc 12.q.2. charitatem. Sed dic accipi posse licite 2 ut su. ead. q. 2. qui studet. super ver. sanitatis. Sed pone promissionem factam: quando tenetur sibi soluere? Dico, ꝙ in principio anni. arg. C. de profes. l. medicos. lib. 10. Item aduocatus in principio debet salariū accipere 3. ff. loca. qui operas. argu. contra C. de suffra. l. vna Salarium autem non debet excedere summam centum aureorum. ff. de var. & extra. cog. l. 18. si cui cautum est.

57. distin. de quibusdam. Archid.

3 Nisi sit aduocatus fisci, qui dēt in medio accipere. C. de adue. di. iudic. l. per hanc. Arch.

c ¶ Debitam.] Id est quam iure tenetur soluere. scilicet cum quis aduocato dat pecuniā, ut ipsū defendat sic vacat illa glo. Videtur ergo.

NOn solum. CASVS. Non dicuntur tantum simonia ci qui ordines, vel beneficia ecclesiastica pretio largiuntur sed etiam ij, qui officium suæ dignitatis scientiæ, vel alterius doni nolunt exercere, nisi causa retributionis humanę, quia faciūt cōtra auctoritatē Apostoli dicentis: Qui loqtur, &c. sequens c. patet. in quo dr. ꝙ q res q̄ intuitu consecrationis ecclesię proueniunt illicite alienat, simoniam committit.

d ¶ Vel gratiā.] Alicuius scientię, vel alterius doni.

e ¶ Domino largiēte.] Infra 16.q.1. reuertimini.

f ¶ Retributionis.] cum enim sint literati. & alijs donis p̄diti, nolunt nisi intuitu humanę retributionis hæc exercere in ecclesia, vt sup. e. q. 2. quàm pie. & extra de magistris. c. 1. 2. & 3. nam dicit etiā lex, quod ciuilis iuris sapientia nō sit pretio nummario dehonestāda. &c. ff. de va. & extraor. cog. l. 1. §. 1. dicit tamen lex, quod tutor pro facultate populi debet magistro dare. ff. de admi. tuto. l. cum plures. §. si tutor.

Laus ciuilis sapientiæ.

g ¶ Dei.] Id est, Deo attribuit, non sibi.

h ¶ Qui ministrat.] Id est loqui & ministrare debet.

i ¶ Aliquem.] Et ita videtur ꝙ simoniacus sit violentus raptor vel detentor 4 sicut alias dicitur. committere sacrilegium quia res ecclesiæ promissas non dat arg. 17. q. 4. c. 2.

RES ecclesiæ.]

4 Et sic tanquam violētus tenetur de vi: & verū est quod violentiā cōmittit: quia non gratis accipit, & quodā modo ab initio extorquet, sm Io. de Fant.

k ¶ Vrbanus.] Hic vnus Vrbanus de alio facit mentionem: & ita fuerunt duo. 81. d. & si qui sunt.

lucra vẽdit, vel emit, cum eodem Simone donum Dei pecunia possideri existimat.

a ¶ Quisquis.] *Hac sunt ex epistola Vrbani II. qua refertur supra c. saluator. Verba autem antecedentia nusquã reperta sunt: quamuis similia quadam dissimili tamen sententia, legãtur in epistola B. Vrbani primi. In aliquot vetustis Gratiani exemplaribus caput hoc sic citatur.* Itẽ Beda ex epistola Vrbani Papæ. *quod non coharet.*

Item Gregorius septimus.

¶ Simoniacus est episcopus, qui decimas, & oblationes laicis, non clericis destribuit. Cap. XIII.

Inf. 16. q. 7. c. peruenit. Poly. l. 3. tit. 11.

PEruenit [a] ad nos fama sinistra, [b] quod quidam episcoporum non sacerdotibus propriæ, diœcesis decimas, atque Christianorum oblationes conferant; sed potius laicalibus [d] personis, militum videlicet, siue seruitorum, vel (quod grauius [e] est) consanguineis. Vnde si quis amodo episcopus inuentus fuerit huius diuini præcepti transgressor, inter maximos hæreticos, & inter antichristos non minimus habeatur. & sicut Nicæna synodus de simoniacis censuit, & qui dat episcopus, & qui recipiũt ab eo laici siue pretio, siue beneficio æterni incendij ignibus deputentur.

In canonib. Nicænis ex Arabico versis, c. 49.

¶ *Infra etiã 16. q. 7. c. peruenit. citatur caput hoc ex Gregorio. Ac sane Lambertus Scafneburgensis narrat episcopum quendam Bambergensem, ecclesiam illam cõtra excommunicationem, & priuationem Gregorij septimi fauore militum, quibus multa largiebatur, per aliquod tempus retinuisse: & in ipsius Gregorij regesto lib. 6. epis. 5. simile quidam reprehenditur in Hermanno episcopo Metensi.*

Item Paschalis secundus.

¶ Spiritum sanctum vendit, qui decimas pro pecunia tribuit. Cap. XIIII.

Poly. l. 3. tit. 11.

ALtare, [f] & decimas [g] per pecuniam dare, & spiritum sanctum vendere, simoniacam hæresim esse nullus fidelium ignorat.

¶ *Supra ead. q. 1. cap. presbyter. hoc idem tribuitur Greg. quod hic Paschali secundo. Et Fortasse Paschalis, hoc ut multa alia, accipit à Gregorio septimo, qua ipse annotauit. In Polycarpo lib. 3. tit. xi. citatus ex cõcilio Toletano.*

Item Innocentius secundus in synodo Romana, c. 2.

¶ Careat honore mala acquisito, qui ecclesiastica beneficia pro pecunia inuenire tentauerit. Cap. XV.

Pan. l. 8. c. 138. ex Cabilonensi.

SI quis præ-

PEruenit.] CASVS. Dĩ hic q̃ inter maximos hæreticos debet computari qui laicis extraneis seruientibus vel consanguineis, & non sacerdotibus decimas & oblationes cõcedit: & qui dant & q̃ recipiunt, æterno incendio puniuntur, qđ H. vĩ intelligere, de iure spirituali: sed Bene. itelligit etiam de tẽporali fructu. Sequens cap. patet.

a ¶ Peruenit.] inf. 16. q. 7. peruenit.

b ¶ Sinistra.] Not. de episcopis, q̃ omnia agũt sinistre, vt. 35. dist. ecclesiæ.

c ¶ Oblationes.] 10. q. 1. quia sacerdotes.

d ¶ Laicalib.] Quod fieri nõ debet. vt extra de deci. prohibemus. Vnde nota, q̃ fructus bene possũt dari laico ex causa: sed ius decimale nequaquã: nã aliud est Ius. aliud est ipsa res sicut dicit iurisperitus, q̃ cũ dicimus vitulum esse fructum vaccę. nõ ius. sed corpus demonstramus. ff. de eui. l. vaccę possunt ergo dari decimę, idest, res ipsæ in feudũ, se tamen nõ transibit ad hæredes ext. de deci. ad hoc. vnde forte secundũ q̃ feudum proprie accipitur, non possunt dari in feudum ext. de deci. quamuis. 1 De hoc dixi. 16. q. 1. ca. vlt. Et no. q̃ si dantur decimæ laicis, & aliqua crescãt noualia, non accrescunt eis decimę noualium, sed ecclesijs. ext. đ dec. c. tua. Et dicit Innocẽtius, q̃ in his restringenda est potestas, nõ prroganda. extra de dec. tua. nobis.

Decima nunquid potest dari laico.

1 Vbi de hoc. & 16. q. 3. 6. sic ẽt ibi videas.

e ¶ Grauius.] Not. q̃ minus peccatũ propter adiunctum grauius punitur minus enim peccatũ est dare consanguineo, q̃ extraneo. 86. distin. non satis. hæc est ordinata charitas: sed quia prouidendo cõsanguineis enormiter lęsunt ecclesias idcirco dicit, q̃ peius est dare consanguineis idest, inde grauiorem læsionem sentit ecclesia. ff. inf. 33. q. 2. latorem. Vel dicit grauius. id est, communi s. 32. q. 7. quid in omnibus. nam cæci sunt episcopi circa nepotes. 8. q. 2. dilectissimi. unde tantus impetus in eo omnia fundendi fuit restringendus, ut dicit l. in alio casu. ff. ad le. iul. de adul. nec in ea.

f ALtare.] Id est, quæ in altari offeruntur: vel in administratione altaris: vel in ecclesia.

g ¶ Et decimas.] Scilicet si episcopus ab aliquo milite redimere decimas. non est simoniacum sed rei ecclesiasticæ liberatio. sed si emeret à laicis, cum nollent tribuere simoniacum esset.

ADDITIO. De hoc no. 16. q. 7. decimas ibi videas. Ar.

SI quis præbendas.] CASVS. Dicitur hic quod qui beneficiũ uel dignitatem uel sacramentum ab ecclesia per

fit per pecunia acquirit, acquisito careat: & emptor & venditor & interuentor nota infamiæ percellantur. Vnde statuitur, vt nec pro pastu, nec sub obtentu alicuius consuetudinis aliquid exigatur.
a ¶ Præbendas.] Vel benedictiones nubentium: vel sepultu-

inf.32.q.4.obijciuntur.contra sup.dist.8. & consuetudinem.inf.8.q.2.quæsta est. Io. Hodie prætextu consuetudinis nihil peti pôt, nec ante, nec post, ut extra de sim. Iacobus. B. nisi hoc reperiatur a iure permissum, vt not. sup.q.2.placuit.

bendas, [a] vel prioratum, vel decanatum, aut honoré, vel promotionem aliquam ecclesiasticá, seu quodlibet sacramentum [b] ecclesiasticum, vt pote chrisma, vel oleum sanctum, & cõsecrationes [c] altarium, vel ecclesiarum, interueniente [d] execrabili ardore auaritiæ per pecuniam cóparauerit; honore male acquisito careat; & emptor, atq; venditor, & interuentor nota infamiæ percellantur: [e] & nec pro pastu, nec sub obtẽtu alicuius cõsuetudinis [f] ante, vel post à quoquã aliquid exigatur, vel ipse dare præsumat; quoniam simoniacum est: sed libere, & absque diminutione [g] aliqua, collata sibi dignitate, atque beneficio [ɑ] perfruatur.

ɑ ¶ Beneficio.] *Ex duobus manuscriptis huius concilij exemplaribus in vno sic legitur, in altero vero officio.*

De secunda & tertia quæstione quid sacri canones disponant, auctoritatibus hincinde in medium deductis patefactum est.

QVAESTIO IIII.

1. 2. 3. *NVnc ergo de quarta [h] quæstione est pertractandum, an paternum crimen huic imputetur, quod eo ignorante constat admissum. Quòd ignorantia hunc excuset, multorum auctoritatibus probatur.*

Ait enim Augustinus, epist. 48 ad Vincentium.

¶Alienum crimen, nescientem non maculat. Cap. I.

NVllius [i] crimen maculat [k] nescientem.

Item eadem epistola.

¶De eodem. Cap. II.

QVis locus innocentiæ relinquitur, si alienum crimen maculat nescientem?

¶*Verba B. Augustini sunt hæc,* Quis locus innocẽtiæ reseruatur, si crimẽ est proprium, nescire crimen alienum?

g ¶ Diminutione.] Nisi cũ ex causa detinet fructus epũs: vt extra, ut ecclesiasti. benefi. sine dimi. vt nostrum. Et ita si dignitas deferatur alicui diminuta, insolidum potest eam pete. argu. ext. de insti. cum uenissent.

NVnc ergo.] Hæc quæstio diuiditur in quatuor partes. Et quæritur hic vtrum teneatur filius pro paterno crimine: & in hac prima parte quæstionis probat per 10. auct. ꝙ non tenetur. Scd'a ibi, Sed obijcitur.] Tertia ibi, [hic itaque,] Quarta ibi.] Notandum.] Ioan. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur 4. qõ. qua quaritur an quis reus sit criminis, ꝙ eo ignorante pr admisit: & ꝙ ignorantia eum excuset multorũ auctoritatib. probatur. Sequens. c. patet.

h ¶ De quarta.] Ad intelligentiã hui' q̃stionis no. ꝙ triplex est pœna, æterna, corporalis, & spiritualis. Aeterna pœna nunquã punit vnus pro alio, vt sup. ea. c. 1. & c. cũ itaq;. Corporalis pœna duplex est, quędã circa corpus ipsum: & illa sępe punit vnus pro alio. ĩ. ea. §. itẽ peccato quędã circa statum rei, vt est seruitus, vel infamia: & illa etiam punitur filius pro patre, vt 6. q. 1. §. verum. 15. q. vlt. cum multæ. Spiritualis quadruplex est, nam quadam est excommunicationis: & illa nunquã punitur vnus ꝑ alio, vt 24. q. 3. si habes. Alia interdicti: & illa punitur vnus pro alio, ut ext. de spon. non est vobis. Alia est remotio ab oblatione: & illa similiter punitur vnus pro alio. 17. q. 4. miror. Alia est ordinis: & illa similiter punitur vnus pro alio. nam pp delictum vxoris vir remoueatur a promotione, vt 34. d. si cuius. Item si pater nesciente filio emerit ei ecclesiam, ille pro peccato non remouetur a promotione: sed tamẽ perdit ecclesiam, ut inf. q. 5. c. 1. Ioan.

Pœna est duplex.

Vnus an puniat ꝓ alio

Pœna corporalis est duplex.

Pœna spũalis est quadruplex.

pulturas. extra de simo. cum in ecclesiæ.

b ¶ Sacramentum.] In quo confertur gratia aliter sumi potest pecunia. 32. q. 2. honorantur M. tamen cõtrarium dicit. arg. extra de off. deleg. causam. extra de sponsa. du. duobus.

c ¶ Et consecrationes.] Sed nunquid consecratio altaris est sacramentum? Sic, large sumptum, cum sit sacræ rei signum, ut hic, & extra de simo. cum sit Romana. argum. 24. q. 1. §. sed illud.

d ¶ Interueniente.] Militiam sæcularem bene potest quis emere. 1. ff. de act. em. creditor. §. inter uenditoré. §. sed quod ante.

e ¶ Percellantur. Scilicet in perpetuũ. su. ea. q. 3. si quis & c. saluator. sup. ea. q. 1. si quis episcopus.

f ¶ Consuetudinis.] Arg. consuetudinem longã non facere ad licentiã, vel excusationem simoniæ, ext. de sim. cum in ecclesiæ. Arg. contra in Auth. de san. epis. §. pro consuetudinibus. coll. 9. q. 3. conquestus sup. 100. d. cap. nouit. su. ea. q. 1. reperiuntur. sup. d. 4. denique. Ar. cõtra

i NVllius.] Scilicet alterius. nam suum quandoque commaculat, vt de pæn. dist. 2. sciendum. 32. q. 7. quemadmodum. & ita non comprehenditur persona, de qua sit sermo.

K ¶ Maculat.] Inf. 15. q. 1. mulier. & q. vlt. cum multæ. inf. 17. q. 4. miror. 34. d. si cuius. & 6. q. 1. §. uerum 24. q. 1. non turbatur. Ioan.

Consecratio altaris est sacramentum large sumptum.

De hoc inf. 1. q. 6. c. vlt.

Consuetudo non excusat simoniam.

PLacuit.] CASVS. Dicitur hic, quod illi non debent a promotione repelli, qui infantes perfidia parentum ab hæreticis baptizantur, si hæc suo iudicio non fecerunt, nec ex post facto consenserunt.

a ¶ Promoueãtur.] sup. ea.q.1.ventũ est, contra inf. ead. q.7.q in qualibet. cõtra. Sol. illud ex nimio rigore: hoc ex dispẽsatione. Vel ibi de his, q postmodũ in adulta ętate hęretici consentiunt: vel qui adulti ab hæreticis baptizantur: hic de illis, qui non acquiescunt, vel qui pueri baptizantur ab hæreticis.

Item in Africano concilio, c.14. legitur.

¶ De infantibus qui ab hæreticis baptizantur.

Cap. III.

PLacuit de infantibus, qui ab hæreticis baptizantur; ne, quod non suo fecerunt iudicio, cum ad ecclesiam Dei salubri proposito fuerint conuersi, parentum illos error impediat, quominus promoueantur [a] sacri altaris ministri.

Paulo aliter in originali.

Item in eodem, c.24.

¶ De eodem. Cap. IIII.

QVi apud Donatistas paruuli [b] baptizati sunt, nõdũ scire valentes erroris eorum interitum, & postea quam ad ætatem rationis capacem peruenerunt, agnita veritate falsitatẽ eorum abhorrentes, ad ecclesiam Dei catholicam per vniuersum mundum diffusam, ordine [c] antiquo per manus impositionem recepti sunt; tales ad suscipiendum munus clericatus non debet impedire nomen erroris.

Deusdedit p.2.

QVi apud.] CASVS. Dicitur hic, quod paruuli ab hæreticis baptizati, si nõ postquam ad discretionem peruenerunt errori non consenserunt, recepti ab ecclesia poterũt promoueri.

1 Sub. quib. non nocet, ẽt si a parentib. offerant. arg. de cõse. d. 4. quæris. dum tñ suppleatur, qd eis deest. su. e.q.1.§.ecce. de cons.d.4. ab antiqua. Io. de Faut.

b ¶ Paruuli.] i. doli non capaces. de consecratio. dist. 4. paruuli.

c ¶ Ordine.] Idest, sm antiquam regulam ecclesiæ.

Item Leo quartus † Ebrunio, & Adelfrido episcopis.

† al. tertius.

¶ Consanguineorum maleficia in nullo clericis obsunt, nisi conscij fuerint. Cap. V.

QVia præsulatus nostri (quod bene nostris) magisterium non solum de sacerdotum: verũ etiam de sæcularium vtilitatibus debet esse solicitum; propterea fraternitatem vestram scire volumus, hunc præsentem presbyterum ad sedem Apostolicam venisse, nobisque violẽtiam, & excommunicationem suam per ordinem retulisse: quòd etiam sine iusto legis tramite illi sua fuisset ablata [d] ecclesia, similiter indicauit: quam alius dato munere sacerdos zelo ductus inuidiæ vsurpare præsumpsit. Inde parentes eius magno dolore compulsi presbyterum illum, qui suam tenebat ecclesiam, mox comprehenderũt, & ei oculos eruerunt. Tamen ipse sæpe dictus sacerdos dicit, quòd absque sua voluntate, [e] & sine eius consilio hoc sit peractum. Quod si ita est, vt ipse nobis suo ore testatus est, vobis magnopere prouidendum est, vt si canonice [f] ipse excommunicatus non est, canonica super eam fiat remissio. [g]

QVia pſulatus.] CASVS. Quidã pſbyter iniuste fuit sua ecclesia spoliatus, quam alius presbyter simoniace acquirere nõ erubuit, vñ consanguinei primi pſbyteri dolore conuicti sm presbyterũ comprehendentes, ei oculos eruerũt: pro quo facto primus presbyter fuit excõicatus. Sed quia primus sacerdos (vt dicebat) nullo mõ consensit: mãdat de hoc Papa inquiri &, si inculpabilis inueniat absoluatur. Sequẽs lex, &c. quæ sequũtur plana sunt.

d ¶ Ablata.] Et ideo erat ei restituẽda, licet hoc expresse nõ dicatur: sufficit. n. cõqueri de spoliatione, licet expresse nõ petatur restitutio, vt 2.q.1. notum. extra de causa pos. cum ecclesia. hic tamen non respõdet ad hoc: sed respondẽdo eum innocẽtem, ergo & restituendum. arg. C. de diuer. rescr. l. 1. ext. de coniug. lep. c.2.

e ¶ Voluntate.] Arg. quod nudam voluntatem teneatur qs purgare si suspectus habetur: & alibi nuda voluntas legitur grauiter plectenda, ut inf. de pœn. d.1. si quis eũ, & c. si quis pulsatus & 32.q.5. qui uiderit. Arg. cõtra de pœn. d.1. cogitationis. Dicas igit. & pro idest. Vel dic de voluntate in actum producta, alias nõ tenetur purgare

Voluntas nuda est quãq; plectenda.

tam. ar. 23.q. ult. c. ul. & est si. extra de hom. Petrus. extra de testi. constitutis.

f ¶ Canonice.] Argu. quod si consanguinei alicuius clerici absque eius consensu episcopum suum offenderẽt, propter hoc episcopus non potest priuare clericum beneficio, arg. 24.q.3.c.1. ipse tñ ẽps non debet conqueri de consanguineis, si credit, quod ita acerbe eum puniant. Sed nunquid tenetur eis remittere actionem iniuriæ, cumsciat, quod si non remiserit, interficient eum fratres sui? Nam dum tamen ipse eis nihil dicat: sed rancorem tenetur dimittere. 90.d. si quis contristatus.

Eps beneficio priuare non põt clericum, cuius parentes ipsum offendunt.

Et Cart.3.c.48.

g ¶ Remissio.] Nullam enim pœnam patietur iniuste excommunicatus, ut 9.q.3. non debet. absit enim, ut iniuste. & c. C. de pœ. sancimus.

Digestis tit. de pœnis, l. crimen.

Cap. VI.

CRimen, vel pœna paterna nullam maculam filio infligere potest. Namq; vnusquisque ex suo admisso [h]

Lib.48.tit.9.l.26.

CRimen.] ¶ Ex suo admisso.] Non enim debet aliquis

quis alieno odio prægrauari. C. de inoffi. test. si quis in suo. §. legis. & hoc est verum in pœnis: secus in vsu. caponibus: quia vitium transit ad hæredem. ff. de acqui. pos. Pomponius. Item quod hic dicitur, regulare est, vt 56. dist. vndecunque, & c. nasci, & c. satis. in casu tamen quan-

b ¶ Genuit eum.] Siue de natiuitate in vtero, siue de natiuitate ex vtero i.

c ¶ Consensione.] Sed nec tunc dicitur teneri peccato alterius: sed suo, scilicet cum consentit ad peccatum alterius su. dist. 56. vndecunq; inf. 15. q. 8. c. 3. contra inf. 23. q. 4. ita, & c. si quis à catholica.

sorti subijcitur, nec alieni criminis successor cōstituitur. Idque diui fratres Hieropolitanis rescripserunt.

Item ex concilio Toletano. 4. cap. 60.

¶ Perfidia parentum filijs obesse non debet.

Cap. VII.

Ezech. 18.

IVdæi baptizati, si postea preuaricantes in Christū qualibet pena damnati extiterint, à rebus eorum fideles [a] filios excludi non oportebit: quia scriptum est: [Filius non portabit iniquitatem patris.]

Item Augustinus ad Bonifacium, epist. 23.

¶ Non imputantur peccata parentum ijs, qui ab eis personaliter diuisi probatur. Cap. VIII.

Ivo p. 6. c. 417.

IAm itaque cum homo in seipso est, ab eo, qui genuit eum [b], alter effectus peccato alterius sine sua consensione [c] non tenetur obnoxius. Traxit ergo reatum [d]; quia vnus [e] erat cum illo, & in illo, à quo traxit; quando, quod traxit, admissum [f] † est. Non autem trahit alter ab altero quando sua vnoquoque propria vita viuente iam est, vnde dicatur; [Anima [g], quæ peccauerit, ipsa morietur.] Vt autem possit regenerari per officium voluntatis alienæ, cum offertur consecrandus [h], facit hoc vnus spiritus, ex quo regeneratur oblatus.

† al. admixtum.

Ezech. 18.

Hinc etiam Gregorius in lib. 26. Moralium, c. 8. in c. 35. Iob.

¶ Ei qui imitatur, impietas alterius nocet. Cap. IX.

Iobi. 35.

HOmini [i], qui similis tui est, nocebit impietas tua; & filium hominis adiuuabit iustitia tua.] Humana impietas ei nocet [k], quem peruertendo inquinat: & rursus eum adiuuat nostra iustitia, quē à prauis actionibus mutat. Nocere enim vel iuuare nesciunt ea, quæ [l] vel à bono corrumpere, vel à malo permutare non possunt.

Exo. 20.

Econtra Dominus ad Moysem: [Ego sum Deus zelotes, qui visito [m] peccata patrum in filios [n] vsq; in tertiā,

d ¶ Reatum.] Idest, causam reatus, scilicet originale peccatū. ex hoc c. colligitur, quod aliud est in via, aliud i inuio. nam nō potest quis peccare per alium licet possit saluari per alium, vt de pe. distin. 1. tres, & de cons. d. 4. quæris, & bonum simile est in lege. nā dicit lex, ꝙ si quis habet filium & postea creatur decurio; iste non dicetur fili⁹ decurionis: sed illi tantum, qui postea geniti sūt C. de decur. l. vlt. ff. e. l. 2. §. in filijs.

1 De consec. dist. 4. quæris & c. si ad matris, & hic uideas ad not. ex. de tēpo. or. quæsitū. in glo. fi. infra, &c. Arch. In uia, & in inuio differunt.

e ¶ Vnus.] Partus enim pars uiscerum est, ut ff. de uent. inspi. l. 1. §. 1. licet sit arg. contra de consec. distin. 4. si quidquid.

Partus est pars uiscerum.

f ¶ Admissum.] Id est receptum.

g ¶ Anima.] Sicut Dominus, per Ezechielem ait, ut inf. 24. q. 3. si habes.

h ¶ Consecrandus.] Idest, baptizandus. Ioan.

HOmini.] CASVS. Dī hic, ꝙ malitia alteri⁹ nō nocet alij, si per eā non corrūpatur, sed sua tātum. Et primo ponuntur uerba Iob usq; ibi: Humana.] Deinde ponunt uerba Grego. exponentis uerba Iob.

i ¶ Homini.] Verba Iob sunt usque ibi, [Humana.] uerb. Grego. uerba Iob exponentis.

quandoque aliter inuenitur de temporali pena, ut 6. q. 1. §. uerum, & c. ex merito. 15. q. ult. cū multæ. & 14. q. 3. §. is. ita. su. q. 1. fertur. & q. 1. audacter, & dist. 48. §. ecce, cum multis alijs capitulis.

a IVdæi.] ¶ Fideles.] Sed nihil speciale constituitur hic circa Iudæos, idem enim fit in filijs aliorum damnatorum. C. de bo. dam. Auth. bona nisi in damnatis crimine læsæ maiesta. ut 6. q. 1. §. uerum. Præterea si conuertantur filij ad ecclesiam, non possunt eos parentes exhæredare. extra de Iu. Iudæi. Quid iuris sit de filijs hæreticorum, dixi 23. q. 7. in princ. Io.

Iudæi filios suos ad ecclesiam conuersos exhæredare non possunt.

IAm.] CASVS. Dī hic ꝙ ex quo filius à patre suo diuisus est, & alter effectus, patris delictum filium nō grauat, si filius non consenserit: sed peccatum originale filius à patre contraxit; quia tunc non erat alter ab eo; immo unus cum ipso: quod crimen contrahitur ab Adam: & sicut per alienum officium quis nesciens regeneratur, ita nesciens peccato originali coinquinatur.

k ¶ Nocet.] Exemplo.

l ¶ Ea quæ.] Sicut sunt illa, ex quibus exempla non sumimus, ut uenustas corporis, ægritudo.

ECONTRA. CASVS. Hactenus probauit. Gratia. peccata parentum filijs non nocere. Nunc probat Gratia. econtra auctoritate Moysi, ꝙ filius pro peccato patris punitur. Sed statim soluit per Aug. dicentem, hoc non contingere propter inæqualitatem iudicij, sed propter clementiam Dei, qui nō punit alium pro alio etiam corporaliter, nisi tertia uel quarta generatio ueniat.

m ¶ Visito.] Idest, postea uisitando ad pœnitentiam expecto usque ad senium, s. quousque uideatur tertia, & quarta generatio, quod est dicere, usque ad finem uitæ sic Aug. exponit, unde & sic licet mihi exponere.

n ¶ In filios.] Istud potest intelligi ad literam, & hoc ideo dicit, quia homines non consueuerunt ultra uiuere.

vere. Vel potest intelligi mistice, nam prima generatio dr̃ primi motus: & isti non puniuntur, de quibus dictũ est: Beatus qui allidet paruulos suos ad petram. Secunda generatio dicitur cogitatio, quæ non punitur. de pę. dist. 1. cogitationis. Tertia dicitur consensus: & iste punitur, nam facientẽ. & consentientẽ par. pœna constringit 2. q. 1. notum. Quarta est opus: & ista similiter punit in filios cum sint imitatores paterni sceleris: alias nõ su. ea. q. 1. cito turpem. Aliter numerãt istæ quatuor generationes, de pę. d. 1. super tribus.

Delictorum quadruplex est generatio.

a ¶ Redituruм.] Id est, vsque in tempus filiorũ, & vltra eos expectaturum ad pęnitentiam de peccatis suis.

b ¶ Inæqualitate.] vt alij peccẽt, & alij puniantur, prout sequitur: & est vna dictio inæqualitate: & hæc verba licet non inęqualitate, sũt uerba Aug. & auctoritas ista facit ad proposi tum G. expositio vero contra eum.

c ¶ Venerit.] Id est, nisi cum vitã finierit. Ioan.

CVM ERGO. CASVS. Dixit supra Gratia. ꝙ peccatum patris filijs imputari nõ debet, & quod per ignorantiam excusantur. Sed cum Inno. dicat, quod baptizati ab hæreticis scienter promoueri non possint, patet, quòd infãtes ab hæreticis baptizati, cum ipsi iuxta Africanum conciliũ valeant ꝓmoueri, sola ignorantia excusentur. Nã vt ait Aug. peccata parẽtũ filijs non imputãtur: nec spirituali pœna [illegible] hæc puniuntur, quare ab officio, & beneficio ecclesiæ ꝓpter hæc priuari non debent, cum sit pœna spiritualis præterea si excusatur qui ignoranter à simoniaco ordinatur: ergo iste de quo dictum est in themate excusandus est: quia per ignorantiam simoniace ordinatur. Innoc. sup. 1. q. 1. ventum est, in fin. Africanum concilium sup. ead. q. placuit. Sicut Augus. 24. q. 3. si habes. Vrbani. sup. 1. q. 1. si qui à simoniacis.

d ¶ Cum ergo.] Hic ostendit ꝙ ignorantia excusat infantes ab hæreticis ordinatos: & à simili videtur excusandus cui ignoranti pater ecclesiam adeptus est.

e ¶ Ignorantia.] Sed non semper de pœn. dist. 2. sciendum, & inf. c. prox. turbatur. §. notandum.

f NOn imputantur filijs.] Sup. ead. q. placuit.

g ¶ Pœna.] Scilicet excommunicationis infr. 24. q. 3. si habes, sed alia bene extra de fil. presb. c. 1. & inf. eo. q. 1. c. 1. & ideo sophistice procedit de vna ad aliam. Argu. contra. 56. dist. c. 1.

& *quartã generationẽ,] licet nõ inæqualitate iudicij sed magnitudine clemẽtiæ Augustinus asserit hoc dictũ ita dicẽs:* [*In tertia, & quarta generatione peccatũ patrũ se Dominus cõminatur in lege filijs redditurũ*[a]*, nõ inæquali tate*[b] *iudicij, vt alij peccẽt, & alij puniatur, sed magnitudine clemẽtiæ: dũ sẽper expectat ad pœnitẽtiã, & ꝙ in prima generatione delinquitur, nõ prius corrigit, & emẽdat, nisi & tertia, & quarta generatio venerit,*[c]] *Cum ergo*[d] *de baptizatis ab hæreticis Innocentius scribat:*] *Lex est ecclesiæ ijs, qui ab hæreticis baptizati sunt, per manus impositionem laicam tantum communionem præbere, nec ex his aliquem in clericatus honorem vel exiguum subrogare.*] *patet, quod infantes, qui ab hæreticis baptizati sunt, sola excusat ignorantia*[e]*, vt iuxta illud Africani concilij ad suscipiendum clericatus officium non eos impediat nomen erroris.*

sup. q. 1. ventum.

Item sicut Augustinus scribit ad Auxilium episcopum epist. 75.

sup. ea. qui apud.

¶ De eodem. Cap. X.

NOn imputantur[f] filijs peccata parentũ, quæ post eorum natiuitatem à parentibus cõmittuntur; nec ꝓ peccatis parentum spirituali pœna[g] filij sunt plectendi.

¶ *In aliquot vetustis exemplaribus, & caput hoc, & sequentia vsque ad finem quæstionis coniuncta sunt superiori. Nam sententijs hinc inde acceptis, verba ferre de suo (quod sæpe facit) in his Gratianus affert. Et huius quidem partis sententia est apud B. Augustinum loco indicato. Verba autem ipsa referuntur infra 24. q. 3. si habes.*

Officio autem, vel beneficio ecclesiæ priuari, spiritualis pœna est: non igitur hanc ex peccato patris promeretur filius. Item si excusatur[h] *qui ignoranter à simoniaco ordinatur, vt supra in cap. Vrbani legitur, & iste excusandus est*[i]*, qui per ignorantiam simoniace ordinatur.*

2 *Sed obijcitur illud Gregorij a.*

sup. ea. q. 1. si qui à simoniacis.

a ¶ Gregorij.] *In aliquot vetustis codicibus legitur,* Augustini. *Anselmus vero citat ex Alexandro secundo.*

¶ De ecclesia quæ pactione consecratur. Cap. XI.

ECclesia, quæ pactione[k] consecrata fuerit potius execrata, quam consecrata dici debet.

Ans. l. 5. c. 20.

h ¶ Item si excusatur.] Vt sup. ea. q. 1. si qui à simoniacis.

i ¶ Excusandus est.] Excusantur a reatu criminis: sed non quin priuentur beneficio, infr. ead. q. 5. capit. 1. & cap. præsentium.

SED OBIICITVR. Hæc est secunda pars quæst. in qua probatur contrarium per tres auctoritates. Io. de Fant.

Consecratio an possit fieri interueniente promissione.

K ECclesia.] ¶ Pactione.] Infra. 18. q. 2. Eleutherius. contra. Sol. aliud est non prius cõsecrare nisi aliquid ex pacto detur vel promittatur, quòd hic penitus reprobat, aliud est post dedicationem pacisci de annuo reddit[u]

reddditu ex oblationibus ecclesię suggerente episcopo, & eius ecclesiæ presbyteris pro futuro quod ibi fieri permittitur. H. contra 7. q. 1. episcopus. 5. ea. q. 1. nō nocet. Sed dic, ꝙ hic non fuit consecrata in forma ecclesiæ: & ideo debet consecrari. de consec. dist. 1. ecclesias. Vel dic in lucra sunt ab hæredibus extorquenda. ff. de calum. l. in hæredem. Arg. contra. C. ne ex delect. de fun. l. vnica. sed de canonica æquitate semper tenetur, etiam si nihil ad eum peruenit ex maleficio, vt dixi 16. quæst. 6. si episcopum.

Iosue 6. & 7. *Item peccato* [a] *ciuiū, thesauri Hiericho anathematizati leguntur: Vnde Achan, qui regulam auream, & quadam alia pretiosa furatus est, de anathemate dicitur tulisse.* ¶ *Item peccato Amalechitarum, animalia eorum iussa sunt interfici: quib. quia Saul pepercit, audiuit a Samuele:* (*1. Reg. 15.*) [*Nescis, quia peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere?* ¶ *Item peccato Aegyptiorum possessiones eorum grandini traditæ, iumenta, & primogenita eorum, mortem cōsumpta sunt.* (*Exod. 9.*) ¶ *Item peccato Israelitarum, arca Domini Philistæis tradita est.* (*1. Reg. 4.*) *Si ergo quæ sensu carent, vt ecclesia, altare, arca Domini, lapides Hiericho, vel execrantur, vel peccatoribus traduntur, vel anathematizantur, vel grandine deuastantur; si ea, quæ vim intelligendi non habent, vt animalia Aegyptiorum, & Amalechitarum, peccatis hominum perduntur morte; patet quòd nullum excusat ignorantia criminis; maxime cum ex eo vtilitas deferatur ignoranti; veluti si quispiam de latrocinio, & rapina filio suo ignoranti diuitias congreget, non excusat filium ignorantia; quin post mortem patris cogatur reddere male acquisita* [b]. ¶ *Item peccato Achan* [c] *plebs Israelitica in manibus hostium tradita est.* (*Iosue 7.*) ¶ *Item peccato filiorum Heli, populus in manu* [d] *Philisthinorum corruit.* (*1. Reg. 4.*) ¶ *Peccato quoque plebis electi eorum sæpe sunt impediti, & tandem cum eis prophetæ ducti sunt captiui.* (*Psal. 77.*)

§ *His ita respōdetur. Insensibilia, & irrationabilia peccato hoīum vel execrantur, vel anathematizantur, vel morte perduntur, non participatione peccati, sed causa sacramēti* [e], *vel detestatione peccati, vel flagello* [f] *delinquētium. Causa sacramēti, vt thesauri Hiericho* [g], *et animalia Amalechitarū. Hiericho enim Luna interpretatur & significat mundū istū; Amalechitæ interpretantur lingentes sanguinē, & significant cupidos, & auaros, & dæmones. Israelitæ interpretātur viri vidētes Deū, & significant multitudinē sanctorum. Lapides ergo, & thesauri Hiericho anathematizātur; animalia Amalechitarū* [h]

c ¶ Achan.] Et nōne iam dixit de peccato Achan, sic: sed nō de plebe.

d ¶ In manu.] Ideo repetit, vt addat de populo, de quo nihil dixerat.

HIS ITAQVE. Hęc est tertia pars q. in qua dicitur quod septem de causis aliqui puniuntur propter aliorum peccata. Io. de Fant.

CASVS. Respondet Gratianus, ꝙ ita punitur vnus pro alio: hoc accidit vel ex cā sacramenti, vel ex detestatione peccati, vel ex imperitia patientiæ, vel ꝓpter flagella eorum, qui deliquunt opere, vel consensu. Et ad hāc quadrimembrem diuisionem premissas historias competenter adaptat.

e ¶ Sacramenti.] id est, figuræ.

f ¶ Vel flagello.] Aliter numerat hic istos modos: & aliter exequitur in litera.

g ¶ Hiericho.] Historia: Legitur in libro Iosue, quòd Dominus anathematizauit vrbem Hiericho, & omnia quæ in ea erant, præter metalla, quæ in primitias operū Dei conseruabantur. Capta ciuitate, Achan filius Charmi furatus est clamydem coccineam, & centum siclos argenti, & regulam auream quinquaginta siclorum, & iratus est Dominus contra filios Israel. & cum Iosue mitteret tria millia expugnatorum ad expugnandam ciuitatem Hai, ceciderunt ex eis xxxvj. homines & cæteri fuerunt in fugam conuersi. Relatumque est Iosue prostrato in terram quod populus aliquid tulerat de anathemate: & ideo illud acciderat populo. surrexit itaque ex præcepto Domini: & conuocato populo misit sortes per tribus: cecidit sors super tribum Iuda. Secundò per familias, & cecidit sors super familiam Zare. Tertio super domos: & cecidit sors super domum Charmi. Quartò super capita: & cecidit sors super Achan: & dixit ei Iosue: Fili da gloriam Deo, et confitendo quid feceris, cumque confiteretur, iussit eum lapidari à populo, & familiam eius, quam habebat comburi.

in odium consecrantis hoc dici. simile 24. quæstio. 1. pudenda. & ideo ita interpretatur Gratia. infra §. his ita. versicu. in detestatione, quia reuera est consecrata.

ITEM PECCATO. CASVS. Hic probat quòd vnus punitur pro alio temporaliter: & primo per historiam de Achan. Secundo per historiam de Achab. Tertio per plagas Aegyptiorum. Quartò per arcæ Domini captionem. Quinto per historiam filiorum Heli, quæ habetur 36. dist. in. legāt. Sexto per prophetas propter peccata populi captiuatos.

Punitur tēporaliter vnus ꝓ alio.

a ¶ Item peccato.] Hic probat quòd vnus punitur pro alio temporaliter, primo per historiam de Achan. secundo per historiam de Amalechitis. tertio per plagas Aegyptiorum. quarto per arcæ captionem. quinto per prophetas propter peccata plebis captos.

b ¶ Acquisita.] Idem est de vsura. extra de vsu. cum tu & est ratio, quia in vitium succedunt parentum. ff. de diuers. & tempo. præscript. cum hæres. nam turpia

h ¶ Amalechitarum.] Historia legitur in 1. lib. Regum quod cum Saul ex præcepto Samuelis pugnaret contra Amalechitas, præcepit vt homines & animalia interfi-

interficeret. percussit ergo Saul Amalechitas, & omne vulgus interfecit: & apprehendit Agag Regem pinguissimum: & pepercit ei, & omnibus gregibus ouium & armentorum, & vniuersis quæ pulchra erant visu: nec voluit disperdere ea: quidquid fuit inutile, & reprobũ, hoc destruxit & demolitus est. Dixitq; Dominus ad Samuelẽ. Pœnitet me fecisse Saulem Regem, venitque Samuel ad Saulẽ, & dixit: Quæ nam vox est gregum & armentorum, quę resonat in auribus meis? Et ait Saul. Tulit populus oues & boues pingues ad sacrificãdum, dixitque Samuel, peccasti: quia melior est obedientia quàm victima & ait Saul peccaui, sed hac vice support a peccatum meum. Rediijt ergo Samuel, cum Saule & iussit Agag adduci Regem pinguissimum. & interfecit eum, & in in frusta conscidit.

Iudæorum. Octauò per quatuor successores Achab. Nono per Idumæos, qui descenderunt ab Esau.

K ¶ Ionæ.] Historia. Legitur in Iona, ꝙ cum uellet Dominus Ionã mittere in Niniuem, vt prædicaret: surrexit Ionas vt fugeret à facie Domini in Tharsis: & descẽdit in

interfici iubentur ad examinãdam [a] cupiditatem Israelitica plebis, & vt significaretur, ꝙ muri vitiorum, & huius mundi thesauri, qui per lapides, & thesauros Hiericho designantur, irrationabiles quoq; vitiorum motus, qui per animalia Amalechitarum intelliguntur, non debent transire in sortem sanctorũ. Animalia [b] vero Aegyptiorum [c], & possessiones eorum [d], & primogenita grandine, et morte consumpta sunt, vt in illis punirentur, quorum fœlicitate lætabantur: & vt daretur intelligi, quòd mundus peribit, & concupiscẽtia eius. Sed & terra Israelitarum in salsuginem versa est, & segetibus eorum imbres aduersi sunt, animalia eorũ sterilitate, & morbo cõfecta sunt; vt auctorem suũ, quẽ per beneficia cognoscere noluerunt, saltem inter supplicia sentirent. In detestationem verò peccati, pecunia Simonis damnata est, cui dictum est: [Pecunia tua tecũ sit in perditionem: quia existimasti donum Dei pecunia possideri.] In detestationem quoque eiusdem criminis altare, & ecclesia [f], quæ per simoniam consecrantur, nõ tam cõsecrari, quam execrari dicuntur: quia qui interuentu pecuniæ oleũ consecrationis effundit, non consecrare, sed execrare dicendus est. Hinc est, ꝙ B. Gregorius ecclesias ab Arianis cõsecratas iterum consecrari præcepit: quia sanctificationem [g] consecrationis, quæ non nisi in fide Trinitatis perficitur, præstare non poterant, qui fide carebant [h]. Arca vero, & propheta peccato suorum ciuium hostibus traditi sunt. Electi quoque, qui murmure eorum impediti sunt, non in pœnam criminis, sed in experimentum, & exemplum patientiæ hæc passi sunt. ¶ Item populus [i], qui peccato Achan, & filiorum Heli in manibus hostium traditus est significat subditos corporaliter flagellari, vt inter ipsa flagella, peccata prælatorum feriantur: sicut Acham sorte deprehensus, lapidibus obrutus est.

1. Io. 2. Psal. 106. Act. 8. De consec. dist. 1. Arrianorum.

Sic et nauicula Ionæ [k] periclitatur, vt fugitiuus sorte deprehensus fluctib. immergeretur. Aliquãdo pro meritis [l] prælatorũ deprauatur vita subditorũ, vt prælatis suis subditi fauentes ad malum cum eis simul corruant sicut filij Israel, diu portantes [m] peccata sacerdotum, tandem cum eis ceciderunt in manibus hostium. Item Dauid populum

Ionæ. 1. 2. Reg. vlt.

a ¶ Ad examinãdã.] idest, vt examinẽtur cupidi a nõ cupidis. Alia litera est, ad exterminandam.

b ¶ Animalia.] Hic de flagello delinquẽtium. simi. 16. q. 1. reuertimini.

c ¶ Ægyptiorũ.] Historia. Legit in Exodo, ꝙ cũ Pharao nollet dimittere populũ Israelẽ exire de Aegypto, percussit Dominus Aegyptum x. plagis, quæ in Exodo exponuntur.

d ¶ Eorum.] Simile 16. q. 1. reuertimini.

e ¶ In detestationẽ.] Hęc est detestatio criminis.

f ¶ Ecclesia.] De cõs. di. 1. Arianorũ. & c. ecclesia. ista duo ca. malè inducit Gra. quia Arianorũ ecclesię, non consecrãtur à catholicis in detestationem criminis: sed quia non fuerunt consecratæ in forma ecclesiæ: ergo melius potuisset inducere. sup. ca. q. ecclesia, quæ pactione.

g ¶ Sanctificationem. Supra ca. q. 1. qui studet.

h ¶ Carebant.] idest, extra formam ecclesiæ consecrabant. aliàs falsum esset.

i ¶ Item populus.] Hic addit quartam.

SIC ET NAVICVLA. CASVS. Nunc redit Gratianus ad propositum, vt probet alios puniri pro peccatis aliorum. Et primo per exemplum Ionæ. Secundo per peccatũ Dauid populũ numerantis. Tertiò per paruulos Sodomitarum. Quartò per paruulos Dathan & Abiron. Quinto per Chanaam, qui patre peccante factus est seruus. Sextò per successionẽ Giezi. Septimo per reliquias

in Ioppem, & intrauit nauem euntem in Tharsis. & descendit ad inferiora: & dormiuit sopore graui. cum autem tempestas immineret, miserunt sortes, vt scirẽt cur hoc accideret: & cecidit sors super Ionam. At ille dixit ad eos: mittite me in mare: quia propter me hoc accidit vobis. & miserunt. & statim cessauit tempestas.

l ¶ Pro meritis.] infra 6. q. 1. ex merito, inf. 2. q. 7. c. 1.

m ¶ Portantes.] idest, tolerantes.

n ¶ Dauid. Historia. Legitur in secundo libro Regum, quod Dauid præcepit Ioab principi militiæ. vt populũ numeraret: numerauit ergo. & dedit numerum Regi. & factus est sermo Domini ad Gad prophetam, dicens: Vade & loquere ad Dauid, hæc dicit Dominus; Elige vnum de tribus quod uolueris: aut septem annis

venies

veniet tibi fames in terra tua: aut tribus mensibus fugies inimicos tuos: aut tribus diebus erit pestilentia in terra tua. Cum autem Dauid vltimum elegisset, misit Dominus pestilentiam in Israel a mane vsque ad tempus constitutum: & mortui sunt de populo extra Hierusalem lxx. millia hominum. cumque extendisset Angelus manum suam super Hierusalem, vt percuteret eã, aperti sunt oculi Dauid, & videns Angelum exclamauit dicens: Ego sum qui peccaui: conuertatur obsecro manus tua super me, & contra domum patris mei. Tũc autem pepercit ei Dominus, & iussit Angelo, vt manum suam contineret.

g ¶ Etiam reliquiæ eorum.] Idest, isti addicti sunt pœnæ propter mortem Christi.
h ¶ Addictæ.] inf. de pœnit. d. 3. §. ecce.
i ¶ Achab.] Historia. Iste Achab fuit Rex Israel maritus Iezabel nequissimæ mulieris: cuius filiam duxit in vxorem Ioram Rex Iuda filius Iosaphat. cuius filius nepos & pronepos .s. Ochozias, Ioas, & Amazias, qui & ipsi succedentes sibi inuicẽ reges Iuda fuerũt, i generatione Domini a Mattheo prętermittuntur: sed a Ioram transitum facit ad Oziam, qui fuit quartus post eũ. q̃a dictum fuit per prophetam in throno regni, quemquã nõ esse sessurum de domo Achab vsque ad quartam generationem, quod intelligendum est de merito vitę, quia tres pręcedentes fuerunt reges, sed tamen mali fuerunt.
k ¶ Posteri eius.] Euangelista enim trãsitum facit a Iorã vsque ad Oziã, q̃ fuit quartus post eũ: q̃a dictum erat per Heliam prophetam in throno regni, quem quam non esse sessurũ de domo Achab. nisi in quarta generatione. tamen illi tres qui omissi fuerũt bene sederũt in throno: sed dicũtur nõ sedisse ex merito vitę.
l ¶ Esau.] Historia. Legit in Genesi, ꝙ Dñs Iacob dilexit: Esau autem odio habuit. Esau autem dictus est Edom: vnde & Idumęi, q. ab ipso nati sũt: ad quos testante propheta Malachia, transiuit odium Domini.

1 Vnde dic ꝙ exclusi. i. pretermissi à Matthæo in euangelio: vbi isti inter alios non cõnumerãtur. Archid.

Prou. 14. secundum 70.
Gen. 19.

numerauit: quo peccato gladius Domini desæuit in populũ. Sed in lata [a] gente gloria regis est, in diminutione plebis cõtritio principis. Qui ergo de numerositate suæ gentis superbiuit, iure in eius diminutione [b] punitus est. ¶ Itẽ paruulos. [c] Sodomitarum non excusauit ignorantia, quin pro paterno scelere cælesti igne consumerentur: sed igne hoc pœna illis diminuta est; quibus successio paterni sceleris est adepta. Pariter [d] etiã demõstratũ est peccatis parentũ, paruulos aliquando corporaliter flagellari. [e] Illud idem intelligendum est de paruulis, qui peccato Dathan, & Abiron viui descenderũt ad inferos ¶ Item Chã peccante, Chanaã filius [f] eius maledicitur: Giezi delinquente, lepra transmittitur ad posteros. Iudæis clamantibus (Sanguis eius super nos, & super filios nostros.) et reliquiæ eorũ [g] pœnæ mortis Christi addictæ [h] sũt. Achab [i] quoque peccãte, posteri eius [k] regni soliũ amiserũt: & qui de eius semine in regno Iuda nati sũt, vsq; ad purgatã labẽ illius familiæ, a genealogia Domini sũt exclusi. Odium quoq; Esau [l] (vt Malachias testatur) trãsiuit ad Idumæos Ex q̃b. omnib. colligitur, ꝙ ignorãtia peccati nõ excusat aliquẽ. ¶ Sed his exẽplis [m] nõ ꝓbãtur teneri peccato aliorũ; nisi imitatores nequitiæ eorũ. Quicũq;.n. de semine Esau, & cæterorũ ad Deũ conuersi paternam malitiam detestati sunt: non odium, sed Dei clementiam experti sunt.

Num. 16.
Gen. 9.
Matth. 27.
4. Reg. 5.
3. Reg. 21.
Hiero. ad c. 1. Matth.
Malach. 1.

inf. 24. q. 1. non turbatur.

Item vt Ambrosius ait sermone vndecimo.

Cap. XII.

TVrbatur [n] nauicula Petri, in qua erat Iudas: quia, qui suis meritis erat firmus, turbatus est alienis.

¶ *Huius etiam capitis sententia sumpta est ex sermone xi. Ambrosii, & lib. 5. c. 1. comment. ad c. 5. Lucæ. Ipsa autem verba habentur inf. 24. q. 1. c. non turbatur.*

Ignorabat aũt Petrus peccatũ Iudæ. Non ergo ignorantia excusauit illũ. Sed turbatio hæc nõ peccati coin-

a ¶ In lata.] Hoc soluit statim.
b ¶ In diminutione.] Arg. ꝙ in eo punitur quis, in quo deliquit. inf. 17. q. 4. frater inf. 16. q. 1. reuertimini. inf. 32. q. 7. de viro, & c. qui, & humanis. sup. d. 81. valet.
c ¶ Paruulos.] Histo iam habes 42. d. §. 1.
d ¶ Pariter.] Hic habetur alia responsio.
e ¶ Flagellari.] Licet etiam in eis crimen paternum non timeretur.
f ¶ Chanaam filius.] Et ideo maledixit Chanaam, & nõ Cham, quia Dominus benedixit ei. & ideo non fuit ausus ei maledicere, vel ratio in lege est, vt ff. quod metus cau. isti quidem.

l ¶ Esau.] Qui alio nomine dicitur Edom. Inde dicuntur Idumæi, quasi Edomæi.
ADDITIO. Ad istos testãte propheta Malachia trãsiuit odiũ Domini. etenim de Esau legitur ibidem, ꝙ Dominus dilexit Iacob: Esau autem odio habuit. Archid.
SED HIS. CASVS. Respondet illos pro peccatis aliorum puniri, qui sunt imitatores nequitiæ ipsorũ, aliàs non.
m ¶ Exẽplis.] .s. postremis de Chan, Giezi, Achab, Esau, Ioan. de Fan.
TVrbatur nauicula.] CASVS. Adhuc ostendit, ꝙ iustus punitur pro impio, vt Petrus pro Iuda: sed illa turbatio non fuit peccati coinquinatio, sed temporalis persecutio, & ita prædictis auctoritatibus non probantur simoniaci, pro quibus ignorantibus pecunia data sit.
n ¶ Turbatur.] Inf. 24. q. 1. non turbatur. inf. 7. q. 1. aduersitas. inf. de consecr. d. 1. in sancta.

NOTAN-

NOTANDVM. Hæc est quarta pars quæstio. in qua distinguit inter ignorantiam iuris, & facti. Io. de Fan. CASVS. Hic innuit Gra. talem distinctionē. Ignorantia alia facti, alia iuris. Facti, quod scire non oportet, vt si apponatur tibi ignorantia idolothitum ad comedēdū: facti, qđ scire oportet, vt eorum quę dicta sūt per prophetas de aduentu Christi. Ignorātia iuris, alia iuris naturalis, quæ omnib. adultis damnabilis ē. Alia iuris ciuilis, quæ in dāno vitādo nulli nocet. In tali casu, scilicet, si minor filio familias pecuniam dederit mutuā, repetit. sed maior non repeteret, vel si talis casus incidit, vt successionē sine iudice diuidas cū alio, quem putabas cohæredē, cū non sit, vel si solutas per errorem, vel promittas pecuniā indebitā iure naturali tantum, vel tam iure ciuili, quàm naturali: sed in delictis ignorātia iuris nullum excusat.

ciale in istis. Sed tamen not. differentiam inter istas quatuor, quia non concedo, quòd mulieribus, & rusticis noceat in lucro, nisi vbi expresse inuenitur. qđ no.3 nam nocet quandoque, vt C. eo. si emancipata. alias vbi expresse inuenitur, sed vbi non inuenitur expressum, non

3 Cum ista glo. concor. l. fina. & ibi Barto. C. de iur. & facti igno. & Ful. in l. iuris. C. qui admi. & est de mente Bar. in l. 1. in ver. quæritur gl. C. de iur. & fact. ign. & plene per Doc. moder. in l. 1. §. nūciatio. ff. de ope. no. nūc. post Bar. ibi in vlt. col.

quinatio, sed corporalis persecutio intelligitur; quia meritis malorum nonnunquam adeo premuntur boni, vt eorum turbetur firmitas. Non itaq. his auctoritatibus simoniaci probantur, pro quibus ignorantibus pecunia data est. Non ergo potest probari iste reus criminis, cuius non habuit conscientiam.

4 *Notandum quoq. est, quod non omnis ignorantia[a] aliquē excusat. Est.n. ignorātia, alia facti, alia iuris. Facti, alia est eius facti, quod oportuit eū scire: alia, quòd non oportuit eum scire. [Quod non oportuit eū scire: sicut Apostolus ait: [Si quis infidelium vocauerit vos ad cœnam, & vultis ire, quidquid vobis appositum fuerit, comedite, nihil interrogātes. Si quis vobis dixerit[b] hoc idolis immolatū est, nolite comedere[c].] Ecce quod vocatum ad cœnā nō oportuit[d] scire carnes sibi appositas fuisse idolis immolatas. Quod oportuit eū scire, sicut ignorantia Iudæorū,[e] & reliquorū infidelium, quia ea, quæ a prophetis de Christo fuerūt prænūciata, adhuc ignorant esse cōpleta, unde a Iudæis adhuc expectantur ventura. Hæc neminē excusat. ¶ Itē ignorātia iuris, alia naturalis, alia ciuilis. Naturalis omnib. adultis damnabilis[f] est. Ius vero ciuile alijs[g] permittitur ignorare, alijs non. Iuris ciuilis ignorātia nemini obest in damno vitando, si negotium[h] inde contigerit, vt si minor pecuniā dederit filiofamilias,[i] repetit: in*

1. Cor. 10.

Ignorantia est duplex. scilicet facti, & iuris.

a ¶ Omnis ignorantia. Est ignorātia facti, & ignorantia iuris. Ignorantia facti semper excusat, siue ignoret d alieno facto, siue de proprijs, dum tamē probabilis sit. Ignorantia proprii facti excusat, vt 34. q. 2. in lectum, & 1. q. 1. si quia simoniacis. magis tamen excusat error in alieno facto quam proprio, quia probabilis est ignorantia in alieno facto, vt ff. pro suo. l. vlt. sed non est verisimile, quòd quis dubitet siue erret de proprio facto, vel de propria re, vt C. de rescin. ven. quisquis. Licet autem sit ignorantia de alieno facto dum tamen nō sit probabilis, non excusat, vt 12. q. 2. qui, & humanis. 36. d. quod dicitis ad hoc autē, vt quis probabiliter dicatur errare, non requiritur, quod sit nimis scrupulosus, & diligens, & curiosus in inquirendo: nec quod sit nimis negligens, & dissolutus non inquirendo, vt ff. de iur. & facti ignor. nec supina. Ignorantia iuris, alia est iuris naturalis, alia iuris canonici siue ciuilis. Ignorantia iuris naturalis neminem excusat, quia ibi nihil interest inuitio decipere, vel decipi, vt 16. q. 1. si cupis. & C. de in ius voca. l. 2. & de hac ignorantia dicitur: Ignorans ignorabitur. 1. Cor. 14. 37. dist. §. vlt. 38. dist. n. qui ca 1. Ignorātia iuris canonici siue ciuilis neminem excusat, vt 38. dist. si in laicis, & c. quæ ipsis, & hoc intellige cum ius tale est, quod aliquis de facili per seipsum scire potuit, vel etiam per alios, dum tamen habuerit copiam iurisperitorum, vt ff. de iur. & fac. ign. regula. & ff. de bo. possess. in bonorum, vbi enim de bona fide agitur, non est de iuris apicibus disputādum, vt ff. man. si fideiussor. quædam, & hæc uera sunt, nisi sint milites, 2 rustici, minores, & mulieres istos en in excusat iuris ignorantia. Itē iuris ignorantia, si est de damno vitando, excusat: si est de lucro captando non: vt. ff. eod. iuris. Si quæras ergo quæ sit differentia inter has quatuor personas, & inter alias quantum ad ignorantiam iuris, cum nulli noceat in damno vitādo, vt d. l. iuris. dic, quod licet omnibus alijs noceat in lucro, non tū istis, aliter nō esset aliquod spe-

Ignorantia iuris est duplex.

1 De hac materia no. 27. d. in sum.

Ignorantia iuris quatuor gñα personarū excusat

2 Sub. qui propter rem publ. occupantur in castris, quos magis arma vult scire Imperator, quā leges Arch.

non subuenitur eis. Subuenitur.n. eis ī Velleiano. & in alijs casibus not. C. eod. l. vlt. Sed militibus, & minoribus vbique subuenitur, nisi ubi expressum inuenitur, quod non sit subueniendum. Item ignorantia iuris ciuilis siue canonici nocet omnibus in damno vitando, vt in tēporalibus præscriptionibus, quia præscriptio introducta est ad rigorem iuris conseruandum. idem est in cōstitutione, si quis in tantam. C. vnde vi. H.

b ¶ Dixerit.] Ar. quod ad dictū vnius statim aliquis teneatur, & possit credere, ut 22. q. 4. innocens. Di. hoc no. 23. q. 4. quam magnum. & 11. q. 3. non solum in prin.

c ¶ Nolite comedere. Expressa ergo nocent, non tacita arg. ff. de cond. & demon. nōnunquam. & ff. de euic. seruus venditor, d uersa est.n. causa voluntatis expressæ, & eius quæ inest. ff. de ver. obli. cum qui certarum.

d ¶ Oportuit.] Hæc nō excusat, cum sit iuris naturalis. 38. d. quamuis.

e ¶ Iudæorum.] Hęc ignorantia iuris etiam dici potest, eo quod ignorabāt prophetas, quia si eos intelligerent, nō ignorarent facta eorum, idest, Christum natum.

f ¶ Damnabilis.] Velut de patronis absq; uenia impetrata in ius non uocandis ab eorum libertis: nec.n. in ea re parcēdum est rusticitati, cum naturali rōne huiusmodi personis honor debeatur, ut C. de in ius uoc. l. 2.

g ¶ Alijs. Non in lucro captando, quia in damno uitando omnibus. ff. de iur. & facti igno. l. iuris ignorantia.

h ¶ Negotium.] Id est, si errat in contractu: nam aliter est in maleficio, in quo nec etiam minor excusatur. 4 C. si aduer. delic. l. 1. & 2.

i ¶ Filiofamilias.] Maiori. nam tunc potest repetere ff. de min. uerum. in fi. Si autē filius familias minor esset. non repeteret, si consumpta esset, uel deperdita. ff. eo. tit. si minor.

Liberti patronū in ius sine venia vocantis rusticitatis parcēdum non est

4 Sub nisi quaten⁹ miseratio ætatis. &c. ff. de nuno. auxilium. Archi.

a ¶ Quasi

a ¶ Quasi delictum est.] ff. ad Maced. l. 2. & bene dicit, quasi delictum, nam si verè esset delictum, nec minori subueniretur.

b ¶ Sine iudice.] Secus si per iudicem. ff. famil. ercisc. cũ putarem, & hoc cum fidem & confessionem eius iudex secutus

ε ¶ Item Ioannes.] *Post recitata verba Tarasii cū in synodus dubitaretur, an etiam hi, sicuti tres priores recepti erant, statim essent recipiendi, Ioannes Apocrisarius Patriarchæ Antiochiæ, & Constantinus episcopus Constantiæ Cypri, petierunt, vt canones, & sanctorum Patrum libri eo spectantes legerentur, vt maturius posset constitui, quomodo redeuntes ab hæresi ad ecclesiam catholicam essent recipiendi & cum de octano canone primæ Nicænæ synodi (in quo de Chataris recipiendis agitur) differeretur. Ioannes hæc est interlocutus.*

ζ ¶ Si aliqua alia causa.] *Græce est*, [Greek text, partly illegible] *quæ Anastasius vertit*, nisi forte in eis maligna fuerit noxa reperta, *& paulo post*, si non est, in illis aliqua causa nefaria.

η ¶ Petrus. *Post multos canones lectos, & multas sanctorū Patrū auctoritates recitatas, cū Tarasius ex illis collegisset, ab hæresi reuertētes esse recipiēdos in catholica ecclesia, Petrus legatus Hadriani Papæ, exēplo Benedicti Papæ id cōfirmat.*

θ ¶ Vsque ad sextam.] *Græce est.* [Greek text, partly illegible] *idest*, vsque ad sextam synodum non intercesserunt anni plures quam quindecim.

ι ¶ Si verò synodalis.] *Græce legitur.* [Greek text, partly illegible] *Quæ Anastasius vertit.* Si autem synodica promulgatio, & concordia ecclesiarum, causa orthodoxiæ facta fuerit, qui præsumpserit a prophanis hæreticis ordinari, depositioni succūbet.

§ *Ex hac auctoritate datur intelligi, quod qui ab vnitate catholicæ fidei in hæreticorum societatem transierit, vel de manibus eorum, ecclesiasticæ dignitatis sacramenta percipiat; vel qui contemptis orthodoxis ab hæreticis ordinari desiderauerit, & si postea sua abrenuntians hæresi ad ecclesiam redierit, officio tamen accepto fungi non poterit. Auctoritate verò Cypriani* [a] *prohibentur administratione ecclesiastica, qui intra catholicam ecclesiam ordinati ad fidei impugnationem dilabuntur. Porrò simoniaci nec ab hæreticis ordinantur ad fidei subuersionem. nec intra ecclesiam catholicam ordinati aduersus fidem armantur. Quamuis enim nonnullos per pecuniam ordinent; non tamen fi-*

1. sup. ea. si qui presbyteri.

1 Et ca. presbyter si per pecuniam, &c. qui studet. & q. 3. si qs dator, &c. si quis epus. H.

a ¶ Si quis.] Sup. ead. q. 7. si quis 2.
b ¶ Et Innocentij.] Sup. ead. q. 3. cap. vlt. sup. ead. q. 1. Arrianos.
c ¶ Et aliorum.] Sup. ea. q. 1. si quis confugerit, cap. qui studet, &c. si quis episcopus per pecuniam.
Requi-

bus, vt dixi 82. d. presbyter de simonia verò pœnitere nō pt. nisi prius dimittat ordines. vt su. e. q. 1. si qs neq;
g ¶ Subuenire.] Nisi gradibus suis, vel dignitatibus taliter adeptis prius amissis. vt su. ea. q. 1. si quis omnē, &c sup. ea. q. 1. si quis neq; inf. 27. q. 1. quæ Christo, &c. nec aliqua inf. 32. q. 7. fidelis.
h ¶ Obuiare.] Inf. 25. q. 1. sunt quidā, &c. contra statuta.
i ¶ Sed in illorum.] vt s. de iure deponēdi. vt sup. ea. si quis omnem.

1 forte su. ea. q. 1. q per pecunias, aut q. 7. c. si quis omnē. §. quicumque per pecuniam.
2 sup. ead. q. 7. si qs q. 3. ca. vlt. q. 1. c. Arrianos. 3. eo. q. 1. c. si qs confugerit, & c. qui studet, & c. si qs episcopus per pecuniam.

dem impugnant, nec gratiam spiritus sancti venalē prædicant. Vnde veraci pœnitentia, cum hæresim suam detestati fuerint, præmissis auctoritatibus non prohibentur recipi in suis gradibus. Veruntamen capitulo illo Nicænæ synodi 1, si quis per pecuniam, &c. & illo alio septimæ synodi 2, si quis [a] omnem traditionem, &c. & Innocentij [b], & aliorum [c] 3 multorum auctoritatibus irreparabiliter damnari iubentur.

Hinc etiam Leo 4. episcopis Britanniæ.

¶ In ordine male accepto simoniaci pœnitentiam agere non possunt. Cap. V.

Iuo p. 5. cap. 115.

REquiritis de ijs, qui turpissimo lucro columbas in templo Domini vendere [d] non pertimescunt, & sua facta, improba temeritate Simonis hæresi coniungunt, vtrum possint [e] in ordine [f] pœnitentiam agere, an tantummodo extra ordinē, & sacerdotalem facere gradum. Quod nos quidem conuictis, & ijs, qui tam detestabile nefas (quod iam multis est damnatum cōcilijs) peregisse noscuntur, nulla possumus pęnitentia subuenire [g], & tot spiritualibus patribus obuiare [h]; sed in illorum [i] patrum me sententia conuenire omnibus certum sit.

¶ *Epistola huius Leonis, quarti ad episcopos Britanniæ magna pars (in qua etiam est hoc caput) habetur in codice peruetusto.*

4 *Nisi rigor disciplinæ quandoque relaxetur ex dispensatione misericordiæ. Multorum enim crimina sunt damnabilia, quæ tamen ecclesia tolerat pro tempore, pro persona, intuitu pietatis, vel necessitatis, siue vtilitatis [k], & pro euentu rei. Pro tempore: sicut Gelasius, qui cum necessitate temporis videret Italicam ecclesiam propter belli famisq; incursionem fere omnium clericorum officio destitutam, adeo vt plerisq; [l] populis subsidia regendarum*

NISI RIGOR. Hæc est quarta pars quæst. in qua probatur per 17. auctor. q dispensationes fiunt sex modis. Io. de Fā.
k ¶ Vtilitatis.] Sicut etiā ius ciuile quædam admittit propter vtilitatem. ff. de pign. sed an viæ.
l ¶ Vt plerisq;.] Hic incipit tractare de dispensatione, vnde videndū est quid sit dispensatio, quid dispēsare, & quod ius sit dispensabile, & quis possit dispēsare. Dispēsatio est iuris cōis relaxatio facta cū causæ cognitione ab eo, qui ius hēt dispēsandi. arg. 12. q. 1. ex his. Dispēsare est diuersa pēsare. Nam omnia hæc de quibus fit mētio in hoc. §. pēsare debet qui dispensare vult. Scias ergo, q vbicūq; decoloratur status ecclesiæ, non pt dispēsari, vt inf. e. & si illa. Dicūt quidā indistincte, q cōtra quatuor concilia non possit dispēsari. ut sup. 15. dist. sicut. nec cōtra Euāgeliū, uel præceptum Apostoli, ut 25. q. 1. sunt quidam, ut ibi notaui. De dispensatione episcoporum dico, q ubicūq; non est eis prohibita dispensatio, ibi possunt dispensare 4. ut extra de cler. pug. in duel. ca. 1. & de sen. exc. nuper. In quibusdam tamen casibus inuenio eis permissam dispensationem, in quibusdam prohibitam, quandoque enim dispensant cum sacrilego, ut 50. dist. si quis presbyter: Item cum hæretico. 50. dist. presbyteros, qui. Item cum adultero, ut extra de iud. ac [illegible] clerici. Item cum simoniaco dispensant, quandoque in beneficio. qñque in ordine, ut sup. ea. q. 5. c. 1. & cap. ult. Item cum schismatico, ut 50. d. ut constitueretur. In maioribus autem criminibus etiam dispensant in beneficijs, si sunt occulta 5. ut 50. dist. de his uero. Item cum homicida dispensant in beneficio, ut extra de cler. pug. in duel. Henricus, & de homi. interfecisti. 50. dist in. studeat, sed non in officio, ut 50. dist in. miror. Item quādoque cum aliquo dispensant in matrimonio contrahendo, ut 3. q. 2. antiqui. Item in ordinibus, & dignitatibus, nisi tantū in episcopatu, ut extra de elec. innotuit. Item dispensant cum excommunicato ministrante, ut 2. quæs. 5.

Dispensari quandoque non potest.

d REquiritis.] ¶ Vendere.] Idest, emere nam veteres indifferēter utebātur his uerbis, ff. de actio. emp. ueteres. Nam de uenditore non uidetur dubium qui non remanere possit, unde loquitur de emptoribus, quia agere pœnitentiam non possunt in ordine empto, nisi purgetur uitium rei furtiuæ, idest, nisi dimisso, quod simoniace acquisierunt 2, sed uendentes possunt, si uitium occultum est. Vel indifferenter de emptoribus, & uenditoribus intelligitur, q non possunt agere pœnitentiam remanendo in ordinibus suis, nisi ex dispensatione, si crimen simoniæ sit notum. Loquitur enim de conuictis, & quorum crimina sunt publica. de talibus quidem interrogatus est Papa, & de talibus respondet.
e ¶ Vtrum possint.] Idest, utrum possint retinere ordines post pœnitentiam 3. & hoc notat sequens litera, an tantummodo, &c. & exaudi de conuictis, ut inf. sequitur, nam cum sponte confesso mitius est agendum.
f ¶ In ordine.] Hinc collige subditum posse accusare prælatum de simonia non præmissa priuata admonitione arg. contra inf. ea. q. ult. patet. & hęc est ratio, quia de alij criminibus potest quis pœnitere, & esse in ordini-

Ordinū emptores, & uēditores qualiter pœnitere debent.
2 Arg. insti. de usuc. §. furtiuæ. I si. & nota sup. ea. q. 1. ordinationes Ar.
3 Sub ut sic per dignam pęnitētiam possint uel mereantur in ordinib. ministrare, an oīno deij[ci]. Arch.

4 Et idē no. 50. d. in summa, &c. miror. ext. de temp. ord. dilectus. Arc.

Ēpi cū multis dispēsāt.

5 Sic & notat Vin. ext. de iud. at si. & hoc p illud c. hic alleg. de his uero. Archid.

quanto, licet sit contrarium 11.q.3. si quis episcopus. Fit autem dispensatio cum hoc requirit necessitas, vel vtilitas. infr. ca. tali. Itē fit quandoque dispensatio, quia timetur magis malum, sicut cum Angelicis fuit dispensatum, vt 35.q.3. quod scripsit, &c. quædam lex. Item quandoque propter futurum bonum, vt quando dispensatur cu hæreticis, vt alij facilius reuertantur ad ecclesiam, vt 23. q.4. ipsa pietas. Item quandoque propter multitudinē, & propter scandalum vitādum 50. dist. constitueretur.

episcopus. sup. ead. q. conuenientibus. arg. contra inf. de pœn. dist. 1. quem pœnitet, nam ibi dicitur, q viua voce debet confiteri. Sed illud verum est, sed nihilo minus postea per scripturam debet confiteri.

i ¶ Vt fateantur.] Inf. 23. q. vlt. pessimam.

K ¶ Con-

dessent animarum; concessit de monachis a *vel de laicis clericos assumi, ita dicens episcopis per Lucaniam, epist. 1. c. 1.*

¶ Pro tempore necessitate Apostolicæ sedis decreta temperantur. Cap. VI.

Necessaria rerū dispensatione cōstringimur, & Apostolicæ sedis moderamine cōuenimur sic canonum paternorum decreta liberare, & retro præsulum, decessorumque nostrorum præcepta metiri, vt quæ præsentium, necessitas temporum in restaurandis ecclesijs relaxanda deposcit, adhibita diligenti consideratione (quantum potest fieri) temperemus.

Poly. l. 7. tit. 15. Ans. l. 2. c. 34. Iuo p. 3. c. 141.

Item. Priscis igitur, &c. [*Require supra in tractatu ordinandorum.*] *Item Innocentius Papa cum pro necessitate temporis, ne nimium scandalum esset in ecclesia, ordinatos à Bonoso hæretico susciperet, ait in decretis suis, epist. 22. ad episcopos Macedoniæ, c. 5.*

distin. 55.

¶ Cessante necessitate debet cessare quod vrgebat Cap. VII.

Qvod pro remedio, ac necessitate temporis statutum est; constat primitus non fuisse, *& infra.* Quod ergo necessitas pro remedio reperit; cessante b necessitate c debet vtique cessare pariter quod vrgebat d †: quia aliud α est ordo legitimus; aliud, quod vsurpatio e ad præsens fieri tempus impellit.

sup. ea. q. 1. quod p necessitate. Iuo in prologo.

† Concor. tex. in l. hbe rorum, cum gl. ff. de his qui no. inf. & Bart. in l. 2. ff. sol. matrimo.

α ¶ Quia aliud.] *In originali, & apud Iuonem, & in multis manuscriptis Gratiani legitur*, alius est ordo legitimus; alia vsurpatio, quam ad præsens fieri tempus impellit.

Similiter ex dispensatione etiam in Nicano concilio, cap. 8. de Nouatianis statutum est, vt ad ecclesiam redeuntes ordinentur f.

¶ Iterum ordinentur, qui ex Nouatianis ad ecclesiam redierint. Cap. VIII.

Si qui voluerint g venire ad ecclesiam catholicam, & Apostolicam ex Nouatianis; placuit sancto concilio, vt ordinentur, β & sic maneant in clero. Ante omnia autem hanc ab eis confessionem per scripturam h exigi oportet, vt fateantur i se communi consensu k ecclesiæ catholicæ, & Apostolicæ statuta obseruaturos.

β § Vt ordinētur.] *Græce est*, ὥστε χειροθετουμένους αὐτοὺς μένειν οὕτως ἐν τῷ κλήρῳ. *Dionysius vertit*, vt impositionē manus accipiens sic in clero permaneāt. *At Tarasius Patriarcha Cōstantinopolitanus in actione prima septima synodi post recitationem istius canonis istā vocem*, χειροθεσία, *interpretatur benedictionem, non ordinationem.*

Item Gregorius lib. 10. reg. epist. 31.

a ¶ De monachis.] vt sup. 55. dist. c. 1.

Necessaria.] CASVS. Dicit hic, quod propter necessitatem quādoq; rigor canonū relaxatur. vnde propter necessitatem ex monachis, uel laicis clerici eliguntur, & ordinati ab hæreticis tolerantur.

Qvod pro remedio.] CASVS. Dicitur hic, quod dispensatio, quæ facta fuit ex necessitate, de iure cōmuni non fuit. unde cessāte necessitate cessare dēt dispensatio Aliud enim est quod legitime & de iure fit, aliud dispensatione. Sequēs. 6. cū c. patet.

b ¶ Cessante.] Arg. eā sublata tolli constitutionem ex eadē causa ortam, cessāte .n. necessitate cessare debet id qđ 1. urgebat. ut su. d. 18. de Syracusanæ. su. e. q. 1 quod p remedio. & su. d. 61. §. his omnibus. &c. neophytus sup. q. 1. quę p necessitate. su. dis. 48. quoniā multa Is. 9. q. 1. ordinationes, & 63. dist. §. uerum.

c ¶ Necessitate.] futura: sed nō iam facta.

d ¶ Quod urgebat.] Arg. ff. de adop. iomni fere iure ar. ff. de statu ho. hō liber. e ¶ Vsurpatio.] Idest dispēsatio, uel iuris derogatio impellit ut promoueantur.

f ¶ Ordinentur.] Id est, ut promoueātur uel ordinentur, si ante non fuerint ordinati, uel forte extra formam ecclesiæ.

Cessante cessat constitutio ex ea orta.

1 Quod hic le. & no. infra ead. & si illa, tene intellige, ut uidelicet cessante necessitate similis dispensatio non fiat. Nam dispensatio semel facta nō est amplius renocanda. extra de fi. psby. sicut, nec in iure remissio. 23. q. 4. si illic. Ar.

g Si qui uoluerint.] Sup. ead. q. 1. si quis confugerit.

h ¶ Per scripturam.] Inf. ea. q. Maximū, & cap. si quis

K ¶ Consensu.] Aliud est ergo iurare stare mandatis ecclesiæ, aliud episcopi: & ex hoc soluitur contrarietas illorum c. extra, de appel. quæstioni. & cap. preterea. immo idem est extra de sent. excom. ex tenore. Io.

2 Ar. contra 7. q. 1. scire. & extra de his quæ ui. me. cau. c. 1. §. ult. & de hoc, & de sen. exc. ex tenore. Arc.

Quoties

QVoties.] CASVS. In hoc c. continetur qualiter iurare debeant reuertentes ab hæresi. Dicitur. n. ꝙ episcopus reuertens ab hæresi ad ecclesiam, iurat propter cautelam futurorum summo Pontifici pariter cum suis socijs, ꝙ ab vnitate ecclesiæ, & communione Romani

potest apud se aliquis obligari. ff. de adeu. l. si quis pro eo. §. 1.

d ¶ Et per te.] Arg. contra inst. de inutil. stip. §. si quis alij. quia ibi dr. ꝙ alteri stipulari, vel pacisci n mo potest, nisi sit seruus eius, vt ibi, vel procurator præsentis. ff. de verb. obli. si cu ratori psens. Dic ergo ideo hoc fieri, qa Papa seruus est S. Petri. vnde dicit de se in epistolis suis, seruus seruorum Dei. Vnde versus.

Serui erãt tibi Roma prius domini dominorum.

Seruorũ serui nũc tibi sunt domini.

Vel hoc fit fauore religionis: sed credo iure canonico me teneri 1. si ego promitto tibi me daturum Titio x. arg. 22. q. 5. iuramenti maxime si interuenerit sacramentũ arg. ff. de consti. pec. l. 1. & l. cũ q. e ¶ Euangelia. inf. 11. q. 3. Imperatores. arg. contra inf. 22. q. 1. §. sic etiã. inf. cau. prox. q. 5. qua de causa inf. 22. q. 1. clericũ &c. mouet. contra. Dic. vt 22. quæst. 1. si aliqua.

f ¶ Salutem.] id est, per eum, cuius iudicio salus dominorũ meorum cõsistit. sic enim iurãdo per has creaturas respectum habebat ad creatorẽ & ideò nõ peccabat. & sic itelligitur 22. q. 1. §. sic ẽt. ff. de iureiuran. qui per salutẽ. Et quod dicit in manibus, &c. est ar. ꝙ episcopus cum iurat, tãgere debet Euãgelia, & sic est cõtra 1. q. 1. nec honore. lo. & est expressũ hodie, quod episcopus cum iurat, non debet tangere librũ, vt extra de iur. cal. c. vlt. B.

ADDITIO. Huic decreto. bene standum est nisi forte hoc in abiuratione hæresis sit speciale in detestationem criminis. Ioan. de Fan.

Papa dicitur seruus seruorum.

1 Hanc glos. dicit Raph. Cuma. singularẽ ad hoc. ꝙ de æquitate canonica alter possit alteri stipulari.

Eps iurans non dẽt tangere librũ.

2 Al. 3. q. 5. c. serum. Iurare cogunt presbyteri 1 sex casibus.

3 Extra de maiorita. & obed. cũ in ecclesijs. & de iureiurã. ego. Sed dic, vt no. 23. d. quamq̃. ext. de maior. & obed. legebatur. Arch.

¶ Iuramentum a schismate redeuntium. Cap. IX.

Ansel. lib. 6. c. 161. Poly. li. 7. tit. 6.

QVoties cordis oculus nube erroris obductus, supernæ illustrationis lumine fit serenus; magna cautela [a] nitendam est, ne latenter auctor schismatis irruat, & ab vnitatis radice eos, qui ad eam reuersi fuerant, telo iterum erroris abscindat. Et ideò postquam ego ille α ciuitatis illius eps, comperto diuisionis laqueo, quo tenebar, diutina mecum cogitatione pertractans, prona, & spontanea voluntate ad vnitatem sedis Apostolicæ diuina gratia duce reuersus sum; & ne non pura mente, sed simulata reuersus existimer; spondeo sub ordinis [b] mei casu, & anathematis [c] obligatione, atq; promitto tibi, & per te [d] sancto Petro Apostolorum principi, atq; eius vicario Beatissimo Gregorio, vel successoribus ipsius me nunquam quorumlibet suasionibus, vel quocunque alio modo ad schisma, de quo redemptoris nostri misericordia liberante ereptus sum, reuersurum; sed semper me in vnitate sanctæ ecclesiæ catholicæ, & communione Romani Pontificis per omnia permansurũ. Vnde iurans per Deum omnipotentem & hęc sancta quatuor Euãgelia [e], quæ in manibus meis teneo, & salutem [f] dominorum [g] nostrorum Rempublicam gubernantium, me in vnitate, sicut dixi ecclesiæ catholicæ & cõmunione Romani Pontificis semper, & sine dubio permanere. Quòd si (quod absit) aliqua excusatione, vel argumento ab hac me vnitate diuisero, periurij reatum incurrens, æternæ pœnæ obligatus inueniar, & cum auctore schismatis habeã in futuro sæculo portionem: Hanc autẽ professionis, promissionisque meæ chartulam notario illi cum consensu presbyterorum, & diaconorum, atque clericorum, qui me in hac vnitate obligantes in suprascriptis omnibus prona simul voluntate secuti, atque proprijs manibus subscripturi sunt, scribendam dictaui, & propria manu subscribens tibi tradidi. Acta in loco illo, & cõsulibus [h] suprascriptis. Subscriptio episcopi illius. Ego ille, episcopus ciuitatis illius, huic confessioni, promissionique meæ, præstito de conseruandis subscriptis omnibus sacramento [i] subscripsi [k].

† al. salutem gratiũ, atque illustrium dominorum.] al. gratiũque illustrium] Ans.

α ¶ Ego ille.] *Reposita est antiqua nota ille, ex codicib. epistolarũ B. Gregorij impressis, ac manuscriptis, quæ quidẽ nota in hoc capite multoties repetitur. Pro ea i vulgatis Gratiani exẽ-*

mani Pontificis nunquam recedet, & iuramento per manum notarij scripto, tam ille, quàm socij pro voluntate subscribant.

a ¶ Magna cautela.] Arg. ꝙ cum abundantiori cautela faciendum est, in quo timetur regressus. sup. dist. 28. de his infra. 20. q. 2. c. vlt. & q. 3. c. 1. sup. d. 23. quamquam.

b ¶ Sub ordinis.] Similiter obligatur aliquis sub pœna beneficij sui, vt extra de elect. cum dilectus. in fi. & extra de crim. fal. c. fi.

c ¶ Anathematis.] Imprecatio est, non enim quisquam potest se excommunicare. Similis est imprecatio de consecr. dist. 2. ego Berengarius. & 11. q. 3. si is qui. Nec

Excõicare seipsum nemo potest.

g ¶ Dominorum.] inf. 22. q. 1. clericũ. & c. mouet cõtra.

h ¶ Consulibus.] Hoc non habet hodie locum. nam sufficit apponere nomen Papæ, & Imperatoris, ut no. 2. q. vlt. 2. c. vlt.

i ¶ Sacramento.] Hæc sex presbyterum faciunt iurare coactum. Vt sit recta fides, vt obediat 3. vt bona fama. Nec verum pereat, ne res sacra, vel data damna. 28. distin. de Syracusanæ.

k ¶ Subscripsi.] Scilicet hoc quod statutum est in concilio Niceno. supra ead. q. si voluerint.

CATE-

CÆTERVM. CASVS. Dictum est s. q. cum tales recipiuntur (vt in c. si qui voluerint. & sequenti) fit ex dispensatione: cum aliud sit de rigore canonum, vt probat per sequentia cap.

Qvi in qualibet.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quod si quis in quacunque ætate doli capax fuerit baptizatus apud hæreticos, aut rebaptizatus, nunquã debet ad clericatum admitti. & qui talẽ receperit, vel iã promotum non reiecerit in se vult ferre dãnationem. [Ex eius cœtu.] idest, ex cœtu hæreticæ prauitatis.

a ¶ Aetate.] Discreta. & sic soluitur contrarium. sup. ea. q. 4. § apud & c. placuit.

b ¶ Baptizati.] Hic dispẽsari consueuit: sed non in casu sequenti: cũ s. rebaptizatur. vt de cõse. dis. 4. qui bis. & non. o. q. 1. in summa. in prin.

c ¶ Aut rebaptizati.] s. ea. q. 1. vetum est. & sup. dist. 50. cõfirmandum. sup. e. q. 4. placuit contra. sol. ibi. inf. de conse. dis. 4. qui bis supra. dist. 51. cap. vlt.

d ¶ Ex eius cœtu.] vel si in adulta eorũ ætate consenserint, vel fidem impugnauerint. Vel d adultis in adulta ætate baptizatis loquitur.

PRO PERSONA. CASVS. Gratia. dicit hic. quod intuitu personæ rigor canonum tẽperatur. Et ad hoc inducit sequẽs. c. cuius casus patet. & q sequuntur vsque ad cap. quoniam.

e ¶ Pro persona.] Arg. 56. dis. miramur. sed verum est quod hic dr̃, quod propter morem, &c.

¶ Pro persona.] id est, propter simplicitatem personæ.

f Tanta nequitia. Supra distinct. 86. tanta.

g ¶ Tacemus.] Arg. qui tacet, non consentit 1. ff. commu. diuid. Sabinus. ver. sicut prohibere, & c. ff. de procur. filius familias. § inuitum. infra de cõsec. dist. 4. cum pro paruulis.

h ¶ Pietatis.] Dicitur autem pietas quandoque respectu naturæ 1. vt quia nostra natura hodie fragilis est, exercenda est pietas, vt 34. dist. fraternitatis. Item alias propter fragilitatem, vel pietatis intuitu dispensatur. 33. q. 2. antiqui. Item adhibetur pietas propter innocentiam. sic puer baptizatus ab hæretico admittitur ad sacros ordines propter pietatem innocentiæ, vt sup. ea. q. 4. placuit.

i Si qui.] ¶ Tales.] Pro quibus supponit istud tales, non potest haberi ex c. nisi ex §. præcedenti. sed credendum est Gratiano, qui vidit originale, & est simile infra c. tali. & 33. q. 5. c. 2.

k ¶ Necessitatis.] Vt 50. d. de eo.

l ¶ Metropolitani. Supra d. 65. c. 2. & 3.

Qvoniam.] CASVS. Quidam episcopus præter notitiam sui metropolitani fuit ordinatus. Sed propter graue scandalum, quod propter hoc ab vtraq; parte fiebat, Papa tolerat quod factum est, ita quod de cætero simile non fiat.

m ¶ Ab alterutra.] idest, ab altera. Sed tamen aliter intel-

1 Sic & no. 80. dist. tanta. sed plenius 65. d. si fortè. ibi videas. Arch. Pietas multa facit.

2 Et quãque respectu honestatis ecclesiæ, vt ius Archid.

pluribus erat: N. aliqua verò alia, quæ parum ab originali discrepab ãt, nihil causæ visum est, cur mutarentur.

Cæterum ex canonum rigore contra scribit Fœlix Papa tertius omnibus episcopis epist. 1. c. 5.

¶ Qui extra ecclesiam baptizati fuerint, vel rebaptizati, ad ecclesiasticam militiam non admittantur. Cap. X.

Qvi in qualibet ætate [a] alibi, quàm in ecclesia catholica aut baptizati [b] aut rebaptizati [c] sunt; ad ecclesiasticam militiam prorsus non † permittantur accedere. Quibus satis esse debet, quòd in catholicorum numero sunt recepti. Quoniam de suo ordine, & communione videbitur ferre iudicium, quisquis hoc violauerit institutum; vel, qui non remouerit eum, quem ex † eius cœtu [d] ad ministerium clericale obrepsisse cognouerit.

Ansel. lib. 7. c. 17. Burc. li. 4. c. 293. Iuo p. 1. c. 294. † *ne vnquam.* orig. † *ex eis adminis.* orig.

Pro persona [e]: sicut B. Gregorius scribens Ianuario episcopo, lib. 7. indict. 2. epist. 1. ait.

¶ Rigor canonum pro persona aliquando relaxatur. Cap. XI.

Tanta nequitia [f] ad aures meas de tua senectute peruenit, vt eam, nisi adhuc humanitus pensaremus, fixa iam maledictione feriremus. *& infra.* ¶ Et quidem pœnæ sententia in te fuerat iaculanda: sed quia simplicitatem tuam cum senectute nouimus, interim tacemus [g].

sup. dist. 86. tanta. Burc. li. 1. c. 197. Iuo p. 5. c. 78. & par. 5. c. 312.

Pietatis [h] intuitu: sicut de illiteratis, & corpore vitiatis Gelasius episcopis per Lucaniam, epist. 18.

¶ Canonum decrata pietatis intuitu nonnunquam relaxantur. Cap. XII.

Si qui, vel temeritate propria, vel in curia præsidentiũ tales [i] ante suscepti sunt; in his, in quibus constituti sunt, locis eatenus perseuerent, vt nihil vnquam promotionis accipiant, satisque habeant hoc ipsum sibi pro nimia miseratione concessum.

su. d. 36. illiteratos.

Necessitatis [k] intuitus, sicut Hilarius Papa, qui cum de quodam episcopo præter notitiam atque consensum metropolitani [l] ordinato loqueretur; ne in vtroq; graue scandalum fieret, ait in epistola sua ad Ascanium, & vniuersos episcopos Tarraconensis prouinciæ.

Ante cap. 1.

¶ Necessitatis causa quædam in ecclesia tolerantur. Cap. XIII.

Qvoniam quidquid ab alterutra [m] parte est indica-

intellexit G. vt patet per præcedentem. §. vnde potest di ci ab alterutra proprie, quia iam forte metropolitanus aliquid fecerat vnde scandalum esset ortum.

a ¶ Vel cōsensum.] su. 64. d. c. vl. 7. 65. d. c. 1. 2. & 3.

Q Voties.] CASVS. Dicitur hic, quòd propter multitudi-

tur multi. extra de cler. excommu. latores. aliàs 23. millia dicuntur pauci. 45. dist. in. disciplina præterea. Argu. contra, extra de reg. iur. qui scandalizauerit. de pœn. di. 6. c. 1. in fin. 25. quæst. 2. ita nos. vbi non parcitur multitudini. Solu. videtur haberi per id quod legitur. 23. q. 4. cum quisque. vel per fin. illius de pœn. di. 6. capit. 1. vt ex tunc is non parcat, cum ex auctoritate volūt illud defendere, vt 82. distin. plurimos. & 40. dist. Domino sancto.

tum, omni videmus peruersitate confusum; temporū necessitate perspecta, hac ratione decreuimus ad veniam pertinere quod gestum est, vt nullus α deinceps præter notitiam, atque consensum [a] metropolitani ordinetur † antistes.

† al. consecretur] orig.

α ¶ Nullus.] *Hoc loco verba Hilarij summatim referuntur.*

Item Innocentius episcopis Macedoniæ, epist. 22. c. 6.

¶ De eodem. Cap. XIV.

In prima actione sep primæ synodi.

QVoties a populis aut turba [b] peccatur, quia in omnes pp multitudinem [c] non potest vindicari, i nultum solet transire. Priora ergo dimittenda dico Dei iudicio, & de reliquo [d] maxima solicitudine præcauendum.

Item ex epistola Cyrilli missa Maximo diacono Antiocheno.

Iuo in prologo. Pan. in plogo c. 23.

¶ Ex dispensatione quædam tolerantur, quæ canonum rigor condemnat. Cap. XV.

DIdici a diligēdo mihi paulo monacho; quia recusat pietas tua vsq; hodie cōmunionem reuerendissimi episcopi Ioannis amplecti, pro eo, quòd quidā in Antiochena ecclesia male adhuc cum Nestorio, vel sentiāt, vel iam senserint quidem, sed forsitā resipuerint. Probet igitur tua modestia; vtrum aliquando hi, qui dicūtur colligi, nude, ac irreuerenter cum Nestorio sentiant, & inuicem colloquantur[e]: licet aliquando cauteriatam [f] habuerint conscientiam: colligantur autē nunc acta pœnitētia super ijs, in quib. subrepti sunt: [g] quamuis cōfiteri [h] fortassis reuereantur excessum. *& infra.* ¶ Vt autē non æstimemur amare contentionem; amplectamur episcopi reuerendissimi Ioannis communionem, indulgentes ei; & causa dispensationis eius negotium nō subtilius, vel districtius, [i] siue vehementius erga se recognoscat agitari. Dispensationis enim gratia, sicut dixi, eget negotium multum. [k]

Iuo ibidem. Pan. ibidem c. 24.

¶ *Hac epistola beati Cirilli refertur in actione prima septima synodi. Et quoniam in magni ponderis argumento versatur, ac prudentissime scripta est; multa autem in hac versione corrigenda fuissent; placuit græcam ipsam epistolam cum interpretatione noua afferre.*

d ¶ Et de reliquo.] Id est, de cetero. 96. d. in scripturis. ff. de legib. cum lex.

DIdici.] CASVS. Paulus monachus significauit patriarchę Alexādrino ꝙ Io. de quo hic fit mētio, fuit episcop. Antiochenus qui in Nestorij hęresim incidens, ecclesiā suā in candē hęresim induxerat tandē Io. rediit ab hęresi. sed populus ecclesiæ suæ, quē subuerterat, nō est toto adhuc rediturus, & ideo Maximus diaconus nolebat adhuc cōicare Ioanni quare Cyrillus patriarcha Alexādrinus monet eu, vt q̄uis aliqui de Antiochena ecclesia secuti fuerint, vel adhuc sequant hęresim Nestorianā, nihilominus tñ amplectatur communionem Io. Mandat tamē inquiri, vtrū aliqui hęresim illā sequātur, & colligātur ad vnitatē. ¶ Colligi.] i. cōgregari, & cōsētire. ¶ Nude.] i. manifeste & publice. Irreuerēter.] i. inuerecūde ¶ Sentiant.] ꝗa alioquin nō sūt vitādi. e ¶ Colloquantur.] Arg. ex collocutione præsumi consensū. 27. quæst. 1. nec aliqua.

f ¶ Cauteriatā.] id est, vulneratam, vel adustā ignito erroris cauterio.

tudinem, dictum sine multū remittitur propter scādalum quod timetur, & Dei iudicio relinquitur. Sed ne de cætero tale quid accidat, præcauendum est.

b ¶ A turba.] Extra de cleri. excommu. latores.

c ¶ Propter multitudinem.] Arg. ꝙ parcendum est multitudini. vt 44. dist. comessationes. 50. dist. vt cōstitueretur. 23. q. 4. ipsa pietas, & ca. non potest. q. q. 1. ordinatores. Sed quot dicentur multi? Dic quantum ad hoc, ꝙ multi dicuntur, quo ad respectum. nam aliàs 40. dicun-

Multitudini est parcēdū

g ¶ Subrepti sunt.] id est, surrepserunt. & est antiqua grammatica. Vel id est, corrupti. ff. de ser. corru. l. si quis seruum.

h ¶ Confiteri.] Publice. & in hoc est dispensatio, nam de iure publice debet confiteri. sup. ca. quoties. de consec. d. 2. ego Berengarius.

i ¶ D. strictius.] Non vult aliquid exaggerare, &c. 74. d. vbi.

k ¶ Multum.] id est, magnum.

a ¶ Archi-

τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας, Μαξίμῳ διακόνῳ Ἀντιοχείας, ὑπομνηστικόν.

Ἔμαθον παρὰ τοῦ ἀγαπητοῦ μονάζοντος Παύλου, ὅτι παραιτεῖται ἡ σὴ θεοσέβεια μέχρι σήμερον τὴν κοινωνίαν τὴν πρὸς τὸν εὐσεβέστατον Ἰωάννην, διὰ τὸ τινὰς ἐν τῇ Ἀντιοχέων ἐκκλησίᾳ ἢ φρονοῦντας ἔτι τὰ τοῦ Νεστορίου, ἢ πεφρονηκότας μὲν, ἀπεσχομένους δ' ἴσως εἶναι. δοκιμασάτω τοίνυν τὸ σὸν ἐπιεικές. πότερόν ποτε οἱ λεγόμενοι συνάγεσθαι, γυμνῶς καὶ ἀναισχύντως τὰ τοῦ Νεστορίου καὶ φρονοῦσι καὶ λαλοῦσιν ἑτέροις, ἢ κεκαυτηριασμένην μὲν ἐσχήκασί ποτε τὴν συνείδησιν, συνάγονται δὲ νῦν μεταμεληθέντες ἐφ' οἷς συνηρπάγησαν, αἰσχυνόμενοι δ' ἴσως ὁμολογεῖν τὸ ὀλίσθημα. συμβαίνει γάρ τινα τοιαῦτα περὶ τοὺς ἀπατηθέντας γίνεσθαι. κἂν εἴδῃς αὐτοὺς συντρέχοντας νῦν τῇ ὀρθῇ πίστει, ἀμνησικάκει τῶν παρελθόντων· βουλόμεθα γὰρ μᾶλλον ἀρνουμένους αὐτοὺς ὁρᾶν, ἢ ἀνεπιλήπτῳ γνώμῃ συνηγοροῦντας ταῖς Νεστορίου κακίαις. ἵνα δὲ μὴ δοκῶμεν τιμᾶν τὸ φιλόνεικον, ἀσπασώμεθα τὴν πρὸς τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Ἰωάννην κοινωνίαν, συγχωροῦντες αὐτῷ καὶ οἰκονομίας ἕνεκα μὴ ἀκριβολογούμενοι σφόδρα περὶ τοὺς μεταγινώσκοντας. γὰρ, ὡς ἔφην, δεῖται τὸ πρᾶγμα πολλῆς.

Sancti Patris nostri Cyrilli archiepiscopi Alexandrini ad Maximum diaconum Antiochenum ad monitio.

COgnoui ex dilecto monacho Paulo pietatem tuam vsque ad hunc diem recusare communionem religiosissimi episcopi Ioannis: eo quòd aliqui sunt in ecclesia Antiochena, qui vel adhuc cum Nestorio sentiunt, vel senserunt quidem, nunc autem ab eo fortasse abstinent. Perpendat igitur æquitas tua, vtrum tandem, qui dicuntur conuenire, palam, atque impudenter Nestoriana, & sentiant, & cum alijs etiam loquantur: an aliquando quidem cautheriatam habuerint conscientiam: nunc autem ideo conueniant, quòd ipsos pœnituerit erratorum, quibus simul abrepti fuerant: pudeat autem fortasse lapsum suum fateri. Solet enim fere tale quidam ijs, qui decepti sunt, vsu uenire. Quòd si illos nunc ad rectam fidem conuersos videas malorum præteritorum memoriam depone. Malumus enim eos videre negantes, quam defendentes Nestorij vicia. Cæterum, ne videamur contentionis cupidi, religiosissimi Ioannis communionem amplectamur, indulgentes ei, atque vt conueniens in his rebus moderatio teneatur, non nimium diligenter in eos, qui resipiscunt, inquirens. Res enim, vt dixi, magnæ eget moderationis.

¶ In eandem sententiam scribit Ioanni Antiocheno patriarchæ in epistola, quæ habetur tomo 5 Act. concilij Ephesini nuper. Ingolstadij impressi his verbis.

Optamus autem, vt omnes, res suas agant, neque turbas ecclesijs per Christi gratiam, doctorumque vbilibet agentium prudentiam vt cumque iam sedatas denuo excitent, nec; vel sibi ipsis, vel alijs negotia facessant. Cæterum si sunt, quia Nestorio aliquando steterunt; nunc vero ex animo resipiscentes a nugis illis discedere, mutataque voluntate rectam, inculpatamque fidem complecti cupiunt; eos placide suscipere oportet; nec cuiquam illorum, præteritorum gratia, conuicium facere: ne qua ratione ansa quibusdam præbeatur, vt cunctãtius ad meliora festinent.

Item ad Gennadium presbyterum, & archimandritam. [a]

¶De eodem. Cap. XVI.

DIspensationes rerum nonnunquam cogunt parum quidem a debito [b] quosdam foras exire, vt maius aliquid lucri faciant. Sicut enim ij, qui mare nauigant, tempestate vrgente, nauique periclitante anxiati quædam exonerant, [c] ut cætera salua permaneant; ita & nos cum non habemus saluandorum omnium pe-

a ¶Archimãdritã.] Archos princeps: mandros ouis. vnde archimandrita, princeps ouium. 1

DIspẽsationes.] CASVS. Dicit hic, quod oportet quosdam excommunicari, & eijci extra ecclesiam, ne multitudo pereat: sicut in naufragio quædam merces abijciuntur vt cætera salua permaneant. patet seq. §.

b ¶A debito.] idest a iure communi, quod omnibus æqualiter debetur. & ita dispensatio non est ius, vt 31. q. 1. hac ratione quandoque tamen dispensatio debetur 2 vt 50. d. constituetur.

c ¶ Exonerãt.] 7. 22. q. 4.

1 Archimandrita erat. n. princeps A[...] tio. Hug. Ead. act. 1. Septimæ synodi ex versione Anastasij suo in prologo Pan. in prologo c. 35.

2 Ad hoc 18. dist. in de his. in fine.

q.4.nõ solum.inf.13.q.vlt. animæ.ff.si quis cau.l.4.ff. ad legem Rhodiam.qui iettandæ.

a ¶ Despicimus.] idest, committimus quia easdem res non habent pro derelicto. Vnde male faciunt Reges Hispaniæ, qui naues fractas occupant.nã dicit lex,ꝙ fiscus

Regum Hispaniæ reprehensio.

inter raptorem & raptam non esse matrimonium, si d verior est opinio,quod inter eos sit verũ matrimoniũ. c ¶ Tali coniugio.] Sed nonne inter raptam & raptorem tenet matrimonium,vt 36.q.2.tria? Quare ergo filij cum legitimi sint, repelluntur.à promotione? Resp. hoc non tenet. Vel dic, ꝙ hic loquit de monialib. raptis, cũ quib⁹ matrimoniũ non tenet. & dic, cõiugio,idest coniunctione,vel coniugio de facto aliàs legitimi essent,nisi forte quò ad episcopatũ. extra de elect.innotuit. Sed certè illa decretalis loquitur tãtum in concubina.

Matrimoniũ tenet inter raptam & raptorem.

gociorum a penitus certitudinem; despicimus a ex ijs quædam,ne cunctorum patiamur dispendia. β b

a ¶Negotiorum.] *Græcè est*, οὕτω καὶ ἡ τοῖς πράγμασιν ... *idest*,Sic & nos in negotijs vbi nõ licet exquisitissimã illum rationem seruare,despicimus quædam.

β ¶ Dispendia.]*Omisit hic Gratianus ex hac epistola ea referre,quæ ad propositã quæstionẽ maximè faciũt. Sũt autẽ hæc,quæ Iuo etiã recitat:* Et hęc scribo cognoscens, ꝙ pietas tua tristetur in sanctissimum, & Dei cultorem, & fratrem, & comministrum nostrum Proclum episcopũ, eo ꝙ admiserit in communionem Aeliensium Hegumenum, quẽ quidem ecclesiæ leges Palestinæ præpositum nõ nouerunt.*& infra.* Igitur ne refugiat pietas tua sanctissimi, & Deo amicissimi Procli episcopi cõmunionẽ. Vna enim fuit cura mihi, & sanctitati eius; & dispensationis modus nulli sapientium displicuit. *Vocem autem* Hegumenon,*i.præpositum,videtur suplesse Anastasius, vt exprimeret locutionem Græcam,* τὸν τῶν αἰλιέων, *aut fortasse illam in suo codice habuit.*

Vtilitatis intuitu,sicut in Meldensi cõcilio,c.64.perhibetur de filijs virginum vi raptarum, & sic ad coniugium raptorum applicatarum.

HVIC PETRVS. Hoc adaptatur ad ꝗ xiii è dictum: quasi diceret, non est mirum,si spurius promouetur,cum Deus non sit personarum acceptor.

d ¶ Huic.]s.vt necessitate, vel utilitate ꝓmoueãtur tales.

e ¶ Petrus ait &c.] quia apud Deum non est personarum acceptio.

f ¶ Pro euentu.] Et hoc ad necessitatẽ, vel vtilitatẽ refert.

¶Vtilitatis intuitu quædam in ecclesia tolerantur. Cap. XVII.

TAli coniugio c generati,ecclesiasticis ordinibus nõ applicentur:nisi fortè eos aut maxima ecclesię vtilitas; vel necessitas postulet, vel euidens meritorũ prærogatiua commendet.

Huic d *petrus concordans ait:* e ¶ *In veritate cõperi, quia non est acceptor personarum Deus,&c.*¶*Pro euentu* f *etiam rei quædam in ecclesia tolerãtur: sicut Leo in decretis suis de laicis subito contra decreta canonum ordinatis episcopis ait,epist.85.al.87.c.1.episcopis Africæ.*

Act.10.

EXigũt.] CASVS. Quidam de laicis nõ seruatis interstitijs ꝓmoti sũt in episcopos nimis pręcipitãter. quia debebãt de iure deponi: sed ex misericordia Leo dicit.eos tolerãdos,in quibus aliud reprehẽsibile nõ inuenit, nisi ꝙ nimis festinanter promoti fuerint,ita quòd ex hac remissione non sumãt licẽtiam delinquẽdi, & ꝓhibet, ne de cætero hoc fiat: ne cogat iustè punire,quod nũc ex misericordia inultũ dimittitur.

¶ Laicis,qui contra decreta canonum ad episcopatũ promouentur,ex misericordia susceptum officium relinquitur. Cap. XVIII.

EXigunt causæ a 8,vt non solum in tales pręsules,sed etiam in ordinatores eorũ vltio cõpetẽs proferatur. Sed circumstant nos,hinc mãsuetudo clemẽtiæ,hinc cẽsura iustitiæ, vt credamus quædã delicta vtcũque tole-

g ¶ Causę.] Cũ ergo hic sit rigor, & ibi misericordia: potius debet iudex seq misericordiam,ꝙ rigorem.1 vt ext.de fortil ca.2.& C.ẽ ind.

Mia est rigori anteponenda.

1 Ad hoc q. d.sana. vbi & hoc videas.

Dispensatio est q̃nq; debita.

2 Vt 47.dist. sicut.86. dist. pasce. 16. q. 1.qñi. Auth.

ꝗus non debet ditescere calamitatibus miserorũ. C. de naufra.l.1.lib.11.committit etiam furtum, si quis inde quid accipit,cum distinctione tñ. ff.de fur.falsus.§.ult.

b ¶ Dispẽdia.]Esse solent magno damna minora bono.

TAli.] CASVS. Si raptor ducat raptam, in quem rapta nunquam consensit, filius de tali contubernio natus non potest promoueri, nisi propter necessitatem, vel vtilitatem, vel propter personæ prærogatiuam. Vel intellige c. loqui secundum eos, qui dicunt placuit.& sic iam videtur,quòd dispensatio sit debita, quia præceptum misericordiæ omnibus est commune,vt 86 dist.inct.non satis.& sententia,quę misericordiam vetat,fugienda est,vt 50.dist.ponderet.in fi.quod concedo.ꝙ quandoque sit debita & iudex peccaret si non dispensaret:non tamen est proditum ius per quod pẽtatur dispẽsatio: sicut ad eleemosynã tenemur pauperi. 2 pauper tamen eam nullo iure petit. tamen ad petendam dispensationem potest implorari officium iudicis.

iudicis.& si nollet episcopus dispensare, petet hoc à superiore.& est si.extra de iure patro.nullus.

a ¶Quod ex laicis.] Supra 77.dist.monachus.sup.59.distin.si officia. contra supra dist. 61. quid proderit. contra, sup.d.61.c.1.& 2.contra. Sol.ibi ius commune, hic dispensatio.

reuersus recuperet ius pat.quod habebat? Argum.quod sic extra de elect.quia diligentia. ff. de in ius voc. l. sed si. ff.de bo.lib.l.3.§.si deportatus.Ioan.tamen si lata fuisset sententia cõtra eum de amissione iuris patronatus, amplius non recuperet extra de diuor. de illa. extra de con-

randa.quędam vero penitus amputanda, Illos ergo, quorum prouectio hoc tãtum reprehensionis incurrit, quòd ex laicis[a] ad officium episcopale delecti sunt, locũ suum tenere permittimus, non præiudicãtes Apostolicæ sedis statutis, nec beatorum Patrum regulas soluẽtes: quia remissio[b] peccati non dat[c] licentiam delinquẽdi: nec qđ potuit aliqua ratione concedi, fas erit amplius impune committi: ne quod ad tempus β pia lenitate cõcessimus, iusta post hac vltione plectamus.

α¶Exigũt causę.] *In ipsa epistola Leonis hæc antecedũt,* Cum ergo inter vos tãtum valuerint aut studia popularium, aut ambitus superborũ, vt non solum laicos, sed et secũdarũ. *(sic enim recte legitur in epistolis cũ alijs beati Leonis operibus Coloniæ impressis nõ sæculariũ, vt in tomis conciliorum)* vxorum viros, aut viduarum maritos ad officiũ cognoscamus pastorale prouectos; nõne aptissime exigũt causæ, vt ecclesiæ, in quib. ista cõmissa sunt, iudicio seueriore purgentur, & non solum tales præsules, &c. *Est vero caput hoc multis locis in summam redactum, omissa narratione delictorũ illorum, quibus minime sanctissimus ille Pontifex ignoscit.*

β¶Ne, quod ad tempus.] *Hæc, quæ repetũtur infra, cap. Conatum sumpta sunt ex secundo capite eiusdem epistolæ.*

Idem in eadem epist.c.3.

¶Donatistæ, & Nouatiani, quamuis reprehensibiliter ordinati, tamen ex necessitate tolerantur. Cap. XIX.

MAximum quoque ex laico,[d] licet reprehẽsibiliter, ordinatum, tamen si Donatista iam nõ est, & à spiritu scismaticæ prauitatis alienus, ab episcopali,[e] quamquoquo[f] modo adeptus, est nõ repellamus dignitate:[g] ita vt & ipso libello[h] ad nos directo † catholicum se esse manifestet.

† al. edito.

Idem ibidem initio, c.3.

¶De eodem; Cap XX.

DOnatum autem Salicinensem † ex Nouatiano cum sua (vt cõperimus) plebe conuersum, ita Dominico volumus gregi præsidere, vt libellũ fidei suæ ad nos meminerit dirigendum: quo & Nouatiani dogmatis dãnet errorem, & plenissime confiteatur catholicam veritatẽ. Quæ enim nunc certarum remisimus cõsideratione causarum,[i] antiquis[k] deinceps custodiẽda sunt regulis; ne,

† al. Seminacensem.

Salua Apostolica auctoritate.

b ¶Quia remissio.] inf. 23.q.4. est iniusta in fi. cõtra, s.d. 93. peruenit. & 35. q.9.loci, j. 21.q. 2. placuit. Sol. ibi factũ respicit, hic ius. Sc expone qđ seqtur.

c ¶Non dat.] idest. nõ debet dare. nam leges, quæ periuria puniunt, &c. C. de ind.vidu.l.2.arg.C. vnde vi, meminerit, inf.de cons.d.4.quæris arg.de pœ.dis.3. §.sed verba.& c. sanè. Sed aliud est impunitatis occasionẽ amplius peccãdi cõfidentiam sumere: qđ ibi dicit, aliud pro vno cõcesso reliqua similia vsquequaque concedere. quod hic negatur. Vel dic non dat, id est, non dare debet. VDDITIU. Sub. & nõ dẽt qs inde sumere audaciã, & cõfidentiam delinquẽdi. Dic ergo, remissio, idest, impunitas: idest. dipẽsatio qua impune peccata dimittuntur, non dat licentiam, idest laxamentum delinquendi in similibus. secũdum Io. de Fant.

MAximum.] CASVS. Maximus Donatista fuit: sed postea conuersus ad fidem ex laico est in episcopũ promotus. Leo Papa eũ tolerat: mandat tñ sibi, vt in libello ad Papã misso se esse catholicũ manifestet. Sequens c. patet. in quo tolerat Donatum cum sua plebe conuersum. mandat tamen ei, vt mittat libellũ in quo confiteatur fidem, & abneget hæresim illam. & mandat Leo, vt hoc de cætero non fiat.

d ¶Ex laico.] Iste fuerat factus episcopus non seruatis interstitijs temporũ in minoribus ordinibus.[1] & ideo dicit tex. ex laico. arg. superficiale pro illiteratis. sup. 61. dist.c.1.2.& 3.& c.quid proderit, contra. Io.

e ¶Ab episcopali.] infra 16.q.vlt. inuentum.

f ¶Quoquo.] idest, non legitimo, sicut illud: Quos genuit quocunque thoro.

g ¶Dignitate.] Quid si patronus labitur in hęresim: an

1 De quib. hf 77. dist. in singulis. & cap. seq. Archid.

conuer.coniug.cap.vlt.Ber.

h ¶Libello.] infra 7.q.1.§.ecce.& c.qualiter.sup.ea.q. si qui voluerint.

i DOnatum autem.] ¶Causarum.] Collige ex hoc intelligentiam eius quod dici solet in literis. salua apostolica auctoritate.

k ¶Antiquis.] idest, secũdum antiquas regulas. & ita nisi exprimeretur hoc, videretur constitutio perpetua. arg. C. de pœn. seruus.[2] Sed tamen quid iuris sit super hoc,

2 Vt sit glo. planior sub. sic dẽt enim lex esse perpetua & cõmunis. 4. di. erit. nisi ex aliqua illarũ causarum 29. dist. sciẽdum. facta fuerit. quo casu cessante cã, &c. Io. de Fant.

hoc not.61.distinct.§.ex his omnibus.

Saluberrimum.]CASVS. Dicitur in hoc cap. q̄ si quis clericus ab hæresi ad ecclesiam reuertatur, profiteatur in scriptis hæresim suam cum auctore eius esse dānatam, ne amplius corrumpatur, cum suæ professioni non

nem fidei adhæserunt hæreticis 1. sup. ea. q. conuenientibus.

SI quis.]CASVS. Si quis pro aliqua hæresi excommunicatus fuerit, non debet ad communionem admitti, nisi prius cum debita satisfactione fuerit in concilio reconciliatus.

quod ad tempus pia lenitate concessimus, iusta post hæc vltione plectamus.

† al. Iuliano.

Idem Ianuario † episcopo Aquileiensi, epist. 2.

¶ Redeuntes ab hæresi, post publicam professionem, in suis ordinibus recipi possunt. Cap. XXI.

Idem epist. 83. ad Septimum. Ans. l. 12. c. 19. Iuo p. 6. c. 37. 1. q. 1. omnis cuiuslibet.

SAluberrimum enim, & spiritualis medicinæ vtilitate plenissimū est, vt siue presbyteri, siue diaconi, aut cuiuslibet ordinis clerici, qui se correctos videri volunt, atque ad catholicam fidem, quam iampridem miserāt, rursum reuerti ambiūt; prius errores suos, & ipsos auctores errorum damnari a se sine ambiguitate fateantur: vt sensibus [a] prauis etiam peremptis nulla sperandi supersit occasio, ne vllum membrū talium possit societate violari: cum per omnia illis professio [b] proprie cęperit obuiare. Circa quos etiam illam canonum constitutionem præcipimus custodiri, vt in magno habeāt beneficio, si adempta sibi omni spe promotionis, in quo inueniuntur ordine, stabilitate perpetua maneant: si tamen iterata tinctione non fuerint maculati [c].

Item ex concilio Martini Papæ, c. 36.

In c. Martini Braca.

¶ Ab hæresi redeuntes, hæresim, & eius auctores publicè detestentur. Cap. XXII.

SI quis episcopus, siue alicuius episcopi presbyter, aut diaconus, in alicuius hæresis opinionem offenderit, & ob hanc causam fuerit excōmunicatus; nullus episcopus eum in communionem recipiat, nisi prius in communi concilio [d], porrecto fidei suæ libello [e], satisfaciat omnibus, & ita liberam suam teneat purgationem [f]. Hoc idē, & de fidelibus laicis sit decretū, si in aliqua hæresis opinione [g] fuerint nominati.

5 *Ecce quibus de causis quędā in ecclesia tolerātur, quæ eisdem cessantibus pia seueritate vindicantur. Quando aūt toleranda sint, quando resecanda, Gelasius Papa distinguit [h] dicens episcopis per Lucaniam, epist. 1. c. 11.*

¶ Quando in ecclesia, aliqua sint toleranda. Cap. XXIII.

ET si illa [i] nonnunquam sinenda sunt [k], quę, si cæterorum [l] constet integritas, nocere sola nō valeant: illa [m] tamē sunt magnopere præcauenda, quę recipi, nisi manifesta decoloratione [n] non possunt. Ac, si ea ipsa [o],

d ¶ Cōcilio.] Hodie sufficit solus episcopus. extra de hæret. ad abolendam. §. quā verò.

d ¶ Concilio.] Sup. 50. d. de eo.

e ¶ Libello.] Sup. ea. q. si qui voluerint.

f ¶ Purgationem.] idem est. ā si de simonia suspectus sit ext. de purg. cano. quoties.

g ¶ Opinione.] Sup. d. 50. c. vlt.

ECCE QVIBVS. Hæc est quinta pars q. in qua queritʳ, qualiter debeat dispensari, quod probat p̄ c. sequēs. Io. de Fan.

h ¶ Distinguit.] Et protinus agit de illis, quę dispensari solent.

ET si illa.] CASVS. Hugo. sic ponit hunc casum. Quāuis dispēsabilia ex causa qñque relaxantur. indispensabilia: tamen nulla causa sunt relaxāda, & si illa nūquā relaxari debent, nisi ex magna causa, quāto magis ista ex nulla cā sunt relaxanda? h ¶ Beneuenta.] sic ponit casum. Quāuis toleremus, quæ per exempla non nocēt, in illis tamen dispēsare non debemus, quæ scandalum, vel deformitatem inducunt. nam si in præmissis tātum pro necessitate, vel vtilitate dispensamus: quare his causis absentibus iura communia mutilamus, quæ nisi ex necessitate mutilari non debent?

i ¶ Et si illa.] Vt dispensabilia.

k ¶ Sinēda sunt.] Id est dispensanda 2: & ita cęterorum improprie sumitur. arg. ff. de mino. patri, 26. d. deinde.

1 In istis casib. Papa sibi reseruat dispēsationē: & i casu quē habes. ex. de aposta. c. vlt. vbi de hoc Arch.

2 Loquit. n. in prin. ð his q̄ dispensari possunt Ioā.

3 Sub. de q̄bus non est in benignio rem partem interpretandum. cu sint manifesta. Hug.

non possit de cætero obuiare, & pro magno beneficio habeat, si adempta omni spe promissionis, in quo inuenitur ordine permaneat: dum tamen iterata tinctione non fuerit maculatus.

a ¶ Sensibus.] Idest, opinionibus hæreticorum.

b ¶ Professio.] C. de non nu. pecu. generaliter. inf. 2. q. 1. legum. inf. 27. q. 1. omnes feminæ. ext. de app. personas.

c ¶ Maculati.] Idem est si fuerunt rebaptizati. ar. de cōsecr. distinct. 4. qui ius, & c. eos quos. Vel si ad subuersio-

l ¶ Quæ si cæterorum.] i. quæ dispensari possunt.

m ¶ Illa.] Hoc de illis, quæ dispensari non possunt.

n ¶ Decoloratione.] Puta si esset latro, vel ebriosus 3, vt extra de reg. iur. c. ex ...

o ¶ Et si ea ipsa.] Et sic forma constructionem, si illa nullatenus sunt mutilanda, quæ nullo detrimento. &c. quanto magis nec illa sunt mutilanda, & est sensus: si

in

in dispensabilibus non debet iudex dispensare nisi ex magna causa, quanto magis in iis quæ sunt indispensabilia, nullo modo debet iudex dispensare 14.d.c.2.
a ¶ Vel rerum temporumque. Vel personarum. nam pro qualitate personarum, & actio formatur, & condēnatio moderatur. ff. de neg. gest. Pomponius in negotijs Habes ergo hic causas, propter quas est dispensandum, scilicet causa vtilitatis, & necessitatis. Sed nunquid ex causa probabili, vt arg. ꝙ sic. 57. dist. cap. 1. quod concedit Alanus. Ego cōtra 1. Nec obstat 57. d. c. 1. qa si post fides eius appareat probabilis, aboletur irregularitas ibi ꝑsumpta, & promouetur de iure communi.

Dispēsandū est ceteris ex ansis.

1 Istud fuit dictum L. & in hoc ēt residet. Io. de Fant.

b ¶ Vel acceleratæ.] Nam quæ de nouo emergunt, &c. ff. de interrog. act. de ęta.
c ¶ Mutilanda.] Dispensationes, quas extorquet necessitas cessante necessitate mutilandæ sunt: quę vero regulariter fiūt non, vt inf. e. quęst. 1. ab excōicationis. su. d. 50. placuit. i. 7. q. 1. mutationes.

Dispensationes quędam mutilandæ sunt.

d ¶ Præcepta. Quędam, non omnia

BREVITER. Hæc est 6. pars q. in qua quæritur, si ordinati ab hæreticis sint iterum reordinandi, & dic, quòd non, si fuerint ordinati in forma ecclesiæ, & hoc probat per tres auctoritates. Ioann. de Fant.

CASVS. Hic mouet Gratia. incidentem quæstionem, vtrum scilicet ordinati ab hæreticis debeāt iterum ordinari. Et primo probat, ꝙ nō, auctoritate Greg. & Aug. & postea soluit, & male, dicens, vt circa baptizatos. & i ordine sacerdotali, vel episcopali inuentos, sacramentum non reiteretur. Ea vero quæ cum quadam distributione vasorum, vel indumentorum præstantur interueniente episcopali benedictione, vt ordo leuitarum, & inf. eum, ordines positi, reiterari possunt, cum ab hæreticis conferuntur: nec dicitur aliquid iterari, cum nihil ab eis sit acceptum ad quod inducit sequens c.
e ¶ Ordinibus. Scilicet illi, qui coacti sunt, vel ignorāter ab hæreticis ordinati sunt.
f ¶ Vtrum in eodem ordine. Et dic. ꝙ non, si in forma ecclesiæ ordinati sunt. extra de apost. ex literis nec benè soluit hic Gratianus.
g ¶ Vt ait beatus Gregorius.] Sup. d. 78. c. 1.
h ¶ Augustinus.] Sup. ead. q. 1. quod quidam.
i ¶ Reiterari.] Vt sup. ea. q. 1. ventum.

SAluberrimum enim, & spiritualis medicinæ vtilitate plenissimū est, vt siue presbyteri, siue diaconi, aut cuiuslibet ordinis clerici, qui se correctos videri volunt, atque ad catholicam fidem, quam iampridem miserāt, rursum reuerti ambiūt; prius errores suos, & ipsos auctores errorum damnari a se sine ambiguitate fateantur: vt sensibus [a] prauis etiam peremptis nulla sperandi supersit occasio, ne vllum membrū talium possit societate violari: cum per omnia illis professio [b] proprie cęperit obuiare. Circa quos etiam illam canonum constitutionem præcipimus custodiri, vt in magno habeāt beneficio, si adempta sibi omni spe promotionis, in quo inueniuntur ordine, stabilitate perpetua maneant: si tamen iterata tinctione non fuerint maculati [c].

Item ex concilio Martini Papæ, c. 36.

In c. Martini Braca.

¶ Ab hæresi redeuntes, hæresim, & eius auctores publicè detestentur. Cap. XXII.

SI quis episcopus, siue alicuius episcopi presbyter, aut diaconus, in alicuius hæresis opinionem ostenderit, & ob hanc causam fuerit excōmunicatus; nullus episcopus eum in communionem recipiat, nisi prius in communi concilio [d], porrecto fidei suæ libello [e], satisfaciat omnibus, & ita liberam suam teneat purgationem [f]. Hoc idē, & de fidelibus laicis sit decretū, si in aliqua hæresis opinione [g] fuerint nominati.

§ *Ecce quibus de causis quedā in ecclesia tolerātur, quæ eisdem cessantibus pia seueritate vindicantur. Quando aūt toleranda sint, quando resecanda, Gelasius Papa distinguit [h] dicens episcopis per Lucaniam, epist. 1. c. 11.*

¶ Quando in ecclesia, aliqua sint toleranda. Cap. XXIII.

ET si illa [i] nonnunquam sinenda sunt [k], quę, si cæterorum [l] constet integritas, nocere sola nō valeant: illa [m] tamē sunt magnopere præcauenda, quę recipi, nisi manifesta decoloratione [n] non possunt. Ac, si ea ipsa [o],

d ¶ Cōcilio.] Hodie sufficit solus episcopus. extra de hæret. ad abolendam. §. quæ verò.
e ¶ Concilio.] Sup. 50. d. de eo.
e ¶ Libello.] Sup. ea. q. si qui voluerint.
f ¶ Purgationem.] idem etiā si de simonia suspectus sit ext. de purg. cano. quoties.
g ¶ Opinione.] Sup. d. 50. c. vlt.

ECCE QVIBVS. Hæc est quinta pars q. in qua quæritur, qualiter debeat dispensari. quod probat p c. sequēs. Io. de Fan.
h ¶ Distinguit.] Et protinus agit de illis, quę dispensari solent.

ET si illa.] CASVS. Hugo. sic ponit hunc casum. Quāuis dispēsabilia ex causa quāque relaxantur. indispensabilia: tamen nulla causa sunt relaxāda, & si illa nunquā relaxari debent, nisi ex magna causa, quāto magis ista ex nulla cā sunt relaxanda?
h ¶ Beneuenta.] sic ponit casum. Quāuis toleremus, quæ per exempla non nocēt, in illis tamen dispēsare non debemus, quæ scandalum vel deformitatem inducunt. nam si in præmissis tātum pro necessitate, vel vtilitate dispensamus: quare his causis absentibus iura communia mutilamus, quæ nisi necessitate mutilari non debent?
i ¶ Et si illa.] Vt dispensabilia.
k ¶ Sinēda sunt.] Id est dispensanda 2. &

2 Loquitur in prin. & hic q dispensari possunt Ioā.
3 Sub. de quibus non est in benignio rem partem interpretandum cū sint manifesta. Hug.

non possit de cætero obuiare, & pro magno beneficio habeat, si adempta omni spe promissionis, in quo inuenitur ordine permaneat: dum tamen iterata tinctione non fuerit maculatus.
a ¶ Sensibus.] Idest, opinionibus hæreticorum.
b ¶ Professio.] C. de non nu. pecu. generaliter. inf. 2. q. 1. legum. inf. 27. q. 1. omnes feminæ. ext. de app. personas.
c ¶ Maculati.] Idem est si fuerunt rebaptizati. ar. de cōsecr. distinct. 4. qui ius. & c. eos quos. Vel si ad subuersio-

ita cęterorum improprie sumitur. arg. ff. de mino. patri, 26. d. deinde.
l ¶ Quæ si cæterorum.] i. quæ dispensari possunt.
m ¶ Illa.] Hoc de illis, quæ dispensari non possunt.
n ¶ Decoloratione.] Puta si esset latro, vel ebriosus 3, vt extra de reg. iur. si forte.
o ¶ Et si ea ipsa.] Et sic forma constructionem. si illa nullatenus sunt mutilanda, quæ nullo detrimento &c. quanto magis nec illa sunt mutilanda, & est sensus: si in

quę nullo detrimento aliquoties indulgenda creduntur, vel rerum temporumq; [a] cogit intuitus, vel acceleratæ [b] prouisionis respectus excusat; quanto magis illa nullatenus mutilāda [c] sunt, quę nec vlla necessitas, nec ecclesiastica prorsus extorquet vtilitas?

Aliquando enim pro necessitate, vel vtilitate ecclesiæ mutilantur, & laxantur præcepta [d] canonica.

6 *Breuiter ostendimus, qui reuertentes ab hæresi, in suis ordinib. [e] valeant recipi, vel qui non. Nunc autem quaritur de iis, qui ab hæreticis ordinati sunt, si ad vnitatē catholicæ matris ecclesiæ redierint; vtrum in eodē ordine [f] iterum valeant ordinari. Semel enim consecratus (vt ait beatus Gregorius [g]) iterum consecrari non debet. ¶ Item sacramenta, quæ ab hæreticis in forma ecclesiæ ministrātur (sicut Augustinus [h] testatur) reiterari [i] non dēnt; ne homini, sed sacramēto videatur iniuria fieri. ¶ Sed illud Gregorij de his intelligitur, qui consecrationē sacerdotalē, vel episcopalem acceperunt; qui aut per manus impositionem, cum ad ecclesiam redeunt, effectum suæ vnctionis † accipiunt, aut ab eius administratione perpetuo cessare iubentur. Similiter illud Augustini de eadem mystica vnctione, & de sacramento baptismatis intelligitur. ¶ Sunt autem in ecclesia aliq; ordines, qui sine sacramentali vnctione, sola episcopi benedictione, cum quadam vasorum, vel indumentorum distributione præstantur, vt sunt leuitæ, & cæteri infra eos constituti. Hi quāuis ab hæreticis ordinantur, tamen ad ecclesiam redeuntes in eodem ordine (si aliàs digni fuerint) ab ecclesia ordinantur; nec fiet in eis reiteratio muneris, cum ab hæreticis nihil doceatur eis fuisse collatum.*

Vnde Vrbanus secundus scribit Petro Pistoriensi episcopo, & Rustico abbatis Vallis Vmbrossæ.

¶Redeuntes ab hæreticis sunt ordinandi.
Cap. XXIIII.

DAibertum [k] a Nezelone, licet simoniaco, nō simoniace eiusdem confessione reperimus in diaconū ordinatum: & beati [l] Innocentij Papæ sententia constat declaratum, quòd Nezelon (quem constat ab hæreti-

sup. d. 68. c. 1.

su. ea. q. 1. quod quidam.

† al. ordinat' ...

Pan. l. 3. c. 81.

sup. 1. q. 1. ventum.

Dispēsandū est ceteris ex causis.

1 Istud fuit dictum L. & in hoc ēt residet. Ioā. de Fant.

Dispensationes quędam mutilandæ sunt.

in dispensabilibus non debet iudex dispensare nisi ex magna causa, quanto magis in iis quæ sunt indispensabilia, nullo modo debet iudex dispensare 14. d. c. 2.

a ¶ Vel rerum temporumque. Vel personarum. nam pro qualitate personarum, & actio formatur, & condēnatio moderatur. ff. de neg. gest. Pomponius in negotijs Habes ergo hic causas, propter quas est dispensandum, scilicet causa vtilitatis, & necessitatis. Sed nunquid ex causa probabili, vř arg. ꝙ sic. 57. dist. cap. 1. quod concedit Alanus. Ego cōtra 1. Nec obstat 57. d. c. 1. qa si post fidem eius appareat probabilis, aboletur irregularitas ibi pšumpta, & promouetur de iure communi.

b ¶ Vel acceleratæ.] Nam quæ de nouo emergunt, &c. ff. de interrog. act. de ęta.

c ¶ Mutilanda.] Dispensationes, quas extorquet necessitas cessante necessitate mutilande sunt: quę vero regulariter fiūt non, vt inf. c. queſ. 1. ab excōicationis. su. d. 50. placuit. ī. 7. q. 1. mutationes.

d ¶ Præcepta. Quędam, non omnia

BREVITER. Hæc est 6. pars q. in qua quæritur, si ordinati ab hæreticis sint iterum reordinandi. & dic, quòd non, si fuerint ordinati in forma ecclesiæ. & hoc probat per tres auctoritates. Ioann. de Fant.

CASVS. Hic mouet Gratia. incidentem quæstionem, vtrum scilicet ordinati ab hæreticis debeāt iterum ordinari. Et primo probat, ꝙ nō, auctoritate Greg. & Augus. & postea soluit, & male, dicens, vt circa baptizatos, & ī ordine sacerdotali, vel episcopali inuentos, sacramentum non reiteretur. Ea vero quæ cum quadam distributione vasorum, vel indumentorum præstantur interueniente episcopali benedictione, vt ordo leuitarum, & inf. eum, ordines positi, reiterari possunt, cum ab hæreticis conferuntur: nec dicitur aliquid iterari, cum nihil ab eis sit acceptum ad quod inducit sequens c.

e ¶ Ordinibus. Scilicet illi, qui coacti sunt, vel ignorāter ab hæreticis ordinati sunt.

f ¶ Vtrum in eodem ordine. Et dic, ꝙ non, si in forma ecclesiæ ordinati sunt. extra de aposta. ex literis nec bene soluit hic Gratianus.

g ¶ Vt ait beatus Gregorius.] Sup. d. 78. c. 1.

h ¶ Augustinus.] Sup. ead. q. 1. quod quidam.

i ¶ Reiterari.] Vt sup. ea. q. 1. ventum.

DAibertum.] CASVS. Nezelon ordinatus fuit ab hæreticis in episcopum præter formam ecclesiæ, & sic ordinem epalem non recepit, qui postea Daibertum præter formam ecclesiæ, vel cūm forma (non refert) in diaconum ordinauit. Sed quia illum ordinem conferre non potuit, Daibertus nihil accepit ab eo. vnde Vrbanus cum dispensaret cum eo fecit illum ordinari auctoritate Damasi Papæ, & Innocentij.

K ¶ Daibertum.] Per hoc c. probat Io. opinionem suam: s. ꝙ baptizatus ab eo qui recepit vltimam manus impositionem extra ecclesiam, nihil recipit. Nos qui dicimus cōtrarium, hoc intelligimus cum non ordinabat in forma ecclesiæ.

l ¶ Et beati.] Et ita cum facit hic mentionem de illo c. supra 1. q. 1. ventum est. intelligendum est illud, sicut & istud de non ordinatis in forma ecclesiæ.

a ¶ Quia

a ¶ Quia nihil.] Sup. ea. q. 1. gratia. inf. de consf. d. 4. quomodo, arg. sup. ea. q. 1. qui perfectionem.
d ¶ Dare.] Arg. qui nihil habet, nihil dare potest. Argu. contra extra de elect. suffraganeis 1. Item arg. ꝙ pro nõ dato habetur quod datur ab eo, qui de iure dare non potest.

Qui nihil habet nihil dat. 1 Et ext. de su. neg. prel. cap. 1. ubi de hoc pro. & contra ibi uideas.

f ¶ Per illicitam.] Idest, non iustam.
g ¶ Vulneratum caput.] i. mentē macula culpæ, infectā.
h ¶ Medicinam adhibere.] i. reiterari, ut ita, & illud intelligatur de ordinatis in forma ecclesiæ.
i ¶ Reiterari.] Not. hanc expositionem, &c. & hæc expositio est subintelligenda sup. ead. q. 1. ventum, vbi eadem sunt verba.

c. sequenti per illicitam.

cis ordinatum) quia nihil [a] habuit, nihil dare [b] potuit ei, cui manus imposuit. Nos igitur tāti Pontificis auctoritate firmati, & Damasi Papæ testimonio roborati, qui ait: [Reiterari [c] oportet, quod male actum est;] Daibertum ab hæreticis corpore & spiritu digressum, atq; vtilitatib. ecclesiæ pro viribus insudantem, ex integro [d] (ecclesię necessitate ingruente) diaconum [e] constituimus. Quod non reiterationem existimari censemus, sed tantum integram diaconij dationem: quoniam, vt prædiximus, qui nihil habuit, nihil dare potuit.

α ¶ Nezelone.] *Marianus Scotus in vita Gregorij VII. mentionem facit archiepiscopi Magdeburgensis hoc nomine appellati.*

Item Damasus Papa, epist. 4. de chorepiscopis.

9. q. 1. per illicitam.

¶ De eodem. Cap. XXV.

PEr illicitam [f] manus impositionem vulneratum caput [g] illi, qui videbantur aliquid accepisse, habebāt: & vbi vulnus infixum est, necesse est medicinam adhibere [h]: qua infixa sanetur macula: idest reiterari [i] necesse est, quod legitimè [k] actum, aut collatum minimè probatur β. Nam quomodo [l] honorem possit retinere, qui ab illo acceperit, qui potestatem dare legitimè non habuit, inuenire non possum.

β ¶ Probatur.] *In originali hæc adduntur,* si perfectum esse debebit.

Item libro nono Cod. titulo ad legem Iuliam repetundarum, Impp. Theodosius, ac Valentinianus AA. Florentio.

Cap. XXVI.

† al. tua.

7 SAncimus [m] eiusmodi viros ad prouincias regendas accedere, qui ad honoris insignia non ambitione [n], vel pretio, sed probatæ vitæ, & amplitudinis tuæ † [o] solēt testimonio promoueri: ita sanè, vt quib. hi honores per sedis tuæ, vel per nostram fuerint electionem commissi, iurati [p] inter gesta depromant, se pro administrationib.

K ¶ Legitime.] Ar. ex hoc loco, ꝙ si potestas trāslata est in aliquē, vt eligat episcopum, & ipse minus bonū eligit, iterum possit eligere. ar. 7. q. 1. factus 8. d. quæ contra. nam reproba pecunia non liberat debitorem. ff. de pig. act. eleganter. §. qui reprobos. & est arg. ad hoc extra de elec. in causis in fi. 3. Arg. contra. extra de off. dele. in literis. nā functus ē officio suo. Nam et ipsi canonici male eligēdo priuāt ptāte eligēdi. ex. de ele. cū in cunctis. & no. 4. 61. d. studui. Quid iuris sit, not. in quæstionibus Bar.
l ¶ Quomodo.] Sup. 10. d. sin contra. Sed illud cum auctoritate sua generaliter est prohibitum: istud i ecclesia catholica cō firmatum. nam pro non dato habetur, & c. extra de iure patron. quod autem & ff. si quis can. l. quoties. Arg. cōtra. ext. de iure patro. consultationibus.

3 Itē arg. ad hoc qd̄ not. sup. prox. c. § gl. quoadspeciem. Itē ar. ad hoc. ff. de op. le. l. 2. p̄terea cū non tenuit electio perinde est ac si non elegisset Ar.
4 Adde qd̄ not. Bart. & gl. in l. cum quidam. ff. de leg. 2.

SAncimus.] Hæc est 7. pars q. I qua ponitur pœna simoniacorū, quæ est infamia, & depositio, & dānatio pecuniaria. Ioan. de Fant.

test. vt extra de iure patro. quod autem. in fi.
c ¶ Reiterari.] Quo ad speciem facti, non rei essentiam. Nā sæpe, quod male fit, vel minus plene, ex integro est agendum: sicut in satisdatione. ff. qui satisd. cog. de dic. §. si seruus. & in iuramento. ff. de iureiuran. qui per salutem. & in libelli confectione. 2. quæst. vlt. c. vl. ar. ff. qui satis. cog. si ab arbitro. §. quod & si. Nam in his omnibus non est aliquid iterādum: sed quod omissum est, restaurandum ext. de sacra. non ite. c. vno. Io. male dicit 2. Ioannes hic: cum quo ad rei essentiam sit iterum ordinatio facienda: quia prima ordinatio non erat in forma ecclesiæ. Ber.
d ¶ Ex integro.] Sup. ea. q. 1. si quis confugerit, infra de consec. dist. 4. si nulla ext. de censi. scientes.
e ¶ Diaconum.] Iste Daibertus extra formam ecclesiæ fuerat ordinatus a Nezelone.

Quod minus plene fit, est iterandum.

2 Idē sentit hic Io. q. i e net quod sequitur. Atc.

PEr illicitam.] CASVS. Quidam fuerunt ab hæreticis præter formam ecclesiæ ordinati: vnde mandat Papa, vt iterum tales ordinentur, cum nihil acceperint ab hæreticis.

CASVS. Hanc legem inducit Gratianus ad probandum, ꝙ honores ecclesiastici per pecuniam dari non debent: quia pro honoribus sæcularibus adipiscendis dari pecunia prohibetur. Dicitur ergo in hac lege, quòd ad prouincias regendas eligi non debent, nisi homines probatæ vitæ: & qui prætio, vel ambitione nō adipiscantur honores, qui cum electi fuerint, iurabunt se nihil dedisse. & ꝙ non dabunt per se, vel per mediam personam pro administratione sibi concessa, vel cōmissa: & ꝙ durāte administratione, vel post, occasione sui officij nihil præter salarium accipient. Et licet nullus immemor suæ salutis esse credatur: tamen si quis contra prædictum sacramentum tam dator, quam acceptor de hoc cōuictus fuerit, pœna quadrupli puniatur.
m ¶ Sancimus.] Lex est canonizata.
n ¶ Non ambitione.] Sup. ea. q. 1. nullus, itaque.
o ¶ Tuæ.] Loquitur præfecto.
p ¶ Iurati.] Sup. 23. d. quamquam inf. 8. q. 3. Attaldus. & cap. talia.

sortiendis [a] neque dedisse quidpiam, neque daturos vmquam postmodum [b] fore, siue per se [c], siue per interpositã personam in fraudem legis, sacramentique, aut donationis, venditionis ve titulo, aut alio velamento cuiusque [d] contractus: & ob hoc (exceptis salarijs) [e] nihil penitus, tã in administratione positos, quam post depositum officiũ, pro aliquo præstito beneficio tempore administrationis, quam gratuito meruerint accepturos. Et licet neminem diuini timoris, contemnendo iusiurandum, arbitremur [f] immemorem; vt saluti proprie vllum commodum anteponat; tamen vt ad salutis timorem etiam necessitas periculi subiungatur, si quis ausus fuerit præbita sacramenta negligere, nõ modo aduersus accipientem, sed etiam aduersus dantem, accusandi cunctis, tanquam publicum crimen [g], concedimus facultatem; quadrupli pœna eo, qui conuictus [h] fuerit, modis omnibus feriendo.

Item Paschalis Papa.

¶ De eodem. Cap. XXVII.

PAtet simoniacos, veluti primos, & præcipuos hæreticos ab omnibus fidelibus respuendos, & si commoniti non resipuerint, ab exteris [i] potestatibus opprimẽdos. Omnia enim crimina ad comparationem simoniacæ hæresis; quasi pro nihilo [k] reputantur [l].

¶ *In tribus vetustis exemplaribus post caput*, Sancimus. *omissa inscriptione Paschalis, & capite isto*, Patet. *sequuntur cõtinẽter subiecta Gratiani verba*, His breuiter, &c.

His breuiter præmissis ad ea veniamus, quæ ecclesiæ, seueritate disciplinæ parata est vlcisci, ostendentes, quibus accusantibus, vel testificantibus, quilibet sint conuincendi; quo iudice quisque debeat condemnari, vel absolui; si causa vitiata fuit, quo remedio possit subleuari; si accusatores defecerint, an reus sit cogendus ad purgationem. Et vt facilius pateat quod dicturi sumus, exemplum ponatur sub oculis, in quo auctoritates hinc inde controuersantes distinguantur, & quid sanctorum Patrum sentiat auctoritas, liquido intimetur.

Dignitates esse non debent uenalia.

1 Conc. tex. in l. 1. ff. ad leg. Iul. & ibi glo.

Testis præsumitur nolle peierare.

a ¶ Sortiendis.] Dignitates enim non debent venales esse [1]: sicut nec matrimoniũ. ff. de don. inter vi. & vx. l. 2.

b ¶ Postmodum.] Sup. 1. q. 1. eos qui su. d. 46. sicut non suo.

c ¶ Per se.] Extra de percu. cler. inquirendum, extra de sentẽtia excom. mulieres.

d ¶ Cuiusque.] Sed vr cõtra. ff. de pol. l. 1. §. 1. Sed aliud est publice promittere aliquid Reipublicæ: aliud occulte alicui, vt eius suffragio promoueatur.

ADDITIO. Et si soluitur aliud, quod vr contra. ff. de do. hoc iure. in prin. de hoc no. sup. ea. q. 6. c. vl. Io. de Fan.

e ¶ Salarijs.] inf. 23. q. 1. militare sup. d. 86. non satis. Ioã. de Fant.

f ¶ Arbitremur.] Argum. pro teste præsumendum esse, quòd nolit peierare. ext. de test. cum tu fili. & dicit canon, quos scimus nolle peierare, & c. 2. q. 5. si mala fama. Sed licet præsumatur, est tamen notã dignũ, quòd lex nõ stat huic præsumptioni: immo subijcit pœnam in peieratione. if. ea. ibi, quadrupli, &c.

g ¶ Publicũ crimen.] inf. 6. q. 1. §. ult.

h ¶ Conuictus.] Nã post depositã administrationem debet esse præsens per 50. dies. C. vt omnes iudi. tam ciuil. quam mil. l. 1. & conuenitur sub episcopo loci. in auth. vt iu. sine quoquo suff. §. necessitatem collat. 2. Sed ex contractu nõ potest iudex conueniri post depositam administrationẽ, si cõtractum aliquem fecit nomine ciuitatis. vt. ff. de admi. rerũ ad ciui. perti. curatores. §. in eũ. et ff. de cur. illud. §. 1. sed procurator negotiorum bene conuenitur post [2] depositum officium, vt de procu. procurator. Bar.

2 Post falsũ est nisi se nomine suo obligauerit, uel nisi ut doceat demã dato, quod negatur.

ADDITIO. De hoc not. extra de immun. ecclesi. aduersus. §. ult. Et est ratio quare aliud in iudicio, aliud in cõtractu, quia qui contrahit, solam intuetur personam uẽditoris: cum rem alienam uendere possumus. ff. de contrahen. emp. l. rem alienam. In iudicio autem potius psona domini inspicitur, secundum Io. de Fant.

PAtet.] CASVS. Cum omnia crimina ad comparationem simoniæ pro nihilo reputentur, patet q̃ simoniaci sunt ab omnib. respuendi. & ab extraneis potestatibus opprimendi, si non resipuerint.

i ¶ Ab exteris.] idest, laicis, qui extra ecclesiam habent hanc potestatem, vt sup. d. 17. nec licuit. inf. 23. quæst. 5. principes.

k ¶ Pro nihilo.] Hoc in detestationẽ huius sceleris dicitur, sup. d. 90. neque. & sup. ea. q. 1. cito. infra 32. q. 7. quid in omnibus, &c. non solum, & ext. de sim. tanta.

l ¶ Reputantur.] Hoc dicitur in detestationem criminis, & ad terrorem: sicut illud, Omnis peccator, &c. extra de simo. tanta. Vel est grauius, quia facilius dicitur hoc crimen committi in Deum, [3] quam aliud: quia donũ Dei uolunt emere pecunia, su. 1. q. 1. eos. & ideo grauius dicitur argu. 17. q. 4. sicut. 22. q. 1. mouet. Vel ideo hoc dicitur, quia nulla certa pœnitentia pro hoc crimine inducitur, nisi q̃ usque ad mortem aspere pœniteat, sup. ea. q. 1. si quis neque. Ioan.

3 Sub. spoliter. 1. his q̃ specialiter ei sunt deputata & dedicata. s. res & dignitates, & sacra & officia ecclesiastica. arg. 17. q. 4. sicut & qõ. 1. nuptarum Arch. Simoniæ peccatum dr cæteris grauis.

HIS BREVITER. CASVS. Transitu utitur, scilicet colore rhetorico, quo dicta dicendis continuat, & dicenda dictis, summatim dicenda perstringens.

Quidam.]

Q Vidam.] CASVS. In superiori causa actum est de crimine simoniæ: & prius de eo, quod grauissimum est: sed quia crimina sine ordine iudiciario puniri non debent, ideo congruè hanc causam anectit, in qua de ordine Iudiciario tractat, ostendens quòd nemo condemnandus est nisi conuictus vel confessus, & quòd spoliatus præter iuris ordinem sit restituendus, & qualiter puniantur qui in accusatione deficiunt, qualiter obiecta crimina non probata purgentur, & qualiter sententia releuetur per appellationem, & vtrum laici admittantur ad accusationem clericorum, & qualiter sit accusatio facienda. Vt autem competentius agat, proponit thema, de quo octo elicit quæstiones.

CAVSA SECVNDA.

Q Vidam episcopus de lapsu carnis à laico impeditur. Duo monachi. vnus subdiaconus, & duo leuitæ aduersus ipsum testimonium ferunt. A metropolitano suo sentit se prægrauari. In ipsa ventilatione causæ tres ex testibus deficiunt, siue promissione decepti,† siue canonica examinatione reprobati. Expoliatur tamen episcopus, quia crimen eius notorium erat.

† al. allecti.

q. 1. *Hic primum quæritur, an in manifestis iudiciarius ordo sit requirendus.*

2. *Secundo an expoliatus ab aliquo sit iudicandus.*

3. *Tertio, qua pœna sint feriendi, qui in accusatione, vel testificatione defecerint.*

4. *Quarto, an duorum testimonio sit condemnandus.*

5. *Quinto, si deficientibus accusatoribus, sit cogendus ad purgationem.*

6. *Sexto, si remedium sit dandum ei, qui causa dilationis vocem appellationis exhibuerit.*

7. *Septimo, si laici, monachi, vel quilibet inferiorũ ordinum in accusatione maiorum sint audiendi.*

8. *Octauo, quomodo debeat fieri accusatio, an in scriptis, an sine scriptis.*

QVAESTIO PRIMA.

1 ps. *Q Vòd autem* a *nullus sine iudiciario ordine damnari valeat, auctoritatibus multis probatur.*

De eo namque ait Augustinus homilia quinquagesima, de vtilitate pœnitentiæ.

Q Vòd autẽ.] Hæc quæstio diuiditur in quinque partes, in quarum prima probat per 13. auctoritates, ꝙ nullus sine iudice debet damnari. i. nisi canonicè sit damnatus. Secunda ibi.[His omnibus. Tertia ibi.[Sed sciendum.] Quarta ibi.[Quando vero.] Quinta ibi.[Quando autem.] Ioan. de Fant.

CASVS. Hic ponitur prima quæstio, in qua probatur ꝙ præter iuris ordinem non est aliquis condemnandus præter quam in notorio crimine.

a ¶ Quod autem.] Tu dicas, quod in manifestis requiritur ordo iuris 11. quæstio. 3. eorum sed non in notorijs, vt dicam infra. ea. manifesta. & habes extra de iureiurand. ad nostram 3. Et notandum, ꝙ quędam sentẽtia est diffinitiua, quędam interlocutoria, quædam præcepti. Quælibet istarum requirit ordinem iuris. Et si diffinitiua sententia fuerit lata, omisso ordine iuris, ipso iure nulla est, vt infra ead. quæstio. sexta. §. diffinitiua. Hoc tamen scias, quòd duplex est ordo iuris. Vnus qui est de natura, [b]siue de substantia iudiciorum, scilicet, vt quis post citationem habeat inducias, vt fiat litis contestatio, & testes recipiatur, & quòd sententia feratur in scriptis, si contra hunc ordinem feratur sententia, non tenet, dicto §. diffinitiua. Est alius ordo, qui non est de substantia iudiciorum, scilicet vt sententia non feratur sub conditione, & non prius pronũcietur de possessione, quàm de proprietate. si tamen hoc non seruatur, nihilominus tenet sententia, infra ea. quæstio. 6. biduũ. & C. de appel. l. 1. Item sententia interlocutoria siue sit excommunicationis, vel suspensionis, vel missionis in possessionem, requirit ordinem iuris. De ordine excommunicationis sententiæ, habes infra ead. nemo. & 34. quæst. 3. de illicita: & melius extra de senten. excommun. sacro. De ordine suspensionis habes infra ea. nomen. Si tamen iste ordo non fuerit seruatus, tenet excommunicatio vel suspensio, vt 11. quæstio. 3. si episcopus. Item in sententia missionis in possessionem requiritur semiplena causæ cognitio, vt extra, vt lit. non contest. quoniam frequenter. in fi. Et siue talis ordo fuerit seruatus, siue non, si absens potest probare se non fuisse contumacem sententia talis retractatur, vt extra de sen. & re iud. cũ Bertholdus. & ff. quib. ex cau. in pos. ea. Fulcinius. §. quid sit autem latitare, & ff. de priui. cred. Imperatores. Sententia præcepti est, cum iudex sine causæ cognitione præcepit alicui, vt soluat alij decẽ, quæ petit. si ille soluat, & pecunia illa debita est, licet iudex præceperit iniustè, tamen non potest repeti pecunia, ut ff. quod met.

Sententia est triplex.

[b]Ordo iuris est triplex.

Sñia missionis ĩ possessionem requirit semiplenã causæ cognitionẽ.

1 De ista sñia etiã hẽ ext. de verb. sig. ex parte 1. in gl. vlti. ibi videas & de elec. dudũ 2. in glo. sed pone, & 11. q. ... in sũma. Archi.

met.cau.l.vlt. A prædicta regula plerique doctores excipiunt infamatos, circa quos non requiritur ordo iuris, vt infra ead.q.5. presbyter, & extra de simon. quoties. quod non admitto, vt dicemus in loco suo in illo ca. presbyter, & in illa decret. quoties. habita fuit causę cognitio. Item excipiũt dilapidatores, vt 3.q. 2. q2 ca. quod nõ est verum. quia hodie propter solã suspicionẽ non remouetur quis ab administratione, vt extra de simo. licet Hely. Ioan. de Fant.

interrog.actio.de ætate. Ius sit, extra de iud. at si clericus. Hostis, ff. de interrog.act.l.vlt. Nec natura neget. ff. de interrog.act.confession ib. Fauor. C. de libe.cã interrogatum. Et lis. ff. ad leg. Aquil. inde Neratius. §. vlt. Ius ve repugnet. ff. de past. si vnus, §. pacta. Melius, ff. de interro. inf. ead. multi.

¶Damnari non valet, nisi aut conuictus aut sponte confessus. Cap. I.

NOs in quemquam sententiam ferre non possumus, nisi aut conuictum [a] aut sponte confessum. [b]

In capitulis per Hadrianum collectis, c.57. Capit.5.c.156. Burch.l.16.c.6. Pann.l.4.c.111.

Item Constantinus Imperator.

¶De eodem. Cap. II.

IVdex criminosum [c] discutiens, non ante sententiam proferat capitalem, quàm, aut reum se ipse confiteatur, aut per innocentes [d] testes conuincatur.

¶ Habetur caput hoc Cod. Theodos. l.9. tit.40. in legis prima interpretatione, itemque in capitulis Hadriani, cap. 57. & capitul.5. cap.156.

Hoc α Idem testatur Augustinus, & eisdem verbis.

α¶Hoc.] *Absunt ista ab vno ex per uetustis exẽplaribus.*

Item Gregorius libro octauo, epistola 50.

¶De eodem. Cap. III.

Ansel.l.3.c.30.

SIcut sine iudicio quemquam nolumus condemnari, ita quę iuste β [e] diffinita fuerint, nulla patimur excusatione [f] differri.

β¶Iuste.] *Abest vox ista ab originali. In vna autem manuscripto Gratiani est,* Iusta sunt diffinita sententia.

Item Eleuterius episcopus ad episcopos Galliæ.

Ansel.l.3.cap.54. Polyc.l.5.tit.1. Pann.l.4.c.115. † absunt ista ab originali.

¶De eodem. Cap. IIII.

NIhil [cõtra † quemlibet accusatum] absque legitimo, & idoneo accusatore fiat: Nam & Dominus noster Iesus Christus Iudam furem esse sciebat: sed quia non est accusatus, ideo non est eiectus.

Item Fœlix Papa 1 ad Paternum episcopum.

NOs in quemq̃.] CASVS. huius ca. est, quod non debemus aliquem condemnare, vel in aliquem ferre sententiam, nisi probationibus vel confessione sua conuincatur. Idẽ est casus sequentis cap.

Conuincitur qs quadrupliciter.

a¶Conuictũ.] Quatuor sunt modi conuincendi, aut iure scilicet instrumẽtis vel testibus; aut facti euidentia, vt extra de coha.cle. tua. & infra eadẽ quæst. quæ Lotharius. aut iuris interpretatione, vt sæpius citatum esse reum, vt 3.q.9. decernimus. aut violenta suspicione seu præsumptione. 32.q.1. dixit, & C. de adulter. authentica, si quis.

Sententia in confessum ferenda est.

b¶Confessum.] Habes ergo hic, q sentẽtia ferenda est in cõfessum. hoc verũ est etiam si aduocatus alicuius cõfiteatur, nec reuocat cõfessionem suã, ut extra de sen.c.olim. & est ferenda sententia in confessum in causa ciuili, vt ff. de confes.l.Iulianus. & etiam in criminali, ut ff. de custo. & exhi. reo. si confessus. Nisi aliquis metu tormentorum aliquid confiteatur, dum est in carcere. tali enim confessioni non statur, vt ff. de quæstio.l.1.§. diuus. & §. si quis. ultro. nisi post tormenta in confessione perseueret, ut ff. de quæstioni.l.1.§. quæstio. mentitur ergo lex: quæ dicit quod nullæ sunt partes iudicis in confitentem. ut ff. ad leg. Aquil. proinde. §. ulti. Sed dic quod nullæ sunt, quantum ad examinationem causæ, sunt tamen aliquæ quantum ad prolationem sententiæ. Vel dic, quod si post receptionem libelli & inducias datas, reus confitetur, tunc iudex fert sententiam, sed sine omni correctione libelli. Si ex abrupto confiteatur, tunc non est ferenda sententia: sed iudex simpliciter pręcipiat ei ut soluat. ff. de iud. si debitori. Quæ autem confessio præiudicet, his uersibus collige.

Confessioni metu tormẽtorum factæ non statur.

Confessio confitenti non nocet, nisi multa concurrant.

Maior, sponte, sciens, contra se, ius sit & hostis.
Nec natura neget, fauor & lis, ius ve repugnet.

Maior. ff. de confes. certum. in fi. Sponte. 31.q.2. Lotharius. Sciens. C. de iur. & facti igno. error. Cõtra se. ff. de interro.act.l. si is cuius. 32.q.1. solet quæri.

c¶ IVdex criminosum.] Id est, causam criminalem.

d¶ Per innocentes.] Id est, bonos.

SIcut.] Casum sic pone. Sicut non debemus aliquem sine ordine iudiciario, & causa cognita condemnare; ita & sententia iuste lata contra eum, statim debet executioni mandari.

e¶ Quæ iuste.] Id est, secundum ordinem iuris. licet enim sciat eam executionem iniustam quantum ad ius litigatoris, tamen eam exequitur. 1. ut extra de offi. dele. pastoralis. nisi sit lata per falsa instrumenta. C. si ex fal. instru. vel testi.l. iudicati. extra de re iudic. de cætero. & de cri. fal. super. eo.

1 Nam quãtum ad ipsos litigantes ius ex snĩa factum fuit post quã in rem transijt iudicatam. extra de re iud. cũ inter in fi. Arch.

f¶ Excusatione.] Nisi incontinẽti obijciatur exceptio, ut extra de testi. veniẽs 2 & ext. de rest. spo. litteras. Dic ut notaui 11.q.3. cũ apud extra de of. de leg. quærenti. ADDITIO. Et not. extra de in inte. rest. scisitata. Archid.

NIhil.] CASVS. Dicitur hic in c. isto, q nullus debet absque accusatore damnari & hoc probatur exemplo Domini, qui licet sciret Iudam esse furem, tamen eum non eiecit, cum accusatus non fuisset.

Primates.]

PRimates. CASVS. Dicitur hic, quod si causa coram primatibus agitatur de crimine, quod non dēt accusatus condemnari nisi cōuictus, vel confessus. Quod si aliter factum fuerit, snīa irritabitur & retractabit à synodo. a ¶ Primates.] Idest, episcopi. 5. q. 2. si primates. b ¶ Sen-

ri debet, alioquin est tolerādus: & loquitur hoc c. de Iuda, & c. superius scilicet, [Nihil, &c.] Secunda pars incipit ibi, [Bene dixit.

d ¶ Vnus ex vobis.] Arg. qd de vno dr. de aliis negatur vt 45. dist. disciplina. sic. ff. de iud. cum prętor. sup. 25. d. qualis. C. de procur. maritus.

sup. c. in sū ver. hoc tamen. Arch.

¶ De eodem. Cap. V.

Et Zepherin⁹ epis. 1. ad epos Siciliæ, vsq; ad vers. Aliter. Ans. l. 3. c. 68. Burch. l. 1. c. 157. Iuo p. 5. c. 245. & 247. Pan. l. 4. c. 15. 11. q. 3. irritam.

†] Abest ab epis. [Zepherini.

PRimates [a] accusatum discutientes episcopum, non ante sententiam [b] proferant damnationis: quam Apostolica freti auctoritate, α aut reum se ipse confiteatur, aut per innocentes, & [canonice † examinatos regulariter testes conuincatur. Aliter irritam esse censemus; & iniustam episcoporum damnationem; & idcirco a synodo retractandam, [c] ita ut oppressis ab omnibus in cunctis subueniatur causis.

α ¶ Apostolica freti auctoritate.] *Hæc addita sunt ex epistola Fœlicis, & Zepherini. Nam damnari episcopi sine consensu, & auctoritate Romani Pontificis nec tunc poterant, nec nunc possunt. 3. q. 6. c. discutere. & alibi.*

Item decreuit Zepherinus Papa.

Zepherinus loco proxime indicato.

Item Augustinus. β

β ¶ Augustinus.] *Sic in multis vetustis exemplaribus, quamuis uerba huius capitis apud sanctum Augustinum non sint inuenta.*

Multi per tolerantiam sustinendi sunt, quamuis sententia diuini iudicij sint condemnati. Cap. VI.

Matth. 26.

VNus ex vobis [d] me traditurus est. ¶ Bene dixit, ex vobis, & non ex nobis. Ex vobis enim est, a quibus per iudiciariam potestatem confessus, aut conuictus, exclusus non est: A me verò, qui nullis indigeo argumentis, & omnia certissime noui, separatus & diuisus est: Tale enim est, ac si diceret; etsi ego eum per occulti iudicij sententiam damnatum habeo; vos tamen adhuc illum per tolerantiam sustinete. [e]

Item Gregorius Ioanni defensori eunti in Hispaniā, lib. 11. epist. 50.

¶ Nullum seruetur iudicium, nisi rationabiliter habitum. Cap. VII.

Ans. l. 3. c. 93.

IN pri-

e ¶ Sustinete.] Etiā in publica cōione, vt ext. de off. ordi. si sacerdos. & 6. q. 2. si tantam episcopus.

IN primis.] CASVS. Presbyter quidam, & duo episcopi. s. Ianuarius & Stephanus dicebantur iniuste cōdemnati: quare Dominus Papa committit negotiū istud Ioanni defensori eunti in Hispaniam. Diuiditur ergo c. istud in quatuor partes in 1. parte mādat inquiri de persona presbyteri hoc modo, vt si inuenerit eum iniuste damnatum, restituatur. Si autē aliquid obijciatur cōtra eū, cognoscatur de hoc eo pñte, & pro se rōnem reddente, & quęratur diligēter, vtrū in exilio dēat demorari, vel an debeat ad suā ecclesiā reuocari. In 2. parte mandat Papa inquiri de persona Ianuarij epi, vtrū cōmiserit crimen dānatione dignum: & si nō cōmiserit, ecclesiæ suę & honori suo restituat. Eps aūt, qui in loco eius substitutus fuerit, ab omni honore ecclesiastico deponatur, & tradatur eidē Ianuario custodiendus, vel ad sede Apostolicā transmittat. Si uerò mortuus est, & alius loco eius substitutus, remoueat ab ecclesia: ita tamen, quod in alia ecclesia possit eligi, nunquam ad illam reuersurus, de qua remotus est. Ipsi verò q substitutū ordinauerūt, per sex mēses in monasterio detrudantur à communione suspensi, nisi in mortis articulo. Sed si metu ipsius principis, se dixerit fecisse, tempus pœnitentiæ abbreuietur. Insuper compellatur Comitiolus restituere omne damnum eidem episcopo, qd scilicet per illius violentiam est passus, præstito prius iuramento ab eodem Ianuario. In tertia parte mandat Papa inquiri de Stephano, vtrum crimina, quæ ei obijciebantur, essent uera, uel nō vera, & si ordo iudiciarius fuerit in eo seruatus, & quales accusatores, & quales testes fuerunt, & qualiter sententia lata fuerit. Si uerò crimina falsa fuerunt, ecclesię suę restituatur, & illi qui iniuste damnauerunt eum, sex mensibus in monasterio detrudantur excōmunicati. De pœna substituti, & ordinantium eum, & de pœna Comitioli idem dicitur, qd dictum est in persona Ianuarij. In quarta parte, probat,

Epm damnare quis pōt 1. al. pceptis. § Snīa nulla an possit retractari. 2 Nam snīa lata contra iuris ordinē iudiciarium ipso iure nulla & irrita ē, nec indiget retractatione maiore, qa noui est ſm Hug. & adde qd no.

b ¶ Sententiam.] Excommunicationis, quam ferre possunt in epm: sed nō damnare, vt sup. dist. 12. de his, 1 in fi. inf. q. 3. si quis eps. inf. 3. q. 6. quamuis, &c. seq. nisi sit synodus congregata auctoritate Papæ, vt 5. q. 4. c. 1.

c ¶ Retractandam.] Sed qualiter retractatur sententia, quæ nulla est ipso iure? nam nec in sentētia excōicatio nis necessaria est absolutio, si snīa nulla est, vt ex. de off. deleg. c. cum cōtingat. & extra de sent. excom. per tuas. & id quod nullū est, rumpi nō potest. ff. de iniu. & rup. testam. nam & sub cōditione. & vbi nulla est obligatio, ibi nulla est liberatio. ff. de ver. oblig. decem stipulatus. sed hic retractatur de facto: 2 sicut aliquis absoluitur de facto. extra de appel. ad præsentiam, sicut depositus de facto restituitur, ut 16. q. 1. frater noster.

VNus ex vobis.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte ponuntur verba Dñi ad discipulos, scilicet. Vnus ex vobis me traditurus est. in secunda parte ponūtur verba Augustini exponētis verba Dñi quibus probat, quod conuictus, uel confessus cōdena-

nis [a] requirendum est, de persona presbyteri dilectissimi † [b] fratris, & coepiscopi nostri Ianuarij, & si ita se veritas habet, sicut eiusdem episcopi petitio cõtinet, in ecclesia, atque in loco suo, modis omnibus idem presbyter reuocetur. Si autem dictum fuerit; quia contra ipsum causa aliqua mota, siue probata [c] est, subtiliter ipso præsente, [d] & pro se rationem reddente, quærendum est & genus causæ, [e] & modus ꝓbationis, [f] vt ex hoc colligere valeas, vtrum adhuc in exilio debeat demorari, an certe in ecclesia sua, & officio suo debeat reuocari. ¶ De episcopi supradicti persona hoc statuendum est, vt si nulla, contra eum criminalis causa, quæ exilio, vel depositione digna est, mota siue probata est, is qui eo superstite episcopus peruerse, [g] ac contra canones in ecclesia eius ordinari præsumpsit, sacerdotio priuatus, ab omni ecclesiastico ministerio repellatur. [h] Qui etiam eidem dilectissimo Ianuario fratri, & coepiscopo nostro tradendus est, vt ab ipso [i] in custodia habeatur, aut certe ab eo ad nos per omnia transmittatur. Episcopi verò, qui eum ordinauerunt, vel ordinationi eius consentientes interfuerunt; sex mensibus [k] Dominici corporis & sanguinis communione priuati, agere pœnitentiam decernantur in monasterio, & supradictus Ianuarius loco, & ordini suo modis omnibus reformetur. Si verò communione priuatis, mortis contigerit imminere periculum, benedictio eis viatici non negetur. Si autem episcopi in præiudicium condemnationis, vel depositionis memorati Episcopi, se metu [l] iudicis consensisse, ac talia fecisse non sua sponte, [m] fassi fuerunt; & tempus eis abbreuiandum est, & modus pœnitentiæ temperendus. Si verò ille, qui locum eius inuasit, de hac fortasse luce migrauit, & alter est ordinatus, quia leuioris† [n] culpæ videtur (cũ non quasi isti superstiti, sed suc-

† forte legendum.] & dilectissimi.

† al. leuior culpa.

bat, ꝙ circa ea non fuit ordo iudiciarius obseruatus. Nam sacerdos tantum coram suo episcopo erat conueniendus, vt probatur causa 11. Similiter de Ianuario actum est contra leges, cum fuerit de ecclesia sua violenter abstractus. Nam qui hoc faciunt, capite puniũtur, vt probat lege seq. si quis in hoc. Deinde multipliciter probat, quod circa personam Stephani nõ fuit ordo iudiciarius obseruatus: qa fuit à non suo iudice cõdemnatus, & si metropolitanũ non habuit, erat ad sedẽ Apostolicam remittẽdus. Item quia fuit a seruis accusatus, qđ fieri non debuit etiã in crim. læsæ maiestatis, cũ. s. fuerit bonæ opinionis, & qa eo absente uilissimi testes contra eum recepti sunt, nec etiã sñia lata fuit in scriptis: quod fieri non debuit. Et hoc ꝓbatur duab. legibus. & seq. c. Secunda pars incipit ibi. [De epi persona.] Tertia ibi. [Quia igitur Stephanus.] Quarta ibi. [De persona presbyteri.

a ¶ In primis.] Arg. ꝙ prius est cã pauperis tractanda quã diuitis, vt 16. q. 6. đ lapsis. & C. de episc. & cler. si quis ad declinãdã. Sed dic. ꝙ hic vltimo iubet tractari causa episcopi, ut eo melius memoriæ commẽdetur, vt inf. de cons. d. 2. liquido.

b ¶ Sed quare iubet inquiri. s. an ordo iuris fuerit seruatus, cum ipsi depositi essent a non suo iudice, unde statim deberẽt restitui? Dic quòd hoc fuit propter scandalum Comitioli, & est si. 3. q. 6. hęc quippe.

c ¶ Presbyteri dilectissimi.] Transitiue ponitur.

c ¶ Mota siue probata. Siue, pro &: & tũc planum est. non enim eo solo, ꝙ quis est accusatus, reus est, ut 15. q. vlt. c. vlt. Vel dic, mota, ita ꝙ sit infamatus, & in purgatione deficiat. hoc enim solum sufficiat ad depositionẽ, vt ext. de sim. de hoc. &c. insinuatum. hoc uerum est, qñ crimen, in quo deficit, inducit depositionem.

d ¶ Præsente.] Et intelligẽte. alias nõ diceret pñs. ff. de ver. sig. corã Io. Quid iuris sit de hoc habes. 2. q. 9. in su.

e ¶ Et genus causæ.] Scilicet an sit ciuilis, an criminalis, quia alij testes admittuntur tam in una quam in alia, ut 14. q. 2. super prudẽtia. Vel dic, genus causæ. i. an tale sit crimen quod inducat depositionem, uel non quia non omne crimen inducit depositionẽ. d. 81. Apostolus. & 5. q. 4. in loco. 15. q. 8. in sum.

f ¶ Modus probationis. Non intelligas, vt inquiratur, an ciuiliter an criminaliter agatur. nam propter crimen ciuiliter probatum remouetur quis a beneficio, ut ext. de off. cust. c. 1. extra de fideiuss. peruenit de iureiurand. querelam. Sed dic modus probationis, idest, an excipiẽdo, uel denunciando, uel alio modo probatũ sit crimẽ: quia si excipiendo, uel denunciando, nõ est remouẽdus, vt ex. de acc. sup his. Si aũt directo agatur de crimine, licet ciuiliter, bene remouetur ab administratione: sed non a dignitate. vt extra de simo. per tuas. in fi.

g ¶ Peruerse.] Quod iuris de hoc sit, habes 3. quæst. 7. in summa.

ADDITIO. De hoc etiam no. extra de do. & contu. ueritatis. Et no. ꝙ pręsentia & absentia dicitur multis modis, prout not. ff. de procu. præsens.

h ¶ Repellatur.] Nisi fecisset ignoranter, ut inf. 7. q. 1. præsentium. &c. eum qui.

i ¶ Ab ipso.] Non vt ab ipso iudicetur, ut inf. .q. 5. quia suspecti.

k ¶ Sex mensibus.] Post hoc tempus forte ipso iure restituuntur. arg. ff. de postu. l. Imperator. sup. d. 50. si ille. contra, sed ibi erant detrusi in monasterium, ut ibi perpetuo essent.

l ¶ Metu.] Metus hic attenuat peccatum, ut ext. quod met. cau. sacris. quandoque penitus excusat, ut 50. d. presbyteros, quandoque in nullo excusat, ut inf. de consec. d. 4. cons. & 11. q. 3. quisquis.

m ¶ Sua sponte.] Arg. ꝙ mitius agiť cũ spõte confesso, ꝙ cum conuicto, ut 50. d. c. 3. arg. ext. de elect. innotuit.

n ¶ Quia leuioris.] Cum enim sit singularis successor, mala fides defuncti non nocet successori. Secus si esset vni-

Causa pauperis est tractanda prius quã diuitis.

2 Vel dic, ꝙ aliquis dẽt esse ordo postulantium, ne si honori postulantiũ locus detur mediocres desideria sua non profe-rãt. ff. de off. proc. nec q. l. quam. §. obseruare sm. Laur.

Criminis ꝓbatio an sẽꝑ remoueat promotum.

Metus qñq; attenuat peccatũ. Fides mala defuncti, an noceat successori.

vniuersalis successor. C. de acquir. poss. l. vitia. & ff. de di. & temp. præscr. l. an vitium. & l. cum hæres, purgatur ergo hoc vitium per successorem. sic extra de fil. presbyter. ex transmissa, vnde dicit lex, ꝙ non videor vi possidere, si recipiam possessionem ab eo, qui possidet, licet ille. suum, vt C. de fi. instr. l. vlt. eodem modo probat sibi aliquas mobiles esse ablatas. C. vnde vi. si qñ. extra, quod me. cau. c. vlt. Hoc tñ teneas pro certo, ꝙ nullus in principali causa condemnatur in expensis postquam iurauit de calumnia, cum postea præsumatur bona fide litigare 2. vt ff. de leg. 2. qui solidũ, & in hac opi. fuit Ioã. Cremonẽs. & alij doctores legũ, unde dixit Bulgarus, exceptionem facit contumacia absentis actoris, & iusta ignorantia. Ioan. Et ita seruatur de facto in hac ciuitate Bononiensi. Sed in cã appellationis indistinctè quilibet cõdemnatur. ut 2. q. 6. omnimodo. Bart.

cessisse defuncto videatur) episcopatus illi officiũ in illa ecclesia tãtummodo interdicatur, vt in alia ecclesia, quæ sacerdote vacauerit, si electus fuerit, possit esse eps; ad Malachitanam tamẽ ecclesiam nunquã aliquo modo reuersurus [a]. ¶ Gloriosus aũt Comitiolus; quidquid prędictus eps per violentiã, atq; insecutionem ipsius expẽdisse [b], vel damnũ pertulisse dato sacramẽto [c] firmauerit, eidẽ episcopo restituere compellatur †. Si aũt aliter, quàm antefati episcopi petitio continet, actum esse forsitã perhibetur, subtiliter quærendũ est, & veritate cognita, cũ Dei timore, quod iustitiæ ordo suaserit, iudicãdũ. ¶ Quia ergo Stephanus episcopus odio † sui quædam ficta, & de falsis se capitulis accusatum neque aliquid ordinabiliter factum, sed iniustè se asserit condemnatum, diligenter quærendum est primo, si iudicium ordinabiliter est habitum, idest †, si alij accusatores [d], atque alij testes fuerunt. Deinde causarum qualitas est examinanda; si digna exilio, vel depositione fuit; si eo † pręsẽte [e], qui accusatus est iureiurando contra eum testimonium dictum est, si scriptis actum est, vel si ipse licentiam respondendi, & defendendi se habuit. Sed & de personis accusantium, ac testificantium subtiliter quærendum [f] est, cuius conditionis, cuiusve opinionis, aut ne inopes sint, aut ne fortè aliquas contra prædictum episcopum inimicitias [g] habuissent: & vtrum testimonium ex auditu [h] dixe-

† al. condemnatur.

Iuo p. 6. c. 343.
Pann. l. 4. c. 82.
† al. in odio suo.

† al. aut si alij accusatores, alij testes fuerunt.
† al. aut si.

ille uitiosè possideat, ut ff. uti po. l. si duo. & si extra de rest. spol. cum ad sedem, in fi. Ioan. Hodie tamen spoliatus potest conuenire quemlibet possessorem condictione ex canone, ut extra de rest. spo. sæpè contingit Ba.

ADDITIO. Ad huius glo. declarationem uide quod le. & not. extra de iud. quia. V.

a ¶ Reuersurus.] Arg. ꝙ dignitas non conualescit in inuasore, si eiectus moritur, arg. infra 21. q. 1. relatio.

b ¶ Expendisse.] De expensis consueuit notari extra de pœ. calumniam. immo melius de do. & contu. cum dilecti. sed hic aliqua adijciam. Dico ergo, ꝙ omnes expensæ soluuntur, quæ factę sunt in eũdo, & redeundo extra de elec. ut p̃teritæ, ẽt circa aduocatum, ut C. de iud. l. sancimus, & hoc obtinet cum uictus succumbit uictori: secus est si quis condẽatur pro contumacia 1. tunc. n. tm̃ soluit expensas factas à tempore contumaciæ, ut extra de do. & contu. cum dilecti, illas tñ expensas dico deducendas, quas domi consueuit facere, ut ff. ad exhi. sed & si. §. 1. & ff. de pe. hæ. l. sed & si. §. qđ aũt. ff. de rei uendi. si res. nec illas petit, quæ casu fortuito factæ sunt, ut ff. mand. l. inter causas. §. non omnia. Item istæ expensæ erunt mediocres, & non delicatæ, ut ff. de pig. ac l. si seruos in fi. & ff. de dam. infec. inter quos 1. §. 2. & l. seq. solas enim illas præstabit, quæ pp ipsam causam factæ sunt, ut extra de seq. & po. & fructu ad hoc in fi. & solas necessarias non utiles præstabit, ut extra de eo qui mit. in poss. cum uenissent, in fi. Illud aũt non obstat ei, ꝙ minores facere potuisset, ut ff. man. l. si quis. §. impendia. Item iudex prius taxabit expensas, quam pro eis iuretur, ut 3. q. 3. §. spatium, uer. quod fieri & est istud speciale, quod probatur aliquid proprio iuramento, & hoc ideo est: quia res talis aliter nequit probari, sic per sacramentum suum probat se aliquis perdidisse instrumẽtũ extra de accusa. c. cum P.

c ¶ Dato sacramento.] Si aliter nequit probare. C. unde ui, l. si quando. Io.

d ¶ Accusatores.] Id est, accusator non. n. plures accusatores admittuntur 3. quia posset esse, ꝙ unus probaret, & alter deficeret in probatione: sed si plures sũt, iudex eliget magis dignũ, ut ff. de acc. l. si plures tamen in tantum pręiudicabit eis, quod qui semel apparuerit inter accusatores, non potest postea in illa causa testificari, ut extra de accusa. c. cum P.

e ¶ Si eo præsente.] Testes iurare debent præsente utraque parte, uel altera p contumaciã absente. extra de testi. in nomine Domini, sed testimoniũ nõ debent dicere coram partibus, exẽplo Danielis, qui solus secrete quærebat a testibus 2. q. 7. §. his ita uer. item Daniel. Ego credo, ꝙ quæcunque pars uelit interesse interrogationib. 4 ꝙ potest, quia partes melius nouerunt quærere omnes circunstantias, & hoc probatur. ff. de adul. l. si postulauerit. §. quæstioni, sed hoc sciant partes, quod quæcũq; pars semel interfuit, a modo non potest alios testes producere super illo articulo, ut extra de testi. fraternitatis. in auth. co. §. quia uero coll. 7. Ioan. Sed certe sicut testimonium dicitur in secreto, ita & interrogationes fiũt in secreto, & dantur in scriptis: & ita seruatur de facto. Barth. Brix.

f ¶ Quærendum.] Sed non uidetur hoc mõ esse quærendum: cum exceptio, quæ testi. est obijcienda, ante publicationem debeat opponi, ut extra de testib præsentium, & quia non refert cuius opinionis testis sit, dummodo eo tempore quo tulit testimonium, nihil fuit obiectum testi, ut C. de testi. l. 1. Respond. reus bene obijcit, ꝙ testes tales non essent admittendi, sed iudex spretis istis exceptionibus admisit eos 5. unde in hoc casu post sententiam debet inquiri de opinione testiũ. 6. ut extra de testib. ex parte Adæ. uel reo absente fuerunt ibi testes inducti: & cum iudex de suo officio deberet inquirere de opinione testium non quæsiuit.

g ¶ Inimicitias.] Capitales, ut extra de simo. per tuas & in auth. de testi. §. si quis uero odiosus, instit. de excus. tuto. §. inimicitiæ, infra 3. q. 5. c. 2.

h ¶ Ex auditu.] Inf. q. 9. testes, tamen de auditu, & de credulitate quæritur a teste, extra de testi. cum causam.

Expẽsarum materia.

1 Cõe est in quolibet cõtumace, ut i expensis cõdemnetur: si ue uincat in cã prĩcipali, siue succumbat. C. de iu. propterãdũ. §. sin aũt ex gestis, & sic no. Inn. ext. lib. 6. de ap. cordi. in fi. Archid. iusiu de calumnia pscr uata cõdemnatione expensarum.

2 Contrariũ tñ tenẽt Pe. đ Bel. & Cy. & Bar. in au. gñaliter. C. đ epis. & cl. & Bartol. & Imol. in l. q solidũ. §. ẽt. ff. de le. 1. & Bart. in l. eũ quẽ temere. ff. de iudi. & in l. 1. uer. uenio, & c. ad Tur. & Ioã. A. in c. calũniã de pœ. Idem tenet Gul. de Cu. i l. 3. ff. de iureiu. & B. 4. in dicta. auth. gñaliter, post Oldra.

3 Idem tenet gloss. & ibi Per. de Belperti. & Cy. in l. si accusatoribus. C. đ accus. Bar. in l. 3. §. si plures. ff. de sepul. uiola. licet sit cõtra ext. de col. detegen. c. 1. ubi de hoc. & extra de pur. cano. quoties vbi de hoc. Arc.

4 Istã gl. sequitur Alex. de Imo. in l. is apud. col. 2. C. de edẽ. & adde In. in c. p tuas. de testi. & Spe. in tit. de testib. §. iã de interrogato rijs.

Exceptio in testẽ qñ est obijcienda.

5 Adde Bal. in l. criminis. C. đ ac. & Alex. de Im. in l. ita demũ. col. 2. de procur.

6 Vt ss. ea. q.

7. quærẽdũ.

ctum Augustalem, qui audiat, & causam dirimat vice sacri cognitoris, nulla ei penitus post diffinitiuam [a] sententiam appellatione porrigenda. Similique modo quoties in Asiana dioecesi, vel Pōtica tale aliquid emerserit vsq; ad predictam quantitatem decem librarum auri; appellationes ad viros spectabiles, comites forte, vel proconsules, vel pretores, vel moderatores, quib. specialiter easdē lites peragendas deputauimus, remittātur: quatenus & hi ad similitudinem prefecti Augustalis, vice sacri cognitoris [b] intercedant, & causas sine spe quidem appellationis, Dei tamen, & legum timore proferant decidendas: Orientalem autem tractum causas appellatione suspensas, & vsque ad decem librarum auri quātitatem limitatas, ad virū spectabilem comitem orientis mittere, simili modo audientiam, & finē eis imposi turū sancimus: Illo videlicet obseruando, vt viri spectabiles duces, vel alij spectabiles iudices nō ad alios eadē spectabilitate decoratos iudices, suas transmittāt appellationes in litibus, quātaecumq; sint quantitatis (cum non oporteat ad cōpares iudices appellationes referri, sed a minori iudicio in maius tribunal ascendere:) sed illustrissimam praefecturam illorum appellationes, cuiuscumque sint quantitatis (vt dictum est) dirigantur, quae† vna cum [c] viro excelso pro tempore quaestore eas dirimat, vtroque [d] officio subministrante, [e] idest tam ex sacris scrinijs more solito, quam praefectorio. Ita tamen [f] haec sancimus, ut nec a ducibus, vel alijs spectabilibus iudicibus) quibus forte, & si priuati [g] sint, imperialis maiestas causas iniūxerit) appellatio ad memoratos spectabiles iudices currat, ne causa non gradatim [h] procedere, sed perperam videatur; sed a presidibus [i] quidem prouinciarum, & iudicibus a nobis datis, [k] si nō sint spectabiles iudices, intra memoratam quātitatem refertur. [l] Si autem vel illustres sint dati a nobis iudices, (quibus apices dignitatum super spectabilitatem sunt) vel duces, qui omnimodo spectabilitate sunt decori, vel hi, qui a principe delegati sunt spectabilem habeant dignitatem; eorum appellationes sub quacumque [m] quātitate in hanc regiam vrbem ad competentes [n] antiquo more iudices referuntur: omnibus alijs, quae in appellationibus [o] statuta sunt, vel ab antiqua prosapia, vel ab auctoritate anteriorum constitutionum, vel a nostra humanitate, intactis, illibatisque custodiendis.

† qui.] orig.

Biduum

Biduum. CASVS. Dicitur hic, quod biduu, vel triduum computandum sit à tempore latæ sententiæ ad appellandum: sed vbi sententia lata est sub conditione, quæ tamen sic ferri non debet, similiter à die sententiæ & non existentis conditionis est appellandum intra biduum. re conditionis existentis currit præscriptio. ff. quando actio de pecu. est annalis. l. 1. §. annus. & C. de præscrip. xxx. anno. cum notissimi. §. illud. Sed obijcitur hæc sententia non continet in se absolutionem vel condemnationem, ergo nulla. vt C. de senten. & inter locu præsens.

Item lib. 49. ff. titu. quando appellandum sit, lege prima, §. Biduum.

¶ Quando appellandum sit primo, vel secundo. Cap. XXIX.

Biduum, vel triduum appellationis ex die sententiæ latæ computandum erit. ¶ Quid ergo, si sententia fuerit sub conditione a dicta, vtrum ex die sententiæ latę tempus computamus ad appellandum, an vero ex die, quo conditio sententiæ extitit? Sane, quidem non est [b] sub conditione sententia [c] dicenda. Sed si fuerit dicta, quid fiet? Et est vtile statim [d] tempora ad appellandum commutari debere. ¶ Quod in sententijs receptum † est; vt vel altera die, vel tertia prouocetur; hoc etiam in cęteris obseruandum est, ex quibus sententia quidem non profertur [e], appellari tamen oportere, & posse supra relatum est, *vt a cum quis ad tutelam, vel ad alia ciuilia munera nominatur, & eius excusatio [f] non admittitur.* ¶ Dies autem istos, in quibus appellandum est, ad aliquid vtiles esse oratio diui Marci voluit, si forte eius à quo prouocatur, copia non fuerit, vt ei libelli dentur. Ait enim, is dies seruabitur, quo primo facultas adeundi erit. Quare si forte statim post dictam sententiam copiam sui non feceritis, qui pronunciauit (vt fieri assolet,) dicendum est nihil nocere appellatori. Nam vbi primu copiam eius habuerit, prouocare poterit. Ergo si statim se subduxit, simili modo subueniendum est. Quid igitur, si conditio horæ effecit, vt se reciperet (Si forte dicta sit sententia iam suprema hora; [g] vtiq; non videbitur se subtraxisse. ¶ Adeundi autem facultatem semper accipimus, si in publico sui copiam fecit. Cæterum, si non fecerit; an imputetur [h] alicui, quòd ad domum eius non venerit, quòdq; in hortos non accesserit, & vlterius quòd ad villam suburbanam? Magisq; est, vt non debeat imputari. Quare si in publico eius adeundi facultas non fuit

† al. præceptum.

ergo nec ab ea appellari é necesse, ut inf. e. §. diffinitiua. uer. est aut qñ. Rñdet. licet mo nulla sit, speratur tamen & timetur, quod sit ualitura 2. ra in conditionalibus obligationibus spes est debitum iri, ut ff. de uer. signi. cedere die. insti. de uerb. oblig. §. ex cōditionali. vnde licet appellatio nō fueniat quid extinguat 3. tamen conditione existēte retro fingitur extitisse, ut ff. de sol. sub cōditione, debitor. & effectus inię retrotrahit quandoque, ut ff. de ijs qui no. Ifa. furti. e ¶ Non profertur.] ut in electionib. & præsentationib. ut extra de app. cōstitutis &c. reprehensibilis. & extra de off. d. le. super e. & est hic arg. quòd à tempore electionis usq; ad decē dies pt appellari. f ¶ Excusatio.] nota quod qnquaginta dies dantur ad excusandum se illi, qui nocatur ad munus ciuitatis: similiter ad munus tutelę, sed si excusatio nō fuerit admissa, tūc poterit appellare, ut inst. de ex cu. tut. §. quia autē. ff. quādo appella. sit l. 1. §. si quis tuto. C. de excu. tuto. l. quinquaginta, nec tenet

Sententia absolutionem aut condemnationē continere debet.

2 Concor. tex. in l. 1. §. biduum. ff. quæ sen. sine ap. rescin.

3 Nam per appellationem extinguitur pronunciatum. ff. ad Tur. l. 1. §. vlt.

duum uel triduum, quòd seruandum est non solum in sententia: sed etiam extra sententiam, ut puta cum quis ad tutelam, uel ad alia munera nominatur, hoc etiam intelligas, ut hoc tempus computetur à tempore sententiæ, si potuit copiam iudicis habere, uel illius à quo appellauit, uel ad quem appellauit.

a ¶ Sub conditione.] De futuro: tunc suspenditur sententia ff. si certum peta. respiciendum, conditio autem de præsenti, uel præterito non suspendit sententiam. ff. si certum pet. cum ad præsens, & l. seq. tamen sententia excommunicationis lata sub conditione tenet. 1. 63. distinctio. Salonitanæ extra de senten. exc. à nobis. 2. & ext. de appel. præterea. 2. ff. de uerbo. signific. cedere diem.

b ¶ Non est.] Prohibetur quid fieri, quod tamen factum tenet. fic. 45. dist. de iudæis. ff. de interdictis. §. de releg. relegatorum. §. ad tempus.

c ¶ Sententia.] Diffinitiua, sed interlocutoria sic, ut inf. 17. q. 4. si quis suadente, & extra de ap. præterea 2, quæ est huic legi contraria.

d ¶ Statim.] In alijs præscriptionibus non nisi à tempo-

tunc appellare, cum nominatur tutor, sed tunc cum excusatio eius non admittitur, vt ibidem dicitur, sed cum aliquis eligitur ad dignitatem aliquam, statim tenetur appellare ante, quàm se excuset, vt ff. quando appel. l. 1. §. si quis tutor. nisi elegatur, vt sit defensor ciuitati, ibi non habet locum appellatio, vt in authen. de defen. ciu. §. Item illud. coll. 3.

g ¶ Suprema hora.] Videtur, quod iudices vsq; ad supremam horam tenentur expectare partem aduersam, sicut totus dies, quo pecunia debetur, cedit arbitrio soluentus 4. Instit. de verb. obli. §. 2. & dicit lex: Audient iudices vespere, mane, & meridie, vt in auth. de iud. §. sedebunt. coll. 6. & quia ante Kalendas promisit, idem ac si in Kalendis promisisset, ut ff. de verb. obl. qui ante, argume. contra ff. de orig. iur. l. 2. §. & quia magistratibus, vbi dicitur, quòd incongruum est, quod iudices vespere præsideant. sed distingue, vt dicitur extra de offic. iud. deleg. consuluit.

h ¶ An imputetur.] Propter hoc verbum dicunt quidam, quod non possit appellari, nisi in præsentia iudicis? quia si eo absente potest appellari, ergo non refert, siue

Excommunicatio lata sub conditione tenet.

3 Non tamē nisi in euentum cōditionis, vt i l. hic alleg. cedere de hoc no. su. ead. q. 5. quanto. & in f. ea. in gl. in alijs. Ar.

Iudex vsque ad quam horam expectare debet.

4 Hoc est verum in contractib', sed in iudicijs secus, vt colligitur extra de offic. de leg. c. consuluit. iuxta fi. extra vt lit. non contes. c. 1. & de dolo. prout.

subtrahat se iudex. sine non, & est arg. pro eis extra eo. cum sit Romana. Sed contra extra eod. suggestum ext. de alie iud. mutan. cap. 1. C. quomodo, & quando iudex. ab eo. & C. de iud. l. vlt. 1.

tatus propter suum delictum, tunc si potuit constituere procuratorē non subuenietur ei, vt ff. de mino. Papinianus ait, sed si abest ex iniusta causa nūquā auditur appellans, nec subuenitur ei. quia contumax non auditur appellans, vt 24. q. 3. de illicita, & inf. ead. §. sunt quorum. nisi

Appellādū ne est iudice præsente?

1 Et ff. quando app. sit. l. 1. & ideo dicebat.

Co. ꝙ app. emissa in absentia iudicis bene excusat si non fit fraudulenter, hoc ipse not. in pdic. ca. suggestum Arc.

2 Concor. text. in l. 1. §. libelli. & ibi Bart. ff. de appell.

a ¶ Appellauit.] Id est appellare voluit.

b ¶ Libellos daret] ipse iudex scilicet dimissorios, vel intellige de libellis appellationis, quos appellans vult dare iudici.

c ¶ Quòd eum.] Facto enim sicut uoce quis appellat, ut ext. de appell. dilecti. 2.

ET PALAM. CASVS. Illa causa dicit propria alicuius, cuius damnū, uel emolumentum principaliter ad eum spectat. sed si sententia contra absentem lata sit nō currit ei tempus nisi à tempore scientiæ, nisi per procuratorem fuisset defensus: quia tunc difficile audiretur.

d ¶ Palam est eam.] pōt enim dānū pertinere ad aliquē, & fieri non suo nomine. 12. q. 2. §. qui manumittit. 14. q. 2. super prudentia.

e ¶ Scit.] Simile ext. de appella. super eo. her. si. C. quomodo & qn̄ iudex. ab eo.

Difficile dupliciter sumitur.

f ¶ Difficile.] Id est, non: nam alibi ponitur hæc dictio difficile pro uix. 47. dist. quantumlibet.

g ¶ Audiatur.] No.

melius dicetur facultatem non fuisse adeundi. ¶ Si quis ipsius quidem, à quo appellauit [a] adeundi facultatem non habuerit, *vt* † *ei libellos daret*. [b], eius aūt, ad quem appellauit, habeat copiam; videndum est, vt † ei præscribi possit, quòd eum [c] non adierit. Et hoc iure vtimur, vt si alterutrius audeūdi fuerit copia, præscriptio locum habeat. In propria causa biduum accipitur. Propriā causam ab aliena quemadmodum discernimus? Et palam est eā [d] propriam esse causam, cuius emolumentum, vel damnū ad aliquem suo nomine pertinet, *& infra*. ¶ Si aduersus absentem fuerit pronunciatum, biduum, vel triduum, ex quo quis scit, [e] computandum est, non ex quo pronunciatum est. Quod autem dicitur absentem posse prouocare, ex quo scit, si accipit † : si non in causa per procuratorem defensus est. Nam si ille non prouocauit, difficile [f] est, vt hic audiatur [g]. ¶ Si quem † in insulam deportandum [h] adnotauerit [i] præses prouinciæ, & Imperatori † scripserit, vt deportetur; videamus, quando sit prouocandum, vtrum cum Imperator rescripserit † vt deportetur, an cui ei scribitur. Et puto tunc esse appellādum, cum recipi eum præses iubet sententia † prolata, Imperatori scribendū, vt deportetur. Cæterum verendū est ne sero sit vt tunc prouocetur, cum Imperator insulam ei assignauerit. Comprobata enim sentētia præsidis, tunc solet insulam assignare. ¶ Rursus illud verendum est, si mendacijs apud principē onerauit eum, quem deportandum laborabat, intercludi illi viam prouocandi. Quid ergo est? Recte dicetur humanitate suggerente; vt & hoc, & illo tempore non frustra prouocaretur: quia non aduersus principem, sed aduersus [k] iudicis calliditatem prouocauit. *& infra*.

† *al. eū.*

† *al. accipimus.*
† *al. quidem.*
In principio eiusdē legis primæ.
† *al. scripserit.*

Absēti vtrū subueniat.

3 Sed non ad totā causam. & ita intelligi ff. ex qb. cau. ma. i. s. § vbi dicit in integrū. aliàs esset contra. ff. eo. sed, & fi. §. vlt. Ar.

cum aliquis est absens post lit. contest. aut abest ex iusta causa, aut ex iniusta. Ex iusta tripliciter potest abesse, quia aut abest ex causa necessaria, & probabili, aut ex causa necessaria tantum, aut ex probabili tantum. Si abest ex causa necessaria, & probabili, ut ex causa reipubli. tunc si est legitime defensus restituitur, ad appellandum 3. ut ff. de in integr. resti. l. ult. si uero nullo modo est defensus uel fuit minus legitime, ad totam causam restituitur, ut C. ex quibus cau. maio. l. 1. & C. de proc. quia. Si abest ex causa probabili tantum ut causa peregrinationis uel studiorum, tunc si est legitime defensus, ad nihilum restituitur: & ita loquitur hæc lex. ff. ex quibus cau. maio. l. nec non. Si autem non est legitime defensus, tunc si constituit procuratorem, uel potuit constituere, ad nihilum restituitur, nisi ille procurator quem reliquerat, mortuus sit, uel forte soluēndo non sit, ut ff. ex quibus cau. maio. sed & si. §. 1. decre. tamen dicit indistincte retractandum, quod factum est, si probatur iusta causa absentiæ, ut extra de sent. & re iudi. cum Bertoldus, nec distinguitur an potuerit constituere procuratorem, an non, uel an absuerit, ex probabili causa, an non, & est arg. ad hoc. C. quomodo & quando iudex. l. ab eo, ibi .n. uidetur quod non sit opus restitutione, sed quod de iure communi possit appellare, si abest ex causa necessaria tantum, ut cum quis sit depor-

nisi ueniat iudice adhuc sedente pro tribunali, ut ff. de in integ. resti. l. diuus, sed si est absens ante lit. contesta. tunc vel excommunicatur, vel fit missio in poss. vt distinguitur extra ut lit. non contest. tur, & cap. quoniam frequenter.

SI QVEM IN INSVLAM. CASVS. Si præses iussit aliquem deportandum rescripsit Imperatori, & Imperator rescripsit vt deportetur, quæritur quando appellandum sit: & certe dicitur, quod vtroque tempore appellandum est, scilicet cum præses præcipit eum recipi inter condemnatos, & rescribit Imperatori, nec appellat aduersus principem, sed aduersus calliditatem iudicis: quia forte eum mendacijs apud principem onerauit, sed si cum Imperatori scriberetur, ostensum fuit exemplum literarum litiganti: si tunc non appellauit, consensisse videtur nec postea auditur appellans.

h ¶ Deportandum.] Præses enim deportare non potest, vt ff. de lega. 3. l. 1. §. deportatur. Sed relegare potest. ff. de iniu. rup. test. l. si quis. §. eius qui. & §. sequ. & ff. de interdict. & releg. l. relegatorum.

i ¶ Adnotauerit.] Id est, iudicauerit Arg. ꝙ metropolitanus potest cognoscere de causa criminali episcopi, & talem ferre sententiam, iudico te esse deponendum, sicut hic præses iudicat deportandum.

K ¶ Aduersus.] Ergo qui appellat à grauamine, iuste appellat, licet remota sit appellatio in rescripto: quia non aduer-

Metropolitanus de crimināli episcopi cognoscere pt.

Appellans à grauamine iuste appellat.

aduersus literas principis, sed aduersus malitiam iudicis appellat. sic extra de offi.iud.deleg.cap. sane in fi.ff. de cust.reo.l.diuus.C.de rela.l.2.

ILLVD QVOQVE. Hæc est vltima lex istius tit.

a ¶ Imperatori.] Consulendo ipsum, vel referendo. H. & tunc

l.vlt.eo.tit.

¶Illud quoque videamus, si cum Imperatori [a] scriberetur, exemplum literarum litigatori editum sit, neque is appellauerit, & postea contra eũ rescriptum sit, an appellare à literis pridem sibi editis possit? ε quia, qui tunc [b] appellauit vera esse, quæ scripta sunt, cõsensisse videtur: nec est audiendus, si dicat euentum sacri rescripti se sustinuisse.

α ¶Vt cum quis.] *Hinc vsque ad ver.* non admittitur, *nõ sunt in Pandectis: sed quia superius in eadem lege sententia ipsorum exprimitur, non sunt expuncta, sed descripta alijs characteribus.*

β ¶Vt ei libellos daret.] *Verba hac non sunt in Pandectis sed ob glossa sunt inducta.*

γ ¶Imperatori scripserit.] *Sic est emendatum ex pandectis. Antea legebatur,* Imperator rescripserit.

δ ¶Sententia prolata.] *Hic vsque ad vers.* Cæterum *sunt addita ex Pandectis.*

ε ¶Possit.] *In vulgatis codicibus sequebatur*, certe non potest: *qua neque in vetustis, neque in pandectis habetur.*

Item Vlpianus lib. 49. in tit. de recipiendis appellationibus, vel non l. 1.

Cap. XXX.

§ NOn solent audiri appellantes, nisi hi quorum interest [c], vel quibus mandatum est, vel qui negociũ alienum gerũt, quod mox [d] ratum [e] habetur. Sed etsi mater α cum filij rem sententia versam animaduerteret, prouocauerit [f], pietati dans, dicendum est & hanc audiri debere, & si litem [g] præparandã curare maluerit, intercedere non videtur, licet ab initio [h] defendere non potest. ¶ *Scæuola libro quarto regularũ.* Ante sententiam appellari potest, si quæstionem [i] in ciuili negocio habendã iudex interlocutus sit vel in criminali, si cõtra leges [k] hoc faciat. ¶ *Macer lib. primo de appellationibus l. quarta.*

lege 2. ibidem.

& tunc litigatoribus edi debet consultatio, vt C. de rela.l.2. extra de app. intimasti.

b ¶ Qui tunc.] Hic manifestè vr, ꝙ si quis non appellat a suspecto iudice cum recipit literas iudicis, vel si quis non protestatur causa suspicionis vel appellationis, ꝙ postea nõ possit appellare vel recusare, vt argum. ext. de sent. & re iud. quod ad consultationem. & extra de offi. deleg. gratum. sed cõtra periris indicijs à iudice potest ipsum recusare etiam allegata causa absentiæ coram eo, vt extra vt lit. non contest. accedens immo & post præstitam cautionem standi iuri potest appellare, vt extra de eo qui mit. in poss. cum venisset. & 3.q.3.§. offeratur & non uidetur consensisse in iudicem, qui postulat sibi edi genus actionis. ff. de iudic. non uf. & post receptas literas iudicis, quas remittit Papæ, possem iudicem recusare, ut extra de off. deleg. cum olim 2. item argum. extra de rest. spol. ex conquestione. Dic ꝙ semper potest à grauamine appellari, ut ext. de appell. ut debitus.

Appellare aut iudicem recusare no semp. licet.

NOn solent.] Hæc est quinta pars quæstionis, in qua ponit sex casus diuersos. Io. de Fant.

CASVS. Dĩ hic, ꝙ põt appellare is ad quem negocium pertinet, vel verus eius procurator, vel negociorũ gest. Similiter mater pro filio potest appellare, nec tunc intercedere videtur, licet ab initio eũ defendere non possit.

c ¶ Interest.] Sic extra de off. deleg. super eo. ff. de inoff. testa. si suspecta. immo etiam si non interest, dũ modo quelecunq; timetur preiudicium fieri, vt ff. eo. à snia. in pri. & ext. de sent. & re iudicatum super.

d ¶ Mox.] idest, intra decem dies. quia ratum debeo habere quod meo nomine factũ est cum adhuc agere possim. ff. rem rat. habe. l. pen. Vel dic mox, idest, modico tpis spatio, qđ magis intellectu ꝗ locutione exprimi põt, vt ff. de sol. ratum. ff. rem rat. habe. quo enim.

e ¶ Ratum.] Sed nõne si aliquis appellat ꝓ altero, ille cogit habere ratã appellationẽ cũ negocium eius vtiliter sit gestum vt ff. de neg. gest. Pomponius? Argu. contra quod tantũ in criminibus appellatur inuito condemnato, vt ff. de app. non tantum.

Appellationem pro me factam an tenear ratificare.

f ¶ Prouocauerit.] Pro filio condẽnato vel pro consanguineo etiam possunt appellare aliqui, vt ext. de reg. iur. cũ in contemplatione in parte decisa melius de reg. cum simus in parte decisa.

Appellat cõiunctus pro coniuncto.

g ¶ Litem.] Appellationis: quia si ab initio defenderet, oporteret eam satisdare: quia in aliena re nemo idoneus est defensor sine satisdatione. ff. de procur. qui proprio. sed hoc est utile officiũ. C. de proc. alienã.

h ¶ Ab initio.] Pro filio non potest mater agere, uel ipsum defendere, quia hoc est uirile officium. C. de proc. alienam. potest tamen postulare pro parentibus ualetudine detentis ff. de procur. fœminas. sed aliena negocia potest mulier gerere extra iudicium. ff. de neg. gest. l. 3. §. 1. Si tamen uis recipere mulierem intercedentem pro aliquo, facias eam renunciare auxilio Velleiani, ut C. quando mulier in offi. fungi. l. ult.

Mater pro filio agere non potest.

Cautela ad obligandas mulieres.

ANTE SENTENTIAM. Hic ponit tres casus, in duobus appellatio conceditur. quis satis sunt faciles, & in tertio prohibetur.

i ¶ Si quæstionem.] In criminibus tantum fit quæstio, ut 5.q.5. illi. ff. de quæst. l. 1. in princ. sed in pecuniarijs causis non facile, nisi cum aliter ueritas non potest liquere. ff. de quæst. Diuus pius. liberi etiam torquentur si facto interfuerint. ff. eo. unius. §. testes. aliàs nõ. C. de q. decuriones.

Qñ in quib. causis fit.

k ¶ Si contra leges.] idest, si vult torquere aliquem nulla

nulla præsumptione præcedente: quod non licet, vt extra de reg. iur. cum in contemplatione.

a ¶ Eius qui.] Hoc intelligunt omnes cum nuncium misit. Sed aliud est si per se in propria persona & ante citationem iter arripuit, vt extra de appel. meminimus. & c. suggestū. Sed contra hāc distinctionē est arg. ext. de offic. dele. cum causa. vbi differtur cā propter missionem nūcij. & est hodie expressum in dec. de appell. ad hoc. sic nō obstat eo. tit. vt debit[us] honor. illud. n. intelligit qn̄ hoc tantum dicit & non probat & ibi dicitur qd̄ primo conuenit qui primo literas dedit iudici. hodie statur decret. vt debitus.

appellationē esse iustā, vt extra de app. cum in ecclesia. Cū ergo appellationi qnq; non deferat, patet q; differt à nunciatione noui operis, quia post illam, siue ipsa sit iusta siue iniusta, nihil est innouandū. vt extra de noui operis nunc. c. cum ex iniuncto. iudex ergo a quo appellatur.

Appellatio & nūciatio noui operis differunt.

Eius, qui [a] ideo causam agere frustratur, quòd dicit se libellum principi dedisse, & sacrum rescriptum expectare, audiri desiderium prohibetur: & si ob eam causam prouocauerit; appellatio eius recipi sacris constitutionibus vetatur.

a ¶Mater.] *Ante breuius legebatur*, sed & si mater ex pietate prouocauerit, dicendū, &c. *Multa uero alia in hoc, & sequenti capitulo ex ipsis pandectis sunt emendata.*

Item Martinus lib. 2. de appellationibus, tit. de libellis dimissorijs, l. vnica.

lib. 49. digest. tit. 7.

¶De dimissorijs libellis. Cap. XXXI.

Post appellatione.] CASVS. Dicitur, q; iudex à quo appellat dēt dare literas dimissorias appellāti ad eū ad quē appellauit, cōtinentes qualiter appellauit. & si appellās instanter petat, licet iudex ei non dederit, non nocebit ei.

b ¶ Post appellationē.] Similiter si appellationē non recipit, dabit literas appellāti, vt eas det superiori, in quibus significabit, ei quare appellationem non recipit, vt ff. de appel. reci. vel nō, sciēdum.

Post appellationem [b] interpositam literæ dandæ sunt ab eo, à quo appellatū est ad eum, qui de appellatione cogniturus est, siue principem, siue quem alium: quas literas dimissorias, siue apostolos appellant. Sensus autē literarum talis est; appellasse, puta, Lucium Titium a sententia illius, quæ inter illos dicta est. Sufficit autem petijsse intra tempus [c] dimissorias instanter [d], & sæpius: vt & si non accipiat, id ipsum contestetur. Nam instantiam repetentis † dimissorias, cōstitutiones desiderant. Aequū est igitur, si per eū steterit [e], qui debeat dare literas, quominus det; ne hoc accipienti † noceat. ¶ *Vlpianus libro quarto de appellationibus, titulo nihil innouari appellatione interposita lege vnica.* Appellatione [f] interposita [g], siue ea recepta fuerit, siue non medio [h] tempore nihil [i] nouari oportet. *& infra.* ¶Si quis [k] ex pluribus facinoribus condemnatus, propter quædā [l] appellauit, propter quędam non, vtrum differenda pęna eius sit, an nō, quę-

† al. potentia.

Cod. li. 49. tit. 7.

† Adde q; accipiēti exponitur. hic. i. accipere uolenti simi. in l. si. ff. de min. & in l. si creditores ff. de pact.

Apostolos non petens intra ips 30. dierū, vr renunciare appellationi.

c ¶ Tēpus.] xxx. dierum, vt inf. ca. §. vlt. in fi. & si intra id tempus non petierit, vr renunciare appellationi, vt s̄. ea. ab eo. §. ista. & C. eo. quoniā. nec iudex ad quem appellauit, eum audiet: iudex tamen etiā nō petenti tenetur offerre apostolos, vt C. eo. eos. in fi.

d ¶ Instanter.] Supra 100. dist. prisca.

e ¶ Per eum steterit.] Ergo si per ipsum stet, hoc ei nocebit, vt iudex superior ipsum nō audiat sine apostolis, hoc autem hodie in paucis locis seruatur tamen Innoc. iiij. hoc idem statuit.

Sequestratio fit in aliquib. casib.

f ¶ Appellatione.] Planus est iste casus, nec eget expōne.

g ¶ Interposita.] Ita quod teneat.

h ¶ Medio.] Dum tamen sit recipienda.

i ¶ Nihil.] Nisi cum appellatur ab executione, tunc siue sit mobilis res, siue immobilis, fructus sequestrantur 1. C. quorum app. non re. ab executore. Item in alio casu cum dilapidat fructus. ff. eod. Imperatores. extra de sequestra. pos. ca. vlt. & cum appellans est in notorio crimine, extra eo. cum sit Romana. vel est inuasor ecclesiæ. inf. ea. §. sunt etiā. Item si hæres conuictus delegato, vel fideicommisso pstando appellat; tunc non deferetur appellationi, cauebit tn̄ de eo restituendo. ff. ut legatorum, uel fideicō. nomine caueatur. l. postquam. §. 1. ita ēt est in supplicatione. C. de precib. Imper. offer. authen. quę supplicatio. Item pōt nouas probationes inducere post publicationem testium, quas prius nō poterat habere. C. de tempo. app. per hanc extra de fide instrumen. cum Ioannes. Item de reo fit actor, & tenetur probare visus

1 Sub. & res de qua agit si sit mobilis amouet a possessore sm̄ Inn. qui ita not. ext. de app. nomit.

latur, si non recipit, superiori mandabit opinionem suā & causam, quare non recipit appellationem, vt ff. de appel. re. sciendum. Ioan.

SI QVIS EX PLVRIBVS. CASVS. Si quis de pluribus criminibus fuerit condemnatus, si propter grauiora appellauerit, non est mandanda sententia tunc executioni: si propter leuiora est mandanda executioni.

k ¶ Si quis.] Hanc legem intelligunt quidam, qn̄ crimina sunt connexa, vt ff. de mi. etiā si. sed hoc falsum est, quia non potest quis simul accusari de criminibus pluribus descendentibus ex eodem facto. C. de accu. qui de crimine. Verū est ab vno, secus si a diuersis. itē si ex diuersis factis, posset ēt ab vno s̄. q. 8. §. libellorum. sed intellige qn̄ minor pœna præiudicat maiori. Vel dic q; si maior pęna includit in se minorē, vt depositi priuationē officij, defertur etiam pœna in minori. nam; satis est si punitur in maiori pęna arg. ad hoc 23. q. 5. relegēt es.

Accusari qs nō pōt similiter de pluri b. criminibus.

l ¶ Quædam.] Sententia ergo pro parte tenet, pro parte non, vt ff. de mino. etiam si. §. ex causa. C. de transact. si ex falsis. extra de præb. dilectus. extra de testa. Raynutius. & c. Raynaldus. sed sñia arbitri non pōt pro parte tenere, & pro parte non. ff. de arb. diem quidam habent qualem pro lege. §. sed. & si licet. contrarium inueniatur extra de arbi. cum tempore. Hoc tamen scias, q; rerum pluralitas non facit plures sententias. licet secus sit qnq; in stipulationibus. ff. de verborum oblig. quod dicitur. & l. scire. & ff. familiæ ercisc. in hoc iudicio. ff. ad calū.

ad exhi. Celsus. §. item Celsus, Ioan. Probabiliter potest dici, quod tot sunt sententiæ, quot sunt articuli expressi. arg. ff. de verb. oblig. scire. C.

a ¶ Grauiora.] Quid si sunt æqualia? idem credo. Et sic patet hic, quod magis dignum trahit ad se minus dignum.

e ¶ Si aũt vnus.] Si plures condẽnati sunt, & volunt appellare, libellus appellationis omnium nomina cõtinebit: sed si unus est ex pluribus condemnatus, si vnũ in libello nõ expressit, illi nõ nocebit, ut. ff. e. scio ꝗsitum.

d ¶ Syndici.] Possunt ergo esse duo syndici, vel procuratores, ut hic, & extra de test. insup. & extra de do. & cõt. cum dilecti. & extra de sent. & re. iud. cã I. & A. melior tamẽ erit cõditio occupãtis, vt ff. de pcu. plurib. I. arg. tamen cõtra. ff. de admin. tut. decreto. in fi. & ff. d procura. si quis cum Tu dicas, quod bene possunt esse plures procuratores, sed tantũ vnus aget cãm, quia si ambo agerent, forte quod vnus concederet, alter negaret, imò. & si plures sũt qui agũt, omnes debent cõstituere vnũ procuratorem, ne cã spargatur in plures aduersarios. vt ff. familię erc. si familię. ff. de ædil. edic. quod si nolit. §. si plures. Melius potes distinguere, quia si plures sunt rei, qui conueniũtur, omnes tenẽtur dare vnum procuratorem, ne causa spargatur in plures aduersarios sẽ si plures sunt illi, qui conueniunt aliquẽ, non habet necesse dare vnum procuratorẽ. sic distinguit lex ff. iud. sol. iam tamen, §. vlt. Io. H. tamẽ dixit, quod plures pcuratores possũt simul agere, sicut notauit i distinctionib. suis. B.

e ¶ In scriptis.] Si coram iudice appellat sufficit si dicat, appello. ff. eo. l. 2. sed si appellat sine iudice, tunc scribet qs. & a quo, & ꝯ quẽ appellet, & a qua snia, ff. eo. l. 1. in fi. Idem videtur si a grauamine appellat. immo sufficit si dicat, appello. extra e. cordi.

Appellatio plurimum.

Procuratores possũt esse plures.

1 Extra de pcur. nõ iniuste. vbi de hoc, & ibi notat Goff. quod ille dr occupare q prius ad litis contestationem peruenit. ff. de lega. 1. si plurib. Arc.

Appellans absente iudice, quid dẽt facere.

ritur. Et si quidẽ grauiora [a] sunt crimina, ob quę appellatio interposita est, leuius autem, id propter quod non appellauit; recipienda est omnino appellatio, & differenda pœna. Si vero grauiorẽ sentẽtiã meruit ex ea specie, ex qua nõ est appellatũ: omnimodo pęna imponẽda est.

Forma apostolorum hac est. Ego ille sanctæ Bononiẽsis ecclesiæ episcopus te presbyterum Rolandum capellanum sancti Apollinaris ad Apostolicã sedẽ quam appellasti; ab obseruatione mei iudicij his apostolis dimitto. Forma vero appellantis ante sententiam hac est. Ego Adelinus sanctæ Rhegina ecclesiæ minister (licet indignus) sentiens me prægrauari a Domino Gualterio sanctæ Rauennatis ecclesiæ archiepiscopo, Romanam sedem appello, & apostolos peto. ¶ Si vero post datam sententiã appellare voluerit; hic erit ei modus appellandi. Ego A. sanctæ Rhegina ecclesiæ minister (licet indignus) contra sententiam Domini G. S Rau. ecclesiæ archiepiscopi iniuste in me latam pridie Kal. Maij, Anno Domini incarnationis Mcxli. [a] [b] indictione quarta, Romanam sedem appello, & apostolos peto. ¶ Si autem vnus [c], vel duo pro pluribus appellare uoluerint: sic appellabunt. Ego P. & G. syndici [d] canonicorum S. R. E. sentiẽtes nos pregrauari, vel contra sententiam, &c. Romanam sedem appellamus, & apostolos postulamus. Et huiuscemodi appellationes in scriptis [e] fieri debent.

a ¶ Mcxli.] *In vulgatis erat.* Mclxi. *qui numerus, vt recte in glossa dicitur, cõstare non potest. Quod hinc etiã confirmatur; quia quarta indictio, de qua hic est mentio, nõ cõuenit cũ anno illo. In manuscriptis autem cũ varia sit lectio, hac visa est melior, q̃ notarũ tantũ transpositione restitui potuit, & quarta indictio cũ hoc anno cocurit.*

Ad iudicium autem alterius fidei, catholico appellare non licet.

Vnde in concilio Carthaginensi quarto, c. 87.

¶ Excommunicetur catholicus: qui cõmittit causam suã iudicio alterius fidei. Cap. XXXII.

CAtholicus, qui causam suam siue iustam, siue iniustam ad iudicium alterius fidei iudicis [f] prouocat, excommunicetur [g].

6 *Notandum vero est, quòd quidam iudices sunt, a quibus appellari non oportet.*

Et in Afric. c. 89.

Vnde in concilio Mileuitano, c. 24 legitur.

simi. extra de consect. eccle. vel altquod in dubijs.

FORMA. CASVS. Ponit hic magister qualiter formari debeãt libelli appellationum, dicens: Ego N. sanctæ Bononien. &c. Postea dicit, quod huiusmodi libelli fieri debent in scriptis.

b ¶ Mxli.] Dicit Hugo, quod hic est falsa litera, quia non sũt tot anni, quod liber iste compositus fuit: fuit enim olim us docente Iacobo Bononiensi in legibus, & Alexandro in Theologia. qui fuit postea Papa Alex. tertius, & fuit anno domini Mcl. vt ex chronicis patet.

Decretum fuit editum anno Mcl.

CAtholicus.] CASVS. Dicitur, quod si catholicus condẽnatus ad iudicem alterius fidei appellauerit, debet excommunicari.

f ¶ Fidei iudicis.] infidelibus enim sunt interdicta officia publica. C. de Iude. l. ult. 17. q. 4. constituit.

g ¶ Excommunicetur.] Nisi sit sub rege infideli. vt Paulus, qui appellauit ad Cæsarem. 23. q. 1. paratus, 10. d. si in auditorium 11. q. 3. Iulianus.

NOTANDVM. Hæc est sexta pars quæstionis, in qua probat, quod ab arbitris nõ est appellandũ, & licet verum

rũ dicat, tñ superficialiter inducit canones, quia loquũtur in iudicibus ordinarijs electis a patribus ex causa, excepto c. seq. qđ intelligitur in arbitro. fm Io. de Fan. CASVS. Modo dicit Gratianus a quibus appellari non licet. Et hoc ꝓbat per sequens c. cuius casus facilis est, & intelligit de arbitris, ut dr sequẽ §.

d ¶ Ordinarij.] Secundum canones credo, ꝙ & ordinarius, & delegatus possit esse arbiter. Quod possit ordinarius est extra de arb. cum tẽpore, & extra de elect. causam. Quod est delegatus, extra de præsump. literas. extra de arbit. cum olim. extra de præben. nisi. Et licet nõ possit

Ordinarius & delegatus possunt esse arbitri.

¶ A quibus iudicibus prouocari non licet.
Cap. XXXIII.

A Iudicibus [a], quos communis consensus [b] elegerit, non liceat prouocare.

In epist. Nic. 1. Iuo p. 6. c. 395. Pann. l. 4. c. 131.

Quod arbitris intelligendum est. Iudicium enim alij sunt ordinarij, alij arbitrarij. Ordinarij vero sunt, qui ab Apostolico, vt ecclesiastici, vel ab Imperatore, vt potestates sæculares, legitimam potestatem accipiunt. Arbitrarij sunt, qui nullam potestatem [c] *habentes, cum consensu litigantiũ in iudices eliguntur, in quos compromittitur, ut eorum sententiæ stetur. Horum alij sunt ordinarij, & arbitrarij, alij arbitrarij tantum. Ordinarij* [d] *& arbitrarij sunt, qui legitimam potestatem habentes, ab eis eligũtur ad arbitrãdũ, q̃ nõ sunt sua ditioni suppositi. Ab his, etsi ut arbitrarij † sedeãt, & non vt ordinarij, priuilegio tñ ordinariæ dignitatis grauat⁹ aliq̃s appellare ualebit* [e].

† al. arbitri.

& Afric. 89.

Vnde in concilio Carthaginensi 3. c. 10.

¶ A iudicibus, qui eliguntur communi consensu, prouocare licet. Cap. XXXIV.

Iuo p. 6. c. 361. Ans. l. 3. c. 123.

SAne, si ex cõsensu partium iudices electi fuerint, etiã a pauciore numero, quàm constitutum est, liceat, α [f] prouocari.

α ¶ Liceat. *Hũc canonẽ citat Gratianus (qđ ipsemet apte ꝓfitetur) ut ostẽdat ab hmõi iudicib. licere appellari. Verũ in cõcilio Carthaginẽsi tã impresso, q̃ manu scripto cũ varijs exẽplaribus collato, & unico codicis canonũ ẽt impresso, ac manuscripto, & Græco, quod ipso cõcordat, & Africano vbi hoc repetitur, & apud Iuonẽ legitur,* nõ licet. *Et q̃ ipso canone antecedũt, & referuntur inf. ead. c.* hoc etiam. *ostendunt omnino cũ negatione legendũ esse.*

Item ex concilio Mileuitano, c. 22.

& Afric. c. 92.

¶ Qui de episcoporum iudicijs queruntur a vicinis episcopis audiantur, vel ab alijs ex consensu eorum adhibitis. Cap. XXXV.

17. q. presbyteri.

PLacuit, vt presbyteri, diaconi, vel cæteri inferiores

a A Iudicibus.] Si consensisti in iudicẽ aliquem. propter iniquitatẽ personæ nõ potes appellare, ut hic, & ex. de off. deleg. super quæstionum. sed ab iniqua sententia potes appellare, quia licet reprobare dicta, sed nõ personam, ut 4. q. 3. si quis testib. vnde appellatur si vocauerit litigatores ad inhonestũ locũ, ff. đ arb. si cũ dies. §. si arbiter. vel ad periculosum locũ. extra đ app ex parte 1. Dicas ergo, ꝙ nisi remota sit appellatio, bene appellatur a iudicibus de cõmuni consensu electi. nisi sint electi. ut arbitri vt ff. de app. ex consensu, uel ẽt si sunt arbitri tales, qui electi sunt ex necessitate quia a talib. appellatur, vt C. de iud. l. vlt. Itẽ scias, ꝙ duo sunt genera arbitrorũ. quidã sunt arbitratores, qui componũt inter partes. & talisq; arbitriũ si est iniquum, est reducẽdum ad arbitriũ boni viri. ut ff. pro socio. si societatẽ. Sed arbitrium illorũ, q̃ eliguntur sub pœna, licet sit iniquum tñ tenet. ff. eo. diẽ §. stari, sed a superiori pt retractari, vt ext. de arbit. non sine Itẽ si per dolum sententiam tulerunt, licet non retractetur p appellationem, tamen per exceptionem retractatur, ff. eo. tit. non distinguemus, §. cum quidam.

Appellare a iudice cõiter electo an licitum sit.

Arbitrorum duo sunt genera.

b ¶ Communis cõsensus.] Secus in causa criminali, ubi consensus rei sufficit. 11. q. 1. c. 3.

QVOD DE ARBITRIS. CASVS. Nnt. ꝙ iudicium alij sunt ordinarij, vt potestates dati a Principe, vel a lege. Alij arbitrarij, in quos cõpromittitur, nullam tamẽ habent potestatem. sed istorum arbitrorum alij sunt ordinarij, & arbitrarij, ut potestates qui legitimam potestatẽ habentes, ad arbitrãdum eliguntur. Alij arbitrarij, tantũ. Ab his qui sunt ordinarij, & arbitrij appellari licet ratione ordinariæ potestatis, & iurisdictionis. Et ad hoc ĩducit cap. seq.

c ¶ Potestatẽ.] Eius rei de qua est ordinarius iudex, pt amicabiliter componere, vt 23. q. 8. si quis membrorum in Auth. coll. 9. vt dif. iud. §. si uero. 5. q. 2. si primates, sed di non potest in se recipere arbitrium secundum vnam lecturam, ut 3. q. 7. §. tria. circa fi. Io.

possit appellari a sententia arbitris supplicari tamen potest 1. extra de arb. non sine.

e ¶ Valebit.] Hoc falsum est. quia a cõpromissario nũquam appellatur, siue alias sit iudex, siue non C. de arb. l. 1. & nisi 2 exprimatur, ꝙ eligitur ut arbiter, tenebit eius sententia, ut iudicis, C. de iurisd. omnium iud. l. 1. & appellatur, ut ff. qui satisd. cogan. l. arbitrio. Io.

SAne.] CASVS. Tres iudices erant electi a partib. duo illorum tertio absente pronunciant, & forte cõtra dicente, dicitur, quod ab illis duobus appellari potest. Vel pone quod duo pronunciabant de mãdato tertij. & casus est quasi idem.

f ¶ Liceat.] Licet sit remota appellatio: tamen quia tertius deest, qui posset alios reuocare, põt appellari 3 extra de eo qui mit. in possessio cum sicut. in parte decisa. Vel intellige qñ vnus delegauit alijs vices suas. Tũc. n. appellatur. extra de offi. delegati super quæstionum.

PLacuit. CASVS. Quidã clerici conuenti coram episcopis suis, iusta de causa recusabãt eos. Dicitur. ꝙ vicini

1 Idẽ Specu. in tit. đ arb. §. 1. ver. arbitrator. & no. Bal. & Sal. in l. 1. C. de arb. & ff. de leg. 2. l. cum quidam. la. secũda. & ibi per Im. & Bal. in l. si seru⁹ plurium. §. fi. de leg. 1. & Pe. de Anch. in cle. sæpe. de ver. sign. per Pau. de Cast. in l. nam & postea. §. si mino. de iureiur.

2 Sub. imò bene dicit Gra. q̃a nisi &c. fm L.

3 Sub. maximè cum appellatio sit tpe peritura non dẽt expectare cũ iudicẽ. arg. ff. de adminis. tuto. tutor § §. 1. fm L.

vicini episcopi electi a partibus de consensu suorum episcoporum cognoscant de causa, a quibus non appellatur, nisi ad Africana concilia, vel primates. si ad concilia transmarina appellauerint, excommunicentur, sed dicit Gratianus, hoc verum est, nisi ad sedē Apostolicā appel-

clerici in causis, quas habuerint si de iudicijs episcoporū suorū questi fuerint,[a] vicini[b] episcopi eos audiant, & inter eos quidquid est, finiant, adhibiti ab eis ex consensu[c] episcoporum suorū. Quòd si & ab eis prouocādum putauerint, non prouocent, nisi ad Africana concilia[d], vel ad primates prouinciarum suarum. Ad transmarina autem qui putauerit appellandum, à nullo intra Africā in communione suscipiatur.

Nisi fortè α Romanam sedem appellauerint. Is autē qui appellauerit, ad eum, a quo appellauit, remitti non debet.

Vnde in Sardicensi concilio, c. 7.

α ¶Nisi fortè.] *Hæc in antiquis codicibus scribuntur tā quam Gratiani verba. Et ad hāc sententiam demonstrā dam affert sequens caput ex concilio Sardicensi.*

¶De eodem. Cap. XXXVI.

SI quis eps accusatus fuerit, & omnes iudicauerint cōgregati episcopi regionis ipsius, & de gradu suo eum deiecerint; si appellauerit qui deiectus fuerit, & cōfugerit ad beatissimum Romanæ ecclesiæ episcopū, & voluerit se audiri α, si iustum putauerit, vt reuocetur β[e], vel renouetur examen, scribere episcopis dignetur his, qui in finitima,[f] & propinqua[g] prouincia sunt, vt ipsi diligenter omnia requirant, & iuxta fidem veritatis definiant. Quòd si is, qui rogat γ causam suam iterū audiri, deprecatione sua mouerit episcopum Romanum, vt de latere suo presbyteros mittat, erit in potestate eius, & quid velit, & quid æstimet. Et si decreuerit mittendos esse, qui præsentes cum episcopis iudicent, vt etiam habeant auctoritatem[h] personæ illius, à quo destinati sunt; erit in eius arbitrio. Si vero crediderit sufficere episcopos δ, vt negocio terminum imponant, faciat quod sapientissimo consilio suo iudicauerit.

Nicol. in epist. ad Michaelem quæ incipit] Proposueramus; & I epi. ad episcopos apud Conuicinum cōgregatos. Iuo p. 5. c. 27. Conc. Afric. c. 101.

α ¶Se audiri.] *Græce est, καὶ βουληθείη αὐτοῦ διακοῦσαι, idest* si Romanus episcopus voluerit ipsum audire.

β ¶Reuocetur, vel. *Hæc absunt ab concilio tā impresso, quam manuscripto cum varijs exemplaribus collato, & legitur tantū modo,* renouetur *quemadmodum Græce est, ἀνανεώσασθαι, & sic refertur a Nicolao: & Iuone: sed ob glossam non sunt inducta.*

γ ¶Quod si is, qui rogat.] *Græce est, εἰ δέ τις ἀξιοῖ καὶ πάλιν αὐτοῦ τὸ πρᾶγμα ἀκουσθῆναι, idest.* Si quis autē postulet, & rursus negocium suum audiri, *vt sit secunda appellatio, quæ etiam significatur in capite.* Gaudentius. *quod apud Græcos proxime antecedit huic capiti.*

δ ¶Episcopos.] *Sequebatur in codicib. Gratiani, et ī ma-*

c ¶Consensu. Maximè Vel ideo dicit, quia sine licentia eius non potest clericus renunciare foro. extra de foro compet. si diligenti. sed de licentia episcopi potest adire iudicem ecclesiasticum, vt extra de foro compet. significasti. vel ideo dicit ex consensu, quia episcopus delegabit ei causam: tamen ille non cogitur eam recipere: quia par in parem nō habet potestatem vel imperium. & est simile 6 q. 4. si quis episcopus.

d ¶Concilia.] Casus vbi non appellat ad delegantē, hoc ideo fit, quia est suspect' & est simile sup. eo. anteriorum in fine.

Suffraganei qñque supplēt defectū archiepiscopi.

HIS AVTEM. CASVS. Dicit Gratia. quod appellator non debet remitti ad eum à quo appellauit. Et hoc probat seq. cap.

SI q̄s episcopus.] CASVS. Aliquis episcous damnatus fuit ab epis suę prouinciæ: appellatum fuit ab eis ad Romanū pōtificē. Et certè dicitur hic, quod si Papa receperit appellationē suā, & æquam reputauerit, vt causa reuocetur vel renouetur, cōmittat causā episcopis vicinæ prouinciæ, q cognoscant de causa cum aliquo legato Domini Papæ, si ei placuerit aliquem destinare: alioquin soli episcopi procedent in causa.

e ¶Vt reuocetur.] Alia est ergo cā appellationis quā prīcipalis, ut 6. quæst. 4. Otius.

f ¶Infinitima.] Nō ergo remittitur causa ad eū, à quo appellatū est: nisi partes s. hoc petant. vt ex. de ap. accepta. & c. interposita. §. 2. nisi velit ei deferri a quo appellauit, vt reuocet, nō vt cognoscat. vt ex. de sen. excom. per tuas. & extra de matri. contracto cōtra interdictū ecclesiæ. literæ. & quādo frustratoria ē appellatio, ut extra de appel. cum in ecclesia.

Appellationis cā non est ad iudicē a quo remittenda.

1 Idest, pars extra de appel. interposita §. 2. nisi pars appellata peteret, quod appellans instructus & cum suis munimentis ad sedem Apostolicā accederet, vt lib. 6. eo. tit. cordi. secundum Innoc.

appellauerint, vt in sequenti §. dicitur.

a ¶Fuerint.] Recusando eos, & intra triduum alios eligendo. 3. q. 5. §. offeratur.

b ¶Vicini.] Fortè erat metropolitanus. & ideo prouinciales episcopi supplent defectum metropolitani.

g ¶Et propinqua.] Vt nec sit vltra duas dietas, vt extra de rescript. nonnulli sic infra 3. q. 6. neminem. extra de off. deleg. prudentiam. §. sexta. & extra de appel. cap. vltimo.

h ¶Auctoritatē.] Et sic videtur quod episcopi vicinę prouinciæ

uinciæ ordinario iure cognoscant.arg.7.ca.proximo.& sic ordinarius,& delegatus simul poteruñt cognoscere de causa. Quid ergo iuris est,si isti dissentiant in sententia? Dic vt inf.c.6.si plures.ext.de sent.& re iud.c.fi.

ARBITRARI. Iste §.diuiditur in duas partes. In prima dicitur, arbitri tantum sunt qui nō habent potestatē, a quibus nō appellat: & imputet sibi q tales elegit. Secundo dicitur, quod si sententia iudicum a quibus appellatur, fuerit retractata,nō obest eis, nisi conuincantur iniustam tulisse sententiam, inimicitia vel gratia, depravati: & hoc probat persequens cap.

Statutum.] CASVS. Appellatū fuit a sententia iudicis,alter litigatorū corā iudice appellationis volebat ducere in testimoniū iudicē,a quo appellatū ē:similiter assessorem vel aduocatū, quæritur verū possit? Et rndet q nō. In fi.dī, q clericus ad testimoniū cōpelli non pōt.

nuscriptis quemadmodum & apud Iuonem, comprouinciales, *uox non est in concilio,neque apud Nicolaū.Græce,legitur, ὑπὸ ἀφ' ὧν ὁμοίως τοῦ ἐπισκόπου.i.*& ipsius episcopi sententiam *Balsamon tamē videtur legisse, τῶν ἐπισκόπων.& primum interpretatur de episcopis prouincialibus,deinde de alijs.*

Arbitrarij[a] *tantum sunt, qui nullam legitimam potestatem acceperunt,à quibus appellari nō licet,;quia eis imputandum est,quod sibi tales elegerunt. Si vero sententia eorū,à quibus appellatur,soluta fuerit per eū ad quem appellatū est,nihil eis oberit;nisi fortè uel inimicitia,vel pecunia deprauati iniustam probentur tulisse sententiā.*

Vnde in concilio Cartaginensi 3.c.10.legitur.

a ¶Fuerit.] Sequebatur *in vulgatis*:per eum ad quem appellatum est: *quæ sunt expuncta;quia in vetustis codicibus non habentur.*

¶Cum per appellationem sententia soluitur, non debet obesse ei,qui non iniquo animo iudicauit.

Cap. XXXVII.

Iuo p.6.c.263. Pann.li.4.c.135.

HOc etiam placuit, vt à quibuscunq; iudicibus ecclesiasticis ad alios iudices ecclesiasticos, vbi est maior auctoritas,fuerit prouocatum,non eis obsit,quorum fuerit soluta sententia, si conuici[c] non potuerint, vel iniquo†[d] animo iudicasse,vel aliqua cupiditate,aut gratia deprauati.

† inimico.] vera lectio.

Quæritur autem de eo,a quo appellatur,an sit euocandus in testimonium apud eum,ad quem appellatur, super negotio,cuius cognitionem suscepit.

De hoc ita statutū est in cōcilio Carthaginensi 5.c.1.

Et in Afric.c.26.

¶Clericus non deuocetur in testimonium illius causæ, cuius primum cognitionem suscepit.

Cap. XXXVIII.

STatutū † est,vt qui forte in ecclesia quamlibet causam iure Apostolico[e] ecclesijs imposito agere voluerit; & fortasse decisio[f] clericorū[g] vni parti displicuerit[h]; non liceat clericum in iudicium ad testimonium deuocari eū,qui præses[i] † vel cognitor[k] fuit, & nulla ad te-

Iuo p.6.c.230.

† al. statuendum] orig.

† al.cognitor,vel præsens] orig.

a ¶Arbitrarij.]Hæc verba habes.ff.de arbi.l.diē.§.stari.nisi cōtra ius sit quod profertur. inf. ca. 5. est autem quando.

HOc etiam.]Hæc est 7.pars qō. in qua ponit x. diuersus casus in x. c. Io. de Fant.

CASVS. Dubitabat vtrum iudices puniri debeāt,quorū sententia per appellationem fuit retractata: & statuit in cōcilio q pp hoc puniri nō debent, nisi cōuicti fuerint odio,vel gratia,vel pecunia sententiam protulisse.

b ¶Obsit.]Nisi quātum ad hoc quod in alijs causis possint suspecti recusari.extra de app. ad hæc. &c. proposuit.

Præsumitur pro illo, qui aliquid facit ex officio.

c ¶Sic conuinci.]Argumentum,q cōtra aliquē ex officio suo facientē aliquid nō sit malū præsumendum nisi conuincatur 11.q.3. absit. & c. si episcopus forte 9.q.2. Lugdunēsis. extra de renunc.in præsentia de sen.& re.iud.sicut Hodie non præsumitur pro solo iudice, nisi hoc legitimis constiterit documentis,ut extra de proba. quoniam cōtra falsam.

Iudicis male iudicantis punitio.

d ¶Vel iniquo.] Si iudex per suam imprudentiam iudicauerit male,punitur quantum iudici uidetur æquū. ff.de var.& extraor.cog. l. vlt. sed si per imprudentiam vel assessoris,tūc assessor tantū punitur,vt ff.quod quisq; iur.l.2.1 Sed si iudex p dolū, vel p gratiā, vel p odium pro pecunia male iudicauerit,punitur in veram litis æstimationem: & etiam infamis fit.C.de pœna iudi.qui male iud.l.2.& instit. de obli.quæ ex quasi delic. nas. §.1.Si autem iudex non vult iudicare, facit litem suam, vt 32.q.1.dixit Dominus. dic vt ibi dixi.

1 Ad le per Doc. de hac materia in l. argentarius. §.fi.cū gl. ff. de eden. & q̄ no.in cap. 1. de re. iud. lib.6.

QVÆRITVR. CASVS. Mouet hic Grat. q. an iudex à quo appellatur,possit esse testis in causa propter quam est appellatum ab eo:& probat q non, sequenti.cap.

e ¶Apostolico.]idest,canonico.

f ¶Decisio.]idest,sententia.

g ¶Clericorum.] idest.iudicum.

h ¶Displicuerit.] Et ideo appellauerit.

i ¶Præses.] idest, præsidium ferens, 1. aduocatus 2.uel assessor. præses enim dicitur defensor.32.q.4.nemo.

k ¶Cognitor instrumento tamen iudicis creditur super his quæ acta sunt coram eo: & etiam dicto suo creditur ut extra de restitu.spol.olim in fi. & c.cum ad sedem extra de senten. & re iud.cum super. & cap. sicut. & extra de eo, qui mit.in pos.c.2.& de testi.cum a nobis.C.de contrahen.stipu.optimam.C.de fal. si quis decurio. Arg.contra C.de reli.l.1.C.de arbi.ne in arbitris. ff.de custo.re.diuus 5.ea.biduum. in fin. extra de cōdi. appo. per tuas. extra de accus.cum dilecti. in fi.Credit tū iudici cum alijs adminiculis.extra de tes.cū a nobis.

24.q.3.testes. extra l. 6.de test. ca. Romana q̄ est Inn. iiij. Iudicis. instrumēto & dicto credit.

¶ ¶ Vel cognitor.]Prohibetur ergo ne iudex,vel aduocatus.

Iudex aduocatus assessor, & executor nõ possunt esse testes in causa appell.

catus. vel assessor fiat testis in causa illa: iudex em offensus, & suspectus est appellanti, vt extra ead. proposuit, Item quia iudex semper vellet tueri suam sententiam: & ita non esset ex vtraque parte, quod est officiũ testis, vt 14. q. 5. non sane. instruere tamen potest eum, qui cognoscit

causa dicitur appellationis cũ principali. sic su. ea. si episcopus. & 16. dist. habeo. Arg. contra 6. q. 4. Ossius. Sol. eadem est causa. idest negotium: sed non est idem iudiciũ: quia alij sunt iudices Io. & pronunciant appellationẽ iustam, vel iniustam, vt su. ea. §. vlt. sed in priori causa pronunciat de ipso principali: & hoc notaui in quæstionibus meis. B. 1.

Appellationis causa est eadem cum principali.

† al. ecclesiastici cuiuslibet ordinis.

ADDITIO. Ext. de in integ. rest. cum ex literis. Arch.

Caueant.] CASVS Quæsitum fuit ab Eleutherio, an iudices possint sententiare contra absentem non ex contumacia. Et respondet q̃ nõ: & si tulerit, irrita erit sententia ipso iure: uel per sententiam irritabitur: & iudices pœnam sustinebunt: & eius qui semel calumniatus est, accusatio non audietur.

b ¶ Caueant.] Arg. est hic pro opinione illorum, qui dicunt, q̃ sententia nulla [illegible] cum peremptorie non uenit ad notitiã absentis. C. qũo & q̃n iud. l. ea quæ & ff. quæ sen. sine app. resc. in. l. 1. §. cum ex edicto. sed ibi non peruenit: quia nec propositum fuit unde sm plerosque bene tenet sententia. licet peremptorium non uenerit ad notitiam rei sed hic expones irrita. i. irritanda. Vnde satis uidetur sufficere si absens sufficienter sit requisitus, ad hoc ut possit ferri sententia, licet non sit inuentus, ut extra de do. & cont. causam, extra de elec. non resid. ex tuæ arg. ad hoc. 7. q. 1. præsentiũ. C. de iud. properandũ. §. & si quidẽ. ff. de cui. si ideo. & l. si dictũ. §. si præsẽdiuit. ff. de i inte. rest. l. pen. & ult. Hoc tñ certũ est, q̃ si ue peruenerit ad eum citatio, siue non: si probauerit iustam causam absentiæ, retractatur id quod factum est, ut extra de sent. & re iud. cum Bertholdus. Ioan. Hoc teneas q̃ sufficit si citetur aduersarius publice ad domum ubi consueuit morari, ut extra de do. & contu. causam. & c. ult. & si non ueniat li. nõ cont. fiat missio in possessionem uel excommunicabitur, ut extra ut lit. non contest. tuæ. lite uero contest. ³ ad sententiam proceditur, ut C. de iud. properandum. §. & si quidẽ. & §. sin autem. & si postea ueniãt assignando iustam causam absentiæ, retractabitur quod factum est, ut ext. de sent. & re iud. cum Bertholdus B.

Snia lata cõtra eum ad quẽ citatio nõ puenit, non ualeat.

³ Hoc intellige ut not. ext. de dolo. put. & de ap. sæpe & c. per tuas. & not. Go. in sum. de iud. §. idẽ & post 5. q. 3. sed si. Arc.

c ¶ Causam.] Idest, pœnam.

d ¶ Dabunt.] Idest, substinebunt.

Absente.] CASVS. Quæsitum fuit ab Eleuterio, an absens possit accusari & an absens possit per epistolam accusari. Et respondet q̃ nõ: sed reo præsente & uoce propria, & in scripturis: nisi in casibus exceptis.

e ¶ Difficile.] i. nõ, ut 2. q. 6. biduum uel difficile. i. uix: quia in casibus fit accusatio sine inscriptionis uinculo, ut no. 2. q. 8. in prin.

Omnia. CASVS. Quæsitum fuit utrum testes recepti contra absentem, uel sententia lata contra absentem ualeat? Et respõdet quod non quia nulla lex damnat absentem.

f ¶ Absentes.] Non per contumaciam, & in casibus exceptis in sum. Io.

g ¶ Aguntur.] Nota etiam q̃ gesta, quæ fiunt absente altero, non ualent, ut inf. ead. chartæ. & sup. ea. caueant.

a ¶ Addi-

tur: quoniam absentem nullus, addicit [a], nec vlla lex damnat.

Item Marcellus Papa ad Maxentium, epist. 1.

¶ Non iudicetur, qui præsentialiter non accusatur, vel conuincitur. Cap. V.

NOn oportet quenquam iudicari, vel damnari; priusquam legitimos habeat præsentes accusatores, locumque [b] defendendi accipiat ad abluenda crimina.

Item Damasus ad Stephanum archiepiscopum, epistola 3. cap. 8.

¶ De eodem. Cap. VI.

Ansel. l. 2. c. 39. Iuo p. 6. c. 347.

HAbetur quoq; in decretis sanctorũ patrum sancitũ, non fore canonicum quẽquam sacerdotum iudicare, vel damnare; antequam accusatores canonicè examinatos [c] præsentes habeat, locumq; defendendi accipiat, id est inducias [d] ecclesiasticas ad abluenda crimina.

[*Item Damasus ibidem continenter.*

PALEA. Cap. VII.

Ansel. & Iuo ibi. † al. prima.

NEc extra propriam [α] fiat prouinciam primo† discussionis accusatio, sine Apostolica præceptione; cui in omnibus causis debet reuerentia custodiri: quoniam, & antiqua docet hoc patrum regula, in qua & Imperialiter pariter statuta concinunt. Criminum, inquiunt, discussio ibi agenda est, vbi crimen admissum est. Nam alibi criminum reus prohibetur audiri. Et alibi in canonibus præcipitur: [Quæcunque negocia in suis locis, vbi orta sunt, finienda sunt.] & reliqua talia, & his similia: salua tamen in omnibus Apostolica Auctoritate, vt nihil in his definiatur, priusquam ei placere cognoscatur, qua omnes suffultos esse oportet.

Cod. vbi de cri. agi opor. l. 1. & in cod. Theo. l. 9. tit. 1. in expositione legis x.

[α] ¶ Propriam.] *Sic est emendatum ex epistola ipsa, Anselmo, & Iuone. Antea legebatur,* Nec extra patriam fiat prouincia. *Addita autem, & nonnulla sunt ex epistola.*

Idem ad Episcopos Italiæ, epist. 6.

¶ De eodem. Cap. VIII.

Ansel. l. 3. c. 52. Iuo p. 6. c. 348.

QVi accusare alium elegerit; præsens per se, & non per alium accuset; inscriptione videlicet præmissa [e]. Neque vllus vnquam iudicetur, antequam legitimos accusatores præsentes habeat, locumq; defendendi accipiat ad abluenda crimina.

Et in Vuormaciensi, c. 42.

Item ex concilio Toletano, 6. cap. 11.

¶ De eodem. Cap. IX.

Burc. l. 16. c. 5. † al. quisquis. † al. dedicetur.] al. deputetur.

DIgnum est, vt innocentis [f] vita nulla maculetur pernicie accusatorum, ideo si quis† à quolibet criminatur, non ante accusatus supplicio detur, quàm accusator præsentetur, atque legum, & canonum sententia exquiratur. Quod si indigna ad accusandum persona inuenitur, ad eius accusationem non iudicetur: nisi [β] vbi pro capite regiæ maiestatis causa versatur.

[β] ¶ Nisi.] *Hæc sunt addita ex originali.*

Item Bonifacius Papa ad Gallos, epist. 1.

Ansel. l. 3. c. 38. Burc. l. 1. c. 161. Iuo p. 5. cap. 271. & par. 6. c. 338.

¶ Sententia feriatur, qui causæ suæ negligit adesse. Cap. X.

DEcerni-

[a] ¶ Addicit.] Id est punit.

NOn oportet.] CASVS. Dicitur hic, quod nullus debet damnari nisi legitimi appareant accusatores, & præsentes: & tunc locus defendendi accusato præbeatur, idest, induciæ dentur ad delenda crimina. Idem dicitur in seq. cap.

[b] ¶ Locumque.] Id est inducias, vt inf. cap. prox.

[c] HAbetur.] Examinatos. Hoc cum sint ignoti, vel suspecti, vt 2. q. 7. quærendum.

[d] ¶ Inducias.] Argu. sententiam non valere nisi præcesserint legitimæ induciæ. ext. de dil. dilecti. & 5. q. 2. vocatio.

QVi accusare.] CASVS. Dicitur hic, quod qui vult aliũ accusare, debet præsens hoc facere, & non per procuratorem, vt reo reseruetur copia defẽdẽdi.

[e] ¶ Præmissa.] Inscriptio enim semper præcedit accusationem 1. vt ext. de acc. qualiter 1.

DIgnũ.] CASVS. Dicitur hic, quod non debet aliquis accusari nisi præsens fuerit accusator: quia examinari debet, si est idoneus ad accusandum.

1 De hoc no. 2. q. 8. in sum.

[f] ¶ Innocentis.] Sanctius est enim nocẽtem impunitum relinquere, quàm innocentem condemnare, vt ff. de pœ. absentem.

DEcernim[us].] CASVS. Maximus Valentinæ ciuitatis episcop[us] fuit de multis criminibus accusatus post litem conte. multoties citatus non venit, ita quod causa nõ poterat terminari. præcipit ergo Papa episcopis Galliæ, vt ante Kalendas Nouẽbris synodo congregata illum citẽt: & si venire noluerit, ferãt sẽtentiã in illũ tãquã in contumacem: necurent si omnia deli

cta non comprobentur. cum per suam contumaciam videatur de omnibus confiteri. Quidam tamen dicunt quod iste fuerat infamatus, & procedebatur cōtra eum in modum inquisitionis. Sequens c. planum est.

a ¶ Decernimus. Quidam ponunt casum sic, quod eps iste fuit infamatus: & Papa cōmittit istis, vt in modū inquisitionis procedant, & si nō venerit, vt se purget, vel si defecerit in purgatione, videtur cōfiteri de crimine. vñ potest cōdemnari, vt extr. de si. de hoc, & c. insinuatū. Vel intelliges quod hic fuit lit. cōt. sicut in sūma intellexi hoc. c. Vel nō loquitur de diffinitiua sententia, sed de iterlocutoria, vel excōmunicatione l. vel missione in possessionē. Vt tñ quod etiam lit. non cont. ferri possit diffinitiua snia, sed non de crimine, sed depositionis pro contumacia, vt videtur colligi extra de do. & cōt. veritatis Ioan.

b ¶ Voluerit.] Maximus Valentinæ ciuitatis episcopus.

c ¶ Sniæ, Ferendæ cont. ff. de pœn. absentem illud [illegible] leges.

d ¶ Manifestū est.] præsumptiue. vt ff. de re iud. cōtumacia. §. 1. sic 3. 4. q. 3. de illicita in fi. Sed vr quod semper liqueat de causa, quia aut probat auctor quod asserebat, & tunc condemnandus est reus, aut non probat, & tūc est absoluēdus reus, vt 6. q. vl. aucto. Respōd. istud obtinet cū vterque est præsens, & præterea quod reus absoluitur, non procedit ex eo quod de causa liqueat, sed quia partium iura sūt obscura, & in dubio fertur sententia pro reo, vt inst. de interdi. §. commodum extra de fid. instru. inter. in fi. nam q̄nque actor probat intentionem suam, & tamen iudici non liquet de cau. ff. de re iud. l. Pomponius.

1 Pro isto intellectu facit quod not. sup. q. prox. ca. 1. in glos. sed pro contumacia: sed hunc intellectū nullū puto Archid.

Sententia in dubio fertur pro reo.

mus† [a] vestram† debere intra prouinciam esse iudicium, & congregari synodum ante diem Kalendarum Nouembrium: vt si adesse voluerit [b], præsens, si confidit, ad obiecta respondeat: si vero adesse neglexerit, dilationem sententiæ [c] de absentia non lucretur. Nam manifestū est [d], cōfiteri eum de crimine, qui indulto, & toties delegato iudicio purgandi [e] se occasione non vtitur. Nihil enim interest, vtrum in præsenti examine non omnia α [f], quæ dicta sunt, comprobentur; cum ipsa quoque pro † confessione procurata toties constet absentia.

† al. Decreuimus.
† al. vestrum.
† Antea legebatur, professis ex procurata.

α ¶ Non omnia.] *In originali, & apud cæteros collectores, & in vno peruetusto Gratiani codice est*, omnia: *sed quia idem sensus elicitur, & adest glossa, non est mutatum.*

Item Fœlix Papa ad episcopos Galliæ, epist. 2.

¶ Absentes nec accusari, nec iudicari possunt. Cap. XI.

ABsente aduersario non audiatur accusator, nec sententia, absente alia parte, a iudice dicta vllam obtineat firmitatem †.

& in capit. Hadriani c. 4.
Poly. l. 5. tit. 1.
Ans. l. 3. c. 7.
Iuo p. 5. c. 248. & p. 6. c. 3. 1.
Pann. l. 4. c. 54.

Item Nicolaus Papa Gallioni archiepiscopo Senensi †.

† al. Senonensi.

† Concor. text. in l. absentē. ff. de pœn. & in l. seruū. §. publice. ff. de procura.

Altera parte absente, diffinitiua non feratur sententia. Cap. XII.

REuera iustus mediator non est, qui vno litigante, & altero absente, amborum emergentes lites decidere non formidat. His ita præmissis, volumus, & Apostolica auctoritate monemus [g], vt si psbyter, de quo agitur, post excommunicationem [h] suam, Apostolicam sedem adire voluerit, nullus iter eius impedire præsumat.

Sētentia habetur in epis. Nic. ad episcopos, qui in Conuicinum conuenerant, nuper impressa.

Item Zepherinus Papa ad episcopos Siciliæ, epist. 1.

¶ In absentem non est ferenda sententia. Cap. XIII.

ABsens vero nemo iudicetur: quia & diuinæ, & humanæ hoc prohibent leges.

Nisi fuerit absens ex contumacia. Pro præsenti namq; eum contumacia [k] haberi facit.

5. q. 8. c. 2.
B[illegible] l. 16. c. 19.
Ans. l. 3. c. 62.
Iuo p. 5. c. 243.

Item Nicolaus Papa Gallioni Senensi † archiepiscopo.

† al. Senonensi.

¶ De eodem. Cap. XIIII.

INdicas Her-

e ¶ Purgandi.] Idest, ostendendi innocentiam suam, vel causam absentiæ.

f ¶ Non omnia.] Dum tamen illa, quæ probata sunt, sufficiant ad condemnationem, & omnia simul objiciātur, vt 23. dist. illud Arg. inf. ea. q. 10. placuit.

REuera.] CASVS. Quidam conquestus fuit de quodam presbytero absente forte ex iusta causa coram Gallione archiepiscopo, qui testibus receptis sententiā contra eū absentē tulit, & quia sententiæ parere nolebat, dictus archieps excōmunicauit eum, quare sacerdos ille appellauit ad sed. apo. Sed impediebatur appellationem prosequi, vnde Papa ipsū archiepm reprehendit, & præcipit ei, quod si post excommunicationem suam appellationem voluerit prosequi nullus eius iter impediat.

g ¶ Monemus.] i. mādamus. 2. q. 1. notum sit. 28. q. 1. sic enim. & no. sup. 2. q. 7. sicut inquit.

h ¶ Post excōicationem.] Nota, quod excommunicatus appellat. arg. extra de sententia excom. per tuas.

i ABsens.] Nisi fuerit. Hæc uerba ponuntur in auth. ut omnes obe. iu. §. si uero. coll. 5.

k ¶ Contumacia.] Sic extra de testi. in nomine dñi.

INdicas. CASVS. Hermānus eps fuit furiosus, quod constabat apostolico, q postea homicidium uel aliud scelus commisit, de quo cum sæpe corā Gallione archiepo accusatus fuisset, appellauit ad Papam. Archieps autem indignatus rogauit Papam, ut de crimine cognosceret, & ipsum condemnaret. Nicolaus uero dicit, quod non potest facere trib. rationibus. s. quia Hermannus erat absens.

ſens,& quia non dixerat ei qui fuerunt illi exceſſus ſuper quibus accuſabatur. nec vtrum tempore delicti fuerit ſanæ mentis, vel non,& ideo donec iſta probentur, potius eſt ſibi compatiendum, quàm ſit ſnīa feriendus.
a ¶Hermanum] Iſte in furore occiderat hominem.
b ¶Quia.]

porco perceperunt 2 large enim ſumitur viſus, vt ibi, Guſtate,& videte.& legitur in Exodo, Videbant voces, Ideſt, audiebant, vnde ſi auditu aliqui conſcij ſunt de aliquorum fornicatione, bene poſſunt de hoc teſtificari, extra de teſtib. præterea. & ꝙ de auditu recipiatur teſtimonium, patet extra de teſti. cum cau ſa. nam ſufficit quali tercunq; aliqd ſciatur. 22.q.5.hoc vī. Si ergo aliquis eſt mutus, dū tñ audiat, & ſcribere ſciat, bene teſtificatur, vt C. qui teſta.fac.poſſ. diſcretis. Similiter cæcus teſtificatur, ſi voces contrahentium hēt notas. Nec obſtat ſi dicas, ꝙ cęcus poteſt in voce decipi, vt 27. q.1.nec aliqua. nam in viſu poſſumus decipi, vt 31.q.1. qūo. & in tactu. 34. q.2. in lectum.
K ¶Nouerūt.] Ergo de iis, quæ pupillus uidit, nō poteſt eſſe teſtis, quia hæc ætas ignorat quid uideat. C. de falſa mo.l.1. 3.
l ¶Præſentia.] Dum tamen intelligant. nā aliter non dicuntur pſentes, ut ff. de uerb.ſigni.ſi coram.

2 Sequitur Alc. de Lino. in l. bene ad cognitionē colū. 6. ff. ſi cer.pet.

Mutus & ſurdus teſtificari pñt.

† al. Hermannum.

mannum † [a] epiſcopū ſuper quibuſdam frequēter fuiſſe accuſatū: pro quibus (quia [b] ex parte ipſius, perſona deeſt) nos vni parti ad diſcrimē alterius credere proculdubio non poſſumus: quāuis [c] nec vſq; adhuc, qui fuerint [d] illi exceſſus, dixeris, nec vtrū [e] ſanæ mētis erat idem antiſtes, necne, cum ipſos exceſſus perpetrabat, euidenter oſtenderis [f], ſatiuſq; arbitramur, quamlibet interim infirmitatē ad pęnam peccati, quam ad ipſum pertinere peccatum, cui magis conſulendum [g] ſit, & compatiendum, quàm puniendum, vel aliquo modo feriendum.

Item Calixtus Papa ad epiſcopos Galliæ, epiſt. 2.

¶Teſtes non dicant teſtimonium, niſi de his, quæ præſentialiter, & veraciter nouerunt. C. XV.

Burc.l.1.c.171.
Anſ.l.3.c.55.
Iuo p.5.c.289.
Pann.li.4.c.93.

TEſtes per quamcunq; ſcripturam [h] teſtimoniū non proferant, ſed præſentes [i] de his, quæ nouerunt, & viderunt [k] veraciter teſtimoniū dicant. Nec de alijs cauſis, vel negocijs dicant teſtimonium, niſi de his, quæ ſub præſentia [l] eorum acta eſſe noſcuntur.

3 Sed cōt. de conſec. d. 3. placuit de infantibus. & c.ſeq. ubi de hoc 37.d. relatum. Ar.

De his ēt, qui audierunt [m], ſi ad hoc conuocati ſunt, in ciuili cauſa teſtimoniū dicere poſſunt, vt in Authenticis

b ¶Quia.] Prima ratio eſt.
c ¶Quamuis.] Secunda ratio eſt.
d ¶Fuerint.] Et ita non tenebatur uenire, ut 5.q.2.ſi primates.
e ¶Nec utrum.] Tertia ratio eſt.
f ¶Oſtenderis.] Archieps bene fatebatur, ꝙ qnq; fuerat furioſus, ſed tñ dixit eum modo eſſe ſanū, & in ſanitate occidiſſe hoiem, alias tenetur ille potius probare, qui dicat aliquē in furore peccaſſe, ut extra de ſucceſſ. ab inteſt. cum dilectus. & C. de codi.l. non codicillos.
g ¶Conſulendum. Q.d. ſatis ipſo furore punitur. ſic ſup.d.5.baptizati. ff. de offic. præſid. diuus. iudex tamen diligentiſſime inquiret, an fuerit furioſus: quia multi fingūt furorem, ut ſic excuſentur, ut ff. de cur.fur. obſeruare. & infra ea. hortamur.

TEſtes.] CASVS. Hoc c. introducitur pro alia parte quæſtionis, ſcilicet quod non debet quis teſtificari contra abſentem. Dī ergo hic per Bene. ꝙ Calixtus fuit interrogatus utrum in cauſa criminali teſtes abſentes poſſent teſtificari per ſcripturam? & reſpondet ꝙ non, ſed preſentes dēnt dicere ueritatem de iis quæ uiderūt, & nouerunt, & non de alijs negocijs niſi de his, q̄ ſunt acta in eorum præſentia. Poſſet etiam hoc intelligi in qualibet cauſa. quia ſemper debet eſſe pſens ille contra quem inducuntur teſtes. Vnde teſtes abſentes non poſſunt per ſcripturā teſtificari, ſed in præſentia partium.
h ¶Scripturam.] Nunquid literæ epiſcoporum non ualent? Non inferendo teſtimonium, quia teſtibus, non teſtimonijs credendum eſt, ut extra de cohab. cle. & mul. tua. De hoc notaui inf. 11.q.3. curæ 1. arg. ff. de cuſt. reo. diuus. alias extra iudicium ſecus eſt, ut 11.q.3. curæ. 71. diſt. cattaneo.

1 Adde qđ not. 11.q.6. ſtatuēdum. in gloſſ. in-ſtīm, &c.

i ¶Sed præſentes. Fallit ff. de iureiur. ad perſonas extra de teſt. ſi quis teſtium.
i ¶Sed præſentes.] In cauſa criminali ſemper teſtes erunt præſentes, ſed in ciuili ſeruetur cōſuetudo regionis, ut ff. de teſt. l. 3. in fi.
K ¶Quæ nouerunt & uidetur.] ideſt, aliquo ſenſu cor-

Non intellige præſentē, prout ponitur 16.q.3.§. poteſt. ſed intellige præſentem ſiue in eadem domo, ſiue alibi ſit, dum tamen audiri poſſit, ut ff. ad Syl.l.1.§. eo. tecto. DE HIS. CASVS. ſup. in c. teſtes. dictum eſt, ꝙ teſtes teſtificantur de iis, quæ uiderunt & nouerunt. Nunc autē uult oſtendere caſus in quibus etiam de auditu fuerunt teſtimonium, ſi uocati ſunt ad hoc: ſed certè ſi bene inſpiciatur. in l. ſeq. non eſt teſtimonium de auditu propriè. ſed de confeſſione facta in oculis eorum, qui ad hoc uocantur.

Teſtimoniū de auditu ſępe admittit.

m ¶Audierunt.] Plures poſſunt notari caſus ubi fert teſtimoniū de auditu. Vnus hic. Alius cū probat uoluntas obmuteſcētis ut 26.q.6. qui recedunt & c. his qui. Alius in matrimonio, ut 35.q.6. de parentela. Alius in probatione periurij. 22.q.5. c. hoc uidetur. Alius in memoria facti operis, ut ff. de proba. ſi arbiter. Alius extra de teſti. præterea. & extra eo. tit. cum cauſam. Sed certè non concedo, ꝙ alicubi ſit teſtimonium de auditu, niſi ubi teſtatur quis ꝙ ſic audiuit recitari a maioribus, ut dicitur extra de teſti. quoties & hoc tamē contingit in matrimonio, & in memoria facti operis, licet hodie circa matrimonium illud ex parte ſit immutatum ext. de teſtib. licet 2. niſi quis uelit dicere ibi ideo eſſe teſtimonium de auditu, quia melius in talibus comprehendimus per auditum q̄ per uiſum. Vnde ſi duo intereſſent contractui, quorum unus eſſet ſurdus, & alter cæcus, unus audiret uerba contractus, alter uideret numerare pecuniam, per illos fortè non probaretur contractus, quia ſingulares. extr. de elect. cum dilecti. Sunt tamen hic alia duo ſpecialia, ſ. quòd ualet confeſſio extra ius ſicut & alibi. extra de exceſſ. prælat. quam ſit graue & in alio caſu quando quis confitetur ſe debere pecuniam cauſa adiecta, ut C. de non nu. pec. generaliter. in caſu qui habetur de ſecūda cautione, quam mulier poſt biennium emiſit. C. ad Velle. ſi mulier, & gnaliter dicūt quidam ualere confeſſionem factā extra ius, ubi teſtes interſunt rogati. Itē aliud ſpeciale eſt hic ꝙ nō ualēt teſtes niſi ſint rogati, & ijdē requiruntur in teſtamētis, & in

Confeſſio ext. ius qnq; ualet.

Teſtes an debeāt eſſe rogati.

codi-

1 Hoc est falsum, ut C. de codicil. l. ult. §. fin.

codicillis 1. C. de test. auth. rogati. & in matrimonio vt vs 30. q. 5. nostrates. & in diuortio ff. de diuor. l. nullũ. alias non requiritur quòd testis sit rogatus, vt inf. prox. causa q. 3. ad fi. Io. consueuit generaliter dici, & est verum, ꝙ confessio extra iudicium non præiudicat nisi cũ adijciatur, vt confiteor me tibi debere cẽtum ex cã mutui, vt C. de non nu. pec. l. generaliter. B. & scias ꝙ omnes isti testes rogati dicuntur interesse, quia rogati sũt audire, licet ad aliud venerint, vt ff. de tes. heredes pãli. auth. tamen, generaliter. videtur dicere quòd testes debeant esse rogati, vt C. de testa. authen. rogati. sed hoc verum est cum contractus est in scriptus.

nisi semel cõmittuntur, ut homicidiũ alicuius, sed si sæpius aliquid potest committi, ibi non nocet temporum diuersitas, sed eis obijcitur de Susanna 2. q. 6. §. itẽ Daniel, sed illi respondent, ꝙ ideo fuerunt illi testes reprobati, quia dixerunt ꝙ in eadem hora, & in diuersis locis

coll. vij. tit. de testibus: legitur. ¶ *Si debitum scriptum sit, & probatio solutionis proferatur à litigantibus per testes sine scriptura; tunc susceptibilem eam apud iudicem esse volumus, dum ad hoc ipsum testes assumantur, vt perhibeant testimonium pro facienda solutione, aut pro memoria* [a] *alicui iam facta solutionis, & pro cõfessione* [b] *eius, qui pecunias accepit. Hae autem inania, & ex transitu perhibita testimonia (vt si propter aliud opus aduenient audiuit aliquem dicentem se accepisse ab aliquo aurum, aut debere alicui) nulla ratione valere censemus.*

& Nouella 90. non ijsdẽ omnino verbis.

Simul autem necesse est vt videant. Quòd si alius vno, alius alio tempore uiderit, diuersitas temporum, eorum testimonium non admittit.

Vnde Leo Papa.

¶ Non admittuntur ad testimonium, quos non eodem tẽpore negocio interfuisse constiterit. C. XVI.

Nihilominus quoque puniendi [c] sunt testes, qui ad calumniam aliquid testificantur, nec eorum voces tanquam plurium admittuntur, quos temporum [d] quidem diuersitas simul [e] interfuisse prohibuit.

Item Ambrosius in libro de Paradiso, c. 12.

¶ Ad seriem gestorum testis ex suo nihil adijciat. Cap. XVII.

Pvra [f], & simplex a [g] testimonij series intimanda est. Plerumque testis, dum aliquid [h] ad seriem gestorum

Ansel. li. 3. c. 58.

SI DEBITVM. CASVS. Debebãt alicui pecuniam ꝑ scripturam tempore ꝓcedẽte in præsentia testiũ pecuniam sibi soluit, vel ꝯfessus fuit sibi esse solutã, quæsitũ fuit ab Imperatore, an solutionem illam, vel confessionem põt probare per testes, qui interfuerunt? Et respondet ꝙ sic, si ad hoc fuerunt vocati, alioquin non. Idem est in eo casu qñ debitor confitetur, se debere pecuniã creditori, scilicet vt testes ad hoc probandum non valeant, si ad hoc non fuerunt vocati.

a ¶ Pro memoria.] Tres hic ponit casus, ꝙ testes rogati possunt testificari, vel pro solutione quam voluit facere creditori debitor, vel pro solutione ei facta, vel pro confessione creditoris.

b ¶ Confessione.] Immo magis est pro debitore confessio creditoris, quàm si sit ei redditum instrumentum 2. C. de solu. pecuniæ.

2 Super hoc uideas quod le. & no. su. 96. dist. cap. hunc numero. Archid.

SIMVL. Hæc est 3. pars, in qua probat, ꝙ testes debent se concordare, & nil falsi admiscere, & hoc probat per tres aucto. Io. de Fan.

CASVS. Supra in c. testes dictum est, ꝙ testes debent ferre testimonium de ijs, quæ viderunt. Dicit hic Gratianus, ꝙ simul videre debent: & si diuersis temporibus viderunt, non valet eorum testimonium.

Nihilominus quoque. CASVS. Quesitum fuit a Leone qualiter puniendi sunt testes, qui falsum testimonium dicunt? Et respondet quod puniendi sunt sicut accusatores qui calumniãtur, nec voces eorum sunt audiendæ tanquam plurium, qui diuersis temporibus aliquid vidisse testantur.

c ¶ Puniendi.] In criminali punitur testis capitali pœna. 33. q. 5. hæc imago. hoc secundum leges veteres, secundum canones infamis est. 6. q. 1. quicunq; 22. q. 5. si quis. sed secundum legem accusatur de crimine falsi. ff. ad leg. Corn. de fal. eos qui. Non obst. ff. de ijs qui no. infa. Lucius. extra de ord. cog. cum dilectus. quia ibi non est sententia lata contra testem.

d ¶ Quos temporum.] Simile 4. q. 3. in testibus. C. de eo. l. vlt. §. vlt. si C. de testa. si vnus.

e ¶ Simul.] Quidam dicunt hoc tenere in ijs, quæ non cis commissum esset adulterium, sed non poterat committi in eadem hora, & in diuersis locis, & hoc dicunt ꝑp expressam similitudinem, & nõ propter identitatẽ: nã reuera aliud est adulterium quod hodie fit, aliud qđ cras, sed est simile illi, quod non concedo, cum singuli sint in suis dictis singulares. Si tamen aliquem actũ continuũ viderent aliqui, licet diuersis horis, videtur ꝙ testimonium teneret, vt si successiue in vno foramine viderunt aliquos fornicari 3. Vel si aliqui volunt testari ꝙ aliquis excõicatus celebrauit, & vnus audiuit finem missæ, alter principium, hoc casu concedo eos bene testari de vna re propter continuationem actus, sicut ꝑp continuationem possessionis vna dicitur præscriptio, licet facta sit a diuersis personis. 16. q. 3. §. potest 4. vers. quòd si ab eo sicut etiam vnus dicitur proconsulatus, licet diuersæ personæ ipsum exercuerint, vt ff. de off. ꝓconf. meminisse. Item quid si conueniant in tempore, sed discordant in officijs? vnus dicit de missa, alter dicit de vesperis? Eadẽ est quæstio si vis probare solutionem decimæ, & vnus dicit frumentum solutum, & alter dicit fabam. Et respon. ꝙ non valet testimonium: quia omnes sunt in suo testimonio singulares, vt extra de elect. cum dilectus. diem fortè non tenetur testis exprimere, sed mensem, ut sup. 2. q. 8. libellorum.

3 Vide latè de hac qõ. Iac. But. in l. si. C. dẽ test. Cyn. & Pet. in l. testium eo. tit.

4 Melius §. ꝓscriptionũ. uer. qđ si ab eo. Arch.

Pvra. CASVS. Quæsitum fuit ab Amb. si testis admisceret uero aliquid falsitatis, an eius testimonium ualet? Et respondet, ꝙ non: quia pura & simplex est testimonij series intimanda.

f ¶ Pura.] idest, sine dolo.

g ¶ Simplex.] Qualibet hoc intelligatur, dixi 4. q. 3. in testibus.

h ¶ Aliquid.] Ar. utile ꝑ inutile uitiari, ut 12. q. 2. si quos de

de seruis sup.d.37.si quid viri 1 Sed cōtra.ff.de exc.tu. qui testamēto. sup.dist.9.si ad scripturas. Sol.vtile per inutile vitiatur, vbi in iure inuenitur expressum. alias non arg.15.q.3.§.cum autem.

a ¶Adijcit.] Vel subtrahit,ut 5.q.vlt.presbyteri.extra de

1 Et sup.q.1. rōne,ubi videas. & c.domin⁹ ubi uide ar.,p,&c. Vtile p inutile qñque uitiatur.

ABsens.] CASVS. Dicitur hic,ꝙ absens nō potest accusare,vel accusari per procuratorem, nec testis affinis recipitur.

c ¶ Nec affini.] Sup.ead.q.5.similiter 2.

NISI. CASVS. Excipit Gratianus vnum casum in quo absēs potest accusare per procuratorē,vt illustris persona in crimine iniuriarum.

d ¶ Per procuratorem.] De hoc dixi sup.2.q.6.si quādo.

e ¶Reo.] Hęc rubrica est falsa, quia nō intelligitur de libello accusationis, sed de libello attestationum.

2 Adde an& qñ admittūtur Bar.not. in l.q testamento.ff.de auct.iu.&in qui testō. ff. qui ma. acc. poss. Testibus est præstanda securitas.

ex suo adijcit,[a] totam testimonij fidem partis mendacio decolorat. Nihil igitur,vel quod bonum videtur,addendum [b] est.

a ¶Simplex.] *Integer locus B. Ambros. est.* Pura,& simplex mandati forma seruanda, vel testimonij series intimanda est.

Item Fœlix Papa ad episcopos Galliæ,epist.2.

¶Absens per alium nec accusare,nec accusari potest. C. XVIII.

Poly.l.5.tit.1. Iuo p.5.c.248. & p.6.c.331.

† Adde te.in l.posth.C.de his quib. ut indig.

ABsens per alium accusari, aut accusare † nō potest, nec affinis [c] testis admittitur.

4 *Nisi in crimine iniuriarum, in quo illustris persona ēt per procuratorem [d] intendere,& excipere potest, seruatis cæteris solemnitatibus,vt Cod.tit.de iniurÿs,l.vlt.*

Item Pelagius Papa Sindulæ β magistro militum.

β ¶Sindulæ.] *Iuo p.8.c 67. refert aliud quoddam caput epistolæ a Pelagio ad Sindulam magistrum militiæ scriptæ.*

¶Reo [e] absente libellus accusationis frustra offertur. C. XIX.

CHartæ, quas dedit nobis Lucidius,si illo tempore aduersarius ipsius illic præsens fuisset, validæ erant. Sed quia aduersario absente[f] gesta,quę nobis recensuit, facta leguntur,talia leges non recipiunt.

CHartæ.] CASVS. Quidam accusatus fuit,vel conuentus corā Sindula magistro militum Dñi Papæ. In absētia autem rei sūt testes recepti,reus statim cū sciuit, appellauit ad Papā. Sindula vero misit attestationes Papæ per Lucidium accusatorē actorē t quas cum audiuit a Lucidio fuisse receptas absente reo,dixit esse inualidas.

f ¶ Absente.] Sup.2.q.1.in primis.ext.de test.in nomine Domini.& capit.de cætero.

Idem Decorato patritio.

Testes corporaliter præstito iuramento testimonium dicant. C. XX.

HOrtamur,vt sub timore Domini consuetā conscientiæ vestrę sinceritatem in hoc quoq; negotio conseruantes, omnem personis, quę veritatem causę istius scire possunt,faciatis amputari [g] formidinem,& vestris pręsentari [h] cōspectibus, tactis sacrosanctis Euāgelijs, prębito etiam legaliter sacramento, quę in veritate rerū nouerunt, [i] † professione suę testificationis aperiant, vt patefactis omnibus,quę secundum leges, & iustitiā censenda sunt cognoscatis, & competentem † legibus, & veritati terminum detis.

† al conuenientem.

† Iste test. solet allegari ꝙ notarius, uel testis nō dēt apponere i actu suo nisi quæ uidit & nouit. Istam opin. tenet.Pet.de Anc.in c.fraternitatis.extra de test.& Ale.de Imo. in l.si ex falsis. col. ult. C.de trans.

HOrtamur. CASVS. Pelagius commisit quandam causam Decorato patricio, hortat ergo vt sicut cōsueuit,ita pure ꝓcedat super hoc negotio, & faciat a testib. q veritatē illius causę nouerunt, omnem formidinē amputari, vt ꝑstito sacramento dicāt testimoniū veritatis,& omnib. patefactis causam decidat.

g ¶Amputari.] Hic est ar.ꝙ iudex præstabit saluū ꝯductū & securitatem testibus.extra ut lit. nō cont.accedēs, & de elec.bonę memorię eñ.de app. ex parte. 33.q.2.siue.

h ¶Præsentari.] Sic sup.ea.testes.

i ¶ Nouerūt.] Testis enim pro utraque parte testabitur 14.q.5.non sane, & iurabit,quod nihil falsitatis dicet.2.q.2.nullam.

Item Nicolaus Papa Hincmaro Rhemorum Archiepiscopo.

¶Accusator,& accusatus simul debent adesse. C. XXI.

NEcesse est secundum sacrarum scripturarum documenta,ac secundum iustitię tramitem,& accusatū & accusatorem simul adesse, & vnam partem, quanta-

de uerb.sign.fortis.§.ult.arg.11.q.3.quisquis metu.25. q.2.præsumptione.12.q.2.cū humilitatis, C. de testib. testium.

b ¶ Addendum.] Quia non præiudicaret hoc alicui, si de hoc non iurasset,ut ext.de test.c.de testibus.

NEcesse.] CASVS. Hincmarus quæsiuit a Nicolao, utrum reo absente sit accusator audiendus? Et respondet, quod non: sed uterque debet esse præsens,

&

& quantæcunque auctoritatis sit aliquis, sic debet in iudicio audiri, vt alteri parti nullum præiudicium fiat.

a ¶ Quantacunque.] Parilitas. n. seruanda est in iudicijs, C. de prox. sacroc. scrin. in sacris. lib. 12. ff. de arb. si cum dies. §. si arbiter. arg. contra ext. de dolo & cont. ex literis 1 & est simile. 1. q. 1. teneam⁹. sup. d. 9. ego. in sententia & I iudicio nulli est deferendũ: sed in sedẽdo, & in similib. sic. 2. q. 8. quisquis.

b ¶ Præiudicium.] sic 11. q. 3. si quis vero. C. de sta. & imag. l. 4.

Quidam sic ponunt casum. Accuso te super pluribus criminibus simul, & eodem libello, & litem super his omnibus contestor: licet in vno deficiam, tamen admittor ad sequentia, licet iam sim infamis, & hoc est ideo quia tempore lit. contest. fui bonę famæ, vt ff. de publi. iud.

1 Loquit in pęnis inferẽdis in quib. defertur. 50. d. contumaces ex. de of. dele. pastoralis, qđ dic, vt not. extra de trãs. c. vlt. in gl. pen. Arc.

cunque,[a] & qualiscunque prædita sit auctoritate, sic prorsus audiri, vt alteri parti nullum præiudicium [b] irrogetur.

QVAESTIO. X.

QVod [c] vero deficientes α in primo capitulo non sint admittendi ad sequentia; ex concilio Cartaginensi septimo confirmatur, in quo sic capitulo tertio statutum legitur.

Et Afric. c. 97.

α ¶ Deficientes.] *In vulgatis codicibus legebatur,* testes deficientes: *sed expuncta est, vox,* testes, *quæ abest a plerisque vetustis codicibus. Quæ enim in hac quæstione afferuntur, nõ ad testes, sed ad accusatores pertinent. Et superius initio causa in propositione huius quæstionis decimæ nulla est mentio testium.*

QVòd vero testes.] CASVS. Hic intitulatur decima qõ, qua q̃ritur an deficientes in primo cap. sint admittẽdi ad sequentia capitula? Et respondetur quòd nõ. Vnde quidam dicũt, vt Bene. quòd qui deficit in maiori, vel minori, non admittitur ad sequẽtia, quia pręsumit calũniator, vt inf. ea. cap. 1. nisi in criminib. exceptis. in quib. quilibet admittitur ad accusandũ. Alij vero dicũt, ꝙ nõ admittitur ad accusandum postea ad leuiora, sed ad grauiora sic. Sed primum cap. huius qõnis indistincte loquitur, vnde verius dr̃ quod dicunt primi.

¶ Qui in primo capitulo deficit, ad cætera non admittatur. Cap. I.

PLacuit, vt quotiescunque clericis ab accusatoribus multa crimina objiciuntur, & vnum ex his, de quo prius egerint, probare non valuerint, ad cætera iam non admittantur.[d]

Rab. in pę. c. 1. Burc. l. 2. c. 198. Iuo p. 6. c. 271. Pan. l. 4. c. 64.

Probatur illud idem auctoritate Arelatensis concilij secundi, in quo sic c. 24. diffinitum est.

Capi. l. 6. cap. 241. & Arelat. 1. c. 14.

¶ Qui falsa fratribus objiciunt, vsque ad exitum non cõmunicent. Cap. II.

EOs, qui falsa fratribus capitula † obie-

† al. capitula.

Accusator d̃ficiẽs in vno an admittat̃ ad alia.

2 Ver. ꝙ si forte. põt. n. quis de plurib. condemnari, simul, vel absolui, 2. q. 6. si qs ex pluribus.

c ¶ Quod vero.] vbi quis simul de pluribus criminib. accusat, si in vno deficiat, bene admittitur ad alia, vt su. 2. q. 1. in primis 2, dummodo non sit calumniator, vt 2. q. 3. Paulum. nam & condemnatus prosequitur crimen, de quo inscripserat pẽdente accusatione, vt inf. ea. q. ꝑxi. negãda 2. & ff. de publ. iud. is qui. §. illud. Sed capitula hic posita loquuntur, vbi quis de calumnia cõuictus vult accusare aliquem, & deceptus fuit. secus si in promissione aliqua deceptus fuit, vt 2. q. 3. Paulum. Hu. & alij distinguunt, vtrum defecerit in minori, vel maiori. si in minori admittitur ad sequentia, alias non. vt 2. q. 1. in primis. In ciuilibus autem causis conuictus de calumnia, bene ad sequẽtia admittitur, vt C. de inof. test. cum qui instit. de excu. tut. §. qui autem extra de appel. constitutus 2. Quidam dicunt, ꝙ si quis accusauit de pluribus criminibus simul, & contestatus est litem super omnibus, licet in vno deficiat bene tamen admittitur ad sequentia tanquam iam incepta. Sed si tantum super vno est litem contestatus, & deficit in illo, non admittitur ad sequentia, quasi suspectus, ff. de accu. si cui 6. q. 1. quicunque. Tu distingue an sit calumniatus vel non, vt d. xi. tamẽ si quis primo egit criminaliter. siue obtinuerit, siue succubuerit, potest postea agere ciuiliter. C. quã do ciuilis actio criminali præiudicet, l. 1.

PLacuit.] CASVS. Quæsitum fuit in Chartaginensi concilio si accusatores cum objiciunt plura crimina. & in primo deficiunt, an sint admittendi ad sequentia? Et respondet ꝙ non. Sequens §. patet. sed sequens c. non probat bene quod dicitur in §. & c. præcedenti.

iud. is qui. & 2. q. 1. in primis. ibi, an grauiora, & c. Si autem te primum accuso de vno crimine, & deficio, non admittor postea ad alia. Io. Sed certe mirum videtur de istis opinionibus. nam si litem cõtestatus est accusator super pluribus criminibus, publicatis attestationibus postea non admittitur ad probandum aliud, sed si super vno tantum litem contestatus est, & non probauit videtur calumniari, & ita non admittitur postea ad sequentia, vt hæc capitula dicent, quæ in hoc casu intelliguntur. B.

d ¶ Non admittantur.] Sed videtur, ꝙ huiusmodi exceptio non possit objici post litem contest. vt ff. de adult. si maritus, §. prescriptiones, maxime cum exceptio. s. tu es calumniatus, sit dilatoria, quia tamẽ declinatoria est iudicijs q. 6. §. 1. quod ex hoc patet. nã ab alio adhuc accusari potest. Respondet quidam, speciale esse in adulterio, vt etiam peremptoriam ibi aliquis non possit objicere post lit. contest. s. hanc, tu per quinqueniũ tenuisti vt C. d̃ adult. adulter. sicut & speciale est in illa exceptione extra qui ma. accu. poss. cum in tua. Alij dicunt, ꝙ hæc exceptio, tu es calumniatus: bene potest obijci post litem contest. Sed melius dic, ꝙ hic lis nõ fuit contestata, nisi super eo in quo defecit. Vnde cum vult procedere ad alia super quibus lis non est contestata, iuste admittitur huiusmodi exceptio contra illum, vel dic, ꝙ ille exceptio de nouo cœpit cõpetere, vnde potest ea vti post litem contestatam, vt ext. de off. deleg. insinuante.

EOs.] CASVS. Dicitur in hoc capitulo, ꝙ si qui conuincantur falsa crimina aliquibus objecisse, debent

hent excommunicari vſque ad mortem, niſi antè reſipiſcant.

a ¶ Obieciſſe.] Calumnioſè ſubaudi.

SI accuſatorum.] CASVS. Quidam reperti ſunt culpabiles in accuſatione epiſcoporum; quæritur vtrũ iſti

centem: poteſt tamen libellum iudici porrigere. Secunda ibi, [Aliquando.] Tertia ibi, [Cauſa vero.] Ioan de Fant.

CASVS. Ponitur hic 11.q. qua quæritur, an accuſatus poſſit vertere accuſationem ſuam in accuſantem & certum eſt, quod nõ, in aliquo crimine. ſi nomen accuſati iam receptũ ſit inter reos, vt ff. de adul. ſi maritus. §. præſcriptiones. ſi nõ eſt receptum, nõ põt illum accuſare niſi de maiori crimine, vel niſi ſuam iniuriã proſequatur. Si vero in modũ exceptiõis crimẽ obijcit, vt repellat accuſatorẽ ab accuſando ſemper prius auditur excipiens de quocũque crimine. vt C. de adul. quũ Alexãdrũ. & 32. q. 6. nihil iniquius.

Arelat. 1. c. 14.

ciſſe [a] cõuicti fuerint, placuit vſq; ad exitum non communicare, (ſicut magna ſynodus ante conſtituit, niſi digna ſatisfactione pœnituerint.

Itẽ Felix Papa in ſecunda decretali epiſcopis Galiæ.

¶Qui, quod obijcit, probare non valet, de cætero ad arguendum non admittitur, niſi propriam cauſam ciuilem duntaxat aſſerere voluerit.

Cap. III.

Inf. 4. q. 6. ſi accuſatorum. In c. Hadriani, c. 4. Capi. l. 5. c. 241. Anſ. li. 3. c. 86. Iuo p. 6. c. 418.

SI accuſatorum perſonæ in iudicio epiſcoporũ culpabiles [b] apparuerint, ad arguendum epiſcopos de cætero [a] non admittantur, niſi proprias cauſas aſſerere (nõ tamen [c] criminales, vel eccleſiaſticas [d]) voluerint.

a ¶Epiſcopos de cætero.] *Voces iſtæ abſunt ab omnibus vetuſtis codicibus, & cæteris locis indicatis. Auctor tamen caſus, eas habuit, & ponderauit.*

Cum ergo qui falſa fratribus obijciunt, vſq; ad exitum vitæ a communione prohibeantur, cum illi, qui in epiſcoporũ iudicio culpabiles inueniuntur, ad arguẽdum de cætero admitti prohibeantur; apparet, quòd in primo capitulo deficientes, tanquam falſorum obiectores ad ſequentia procedere non valent. †

† Concor. l. qui crimen, & ibi Cy. C. qui acc. non poſſ. gl. in l. ff. C. de acc.

QVAESTIO. XI.

In cod. Theod. l. 9. tit. 1. l. 11.

1 Ps

AB accuſato [e] vero accuſationem in accuſatorem verti, multorum auctoritatibus prohibetur.

Ait enim Stephanus Papa epiſt. 2. c. 7.

¶ Accuſati niſi prius ſe purgauerint, alios accuſare non poſſunt. Cap. I.

Burc. li. c. 164. Anſel. li. 3. c. 74. Iuo p. 5. c. 274. Pann. li. 4. c. 67.

NEganda [f] eſt accuſatis [g] licẽtia criminãdi, [h] priuſquam ſe crimine, quo premuntur, exuerint: quia nõ eſt credendum cõtra alios eorum confeſſioni, qui criminibus implicati ſunt, niſi ſe prius probauerint innocentes: quoniam periculoſa eſt, & admitti non debet rei [i]

e ¶ Ab accuſato.] Si accuſatus crimen proponit cõtra ſuum accuſatorem pendẽte accuſatione, aut proponit in modum accuſationis, aut in modum exceptionis. Si in modũ accuſationis, aut nomen accuſati eſt receptum inter reos, aut nõ, hoc eſt dicere ſi lis eſt conteſt. aut non. ſi nõ, põt [2] eum accuſare de maiori crimine, & audietur prius, vt inf. c. prius & inf. c. 2. Si eſt receptũ non põt, ſed pendẽte accuſatione põt cõtra eũ inſcriptionẽ deponere, & poſt ſniã eam conſumare, vt inf. e. c. 2. & ff. de pu. iud. is qui. Si autem ſuam iniuriã proſequitur, tũc & ante, & poſt dãnationẽ poteſt ipſum incipere accuſare ff. de accuſ. qui iudicio. 4. q. 6. omnibus. ſi vero in modum exceptionis proponitur crimen prius, ſemper auditur excipiens, vt C. de adul. quoniam Alexandrum. & 32. q. 6. nihil iniquius. C. de lib. cau. ſi filium. & extra de ord. cogni. cum dilectus 3.

Accuſatus an pẽdente accuſatione poſſit ſuum accuſatorem reaccuſare.

2 ff. de adul. l. ſi maritus. §. præſcriptiones.

iſti ſint de cætero admittendi ad accuſandum? Et rñdetur, quod non, niſi in proprijs cauſis ciuilibus: in criminalibus tamen, vel eccleſiaſticis non admittuntur. Dicit hoc contra epiſcopos, ſed contra alios bene agent proprias cauſas criminales, vel eccleſiaſticas.

b ¶ Culpabiles.] ideſt calumnioſè ſubaudi.

c ¶ Non tamen.] Suam iniuriam non proſequendo, ſed publico iudicio accuſando, vel ſpeciale eſt in calumniatore epiſcopi. ne ſit contra. 4. q. 6. omnibus, & ſupra 2. q. 1. prohibentur.

d ¶ Eccleſiaſticus.] Hoc ideo dicit, quia cauſa eccleſiaſtica nõ eſt agenda niſi per hominem bonæ opinionis. 5. q. 2. quia 1.

CVM ERGO. CASVS. Concludit Gratianus ex illo c. eos. & ex illo, ſi accuſatorum. quod deficientes in primis non admittuntur ad ſequentia.

De hoc no. 1. c. q. 7. c. 1.

AB accuſato. Hæc quæſtio diuiditur in tres partes: in prima quarum probat per tria c. quod accuſatus accuſare non poteſt de minori vel pari, prius quàm probauerit ſe inno-

NEganda.] CASVS. Ben. ſic ponit caſum hunc. Quidam accuſatus volebat ſuum accuſatorem reaccuſare de pari, vel minori crimine ante lit. conte. de maiori. quæſitũ eſt a Stephano an poſſit? Et reſpondet quod non. quia non eſt credendum accuſatis cõtra alios, niſi prius probauerint ſe innocentes.

3 De hac materia no. C. q accu. non poſſ. l. 1.

f ¶ Neganda.] Nota in criminibus non habere locum reconuenientem, vt hic. & i. c. prius. ut no. ſup. q. 8. c. 1.

g ¶ Accuſatis.] Inter reos receptis, vt ff. de adult. ſi maritus. §. præſcriptiones.

h ¶ Criminãdi.] Etiam ſi ſuam iniuriam proſequatur, ſecundum R. 4. quia non relatione criminum, ſed innocentia reus purgabitur, vt ff. de pub. iud. is qui. ſed hoc non eſt verum, vt infra c. proxi.

4 Sub. & H. qui & idem ſentit. & eadẽ rõne. & idẽ vi ſentite In. ut dixi ſup. ea. q. 8. cap.

i ¶ Rei.] ideſt, accuſati.

a ¶ Quemcunque.] Ergo eo ipso, ꝙ quis accusatur, perdit legitima iura. vt ff. de mun. & hon. reus 8 1. d. tātis. extra de accu. Deus omnipotens.

NEganda.] CASVS. Quæsitum fuit ab Imperatore. vtrum accusatus possit suum accusatorem reaccusare d pari, vel minori crimine? Rñdet, ꝙ non, prius q̃ se crimine quo accusatur exuerit: nisi ꝓsequat suā, vel suorum iniuriam, pōt tamen deponere inscriptionē apud iudicem pendente accusatione. Sequēs c. planū est, quod habet eundem casum cum primo. c. huius quæstionis.

b ¶ Suas.] Sed tunc nō permittitur, nisi ponas illū primū, q accusat, similiter prosequi suam iniuriam: alioquin concederet posteriori, quod aufertur primo: cōndēnatus autem nō potest, nisi suam iniuriam prosequatur ff. d accus. qui iudicio. cū iam sit Ifamis. ff. d pub. iudi. infamē. & hoc si post cōdemnationem accusationem incohat i extraneū, non in suum accusatorem. si. n. in suū accusatorē, potest; si nō perdit ex illo crimine ciuitatem, vel libertatē, vt ff. de pub. iud. l. is qui. & hoc ideo, quia parcitur illi, qui prouocatus vult se vlcisci. ff. de bo. lib. qui cū maior. §. si libertus. secundum canones aūt cū quis est damnatus de crimine: amodo non pōt accusare, nec suum, nec extraneum accusatorem, vt 11. q. 1. ꝗ crimen nisi suam, vel suorum iniuriam prosequatur. 4. q. 6. omnibus.

Condēnatus de crimine, an possit accusare.

rius dixit illud esse falsum. quæsitū est ab Imperatore, quæ quæstio præcedere debet? respondet, ꝙ de crimine falsi prius est cognoscendum tanquam de maiori.

c ¶ Sæpè fit.] Nam quādoq; aliter fit. extra de rest. spol. item cū quis. C. de do. inter vi. & vxo. si maritus. posset tamen

aduersus quemcunque [a] professio.

Lib. 9. Codicis titulo primo l. 19. Impp. Valentinianus, Valens, & Gratianus, AAA.

titulo, qui accusare non possunt, l. neganda.

¶De eodem. Cap. II.

ij) NEganda est accusatis (qui non suas, [b] suorumque iniurias persequuntur †) licentia criminandi in pari, vel minori prius quàm se crimine, quo premuntur, exuerint, secundum scita veterum iuris conditorum: ita tamen, vt & ipsi inscriptiones contra eos etiam pendente accusatione deponere possint.

Inf. non est credendum.
† *al. exequuntur.*

Item ex decreto Hadriani Papæ, c. 33.

De eodem. Cap. III.

NOn est credendum contra alios eorum confessioni qui criminibus implicantur, nisi se peius probauerint innocentes: quia periculosa est, & admitti non debet rei aduersus quemcunque professio.†

In capit. Hadriani, cap. 33.
Ans. li. 3. c. 92.
sup. c. neganda 1.
† *al. confessio.*

Hoc autem intelligendum est in pari, vel minori crimine. Ceterū si de maiori crimine eū accusare voluerit (veluti si accusatus de fornicatione, de periurio, de homicidio, vel simonia, vel quolibet alio huiusmodi crimine, accusatorem suum impetere voluerit) his auctoritatibus non prohibetur. ¶ Aliquando enim criminalis quæstio præiudicat ciuili. Aliquando criminali [a]. *Vnde in lib. 3. Codicis, tit. de ordine iudiciorum, lege quarta, legitur: ¶ Ciuili quæstione † intermissa sæpe fit, vt de crimine iudicetur; quod, vt pote maius, minori merito præfertur.*

tit. 8. lib. 4.
† *al. disceptatione.*] orig.

a ¶ Aliquando criminali.] *Antea legebatur,* aliquādo ciuilis criminali, *expūcta est dictio,* ciuilis, *auctoritate veterum codicum. Nam hic tantum agitur, quando causa criminalis ciuili, aut criminali præiudicat. In sequenti autem c. 5.* aliquādo ciuilis, *exponitur, quando ciuilis & ciuili, & criminali præferatur.*

Item lib. 9. Codicis, tit. Qui accus. non possunt, l. 1.

Cap. IIII.

PRius est [d], vt criminibus, quæ tibi, vt grauiora ab aduersario tui obijciuntur, cædis atq; vulnerū respon-

tit. 1.

NOn est credendum.] HOC AVTEM. CASVS. Exponit hic Grat. in quo casu intelliguntur supradicta c. cum lege inserta, scilicet de pari, vel minori crimine. sed si de maiori crimine ante lit. cōtest. velit accusatorem reaccusare potest. vbi gratia, accusat aliquis de fornicatione alium, potest accusatus reaccusare illum de periurio, vel homicidio, vel simonia.

ALIQVANDO. CASVS. Supra in l. neganda. dictum est, ꝙ persecutio suæ iniuriæ, vel suorum præiudicat alijs criminibus, vel præfertur. Nunc vberius de simili præiudicio prosequitur Grat. & dicit ꝙ criminalis quęstio quandoque præiudicat ciuili: & quandoque ciuilis criminali. & de vtroque ponit exemplum.

CIVILI. CASVS. Petebam ab aliquo hæreditatem ex testamento, in quo cōtinebatur, ꝙ ego eram institutus hæres, sed cum demonstraui testamentum, aduersa-

tamen illud intelligi, cum crimē in modum exceptionis obijcitur, vel directè fuit propositum, sed accepta pagina inscriptionis, vt C. de fal. satis.

PRius.] CASVS. Ego Barth. Briz. sic audiui ab Hugolino casum hunc. Tu accusabas me de furto, ego te de homicidio reaccusabam, quærebatur ab Imperatore, quæ quæstio præcedere deberet. & certe quæstio homicidij præcedere debet, vtpote maior, & postea ex euentu causæ apparebit, vtrum ille qui primo accusabat de furto, possit aduersarium reaccusare.

d ¶ Prius est.] No. si duæ sunt quæstiones principales, & ambæ sint ciuiles, quę prius proponitur, prius est determinanda, licet sint inæquales, dummodo se non contingant, & directè proponantur, vt extra de ordi. cogn. cum dilectus. ff. de iud. qui prior. Si sint criminales, & inæquales, & directè proponuntur, maior præponitur. Sed si altera est criminalis, a & altera ciuilis, de criminali prius agitur. Si vero nō sunt ambæ principales, sed vna

Ordo seruandus in pluribus qōnib.
a De hac materia no. ex. de ord. cog. c. tuam.

vna incidit alteri, de incidenti prius cognoscitur. Incidit autem quandoque criminalis criminali, quandoque ciuilis ciuili, quandoque criminalis ciuili, quandoque ciuilis criminali. Criminalis incidit criminali, vt si accusanti de adulterio obijcio lenocinium, & ponit aliud exem-

SI CRIMEN. CASVS. Hæc lex & sequens sunt in codice ordine cognitionum lib. 7. Hugolinus casum sic intellexit. Accusabam aliquem de crimine, ali s dicebat eum seruum suum esse, quærebatur quæ causa præponi debebat? Et respondetur, quod causa libertatis, quia primum scire oportet verū sit liber, uel seruus, vt cum crimen fuerit probatum, iudex puniat eum tanquam liberū, vel tāquam seruū, & hoc modo Beneuē. ponit casum. Ponit etiam alio modo sic. Accusabam aliquem de crimine: ille replicauit contra me, quod ego erā seruus suus. quæritur quæ causa prius agi debeat? & respondetur, ꝙ causa libertatis quoniā ante scire oportet an ille qui accusat sit liber, vel seruus.

deas; & tunc ex euentu causæ [a] iudex æstimabit, an tibi permittendum sit eundem accusare, tametsi prior inscriptionem deposuisti.

2 ¶ *Aliquando ciuilis præiudicat ciuili, aliquando criminali. Sicut enim in septimo lib. codicis, tit. de ordine cognitionum l. si de hæreditate, legitur.* ¶ *[Si de hæreditate, & libertate controuersia est, prius agi causa libertatis debet.] Item lege sequenti.* ¶ *[Si crimen aliquod inferatur ei a, qui ingenuus esse dicitur, ante liberalis causa suo ordine agi dēt, cognitionem suam præside præbente: quoniā necesse est ante sciri, si delictū probatum fuerit, vtrū vt in liberum, an ut in seruum [b] constitui oporteat iudiciū. Item. 3. [¶ Qui confitetur se pati controuersiam status frustra postulat sibi dari potestatem accusandi eum: qui se suum dominum esse fatetur.* ¶ *Causa [c] vero liberalis terminata, si seruus pronunciatus fuerit, dominum suum accusare non poterit.] Codicis lib. 9. tit. 1. l. pen.* ¶ *[Siquis [d] ex familiaribus [e] vel ex seruis cuiuslibet domus, cuiuscunque criminis delator, atque accusator emerserit, eius existimationem, caput, atque fortunas [f] petiturus, cuius familiaritati, vel dominio inhæserit, ante exhibitionem testium, atque examinationem iudicij, in ipsa expositione criminum, atque accusationis exordio, vltore gladio feriatur. Vocem. n. funestam intercidi oportet potius, quam audiri. Maiestatis autem crimen excipimus.] Similiter [g] l. vltima.* ¶ *[Si liberti accusatores [h] manumissorum, hæredumve esse præsumpserint, eodem quo serui supplicio tenebuntur, luituri pœnas ante prohibitæ delationis exordium.*

tit. 19. l. 2.

Ibidem l. 3.

Ex l. 1. & 4. alio modo aptatis verbis.

Iuo p. 16. c. 61.

Iuo ibi. c. 62.

b ¶ In seruum.] Aliter enim punit̄ seruus, aliter liber, vt 27. quæst. 5. qui compulsus.

in cantando. Sed contra inf. de conse. dist. 2. c. vlt. 1 Sed dic ꝙ nouam Missam non potest incipere: sed priorem posset consumare. Incipiat ergo unus, vbi alius destitit, nisi sit oratio Dominica cœpta: tunc eam alter reincipiat. Similiter ubi deficit in secreta: alter id in principio incipiat. Idem dic in baptismo, ut alter de nouo id reincipiat: quia hæc sunt sacramenta unitatis. De ordinatione idem credo. 24. distin. quorundam. Similiter iudex incipiet, ubi alter terminauit. ff. de iud. edictum.

non connumeratur inter alimenta, ut ff. de penu. lega. l. non omne, quod non credo: sed nec aquam calidam potest sumere, ut extra de cele. Missa. ex parte.

ECCE. Hæc est 3. pars huius q. in qua dicitur ꝙ propter senectutem, vel simplicitatem datur coadiutor: ꝙ probatur per duo cap. Io. de Fan.

CASVS. sup. in c. scripsit. &c. quamuis dictum est, ꝙ infirmitate grauato, nisi voluerit, alius subrogari non debet: sed ei coadiutor dabitur. similiter senectute grauato

to dabitur coadiutor, & hoc probatur per sequens capitulum.

Petijsti vt cum.] CASVS. H. casum istum sic ponit. Iste archiepiscopus tria petijt a Papa, scilicet quod sibi coadiutorem adiungeret, & quod eligeret sibi successorem, & quod ordinaret eum episcopum in eadem ecclesia, ut sic esset sibi compiscopus in eadem ecclesia. Primum sibi concedit: quia de iure non potuit denegare, cum esset senectute grauatus. Secundum licet esset contrarium ecclesiæ, concedit tamen ei speciali priuilegio: scilicet ut in articulo mortis eligat eum sibi successorem. Tertium autem quod similiter erat contra ius commune, ei ex toto denegat, scilicet ut ipso viuente in ecclesia debeat ipsum ordinare episcopum. Beneuen. vero sic ponit casum. Bonifacius archiepiscopus Moguntinus tria postulauit a Zacharia Papa, scilicet vt coadiutorem sibi habere liceret, cum esset senectute grauatus. Secundum vt liceret sibi successorem eligere. Tertium, ut in uita sua liceret sibi illum consecrare in episcopum. Sed Zacharias primum, & secundum sibi concessit: tertium vero concedere noluit. Sed quia littera videtur aliquantulum discordare, tu aptabis eam ad casum secundum, quod melius est. [Ordinabis,] i. facies, & constitues illum episcopum, idest, superintendentem iis quibus coadiutor debet intendere.

a ¶ Præsentib.] 8. q. 1. c. 2. contra. sed istud est dispensatio. Et habes 1 hic, quod licet Papa det aliquibus potestatem eligendi prælatum, tamen aliorum consensus est requirendus. sic 23. dist. in nouo. 8. q. 1. licet. & ff. de ritu nup. generali.

b ¶ Ministret.] Et ita iste compiscopus erit uicarius huius archiepiscopi. ut extra de offi. iud.

1 Certe id quod sequitur [illegible] ex textu non habetur: cum dicat tantum præsentibus cunctis, &c. & nihil [illegible] de consensu [illegible] sic contra [illegible] bitur [illegible] Arch.

ord. quoniam in plerisque.

Quia frater.] CASVS. Io. episcopus Naruien. ecclesiæ adeo simplex erat, quod res ecclesiæ ministrare nescie-

mitate grauato alius possit subrogari, patenter monstratur. Senectute autem grauato non successor sed coadiutor dari debet, qui ei decedenti in locum regiminis succedat. Sic Augustinus dicitur accessisse, non successisse Hipponensium episcopo. sup. ea. c. non autem.

Hinc etiam Zacharias Papa scribit Bonifacio Moguntino archiepiscopo.

¶ Senectute grauato coadiutor est dandus, qui morienti succedat. C. XVII.

Petijsti, vt cum nostro consulto pro superueniente tibi senectute, atque corporis imbecillitate, si poteris inuenire alium in eadem sede, in qua præes, pro tui persona debeas collocare. Nos vero, adiutore Deo, consilium præbemus tuæ sanctitati, vt pro salute animarum rationabilium, fautore Christo sedem, quam obtines, Moguntinæ ecclesiæ nequaquam relinquas. Sin vero Dominus dederit iuxta petitionem tuam hominem perfectum, qui possit solicitudinem habere, & curam pro salute animarum; pro tui persona illum ordinabis episcopum; eritque in Euangelio tibi credito, & ministerio Christi portando in omni loco requirens, & confortans ecclesiam Dei. *Item ad eundem epistola vlt.* ¶ Si eundem diuina voluerit clementia post tui diem transitus superesse, si eum aptum cognoueris, & in tua voluntate fuerit diffinitum; ea hora qua te de præsenti sæculo migraturum cognoueris, præsentib.[a] cunctis, tibi successorem designa, vt huc veniat ordinandus. Hoc nulli concedi alij patimur; quod tibi charitate cogente largiri censuimus. *Item ibidem paulo superius.* ¶ De eo autem, quod tibi successorem constituere dixisti, vt te viuente in tuo loco eligatur episcopus; hoc nulla ratione concedi patimur: quia contra omnem ecclesiasticam regulam, vel instituta patrum esse monstratur: sed volumus, vt tibi ministret,[b] & sit in Euangelium Christi adiutor. *& inf.* ¶ Nimis. n. reprehensibile esse manifestum est, vt te viuente tibi alium substituamus, sed hoc commonemus, vt quamdiu te diuina iusserit clementia superesse, sine intermissione orare non cesses, vt tibi Deus illum successorem concedat, qui ei possit esse placabilis, & populum irreprehensibiliter regere valeat.

¶ *Prior pars huius capituli vsque ad vers.* Item si eundem *sumpta est ex epistola Zachariæ Papæ, cuius initium est,* Sacris liminibus: *quæ extat Romæ manuscripta in bibliotheca Dominicana: quam etiam edidit frater Laurentius Surius in vita B. Bonifacij, sed ex codice parum emendato. Reliqua habentur in epistola vltima in tomis conciliorum.*

Item Pelagius Papa Clero Narniensi. † al. Nauariensi. † al. Narniensi.

¶ Non successor, sed coadiutor viuenti episcopo datur. C. XVIII.

Quia frater, & coepiscopus noster Ioannes ecclesiasticæ vtilitatis studio suadente, & naturæ suæ simplicita

nesciebat. vnde petit a Pelagio quendam presbyterum nomine Cõstitutum in adiutorem. præcipit ergo Pelagius clero illius ecclesiæ, quatenus principaliter ... episcopo, secundario uero illi Constituto ... præbeant competentem: ita vt in nullo eius dispositionibus

re, quod non posset fieri substitutio: ideo Grat. ea exponit, & dicit, quod illud c. factus intelligitur de hæreticis, id est, schismaticis, qui ecclesias vsurpant. sed illud c. sicut vir. intelligitur de illo qui causa ambitionis suã vult ecclesiã deserere, & non cã religionis, vel regularis mutationis, quod probat per litterã consilij. quã Gratianus de illo c. subtraxit.

te [a] laudabili cõsideratione tractata, ob hoc, quod se ingerenda patrimonij gubernandi cura, vel in disciplina ecclesiastica conseruanda minime fatetur idoneum: Cõstituti [b] presbyteri ad hæc explenda sibi exposcit adhiberi personam: vt ea, quæ sunt necessaria, competenti disponente solicitudine fiant, nihil indecens fieri, vel inutile permittatur. Ideoque præsenti vobis iussione præcipimus, vt seruata primo [c] in loco episcopo memorato reuerentia, quam vos conuenit inculpabiliter exhibere, in omnibus, quæ ad diuini cultus obsequium pertinẽt, vel quæ ecclesiasticæ vtilitatis peragere cura suaserit, præbeatis obedientiam [d] Constituto competẽtem, in nullo dispositionibus eius spiritu contumaci resultantes: imo competenti vigilantię vestræ studio, quæ pro ecclesiastica vtilitate gerenda Constitutus monuerit, adimplẽtes: vt his ita dispositis, & cõsueta vobis stipendia ministrẽtur, & quæcumque in præfatæ ecclesiæ patrimonio, vel de rebus ad eam pertinentibus repetendis [e] sunt necessaria compleantur.

Illud vero Cypriani [f] de hæreticis intelligendum est, qui catholicorum ecclesias sibi vsurpare contendunt. ¶ *Illud vero Euaristi [g] Papæ tũc intelligendũ est, quando nec ineuitabilis necessitas, (persecutorũ videlicet) nec Apostolica, aut regularis mutatio, sed ambitio sola episcopum de ecclesia ad ecclesiam trãsire cogit.* ¶ *Vnde cum in principio sui capituli diceret: [Episcopus non debet dimittere ecclesiam suam.] subsequenter adiunxit: [Absque ineuitabili necessitate, aut Apostolica, vel regulari mutatione, & alteri se ambitus causa coniungere.*

sup. c. factus. & cap. Nouatianus. sup. ca. sicut vir.

4 *Ambitionis [h] enim causa quicunq; ecclesiæ suæ mediocritate despecta ad maiorem ecclesiam transire voluerit, debet reuocari ad propriam* † *Quod si redire contempserit, careat aliena, & propria.*

† Adde pro hoc text. in l. itẽ eorum. §. si decurionibus. §. quod cuiusq. vni.

f ¶ Illud vero Cypriani. j 5. ea. fact?. & c. Nouatianus.
g ¶ Euaristi. sup. ea. sicut vir.
AMBITIONIS. Hæc est 4. pars huius q. i qua ... q. 15. ... quod nullus sine licentia possit dimittere ecclesiã suã, & transire ad aliam: & si fecerit, reuocabi. Hoc intelligo in episcopo, & ... in alijs autẽ credo, quod possint renũciare si uolunt. sup. ead. quam periculosum, ext. de ser. non ord. eo libẽ tius. alias viderentur serui. quod falsum est. Ioan. de Fant.
CASVS. Dicit Grat. quod si quis trãsit causa ambitionis ad aliã ecclesiam, debet reuocari ad suã ecclesiam, & si redire cõtẽnit, aliena carebit & propria. Et ad hoc inducit sequentia capit.
h ¶ Ambitionis.] Adhuc enumerat Gratianus causas, per quas fiunt mutationes: & quare clericus amittit ecclesiam suam. Sunt autẽ quinque causę mutationũ, scilicet causa leuitatis, cupiditatis, necessitatis, 2 vtilitatis, & humilitatis. Cũ cã necessitatis transit, necessitate cessante recuperat ecclesiam, vt inf. ead. pastoralis. Cum causa cupiditatis transit, tũc vtraq; caret. ut inf. ea. c. cos. & si quis episcopus. sed tñ ecclesia potest eum repetere. vt inf. ea. cap. 1. & cogitur tunc redire, ut inf. c. si qui uero. In causa leuitatis est vis aliquanta. H. dicit quod idem sit in causa leuitatis, quod in causa ambitionis, quod. s. sine admonitione potest priuari si ex causa leuitatis adhæserit alij, nisi prior ecclesia uelit eum repetere. si autem non adhæserit alij, aut ecclesia habet eum pro derelicto, aut non. si habet puta si contrahat matrimonium, vel sit miles: tunc potest priuari. Item sm H. si defuerit per tres septimanas, vel duos menses, & sine iusta causa. & absq; licentia prælati est in studio, vel in peregrinatione in his omnibus sine admonitione potest priuari. vt dicit: honestum tamen est, vt admoneatur. ut infra ea. si quis presbyter. & c. si quis in clero. & extra de coha. cler. & mulie. si quis quando, verius credo quod semper primo admonendus est ut ext. de appell. peruenit 2. & ter admonendus est. ut extra de sent. excom. in audientia. Itẽ arg. ad hoc j. c. peruenit

Clericus ecclesiam mutat quinque causis.

2 Q est cũ pp persecutionem recedit. L.

nibus contradicant: & eis consueta stipendia ministrentur. Et suspenditur constructio vsque ibi, Constituti presbyteri.
a ¶ Simplicitate.] sup. dist. 30. Petrus. contra sed illud de ordinando. tamen iste affectare nõ debuit id in quo sciuit, aut scire potuit infirmitatem suam alij damnosum. ff. ad legem Aquiliam. idem iuris. in fine.
b ¶ Constituti.] Proprium nomen.
c ¶ Primo.] sup. dist. 8. quæ contra. Vel aliter, huic obediunt in spiritualibus: coadiutori in temporalibus. 8. q. 1. si Petrus.
d ¶ Obedientiam.] Arg. quod si episcopus præcipit alicui pro utilitate ecclesiæ ire Romam, quod illud tenetur facere. 16. q. 1. vos autem. 1
e ¶ Repetendis.] Ergo qui administrat res ecclesiæ potest agere, & conueniri. ut extra de rescript. edoceri.
ILLVD. CASVS. Supra in c. quamuis. & c. qualiter. dictum est, quod episcopo uiuente alter potest substitui. Sed quia duo c. superius posita videbantur contraria, scilicet, c. factus est. & c. sicut vir. in quibus videbatur dicere,

1 Arg. 24. q. 1. ca. pult. in princ. ubi de hoc.

uenit. extra de cle. non resi. ex parte. & ext. eo. ex tuæ. Nec enim de facili credendũ est aliquem hre ecclesiam suam pro derelicto. extra de renun. super hoc. nec. n. ex sola absentia præsumitur habere ecclesiã pro derelicto, cum possit quis ex iusta causa abesse, vt extra vt lit. nõ cõt. qm frequẽter si autẽ non inuenitur fiat prout dicitur in illa decreta. ex tuæ. De vtilitate patet: q. i cã utilitatis transire põt ad aliam ecclesiam auctoritate maioris, ut ĩ. ea. mutationis. Item si cã humilitatis transit ad monasteriũ, non põt eam repetere, vt ĩ. ea. hoc nequaquã. Alio modo ẽt consueuerunt quidam distinguere, ut inuenies in illa glossa, cum quis.

¶ Ambitionis.] Cũ quis sine licentia plati recedit de ecclesia, siquidẽ ex causa necessitatis, adhuc eam retinet, ut ĩ. e. præsentium. si ex cã volũtaria, perdit eã. 21. q. 2. si qs iã trãslatus. si aũt ex utili cã recedat, non perdit eã, sed punitur alio mõ a iudice. de cons. d. 5. non oportet 2. & 91. dis. clericus. Sed si accedit ad aliam ecclesiam, videtur renũciare primæ, 1 vt ext. de pbi. de multa. & de concess. præb. literas. in fin. populus tñ eã si vult repetere põt. ĩ. ea. non oportet. Si autem prælatus per tres septimanas abest, per trienniũ suspendit, ĩ. e. si qs in clero. Si p duos menses, priuat ecclesia. ĩ. eo. præsentiũ. Si p quinq. annos. deponit. extr. de cler. nõ resi. c. 2. plátus uero si diebus solemnib. defuerit ab ecclesia: punitur, inf. ea. si quis in clero immo & clericus si una hora defuerit 92. dist. c. vlt. vbi deponitur.

1 Dic vt no. extr. de cler. non resid. ex tuæ. & 21. q. 1. clerici, & c. relatio. & ext. de of. vicar. c. 1. Arc.

subdiacono, vt illum admoneat ad ecclesiam suam redire: & si contemnat, detrudat eum in monasteriũ: & hoc Papæ significet, vt quid sit postea facturus agnoscat.

c ¶ Episcopum.] Episcopus ad plus secundũ iura canonica per sex menses abesse, ut extra de cler. non residen. ex

Vnde in Nicano concilio c. 15. legitur.

Et in Aquisgr. c. 13.

¶ Episcopus, vel quilibet clericus relicta sua ecclesia non debet ad aliam transire. C. XIX.

Ansl. 6. c. 112. Burch. l. 2. c. 97. Iuo p. 6. c. 174.

NOn oportet [a] episcopum, vel reliquos ordines de ciuitate ad ciuitatem migrare non eps, non presbyter, non diaconus transeat. Si quis autem post definitionem sancti, & magni concilij tale quid agere tẽtauerit, & se huiusmodi negocio mãcipauerit; hoc factum prorsus in irritum ducatur, & ecclesiæ restituatur, [b] cuius fuit episcopus, aut presbyter, aut diaconus ordinatus.

¶ *Ex duobus codicibus collectionis Anselmi in uno emẽdatiore caput hoc ita habet, vt verba hac.* Quod non oporteat episcopum, vel reliquos ordines demigrare, *sit rubrica & capitulum hoc modo incipiat.* Vt de ciuitate ad ciuitatem, non episcopus, non presbyter, non diaconus transeat. *In altero vero eadem rubrica est nigris literis scripta, & est initium capituli. unde videtur caput hoc esse concinnatum quemadmodum est apud Gratianum salua sententia ipsius canonis.*

Item Gregorius Anthemio subdiacono, li. 5. epist. 23. siue c. 123.

¶ In monasterio deputetur episcopus, qui in ecclesia sua residere contemnit. C. XX.

Ansl. li. 6. c. 178.

PEruenit ad nos Pimeniũ Amalphitanę ciuitatis episcopum [c] in ecclesia sua residere non esse contentũ; sed foris per diuersa loca vagari. *& infra* ¶ Idcirco hac tibi auctoritate præcipimus, vt supradicto episcopo interminari non desinas, quatenus hoc de cętero facere nõ præsumat, sed in ecclesia sua sacerdotali more resideat. Quem si fortè non emendari post tuã interminationẽ [d] cognoueris; in monasterio eum deputare, [e] & nobis curabis modis omnibus indicare: vt quid facere [f] debeas, nostra iterum præceptione cognoscas.

Item ex concilio Carthaginensi 5. c. 5.

Et in Africano c. 83.

¶ Episcopo nulli conceditur principalem cathedram relinquere, & ad aliam ecclesiam se transferre. C. XXI.

Ansl. l. 6. c. 176.

PLacuit, vt nemini sit facultas, re-

a Et ita hoc statutũ est in fauorem ecclesiæ. s. q põt eum repetere, sed nõ cogit eum recipere.
Ar. 32. q. 1. de benedicto Arch.

NOn oportet.] CASVS. Omnia sequentia c. loquuntur de transeuntibus ambitiosè: quod ab initio semper præsumitur, cum sua auctoritate hoc faciunt. Dr ergo hic, q nec episcopus nec presbyter, nec diaconus debet de ciuitate ad ciuitatem transire: & si quis præsumpserit, ecclesiæ suæ restituatur.

a ¶ Non oportet.] Hoc c. respicit primam partem.

b ¶ Restituatur.] Ecclesiæ, si ecclesia eum repetit, 2 ĩ. ea. si quis episcopus, & tunc cogitur redire, ut inf. ea. si qui vero.

PEruenit.] CASVS. Pimenius Amalphitanę ciuitatis episcopus non residebat in ecclesia sua: sed foris p diuersa loca vagabatur. Præcepit ergo Greg. Anthemio

ex tuæ. tamen dat annum, ut in auth. quomodo opor. episcopos. §. illud. colla. 1.

d ¶ Interminationem.] Ergo admonendus est.

e ¶ Deputare.] Hic subditus suspendit suum prelatum. sic 74. dist. honoratus hoc etiam laicus posset. 12. dist. §. verum. & fœmina, vt 2. q. 5. Mennam. Sed certè in hoc non erat subditus: quia faciebat hoc ex delegatione domini Papæ. Idem est de alijs.

Prælatus aliquæ suspendi tur a subdito suo.

f ¶ Facere.] Arg. q si Papa mandat alicui vt excommunicet aliquem, idem non potest eum absoluere, vt arg. 27. q. 2. si homo. Sed hoc verum est, cum hoc alicui specialiter demandatur. si autem mandatur decisio causæ alicuius iudici, & alteram partem excommunicet, potest illam absoluere.

PLacuit.] CASVS. Statuitur in hoc cap. ut nullus præ-

prælatus relictâ cathedra principali ad aliam diœcesim se præsumat cõferre: ne propter propriã vtilitatẽ suam, curam ecclesiæ possit negligere.

a ¶ Relicta.] Clericus inconsulto episcopo non potest dimittere ecclesiam suam, extra de renunc. admonet. & si transit de una ecclesia ad aliam de eodem episcopatu ibi sufficit tacitus consensus episcopi, quia tacitus dissensus dissoluit matrimonium carnale, ut 33. q. 5. qui vxorẽ. Sed si se transfert ad aliã diœcesim: tunc quasi liberatur a patria potestate, quod non potest fieri nisi expresso 1 consensu episcopi. C. de emanc. liber. l. 3. & expresse dicitur 71. d. c. 1. & 19. q. 2. c. 1. & 21. q. 2. c. 1.

1 De hoc no. 71. d. ca. 3. & 21. q. 2. c. 1. & hanc sententiã sequitur V. & Tã. in prædic. c. admonet.

b ¶ In diœcesi.] Nisi causa visitandi, ut 10. q. 1. placuit, seruato quod dicitur inf. de consec. d. 3. episcopus.

c ¶ Propriæ.] Not. quod prælatus non debet præponere suam utilitatem utilitati ecclesiæ, & si in hoc passa sit ecclesia damnum, illud de proprio resarciet. 12. q. 4. quicunque.

CONstitutum est.] CASVS. Quidam intercessores vel visitatores vacantium ecclesiarum nitebantur retinere illas ecclesias studijs populorũ, vel seditionibus. Facta est ergo constitutio, vt hoc de cætero nõ fiat, sed det operam intercessor, quatenus intra annum episcopus eligatur. Si vero neglexerit, anno elapso remoueatur, & alius intercessor detur.

d ¶ Constitutum.] Curam debet habere visitator in electione 2 & ideo prohibetur eligi, ne possit malignari: sicut tutor prohibetur ducere pupillam ante reddita ratiocinia, ne possit malignari, C. de interdict. ma. si tutor. sicut nec creditori licet sibi pignus ad decere. C. qui bo. ced. pos. l. 4. Itẽ visitator nõ debet sibi honorem assumere 8. q. 1. in scripturis, & sic ratione officij aliquid prohibetur, vt 10. q. 2. hoc ius porrectũ in fi. & ff. de contrahen. empt. si in emptione. §. tutor. & est cõtra regulam illam, quod nulli debet suum officiũ esse damnosum. extra de fideius soribus. peruenit, ff. de fur. si seruus communis. Iste visitator mortuo ẽpo constituitur, & iste debet admonere clericos, vt eligant futurum episcopum, vt 61. d. obitum & c. Catinensis, & si plures eligãtur, potest examinare, quis sit melior, vt 85. d. Florentinũ. Itẽ custodit reditus ecclesiæ, ut 61. dist. quoniam. Quandoque tamen reditus ecclesiæ custodiuntur ab œconomis, si eos habeat ecclesia, ut 75. dist. quoniã, quidam.

2 Et ẽe eliget ẽm Hu. Alij contra de hoc not. 61. d. obitũ. Arch.

Offm quãque est dãnosum

e ¶ Vt intra annũ.] sup. 63. dist. obeuntibus.

---

lictâ [a] principali cathedra, ad aliquam ecclesiam in diœcesi [b] constitutam se conferre, vel in re propria diutius quam oporteat, constitutum, curam, vel frequentationẽ propriæ [c] cathedræ negligere.

Item ex concilio Carthaginensi 5. c. 8.

Et in Africano c. 41

¶Intercessori, cathedram, cui datus est, tenere non licet. C. XXII.

COnstitutum [d] est, vt nulli intercessori licitum sit cathedram, cui intercessor datus est, quibuslibet populorum studijs, vel seditionibus retinere: sed dare operam, vt intra annum [e] eisdem episcopum prouideat. Quod si neglexerit, anno expleto † interuentor alius tribuatur.

† al. exempto.

Item ex concilio Nicano, c. 16.

Ansl. l. 7. c. 107. Burc. l. 2. c. 98. Iuo p. 6. c. 175.

¶Excommunicentur clerici, qui relicta sua ecclesia ad eam redire noluerint. C. XXIII.

SI qui vero sine respectu agentes, & timorem Dei ante oculos non habentes, neq; ecclesiastica statuta custodientes recesserint ab ecclesia sua, siue presbyter, siue diaconus, vel in quocunq; ecclesiastico ordine positi fuerint; hi non debent suscipi in alia ecclesia: sed cum omni necessitate cogantur [f], vt redeant [g] ad ecclesiam suam. Quòd si permanserint, excommunicari eos oportet.

SI qui uero.] CASVS. Dicitur hic quod nullus clericus relicta sua ecclesia debet recipi in aliena ecclesia, sed cogi debet redire, quod si non fecerit, excommunicetur.

f ¶ Cogantur.] Si. ff. de decur. l. 1.

g ¶ Vt redeant.] Si ecclesia vult eum repetere 3 ipse tamen non potest, extra de renun. quod in dubiis. 32. q. 1. de benedicto. sic 33. q. 5. mulier. Sed nõne hodie ipso iure perdit priorem ecclesiam, vt ext. de præbẽ. de multa? Respon. perdit quãtum ad se, sed non quantum ad priorem prælatum.

3 Non tñ cogitur j. ea. si quis presbyter. & c. si q̃s ẽps ẽm Hu.

Item ex concilio Antiocheno, c. 3.

& in Chalced. c. 20. In Aquisgran. c. 71. Ansl. l. 7. c. 170.

¶De eodem. C. XXIIII.

j SI quis presbyter, vel diaconus, vel quilibet clericus, deserta sua ecclesia, ad aliam transeundum esse crediderit; & ibi paulatim tentet, quò migrauit, perpetuo manere, vlterius ministrare non debet, præsertim, si ab episcopo suo ad reuertẽdum fuerit exhortatus. Quòd si post euocationem sui episcopi, non obedierit, sed inobediens perseuerauerit, omnimodo ab officio suo deponi debere, nec aliquãdo spem [h] restitutionis habere: si vero propter hanc culpam depositum, alius episcopus [i] susce-

SI quis presbyter.] CASVS. Quæsitum fuit in concilio Antiocheno quam pœnam debet pati clericus ille qui sua auctoritate ad alienam transit ecclesiam. Et respondet quod si monitus ab episcopo suo non redierit, debet suspendi. & si postea contumax fuerit, debet deponi sine spe restitutionis: episcopus autem, qui depositũ receperit, a coepiscopis increpabitur.

h ¶ Spem.] Ergo restitui non potest clericus depositus ab episcopo, & hoc verum cum pro crimine deponitur. secus si pro contumacia. 50. d. contumaces.

i ¶ Alius episcopus.] Si ab vno episcopo quis suspendit vbiq; habendus est suspensus, ut hic, & 4. q. 5. quisque. quia

quia quantum ad officium sententia ius facit. Secus si est suspensus a beneficio. Sed in excommunicato idem est, quia cum sit extra ecclesiam, nihil potest possidere nomine ecclesiæ. 23. q. 7. c. 2. & 3. & 8. dist. quo iure, & argu. 11. q. 3. si quis a proprio. sup. 70. dist. sanctorum. & extra de app. pastoralis, in fi. 1

Excõicatus nihil potest possidere nomine ecclesiæ.

1 Vbi de hoc in gl. quę. n. ibi vide. & s. 32. q. 6. pceptũ. Arch.

e ¶In clero.] Maximo, quia laicis non licet. 7. de consecr. d. 1. si quis, & d. 3. c. nulli.

f ¶Solemnibus.] Immo nullo tempore deerit, vt 91. d. Eleutherius, & c. clericus, & 92. dist. cap. vlt. Sed quid si plures habet ecclesias vel præbendas? Tunc dicas ecclesiam

EPiscopum.] CASVS. Dicitur, quod nullus episcop⁹ sua auctoritate ad alienam migret ecclesiã, etiamsi a populis fuerit violẽter attractus, vel ei ab episcopis suadetur, sed in sua permaneat. Sequentia duo c. plana sunt.

a PLacuit.] 13. q. 1. c. 1.

EPiscopus.] CASVS. Statuitur hic, quod nullus episcopus debet in aliena dioecesi clericos ordinare, vel altaria cõsecrare, quod si fecerit, clerici deponentur: sed altaria manebunt consecrata, & ordinator eps vno anno cessabit a Missarum celebratione.

b ¶Amotis.] s. 16. q. 5. c. j. 9. q. 1. Lugdunen. s. Sed ibi nomine alterius consecrauit, & ille ratum habuit, hic nomine proprio, vt 13. q. j. c. 1. uel ibi Dominus ratam habuit ordinationem.

Res inanimata consecrata Dño non est restituenda.

c ¶Altaris.] Si res inanimata fuerit cõsecrata Dño, non restituitur, vt 14. q. 6. comperimus. secus in re animata. 54. d. frequens, quia aiata delinquere põt, sed inanimata non.

d ¶Vno anno. 50. q. 2. nullũ. contra. vbi pro tali culpa deponitur. Sed istud est ex dispensatione.

SI quis.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In 1. dicitur, quod si clericus in minoribus ordinibus cõstitutus nõ ex iusta causa in diebus solemnibus defuerit a sua ecclesia, s. in natiuitate Domini, Epiphania, Pascha, & Pentecoste, trienio ab officio suspendatur. In secunda parte dicitur, quòd si presbyter, vel diaconus per tres hebdomadas defuerit ab ecclesia sua, eandem pœnam patiatur. Secunda pars incipit ibi, [Similiter.]

perit, & ipse a communi synodo pœnam merebitur increpationis α, tanquam ecclesiastica iura dissoluens.

α ¶Increpationis.] *Græce est, ἐπιτιμίας τυγχάνειν, quod in alijs versionibus est,* arguatur, *vel* coerceatur, *vel* puniatur.

Item ex eodem Antiocheno c. 21.

¶Non licet episcopo ecclesiam suam relinquere, & ad aliam transire. C. XXV.

EPpiscopum de dioecesi ad dioecesim alteram nõ debere transire, neq; si seipsum ingesserit, neq; si a populis fuerit violenter attractus, neque si etiam hoc ei ab episcopis suadeatur †: manere autem eum debere in ecclesia Dei, quam ab initio sortitus est, & non ab ea alibi demigrare, secundum regulam super hoc olim a patribus constitutam.

9. q. 2. nullum. Burc. l. 1. c. 72. Iuo p. 5. c. 179.

† ἀναγκαζόμενον.

Item ex concilio Calcedonensi c. 5.

¶De eodem. C. XXVI.

PRopter eos episcopos, siue clericos, qui de ciuitate ad ciuitatem transeunt, placuit definitiones datas a sanctis patribus habere propriam firmitatem.

Item ex concilio Carthaginensi c. 20.

¶Alienæ plebes ab episcopo non vsurpentur. Cap. XXVII.

PLacuit a, vt a nullo episcopo vsurpentur plebes alienæ, nec aliquis episcoporum supergrediatur in dioecesi collegam suum.

s. ead. non oportet. ex Nicæna synodo. lib. c. 6. c. 236. Burc. l. 1. c. 64. Iuo p. 5. c. 173.

Item Anacletus.

¶Alienos clericos ordinare, & altaria consecrare episcopo non licet. C. XXVIII.

EPiscopus in dioecesim alienam ad alienos clericos ordinandos, uel consecranda altaria irruere non debet. Quod si fecerit, amotis b his, quos ordinauit, altaris c tamen consecratione manente, transgressor canonum vno anno d a Missarum celebratione cessabit.

In Aurel. 3. c. 15.

Item ex concilio Agathensi c. 64.

¶Diebus solemnibus clericus ecclesiæ suæ deesse non debet. C. XXIX.

ij SI quis in clero e constitutus, ab ecclesia sua diebus solemnibus f defuerit. i. Natiuitate Domini, Epiphania, Pascha, vel Pentecoste, dum potius sæcularibus† lucris studet, quàm seruitio Dei parere; conuenit, vt triennio a communione suspendatur. ¶Similiter diaconus, vel presbyter, si per tres g hebdomadas ab ecclesia sua defuerit, huic damnationi succumbat.

† al. singulari lucro

siam secum dispensasse, vt ad istud non cogatur.

g ¶Per tres.] Sup. eo. præsentium. cõtra. ibi dr de duob. mensibus. Sed ibi factum narrat, hic ius commune. Vel idem est in utroque dum tñ absit de licentia superioris.

Reme-

Item Hilarius Papa episcopis Tarracon. c. 3.

¶Remouendus est episcopus ab ecclesia, cui irrepserit, & ad suam cogendus est redire. C. XXX.

Ans. lib. 6. c. 109.

REmoto [a] ab ecclesia Barcinonensi, atq; ad suam remissio Irenæo episcopo, sedatis per sacerdotalē modestiam voluntatibus, quæ per ignorantiam ecclesiasticarum legum desiderant, quod non licet, obtinere. talis protinus de clero proprio Barcinonensibus ordinetur episcopus, qualem te præcipuè frater Ascani oportet eligere, & decet consecrare: ne si fortè aliter † factum sit, non sine obiurgatione tui maximè nominis retundat nostra præceptio, quod ad iniuriam Dei (a quo specialiter sacerdotalium est gratia dignitatum) didicerimus admissum.

† al. similiter.

Item Leo episcopus vrbis Romæ Anastasio Thessalonicensi episcopo, epist. 82 al. 84. c. 8.

¶Qui alienam cathedram appetit, ab ea expulsus etiam propria careat. C. XXXI.

Poly. li. 1. tit. 9. Ans. l. 6. c. 104. Burc. l. 1. c. 74. Iuo p. 5. c. 103.

SI quis episcopus mediocritate ciuitatis suæ despecta, administrationem celebrioris loci ambierit, & ad maiorem [b] plebem se quacunq; ratione transtulerit; non solum a cathedra quidem pellatur aliena, sed carebit & propria: ut nec illis præsideat, quos per auaritiam concupiuit nec illis, quos per superbiam spreuit. Suis igitur terminis contentus sit quisque; nec supra mensuram iuris sui affectet augeri.

Item ex concilio Meldensi c. 30.

¶Vtraque careat ecclesia, qui contemptu minoris ecclesiæ ad maiorem aspirat. C. XXXII.

Burc. l. 3. c. 48. Iuo p. 3. c. 52. Pann. l. 2. c. 45. † al. aspirare contenderit.

SI quis de ordine sacerdotali, contemptu minoris ecclesiæ ambitiosè, & improbè ad potiorem aspirauerit †; canonica erga eum definitio conseruetur; hoc est, ut utraque careat α.

α Hoc est, vt vtraq; careat.] *Hæc non sunt in Meldensi impresso, habentur tamen apud cæteros quoque collectores.*

Qui vero pretio ecclesiam vacantem ingressus fuerit, ab officio suo deponendus est, sicut in Rothomagensi concilio legitur.

¶Deijciatur a clero, qui muneribus ecclesiam acquirere tentat. Cap. XXXIII.

In capitular. l. 7. c. 206. Burc. l. 3. c. 114. Iuo p. 3. c. 90. Pann. l. 2. c. 49.

SAncitum est, atque omnibus modis prohibitum, vt si quis presbyter inuentus fuerit alicui clerico, vel laico munera dare, vel dedisse, aut aliā pecuniam [c] tribuere, vt alterius presbyteri ecclesiam surripiat, aut β vacantem pretio redimat; pro hac cupiditate, seu rapina, seu præsumptione turpis lucri gratia deijciatur a clero, & alienus existat a regula.

β Surripiat, aut.] *Addita sunt ista duo uoces ex Burchardo. Nam uiuente presbytero, possessore non pōt dici vacans ecclesia.*

REmoto.] CASVS. Irenęus epūs p seditionē volebat Barcinonen. ecclesiā retinere: sed Hilari9 Papa præcepit Ascanio Archiepo. vt inde illū remoueat, & ad suā faciat reuerti ecclesiā. & in eccles. Barcinonēsi talē faciat eligi, qualē deceat illū consecrare: ne si aliter fiat penā patiat. qd in iniuriā Dei factū fuerit. Retundat. j. i. puniat et emēdet, vel corrigat.

a ¶ Remoto. Ab officio visitationis, 1 vel etiā ab ipso epātu, quem occupauerat.

1 Hoc iō dicit, vt tangat solam H. dicentis q iste Irenæus eps factus erat visitator in ista ecclesia Barcinonen. quē quidam volebant illum eligere in episcopū, alij nolebāt propter hoc scribit Papa metropolitano, vt eū faciat ad suam ecclesiam redire, & ibi alium dignū eligi sm H.

SI quis.] CASVS. Anastasius Thessalonicensis eps qsiuit a Leone, quā pœnā pati debeat eps. qui minore ciuitate deserta se transfert ad maiorē ambitiosè. Et rōdet q suam perdere dēt, & illam quā per ambitionē cōcupiuit. Idem est casus sequentis cap.

b ¶ Ad maiorem.] Multo fortius si ad parem: quia facilius dispensat in maiori q in pari. extra de transla. licet ad minorē ēt difficilius q ad parē. ex. de transla. cum ex illo. & est hic psumptio canonis, qa eo ipso q trāsit ad maiorē, psumit esse ambitio potius q leuitas: quia nullus transit ad minorem ext. de cler. non residen. c. 1.

QVI VERO. CASVS. Dictum est supra de ambientibus. Nunc vero dicit de his qui pretio vacantem ecclesiā ingrediuntur, qui sunt deponēdi.

SAncitū.] CASVS. Statutum fuit in Rothomagensi concilio, vt quicunque pecuniā dederit, vel aliud mun9 clerico, vel laico pro aliqua ecclesia vacante, ab officio suo repellat.

c ¶ Aut aliam pecuniā.] Aliā bene dicit, quia quidquid hēnt homines, pecuniæ nomine censet. 1. q. 3. per totum.

ADDI-

In lib. 7 capitularium, c. 206 est verbum, surripiat, *sed deest alterum membrum* aut vacantem pretio redimat. *Iuo, & auctor Pannormia habent, vt antea Gratianus,* ecclesiam vacantem pretio redimat.

5 *Quod vero communi consilio, atq; aliorum utilitate mutationes episcoporum fieri possint, & in ecclesiis, a quibus recesserint, eis uiuentibus alij substitui ualeant, Anterus Papa demonstrat epist. 7. scribens episcopis Bætica, & Toletana prouincia.*

¶Necessitatis, vel vtilitatis causa episcoporum mutationes fieri possunt. C. XXXIIII.

MVtationes episcoporum scitote cōmuni utilitate, atq; necessitate fieri licere; sed nō propria † cuiusquam voluntate, aut dominatione. Petrus [a] sanctus magister noster, & princeps Apostolorū de Antiochia vtilitatis causa translatus est Romam, vt ibidem potius proficere posset. Eusebius quoq; de quadā parua [b] ciuitate, Apostolica auctoritate mutatus est in Alexandriā. Similiter Fœlix de ciuitate, in qua ordinatus erat, electione ciuium propter doctrinam, vitamque bonam, quam habebat, [auctoritate [a] huius sanctę sedis, &] cōi episcoporū, & reliquorum sacerdotum, ac populorum consilio translatus est Ephesum. Non enim transit de ciuitate ad ciuitatem, nec transfertur [c] de minori ad maiorem, qui hoc non ambitu, nec propria voluntate facit; sed aut vi a propria sede pulsus, aut necessitate coactus, aut utilitate loci, aut populi, non superbe, sed humiliter ab alijs translatus, & inthronizatus est. *& infra.* ¶Nam sicut episcopi habēt potestatem ordinare regulariter episcopos, & reliquos sacerdotes; sic quoties vtilitas, aut necessitas coegerit, supra dicto modo & mutare, & inthronizare potestatem habent. [non tamen sine sacrosanctæ Romanæ sedis auctoritate, & licentia. *& infra.* ¶Alia etenim † est causa vtilitatis, & necessitatis, alia auaritiæ, ac præsumptionis, aut propriæ voluntatis.

Poly. l. 1. tit. 9. Ans. l. 6. c. 94. Burc. l. 1. c. 77. Iuo p. 5. c. 183. Pann. l. 3. c. 69.

† *al. non libitu cuiusquam, aut dominatione.*

Plura sunt uerba in originali.

† *al. quoque.*

a Auctoritate huius sanctæ sedis, &.] *Hæc verba non leguntur in epistola Anteri, neq; in* Pannormia, *neque apud Burch. & Iuonem. Sunt tamen apud Anselmum, & in Polycarpo, & uetustis Gratiani exemplarib. Idem quoq; est de uerbis illis prope finem capitis,* non tamen sine sacrosanctæ Romanæ sedis auctoritate, & licentia: *quæ propter hanc causam virgulis sunt inclusa.*

Item Pelagius Papa secundus Benigno archiepiscopo, epist. 2.

¶Causa necessitatis mutationes episcoporum fieri possunt. Cap. XXXV.

SCias frater dilectissime, aliud esse causam necessitatis, & vtilitatis; aliud causam pręsumptionis, ac propriæ uoluntatis. Nō ergo mutat sedē qui non mutat mētem, idest, qui nō causa auaritiæ, aut dominationis, aut ppriæ voluntatis, vel suæ delectationis † migrat de ciuitate ad ciuitatem; sed causa necessitatis, aut vtilitatis mutatur

Poly. l. 1. tit. 9. Ans. li. 6. c. 97.

† *al. electionis al. dilectionis.*

ADDITIO. Adde 18. q. 1. si infidelis, in fi. Arch.

QVOD VERO. Hęc est 5. pars qō. in qua pbare intēdit, q de licentia Papæ ex iusta cā bene pāt fieri mutationes, & q vnus debet esse platus in vna ecclesia. & hoc probat p sex auctoritates. Io. de Fant.

CASVS. Iste §. respicit illum §. 5. eo. illud vero Cypriani. vbi facta est mentio de mutatione episcoporum, q posset fieri auctoritate populi, & cōi consilio episcoporum. pbat hoc vsq; ad §. [Hoc non solum.]

MVtationes.] CASVS. Docet Anterus Papa in hoc capitulo, quod mutationes episcoporum possunt fieri pro cōmuni utilitate, uel necessitate, & auctoritate sedis Apostolicæ: & hoc probat tribus exemplis. s. Petri, Eusebij, & Fœlicis: qui de minorib' locis ad maiora sūt trāslati: nec dnr isti transire, uel sedem mutare, cū hoc non faciūt per ambitionē, sed inspecta cōmuni utilitate, uel necessitate hoc faciunt.

a ¶Petrus.] 22. dist. sacrosancta.

b ¶Parua.] Scilicet Vercellina, & regulare est, vt a minori pmoueat ad maius, vt 93. d. legimus in fi. ff. de mune. & ho no. vt gradatim. sed non econuerso.

c ¶Nec trāsfertur.] Præsumit eñi canon locū non mutari, cū animus nō sit mutatus. sicut virgo cēsetur, cum non sit animus corruptus, licet corpus sit corruptū. 32. q. 5. ita ne. sic pp aīum bonum iudicat canon etiam iniustum factum bonū. 23. q. 8. occidit. & q. 7. quod autem. & 32. q. 5. pposito.

Virgo dici potest etiam corrupta.

SCias.] CASVS. Quidā dicebāt, q nec cā vtilitatis, nec cau-

Nam † plurimorum [a] vtilitas vnius vtilitati, aut volũtati præferenda est. [b] Aliud [c] est.n.mutare,& aliud mutari.*& infra* ¶ Nam aliud est spõte trãsire,& aliud est coacte, aut necessitate venire. Vnde nõ isti mutãt ciuitates, sed mutãtur;quia nõ sponte,sed coacte hoc agunt.*& infra.* ¶ Non ergo bene intelligunt ecclesiasticas regulas, qui hoc negãt causa necessitatis, vel vtilitatis fieri posse,quoties cõmunis vtilitas, aut necessitas persuaserit.

† Conc.tex. cũ gl. in uer. eo tpe, in l. actiõe. §.Labeo.ff.p soc. & gl. in l. 1. & ibi Petr. Cy.& Bar.ff. solu. matr.

Idem in eadem epistola paulo inferius.

¶ Christum negare conuincitur, qui necessitatem patientibus misericordiam non impendit.

C. XXXVI.

OMnis,qui gemebat, & vexabatur a Saul, fugiebat, & veniebat ad Dauid.] Si ergo pijssimus, atq; iustissimus Dauid sciret [d] peccatum esse persecutionẽ fugientes, & transeuntes de loco ad locum, & de ciuitate ad ciuitatem recipere;tales nequaquam reciperet,nec secum teneret,nec in alijs ciuitatibus eos collocaret. Qui enim persequuntur Dñi epos; eosque de ciuitatib.ad ciuitates transire compellunt; non eos tm̃ persequuntur, quantum Dñm nostrum Iesum Christum,cuius legatione funguntur.Nec ipsi in hoc peccant epi,qm̃ non sponte,sed coacte [e] hoc agunt; sed illi, qui eos persequũtur; nec ipsis episcopis hoc imputari potest, sed illis qui eos hoc agere cogunt.*& infra.* ¶Qui autem negant misericordiam faciendam fugientibus,ac necessitatem patientibus,ipsum Christum negãt,qui est misericordia,& veritas. *& infra.* ¶ Negat misericordiam necessitatem patiẽtibus,qui populis indigentib.diuinis ministerijs,† & non habentibus proprium episcopum, qui eos instruat, causa vtilitatis,atq; necessitatis, ex alia ciuitate licet minor [f] sit,in eam,quæ non habet episcopum doctiorem, [g] vel vtiliorem, [h] meliori consilio, non sponte transeuntem,sed maiorum exhortatione mutare, † aut episcopũ eiectum, & persecutionem patientem causa vtilitatis, aut necessitatis inthronizari non permittit.

1 Reg.22.

† mysterijs.

† al.mutari.

Item ex concilio Carthaginensi, 4. c.27.

causa necessitatis poterunt episcopi mutare sedes, quare benignus archiepiscopus quæsiuit a Pelagio, vtrum bene dicerent. Et respõdet,ꝙ non: quia plurimorum vtilitas præferenda est vnius vtilitati, vel voluntati. Nec dicuntur isti transire, vel mutare, qui hoc non fa-ciunt

ciunt per ambitionem,sed potius mutari.Vnde male dicebant illi qui asserebant,episcopos nõ posse sedes mutare causa necessitatis,vel utilitatis.

a ¶ Plurimorum.] Illuc potius accedat prælatus vbi plus lucri potest facere, licet maior sit ibi pœna sua,ut inf.ea.c.2.& hic apparet ratio,quare episcopus non debeat fieri monachus inuito Papa, quia ibi consulit propriç vtilitati tantum,ut 2.q.7.sancta,sed hic communi, & propriæ, quæ duo sunt præferenda propriæ tantum, vt 2.q.7.sancta.

b ¶ Præferenda est.] Nam cum quis vocatur ad prælaturam, nõ præponet priuatum commodum communi. ut hic,& 8.quæst.1.in scripturis, & 16.q.6. uos aũt.Et hoc intelligas cum per publicum non impeditur priuatum. alias enim suam utilitatem potest præferre, ff. de iudic.§ longius.ff.de arbitr.licet autem, ff.ad legem

Vtilitatem suã an possit quis præferre publicæ.

Aquil.l.si quis fumo.ff.de præscrip.ver.l.qui seruandarum.aliud tamen videtur in prælato, vt ille semper teneatur præponere vtilitatem ecclesiæ, suæ propriæ vtilitati, vt 12.q.4.quicunque. 1 Cum ergo detrimentũ quis patitur pro publica vtilitate, põt suam præponere vtilitatem, 19.q.2.duæ. 14.d.qđ ait,qa ordinata charitas a se incipit 23.q.5.si non licet. de pœn. dist.6.qui vult. Vel dic, quod quando priuata vtilitas includitur in communi,tunc præponitur communis,vt est in prælatura,ut arg.ff. pro socio.l.actione, §.Labeo.Vel distingue aut vtilitas i acquirendo consistit, aut in damno vitando; tunc secus, vel econuerso.

1 De hoc lc. & no.sap.ea. c.placuit.

ADDITIO. De hoc no. ext. de postu.p̃lat.bonæ 1.de reg.licet.Arch.

c ¶ Aliud.] Vt 7.d. 6.testamentũ, & extra quod metus causa factis.

OMnis.]CASVS. Quidam dicebant, epos expulsos a ciuitatib. non esse recipiendos.& in alijs ecclesijs collocandos.item asserebant, ꝙ cã utilitatis nõ debebãt mutari de minori ciuitate in maiorẽ. Sed docet Pelagius exẽplo Dauid eos esse recipiẽdos, qui si sciret esse peccatũ, expulsos a Saule non recepisset.non.n.peccãt expulsi: sed potiꝰ qui cogũt eos fugere. Similiter cã utilitatis licite fit mutatio de minori ad maiorem & qui contradicunt misericordiã negãt, scilicet, qui nolunt mutare. i. mutando tradere episcopum causa utilitatis,uel necessitatis,uel deiectum recipere.

d ¶ Sciret.] Arg. ꝙ eo ipso uidetur aliquid bonum, & iustum,ꝙ a bono factum est,37.d.qui de mensa,& 9.q. 2.Lugdunensis.

e ¶ Coacte.] Precibus superiorum.sic 7. ead. qualiter. uidetur.n.ꝙ non possit cogi,ut 74.d.ubi. uel dic,ꝙ potest quis cogi,ut de nolente fiat uolens 2 ut 23.q.4.displicet, & 74.d.placuit. Papa tamen absolute potest aliquem cogere,ut 7.q.3.per principalem.

f ¶ Minor.] Sed nunquid tenetur minor populus suũ epm̃ maiori concedere,cum nemo cogatur de suo beneficium facere.10.q.2.præcariæ?Respon.sic,si alium potest habere ęque idoneum 3 uel loquitur in eo casu cũ ibi magis utilis erit,ut ff. locati si domo.

g ¶ Doctiorẽ.] Oĩa comparatiua positiue hic ponũtur.

h ¶ Vel utiliorem.] Scilicet illis.

2 Hoc no.7. 1.q.6. sicut, ibi uideas.

3 Arg.ff.sol. matr. l.2. in pri.ff.de eui. in creditorẽ. cum suis simil. sm Io. de Fant.

Episco-

Episcopus.] CASUS. Constituit Carthaginien. concilium, quod nec episcopus, nec clericus inferioris ordinis transeat de loco ignobili ad nobilem per ambitionem, sed si utilitas exegerit, episcopus transeat auctoritate Papæ, & in præsentia synodi, decreto clericorum & laicorum porrecto episcopis pro eo, quod debet trasferri. Alij vero clerici transferuntur de voluntate suorum episcoporum.

a ¶ Gradus.] Quod verum est de ijs qui subsunt epis nullo mediante, ut 71. dis. clericos, & extra de renun. admonet. sed si alijs subsunt, ut abbatib. vel alijs eorum consensus requirendus est, ut 54. d. c. 1. & 2. & 9. q. 3. nō questus, & 63. dist. quāto. Quid si clericus non vult transire de minori ad maiorem? Dico, quod non potest cogi ab episcopo, quia nemo crescere cogitur inuitus. 74. dist. gesta. & 63. dist. quanto. hoc autem Papa pōt. Sed si ad alium episcopatum vocatus est episcopus, necessarius est consensus episcopi. 71. d. per totum. 85. d. Florentinum. Ioānes. Ego credo quod episcopus potest cogere clericum, ut trāseat ad maiorem locum, cum maiora facere possit, ut extra de exces. præl. sicut. & adhoc facit extra de ęta. & qualit. quu ris.

Clericus an possit per epm cogi transire ad maiorem ecclesiam.

1 Et male in prædic. c. gesta. sm H. & L. sed cōpelli pōt a Papa solum, ut s. di sm L. & H.

d ¶ Iudicari.] ff. de iurisdi. omn. iudi. qui iurisdictioni contra ubi dicitur, quod nullus sibi vel suis ius dicere potest. Respond. iudicare potest maritus uxorem corrigendo eam 23. q. 4. duo ista. sed non verberando eam, ut C. de repu. cōsensu. quia illa aliena sunt ab ingenuis, ut ibi

¶ Non ambitione, sed synodali auctoritate, de ecclesia ad ecclesiam episcopus transeat. C. XXXVII.

Episcopus de loco ignobili ad nobilem per ambitionem non transeat: nec quisquam inferioris ordinis clericus. Sane, si utilitas ecclesię fiendum poposcerit, decreto pro eo clericorum, & laicorum episcopis porrecto in præsentia synodi transferatur; nihilominus alio in locum eius episcopo subrogato. Inferioris vero gradus [a] sacerdotes, vel alij clerici concessione suorum episcoporum possunt ad alias ecclesias transmigrare.

Iuo p. 5. c. 125. Tann. l. 3. c. 70.

Item ex eodem Carthaginiensi. 4. c. 33.

¶ In proprio gradu episcopi, vel presbyteri in aliena suscipiantur ecclesia. C. XXXVIII.

Episcopi, vel presbyteri, si causa visitandi ad ecclesiā alterius episcopi venerint, in gradu [b] suo suscipiantur & tam ad verbum faciendum, quàm ad oblationem consecrandam inuitentur. [c]

Item Calixtus Papa omnibus Galliarum episcopis, epistola 2. c. 3.

¶ Ecclesia unius episcopi ab alio disponi non debet. C. XXXIX.

Sicut alterius uxor nec adulterari ab aliquo, uel iudicari, [d] aut disponi, nisi a proprio viro, eo viuente, permittitur; sic nec uxor episcopi, † quę eius ecclesia, uel parochia indubitanter intelligitur, eo viuente, absq; eius iudicio, & voluntate alteri † iudicari, uel disponi, aut eius concubitu frui, i. ordinatione, conceditur. Unde ait Apostolus: [Alligata est uxor legi, quamdiu vir eius viuit: eo vero defuncto, soluta est a lege viri.] Similiter & sponsa episcopi (quia sponsa uxorque eius dicitur ecclesia) illo viuēte ei est alligata: eo vero defuncto soluta est: [Et cui voluerit, nubat, tātum in Domino.] idest regulariter. [e] Si. n. eo viuente alteri nupserit, adultera iudicabitur. Similiter & ille, si alteram sponte duxerit, adulter existimabitur, & communione priuabitur. Si autē persecutus fuerit in sua ecclesia; fugiendum illi est ad alteram, eique est associandus, dicente Domino: [Si vos persecuti fuerint in una ciuitate, fugite in aliam.] Si autem utilitatis causa fuerit mutandus, nō per se hoc agat, sed fratribus inuitantibus, & auctoritate huius sāctæ sedis faciat, nō ambitus causa, sed utilitatis, aut necessitatis.

Poly. l. 7. tit. 81. Ans. l. 6. c. 103. Burch. l. 3. c. 40. Iuo p. 3. c. 53. & p. 5. c. 101.
† al. episcopi, vel presbyteri.
Rom. 7.
† al. ab altare dijudicari.
Ibidem.
Matth. 10.

b Episcopi.] ¶ In gradu.] idest, honore.

c ¶ Inuitent.] Aliàs nō licet 9. q. 2. null. & 6. q. 3. scriptum.

Sicut alteri. uxor. CASUS. Hoc c. diuidit in tres partes. In prima dr, quod sicut uxor alicuius nō debet cognosci, uel disponi nisi a proprio uiro; ita ecclesia, uel parochia epi nō debet iudicari, uel disponi nisi a proprio episcopo. & sicut uxor (ut dicit Apostolus) mortuo uiro suo potest nubere cui vult: ita defuncto episcopo ecclesia potest alteri concedi. In 2. parte dicitur, quod si episcopus non potest permanere in sua ecclesia, fugiat ad aliā. hoc probat auctoritate Christi. In tertia parte dr, quod episcopus causa utilitatis, & fratribus inuitantibus potest mutari: sed hoc cum auctoritate sedis Apostolicæ fiat. Secundā pars incipit ibi, [Si uos persecuti] Tertia ibi, [Si autem utilitatis.

ibi dicitur, sed temperate potest eam castigare: quia est de familia sua. 33. quæstio. 5. hæc imago sicut dominus seruum. Institut. de ijs qui sui uel alieni iuris sunt. §. finali. & etiam mercenarium suum. ff. de penis respiciendum. non autem in forma iudicij potest eam iudicare.

Maritus uxorem castigare potest.

e ¶ Regulariter.] idest, homini suæ professionis. 28. q. 1. caue. Vel sine suspicione turpitudinis. 32. q. 1. si quis uxorem.

HOC

HOC NON SOLVM. Hæc est 6. pars q. in qua reprehendit eos, qui occupant locum viuentis, cum duo simul esse non possint. Io. de Fant.
CASVS. Dictum est sup. in c. sicut, φ episcopo viuente sua ecclesia non dēt alteri nubere. Nunc dicit idem esse in-

b ¶ Imperator.] Arg. φ omnes reges coronabit Imperator. vt dixi 63. dist. Hadrianus 2. cum plures sunt reges, vt 6. q. 3. c. 2. Io.
c ¶ Vnus.] Tamen quandoque fuerunt duo Imperatores de facto, vt 2 1. dist. nunc autem. Quid ergo dicemus de græculo, 1 vi, φ iste sit Imperator: quia Constantinus illuc transtulit imperium, vt 96. d. Cōstantinus, & Imperator appellatur, vt ext. de maior. & obed. cap. solitæ. sed non est ita, quia Romana ecclesia transtulit imperium ad Alemannos ab oriēte. extra de elect. c. venerabilem. Io.

1 Dic φ non est uerus nec vniuersalis Imperator, sm Alex. in l. quicumque, colla. 5. ff. de off. eius cui man. est iur.

a ¶ Aut necessitas.] *Hæc non sunt in ipsa epistola, sed habentur apud Anselmum. Necessitas autem prabet iustam causam translationi. supra ead c. scias.*

6 Hoc non solum de episcopis, verum etiam de quibuslibet ecclesiæ ministris intelligitur, ne videlicet in locū viuentis alter obrepat.

Vnde B. Greg. scribit Natali Salonitano episcopo de eo, qui in archidiaconatum alterius se promoueri consenserat. lib. 2. indictio. 10 epist. 14. & 16.

¶ Deponatur, qui locum alterius inuadere non timet. C. XL.

Iuo p. 6. c. 342.

EVm, qui cōtra iustitiæ regulā in archidiaconatum [a] alterius se prouehi consensit, ab eiusdem archidiaconatus honore deponimus. Qui, si vlterius in loco eodem ministrare præsumpserit; se participatione communionis sacræ nouerit esse priuatum.

Item Hieronymus ad Rusticum monachum, epist. 4.

¶ In vna ecclesia duo prælati esse non debent. C. XLI.

Iuo p. 5. c. 356.
† *principes sunt*] orig.
Gen. 25.

IN apibus princeps † vnus est, grues vnam sequuntur ordine litterario; Imperator [b] vnus, [c] iudex vnus [d] Prouinciæ: † Roma, [e] vt condita est, duos fratres simul habere reges non potuit, & parricidio [f] dedicatur. In Rebeccæ vtero Esau & Iacob bella gesserunt, singuli ecclesiarū epī, singuli archipresbyteri, singuli archidiaconi [g] & omnis ordo ecclesiasticus suis rectoribus nititur.

† Circa istud c. posset qri, an Pap. & Imperator sint supillustres: dic φ non: immo sunt sup oēs gradus sm Cy. & Rayn. in l. fi. C. vbi sen. vel cla. & Io. And. in add. ad Spe. in tit. de iurisd. om. iud. & Albe. de Rosa. in l. Imperium, ff. de iurisd. omn. iud. & Alex. de Im. in l. quæcunque. colla. 4. ff. de off. eius cui man. est iur.

d ¶ Iudex vnus.] Sed imō decem sunt iudices prouinciæ, ut 6. qō. 2. scitote. sed hic appellat iudicē regem: alibi tamen videtur, quod unus sit iudex prouinciæ preter regem, vt 23. q. 4. duo ista.
e ¶ Roma.] ff. de rer. diui. l. vlt. cōtra ibi dr. φ ideo Romulus interfecit Remum, quia muros transilijt: Respondeo. Nō potuit hoc idem fecisse ex inuidia.
f ¶ Parricidio.] Large sumpto nomine, vt ff. ad legem Pompeiā de parricidijs. l. 1.
g ¶ Archidiaconi.] i. in quolibet archidiaconatu erit unus archidiaconus non autem quilibet quin in vna ecclesia possint esse plures archidiaconi, ut 93. d. diaconi.

7 Ecce in quibus casibus episcopo viuente, alius pōt ei substitui, quamquam secundum rei veritatem non viuēte epō, talis probetur succedere. Translatus. n. ab una ciuitate ad aliā desinit [h] esse epīs illius ciuitatis, a qua transfertur: atq; ideo qui huic succedit, non viuente sed defuncto [i] quodammodo epō, probatur substitui. Sed inter eum qui hostilitatis necessitate, & eū, qui vtilitatis causa transfertur, hoc interest φ ille, qui metu hostilitatis ad aliā transit, si priorē contigerit aliquando ab hostibus liberam fieri ad eandem illum redire oportet.

Vnde Greg. Papa scribit Ioanni episcopo Scyllatino † libro 2. indict. 10. epist. 25.

† *al. Squillacens.*
Io. diac. l. 3. c. 15.

ECCE IN QVIBVS. Hæc est 7. pars qō. in qua probatur de mutatione causa necessitatis, & leuitatis. Io. de Fant.
CASVS. Ostendit Grat. in quibus casibus viuenti prælato

intelligendum de quibuslibet ministris ecclesiæ, sicut de archidiacono, ut in c. prox.

EVm qui contra.] CASVS. Natalis episcopus Salonitanus iniuste repulit Honoratum ab archidiaconatu, & eo uiuente alterum sibi substituit. sed Greg. deposuit illū substitutum, & si præsumeret in eodē loco vlterius ministrare, sacra communione se nouerit esse priuatū.

a ¶ Archidiaconatum.] Sed nonne iste debuit deponi, ut 3. q. 2. audiuimus. & 2. q. 1. in primis? Sed iste excusabatur auctoritate maioris, 1 qui hoc fecerat. 14. q. 5. dixit Dominus. & 28. dist. diaconi.

1 Hanc rōnem hic probat H. dicēs, φ ideo excusatur & dispensatur cū eo, & idē L.

IN apibus.] CASVS. Hiero. probat hic sex similitudinib. plures prælatos non debere esse in eadem ecclesiā; sed singuli prælati debent esse in singulis ecclesijs,

alius potest substitui. Nunc ostendit, φ si veritatem inspiciamus, supradictis casib. non succedit quis viuo, sed mortuo. Nam ex quo quis renunciat ecclesiæ, vel transfertur in aliam ciuitatem, quodāmodo dicitur esse mortuus quo ad ecclesiam primam: quia in ea desinit esse prælatus. Ideoque qui succedit huic, non dicitur succedere viuo, sed defuncto. Et ostendit differentiam inter istum qui necessitate hostilitatis, & illum, qui utilitate transfertur: quoniam qui in hostilitate transfertur, hostilitate recedente, redit ad ecclesiam suam quam dimisit: secus si utilitate.
h ¶ Desinit.] 21. q. 2. si quis iam translatus.
i ¶ Defuncto.] Cui enim loco eius succedit pro mortuo habetur, ff. pro soc. l. actio. §. publicatione.

PAstoralis.] CASVS. Ioannes Lissitanæ ciuitatis eps ab hostibus est repulsus, & ideo Greg. dedit ecclesiā Scyllacinam, ei hac conditione, vt cessante hostilitate ad suam ecclesiam reuertatur. Si vero continua præmeretur captiuitate: perpetuo ibi permaneret.

a ¶ Gubernare.] Videtur, q iste eps sub cōditione, 1 vel ad certu tps fuerit institutus: sed beneficia sub conditione non dantur. 1. q. 2. quam pio. nec ad tēpus vt s. e. quamuis 70. dist. sanctorum, nec cōuenit mor. b. nostris tēporales filios hēre. ff. de adoptionib. qualitum. lis. ff. de re... 15. sicut nec libertas ad tempus datur, ff. de manu. test. libertas. nec hæreditas: instit. de hæred. inst. hæres autem ... 32 q. 2. solet. Potest dici parū esse institutionē, sed sub conditione resolui, ut ff. de in diem addic. l. 2. simile ext. de fil. presbyt. veniens. & simile ext. de pignoribus, cū illo. vel dic q iure postlimin. restituitur ei prior episcopatus, sic 16. q. 1. prima. nō. n. potest dici, q maneat episcopus prioris ecclesię. Sic. n. esset episcopus vtriusq;. contra illud qd est 21. q. 1. relatio & est simile. C. de cu. fur. cū alijs, & tūc dices, q prior locus desinit eē religiosus, vt ff. de relig. cū loca. sed postea eā repetit iure postliminij, vt a ... cum per bellicā. Vel dic q Papa sub conditione, vel ad certum tps potest aliquem instituere prælatum: sicut miles sub conditione, et ad certum tempus, instituit hæredem, ff. de milit. testam. in fraudem. §. si miles. Io.

1 Verum est a iure reprobata, & sic loquitur supra. & extra de p. ctis. c. s. cum similib. Hic autē loquitur qñ est tacita cōditio a iure I dacta. Ar. h. Beneficia sub cōditione non dantur.

¶ Qui metu hostilitatis ad alium locum transierit, postea ad suam ecclesiam redire oportet. C. XLII.

PAstoralis officij cura nos admonet, destitutis ecclesijs proprios constituere sacerdotes, qui gregem Dominicū debeant pastorali solicitudine gubernare. a Propterea te Ioannem ab hostibus captiuatæ Lissitanę ciuitatis epm in Scyllatina ecclesia Cardinalem, necesse duximus constituere sacerdotem: vt susceptam semel animarum curam intuitu futurę retributionis impleas: & licet a tua ecclesia sis hoste imminente depulsus, aliam quæ pastore vacat, ecclesiam debes gubernare; ita tamen, vt si ciuitatem illam ab hostibus liberam effici, & Domino protegente ad priorem statum contingerit reuocari; b ad eam in qua prius es ordinatus, ecclesiam reuertaris: c sin autem prædicta ciuitas continua captiuitatis calamitate premitur, in hac, in qua a nobis incardinatus a es, debeas ecclesia permanere.

Poly. l. 1. tit. 8. & l. 1. tit. 14. Ans. l. 6. c. 92. Burch. l. 1. c. 123. Iuo p. 5. c. 223.

a ¶ Incardinatus. *Supra dist. 71* c. fraternitatem, *de huius vocis notione est adnotatum.*

Qui vero vtilitatis causa transfertur, nequaquam ad priorem redire cogitur. Est etiam alius casus in quo episcopus viuenti episcopo substituitur. Cum enim aliquis relicta priori cathedra sua auctoritate ad aliam transierit; si alius ei substitutus fuerit licet ille prioris ecclesiæ episcopus esse non desierit substitutus tamen episcopatum habebit.

Vnde Damasus urbis Romæ episcopus scribit ad Paulinum Antiochenum dicens.

¶ De sacerdotibus, qui relictis suis ecclesijs ad alias migrarunt. C. XLIII.

EOs sacerdotes, qui ab ecclesijs ad ecclesias migrauerunt, tamdiu a nostra cōmunione habemus alienos, quādiu ad eas redierint ciuitates, in quib. primitus sunt

Poly. l. 1. tit. 9. Ans. l. 6. c. 95.

b ¶ Reuocari.] Arg. q restituta re in pristinum statū, omnia iura restituuntur. 2 vt extra de elect. quia dilitentia. 16. q. 3. prima. & si quis peruenerit ad meliorē fortunam tenetur ad pristinam obligationem, 16. q. 6. ab infirmis. ff. quemadmodum ser. amit. si locus. & C. qui bo. cedere poss. l. 2.

c ¶ Reuertaris. Cum ergo tenetur redire, nō ergo desinit esse episcopus primæ ecclesiæ, & sic episcopus est duarum ecclesiarū. cōtra illd d. 21. q. 1. relatio. Baz. vero dicit, q est episcopus vtriusque, sicut in matrimonio carnali dicit, q aliquis pōt esse maritus duarū, si uxor intrat religionē. Sed cōtra: quia ille locus desijt esse ecclesia per captiuitatem, vt ff. de relig. cum loca. Sed non est ita, quia ipsa sacramenta ecclesiæ vera dicimus esse apud hostes, ut prima quæstione prima. qd quidam & quod dicit lex, q desinit esse sacer locus, intellige, quia

2 Arg. cōtra 10. q. 7. & hic diximus ubi de hoc extr. de verb. sig. abbare. in n. Eps duarum ecclesiarū an possit aliquis esse.

viduatus est sacris ministerijs. Ciuitas autem desinit esse inductione aratri. ff. qui. mo. vsusfruct. amit. l. si vsusfructus. & collegium translatis personis. ff. de colle. illicitis. l. 3. Sed pone econuerso quod episcopus sit captus & non ciuitas, tunc bene constituetur alius, vt dicunt quidam, quia si tutor est captus ab hostibus, alius dandus est, & tamen si captus redierit, omnia recuperat iure postliminij, & ille alius desinit esse tutor, ut instit. de Atilia. tuto. §. ab hostibus, quod non concedo: 3 quia sic offenderetur illa regula. 16. quæstio 7. inuentum.

QVI VERO. CASVS. Dictum est, sup. quid iuris sit, si causa necessitatis transfertur. Nunc vero ostendit, quod si causa vtilitatis transfertur, non potest ad priorem ecclesiam redire. Est etiam alius casus, in uiuente episcopo substituitur alius, scilicet cum ecclesia sua derelicta est causa ambitionis, & sua auctoritate transit ad aliā: quo casu licet nō desinat esse prælatus prioris ecclesiæ, tamen substitutus eam habebit.

EOs sacerdotes. CASVS. Dicitur in hoc cap. quod sacerdotes auctoritate propria de ecclesia sua migrantes ad aliam tamdiu a communione remouentur: quādiu ad suas redierint ciuitates. sed si alius tam est sibi substitutus: tamdiu iacet qui deseruit suam ciuita-

3 Et bōn. ut sa tis colligitur extr. lib. 6. de sup. negl. ... si eps. Ar. h.

tatem, donec substitutus quiescat in Domino.

a ¶ Ordinatus.] Argum. φ re integra potest repeti ecclesia, quæ habita est pro derelicto. nam si cessit quis bonis rebus nondum distractis, pōt eas repetere, vt argu. C. de repu. hære. l. vlt. & argu. ff. de ces. bono. is qui. simi le. ff.

Ecclesia pro derelicto habita, an possit repeti re integra.

missa. extra de conces. præben. & eccle. non vacan. cap. litteras.

b ¶ Tandiu vacet.] Et sic videtur, quod eo mortuo possit repetere ecclesiam, sed non est verum. sic ergo quod hic dicitur, in furorem ecclesiæ dē, quia eum non vult repetere. Vel ideo qa ecclesia post mortē huius eum potest repetere. Sed pone, moritur substitutus, ecclesia repetit primū, ille nō vult red re, potest ne compelli. Nō videtur. videtur enim ecclesia renunciasse iuri suo nō repetēdo, cum potuit eum repetere, & noluit, sed alium præelegit: immo videtur quod ipse repetere possit ecclesiā viuo secundo: & si obijcitur ei qđ habuerit ecclesiam pro derelicto, replicabit, quod illa alij adhæsit, vt extra de diuor. signi ficasti. qđ non credo vt 22. q. 6. nihil. ff. neqd in loco pub. l. 2. §. idem ait Ioan.

Substituto mortuo, an possit qui renunciauit ab ecclesia repeti.

constituti. Quod si quis alius alio transmigrante, in locū uiuentis ordinatus [a] est; tandiu vacet [b] sacerdotij dignitate, qui suam deseruit ciuitatem, donec successor eius quiescat in Domino.

Episcopalium etiam sedium mutationes, metu hostilitatis interueniente, nonnunquam fieri solent.

Vnde Gregorius scribit Ioanni episcopo Vellitrano, libro secundo, epist. 11.

¶Necessitate temporis episcopalium sedium mutationes fieri possunt. C. XLIIII.

Io. Diac. in vita B. Greg l. 3. c. 17. Ans. l. 6. c. 98. Burc. l. 3. c. 89. Iuo p. 3. c. 179. Pann. l. 2. c. 37. † al. fecure.

† *al. quem Harenas ad S. Andream apostolum dicunt.*

TEmporis qualitas admonet, episcoporum sedes antiquitus certis ciuitatibus constitutas ad alia, quę securiora putamus, eiusdē diœcesis loca trāsponere; [c] quo & habitatores nunc † degere, & barbaricum possint periculum facilius declinare. Propterea te Ioannem fratrem coepiscopū nostrum Vellitrensis ciuitatis, sedemque tuā in loco quondam † Arenata, ad sanctū Andream apostolum præcipimus exinde trāsmigrari: quatenus ab hostilitatis incursu liberior existere valeas, & illic consuetudinem [α] solennium festiue disponas.

α¶ Consuetudinem] *Apud Ioannem Diaconum legitur,* consuetudine solenni festa disponas. *Apud Burchardum & Iuonem* consuetudinem solennium festorum. *In varijs B. Gregorij epistolarum editionibus,* consuetudinem solennium festa disponas.

EPISCOPALIVM. CASVS. Ostēdit Gratianus de mutatiōe episcoporum. Nunc vult ostendere, quod ecclesia episcopalis mutari pōt hostilitatis metu, & hoc probat seq. c.

TEmporis.] CASVS. Ciuitas Vellitrensis multas patiebatur angustias a Barbaris, & iō Greg. Papa præcepit Ioanni episcopo, vt sedē episcopalem trāsferret ad sanctum Andream apostolū, vt barbaricum periculum facilius posset declinari, & diuina officia celebrentur festiue.

c ¶ Trāsponere.] inf. de conse. d. 1. tribus inf. 16. q. vlt. si quis. & q. 1. & tēporis. vbi ð hoc notatur plene.

§ Item cū aliquis causa humilitatis Apostolica concessione de episcopali sede ad monachalē descēderit subiectionē alius loco eius subrogari poterit. ille vero ad pōtificatum resurgere nequaquā vlterius valebit. Vnde in quinta [β] actione Cōstātinopolitanæ synodi ccclxxiii. Patrū sub Ioāne Papa octauo, cui præfuit Petrus presbyter Cardinalis, & Paulus Anconitanus episcopus & Eugenius Ostiensis episcopus Apocrisarij Papæ dixerunt.

β¶ In quinta. *Apud Ioannem par. 7 cap. 149 pro indice huius capituli leguntur hec.* Ex actione quintę synodi Constantinopolitanæ trecentorum & octoginta trium Patrum sub Ioanne Papa octauo, cui pręfuit Petrus presbyter Cardinalis, & Paulus Anconitanus episcopus, & Eugenius Ostiensis episcopus *Initium vero ipsius capitis, est,* Apocrisarij Papæ dixerunt, Hoc nequaquam &c.

ITEM. Hęc est 4. pars in qua quæritur de illis, qui causa pœnitentiæ relinquūt episcopatū, vtrū possint fieri episcopi. Quod iuris sit, habes extra de renun. post translationem. Dicas tamen breuius, quod si fuerint postulati, poterunt fieri episcopi, nisi pro crimine dimiserint episcopatum. Et hoc probat per s. c. l. de F. n.

CASVS. Ostendit Grat. alium casum, in quo viuēte prælato potest alius substitui episcopus, scilicet quando ingreditur monasterium causa humilitatis de licentia Papæ, quia de cætero nō potest ad episcopatum resurgere. & ad hoc inducit sequens cap.

1 Sub contra di. su. c. cum qui cū simi. Arch.

2 De hoc no. su. ea. §. ambitionis. & vide qđ no. 92. d. si qui episcopi. in glo. 1. in quo Archid.

le. ff. de decu. qui ad tempus. Sed quæro, cum iste substituebatur, aut vacabat episcopatus, aut non: si non vacabat, qualiter successit in locū viuentis? arg. ff. de verb. oblig. l. 1. Non potest etiam dici, quod vacabat, quia non fuit ecclesia adiudicata, maxime cum dicatur: quod non ipso recessu perdat quis ecclesiam. 2 Sed breuiter potest dici, quod ille fuit admonitus, & per sententiam fuit ecclesia adiudicata. Vel dic, quod cum de iure debuit vacare, licet super hoc non esset lata sententia, potest alij adiudicari, vt extra de renun. ex trans-

HOc nequaquam.] CASVS. Statutum fuit in synodo Constantinopolitana, ut quicunque episcopus descenderit ad uitam monachorum, decreto non possit ad pontificatum reuerti, quia monachus discere debet, & non docere. Sed credo q Grat. melius dixisset, si dixisset pp conscientiā criminis ad agendā pœnitentiam, vbi dixit cā humilitatis, quia tunc resurgere posset. Sed si vis eū saluare, dicas, quod cā humilitatis trāsiuit, & ideo nō pōt redire ad episcopatū per se, sed de licētia Papæ. Idem est casus sequentis c. Hoc ū i licet ingredi monasterium, quibusdam conceditur ad agendam penitentiā, sed non ad quietem seruandam.

a] Vlterius. ¶ Tamē monachus qui nunquam fuit episcop[9], bene potest esse episcopus. vt 16. quæst. 1. vos autem. & 8. q. 1. i scripturis & 18. q. 1. c. vnico. Item si plebanus aliquis sit monachus, postea pōt fieri plebanus. ut 16. q. 1. si quos a clericatu. Dicūt quidam q cum quis dimittit episcopatum vbi plus pficere potuit, præsumitur q propter cōscientiā criminis hoc fecerit: sed hoc non est uerū: quia sępe ingreditur quis monasteriū propter merita augēda, ut 27. q. 2. sunt qui dicunt. Intelligo ergo hoc c. de eo, q conuictus est de crimine, & detrudit in monasterium propter hoc: ut extra de renunc. post trāslationem. Vel intellige de eo qui humilitatis causa trāsiuit, & de licētia Papæ: & talis per se non potest redire ad epatum, sed de licētia superioris. Sed nūquid talis pōt esse a[illegible] nō vr. quia maioribus honorib. functo nō licet inferioris recipere, ut C. de iis qui ad ciuilia munera uocant. L. maioribus. li. x. Sec[9] tamen credo, quia etiam potest esse plebanus, ut extra de renun. ad supplicationem. & 16. q. 1. si quos. &c. in parochia. Ioan.

Eps semel, monasteriū ingressus, an possit iterū redire ad epatum.

1 Sub unde repellitur sicut quilibet penitens so. d. si ille. alias secus, ut extra. &c. ut sequitur.

Sugge

¶Episcopus, qui causa humilitatis monachus efficitur, ad Pontificatum redire non valet. C. XLV.

Iuo p. 7. c. 149.

HOc nequaquam apud nos habetur, vt quicūque de pontificali ordine ad monachorum, idest pœnitentium descenderit vitam, ulterius [a] possit ad pōtificatum reuerti. *Item.* ¶Præcepit sancta synodus, vt quicunque de pōtificali dignitate ad monachorum uitam, & ad pœnitantiæ descenderit locum, nequaquam iam ad pontificatum resurgat. Monachorum enim ita subiectionis habet † verbum, & discipulatus, non docendi, vel præsidendi, vel pascendi alios.

λόγον ἔχει

¶Hæc synodus sub Ioanne octauo extat. Græca in Vaticana bibliotheca. Cuius synodi tres tantum canones cū explanatione Balsamonis editi sunt Lutetiæ, & apud ipsum inscribitur, Synodus in templo sapientiæ habita sub Photio Patriarcha. In secundo autem trium illorum capitulo habetur sententia huius capitis Visum autē est, vt omnis melius precipiātur locum hunc græce, & cum noua interpretatione esse adscribendum.

Φώτιος ὁ πατριάρχης εἶπε, πῶς ὑμῖν δοκεῖ περὶ τῶν ἀπὸ τοῦ ἀρχιερατικοῦ τάγματος ἑαυτοὺς εἰς τὴν τῶν μοναχῶν καταλεγόντων χώραν, ἆρα εἰς ὑποταγὴν ἑαυτοὺς παραδόντες δύνανται ἔτι οἱ αὐτοὶ τῆς αὐτῆς ποιμενικίας ἔχεσθαι. οἱ ἁγιώτατοι τοποτηρηταὶ τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης εἶπον, τοῦτο παρ᾽ ἡμῖν οὐκ ἔστιν, οὐδὲ σώζεται· ὅστις γὰρ ἐκ ἀπὸ ἀρχιερατικοῦ τάγματος εἰς τὴν τῶν μοναχῶν, τουτέστι τῶν μετανοούντων καταβιβασθῇ χώραν, οὐ δύναται ἔτι τὸ τῆς ἀρχιερωσύνης ἑαυτοῦ διεκδικεῖν ἀξίωμα. Βασίλειος καὶ ἠλίας οἱ τοποτηρηταὶ τῶν ἀνατολικῶν θρόνων εἶπον, οὐδὲ παρ᾽ ἡμῖν ἑωράθη τοῦτο γενόμενον, τοὐναντίον μὲν ἦν μονάζοντες προέβησαν εἰς ἀρχιερέας, αὐτοὶ δὲ ἀρχιερέων εἰς μοναχοὺς κατερχόμενοι ἀρχιερεῖς μένειν οὐ δύνανται. ἡ ἁγία σύνοδος εἶπεν, θεσπισθήτω καὶ περὶ τούτου κανών· πολλάκις γὰρ καὶ ἐν ἡμῖν ἀμφιβολίαι γίνονται περὶ τῆς ὑποθέσεως ταύτης, τῶν μὲν λεγόντων μὴ κωλύεσθαι τοὺς ἀρχιερεῖς μοναχοὺς γενομένους τὰ τῶν ἀρχιερέων τελεῖν, τῶν δὲ οὐ συνδοκούντων ἐπὶ τούτῳ. οἱ ἁγιώτατοι τοποτηρηταὶ εἶπον, ἐκτεθήτω κανών. ἁγία σύνοδος εἶπεν, ἴσως εἶπεν, ἔτι δὲ ἀξιοῦμεν ἐκτεθῆναι κανόνας περὶ τῶν εἰς τοῦτο μανίαν, καὶ ἀπονοίας ἐλθόντων, ὥστε ἀρχιερεῖς ἢ ἱερεῖς ὄντας τύπτειν,

ἢ φυλακίζειν· καὶ τὰ λοιπά.

Φώτιος ὁ πατριάρχης εἶπεν, εἰ κελεύει ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη, ἀναγνωσθήτωσαν οἱ κανόνες; καὶ λαβὼν πέτρος ὁ θεοφιλέστατος διάκονος, καὶ πρωτονοτάριος ἀνέγνω, εἰ καὶ μέχρι νῦν ἔνιοι τῶν ἀρχιερέων εἰς τὸ τῶν μοναχῶν κατιόντες σχῆμα ἐπὶ τοῦ τῆς ἀρχιερωσύνης ἐβιάζοντο διαμένειν ὕψει, καὶ τοῦτο πράττοντες παρεωρῶντο, ἀλλ᾽ οὖν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ αὕτη σύνοδος καὶ τοῦτο ῥυθμίζουσα τὸ παρόραμα, καὶ πρὸς τοὺς τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως θεσμοὺς τὴν ἄτακτον ταύτην ἐπανάγουσα πρᾶξιν ὥρισεν, ἵνα εἴτις ἐπίσκοπος ἢ ἄλλος τοῦ ἀρχιερατικοῦ ἀξιώματος πρὸς τὸν μοναδικὸν θελήσειε κατελθεῖν βίον, καὶ τὸν τῆς μετανοίας τόπον ἀναπληρῶσαι, μηκέτι τοῦτον τῆς ἀρχιερατικῆς ἀντιποιεῖσθαι ἀξίας· αἱ γὰρ τῶν μοναχῶν συνθῆκαι ὑποταγῆς ἔχουσι λόγον καὶ μαθητείας, ἀλλ᾽ οὐχὶ διδασκαλίας ἢ προεδρείας, οὐδὲ ποιμαίνειν ἄλλους, ἀλλὰ ποιμαίνεσθαι ἐπαγγέλλονται· διὸ καθὰ προείρηται, θεσπίζομεν, μηκέτι τινὰ τῶν ἐν ἀρχιερατικῷ καταλόγῳ, καὶ ποιμένων ἐξεταζομένων εἰς τὴν τῶν ποιμαινομένων, καὶ μετανοούντων χώραν ἑαυτὸν μεταβιβάζειν. εἰ δέ τις τοῦτο τολμήσας πράξει μετὰ τὴν ἐκφώνησιν, καὶ διάγνωσιν τῆς νῦν ἐκπεφωνημένης ψήφου, αὐτὸς ἑαυτὸν τοῦ ἀρχιερατικοῦ ἀποστερήσας βαθμοῦ, οὐκέτι πρὸς τὸ πρότερον, ὅπερ διὰ τῶν ἔργων ἠθέτησεν, ἀξίωμα ἐπαναστρέψει. ι.

Photius Patriarcha dixit. Quid censetis de ijs, qui ex antistitum ordine seipsos in monachorum locum conferunt? Nunc qui seipsos subiectos esse voluerūt, possunt adhuc ijdem idem in gregem imperium tenere? Sanctissimi locum tenentes antiquioris Romæ dixerunt. Id apud nos minime fit, neque in more est positum. Quicunque enim ex antistitum ordine, monachorum, idest pœnitentium ordini adnumeratus fuerit, is antistitis dignitatem non potest sibi amplius vendicare Basilius, & Helias locum tenentes orientalium sedium dixerunt: neque apud nos id vnquam euenisse obseruatum est. Nā cōtra quidem monachi ad antistitum ordinē prouehūtur; at qui ex antistib. ad monachos descendunt, hi antistites manere nō possunt. Sancta synodus dixit, de hac etiam re canon constituatur. Nam & apud nos sæpe de hac causa dubitationes exoriuntur, nōnullis quidem ita dicentibus, non prohiberi antistites, quo minus cum monachi facti fuerint, antistitum munerib. fungantur: nonnullis vero hāc sententiam minime probantibus. Sanctissimi locum tenentes dixerunt, feratur canon. Sancta synodus dixit. Præterea vero æquū ducimus ferri canonēs de laici illis, qui eo insaniæ, ac superbiæ deuenerunt, vt antistites, vel sacerdotes Dei verberent, aut custodiæ tradant, & reliqua.

¶ Photius Patriarcha dixit, si vestra sanctitas iubet, legantur canones, eosque in manus sumens Petrus Deo amicissimus Diaconus, & protonotarius legit. Quamuis hucusque nōnulli antistites ad monachorum habitum descendentes conati sint in antistitum fastigio manere, cumque id facerent, ea res neglecta est. Sancta tamen, & œcumenica hæc synodus hanc quoque negligentiam corrigens, atque in ordinatam hanc actionē ad leges, quæ de statu ecclesiastico sūt, reuocās, statuit; vt si quis episcopus, siue q̄s alius antistes dignitatem obtinens, ad vitam monasticam descendere, & pœnitentiæ locum implere voluerit, hic antistitis dignitatē amplius nō retineat: Monachorum enim instituta ad obedientiæ, ac disciplinæ rationem pertinent, minime vero ad magisterij, vel præfecturæ. atq; eorum sunt, qui non alios pascere, sed pasci profiteā tur. Quocirca quemadmodum dictum est, decernimus, nequis posthac eorum, qui in antistitum catalogo sunt, atque in pastorum numero censentur, in eorum, qui pascuntur, ac pœnitētiam agunt, locum se trāsferat. Quod si quis post promulgationem, ac notitiam huius, quæ nunc pronunciatur, sententiæ, id facere ausus fuerit: quando ipse seipsum antistitis gradu priuauit, pristinam, quam factis contempsit, dignitatē amplius non recuperabit.

Hoc ad pœnitentiam agendam, non ad quietem seruandam quibusdam conceditur.

Vnde liberius Papa scribit omnibus episcopis epist. secunda.

SVggestum.] CASVS. Multi episcopi propter tribulationes extrinsecas monasterij quietē appetentes, greges sibi commissos relinquebant, & plures in futuro relinquere volebant: q̄d cum audisset Liberius Papa, scribit oibus epis hortans eos, ne greges sibi commissos derelinquant propter laborem vitandum, & quietem appetendā: sed potius perseuerent humiliter tribulationes sustinendo. Et hoc ꝓbat duabus auctoritat. b. s. Dñi, & Pauli, & exēplo Christi, qui pro nobis redimēdis passionem sustinuit in cruce.

a ¶ Decipiat.] Arg. ꝙ si quis dolo renūciet, ꝙ tenet renunciatio: quod non est verū, ut 3. q. 1. redintegranda.

SIscitaris.] CASVS. Humifridus eps expellebatur a Normannis a suo epatu: ideoque, ut tribulationes declinaret, volebat in monasterio cōuersari: & interrogauit Nicolaum Papam, utrū hoc facere posset: Et respōdet ꝙ nō, quia periculosū est in tribulationib. gregē deserere: sicut periculosū est, si nauta nauē in fluctibus derelinquat: sed dicit ei, ꝙ fugiat persecutorum insidias, & maxime paganorum, exemplo Apostolorum, Prophetarū, & Chri: & reddita tranquillitate gregem requirat, & colligat in unū: & doceat, ut quāuis bona tēporalia perdant, tamen sperēt gaudia percipere sēpiterna.

b ¶ Proretam.] i. rectorem nauis, a prora, quæ est anterior pars nauis.

Proreta est nauis rector.

c ¶ Vbi.] i. quo exemplo nō dicimus, &c.

d ¶ Non fugiamus.] i. fugere debeamus.

Persecutiones pp peccata mittuntur.

e ¶ Diuinitus.] Deus propter peccata hominū mittit flagella & persecutiones. 56. d. si gens. 16. q. 1. reuertimini. & 23. q. 4. si quos. & secundum quosdam potestatē nocēdi dat Deus. qñ permittit quosdam nocere, eo ipso ꝙ se non obijcit. fm alios proprie dat ptātem, sed ipse ex se hēt ptātem nocendi. unde Satanæ potestas nocendi Iob data fuit. Omnia enim, quæ fiūt in ciuitate, aut iusto Dei iudicio, aut eo permittente fiunt, ut 26. q. 5. nec mirum Ioan.

f ¶ Prodire.] Pugnando cum eis, q̄d in nullo casu possunt clerici, si alias possunt euadere. 50. dist. de clericis. Sed possunt alios hortari ad pugnam iustā, & etiam interesse, ut 23. q. 8. igitur. & c. ut pridem.

g ¶ Arietes.] Alibi dicuntur episcopi canes 1. 2. q. 7. qui nec regiminis.

¶ Pro infestationibus malorum non licet episcopo gregem relinquere. C. XLVI.

Poly. l. 4. tit. 15.

SVggestum nobis est, quòd pro præteritis laboribus, & infestationibus nonnulli vestrum assignatas sibimet, & a Deo commissas relinquat plebes; & in futuro plures relinquere velint, eas, quas tueri debent, ecclesias, & pro ouibus sibi commissis laborare negligant, & monasteriorum sequieti contradere festinent, & vacationem ab episcopatus laboribus eligere, & silentio, atque otio vitam degere magis appetant, quam in his, quæ sibi commissa sunt, permanere, dicente Domino: [Beatus qui perseuerauerit vsque in finem.] Vnde namque est beata perseuerantia nisi de virtute patientiæ? quoniam secundum Apostolicam prædicationem. Omnes, qui volunt in Christo pie viuere, persecutionem patiuntur.] Ideo fratres charissimi, non vos afflictionum amaritudo a pio mentis uestrę proposito coarctet recedere. Considerate namque, quanta pro absolutione nostra, & liberatione creator dominusque, & redemptor noster pertulerit, quibusque se contumelijs afficiendum tradiderit, vt nos a vinculis potestatis diabolicæ liberaret. Attendite itaque uobis, & omni gregi, in quo vos spiritus sanctus constituit episcopos, regere ecclesiam Dei, quam acquisiuit proprio sanguine: ut non sit, qui uos decipiat, [a] aut seducat in subtilitate sermonis, ut plebes uobis commissas relinquatis, & alicui propter malorum opprobrium hominum quieti vos tradatis, & vt vos solummodo saluetis, & filios orphanos relinquatis.

Matth. 10.

2. Tim. 3.

Act. 21.

Item Nicolaus Papa, Humifrido Morinensis ecclesiæ episcopo.

¶ In persecutionibus episcopus ecclesiam suam non deserat. C. XLVII.

SCiscitaris itaq; per Gualdagariū presbyterū, vtrū, cū a Normānis de episcopo depellaris, debeas de cætero in monasterio conuersari. In quo scias charissime frater, quòd, si perniciosum est proretam [b] in tranquillitate nauim deserere, quanto magis in fluctibus? Vbi [c] non dicimus, quòd persecutorum non fugiamus [d] (maxime paganorum) insidias, cum ad tempus sæuiunt, & ob multitudinem delictorū nostrorū nocēdi facultatem diuinitus [e] assequuntur; præsertim cum eis prodire [f] ultro non debeamus, & multos prophetas, & Apostolos, ipsumque Dominū huiusmodi fugisse insecutores luce clarius cōstet; sed quòd præcipue nos qui tanquam arietes [g] ducatū gregibus præbemus, imò qui & horū pastores sumus, Deo auctore cum eis in periculis pro uiribus persistere pro certo cōueniat: & cum trāquillitas reddita diuina fuerit pietate sopitaq; furentium infestatio; mox gregē requirere, & in

Io. 8.

3 Ad hoc 38. d. 1. eiu.

Ad-

ADuersitas.] CASVS. Gregorius docet, ꝙ in tribulationib. non debet quis perturbari, quia ipsa tribulatio est probatio virtutis, & non est iudicium reprobationis: & ꝙ quis non debet perturbari propter aduersitatem, probatur exemplo Pauli, qui cum veniebat in Italiam naufragium passus est, & tamen in corde non fuerat turbatus.

vnum colligere; & eius animos cælestis patriæ pace, ac potissimum securitate prædicata sursum erigere debemus. Et tamdiu super eorum cautela oportet nos esse solicitos; vt si Dei iudicio præsentis temporis commoda fortassis amittunt, futuræ vitæ se sperent gaudia absq; ambiguitate percipere sempiterna.

Item Greg. lib. 7. epist. 126. ad Recaredum regem.

¶ Non est reprobatio, sed virtutis probatio, bonorum aduersitas. C. XLVIII.

ADuersitas, quæ bonis votis [a] obijcit, ꝓbatio [b] virtutis est, non iudiciū † reprobationis. Quis. n. nesciat, q̃ prosperum fuit, ꝙ B. Paulus Apostolus prædicaturus ad Italiā veniebat? & tamen veniens naufragiū pertulit: sed nauis cordis [c] in maris fluctibus integra stetit.

9 *Hoc* [d] *tunc seruandum intelligitur, quando inter subditos aliqui inueniuntur, quibus prælatorum vita proficiat: quādo nec specialiter prælatus quæritur, nec ꝑ alios tuta pōt esse ecclesiæ salus, ne si deserere incipiat, quibus prodesse potest, dicatur de eo: [Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venientem, & deserit oues, & fugit.] Cum vero specialiter quæritur, fugiat exemplo Christi, qui a facie Herodis fugit in Aegyptum: fugiat exēplo Pauli, qui a fratrib. per murum submissus est in sporta. Vnde August. ait: [Fugiat minister Christi, sicut ipse Christus in Aegyptum fugit, fugiat & qui specialiter quæritur, dū per alios firma est ecclesiæ salus.] Hinc etiam ait Dominus discipulis: [Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.] Hinc etiam idem abscondit se, & exiuit de tēplo, quādo Iudæi lapides tulerūt, vt iacerent in eum. Hinc et Aug. ait de eodem in ps. 54. [Ecce elongaui fugiens, illud tangit, quòd Christus vitabat persequentes, vt occasionem [f] iræ demeret, & manebat in desertis orans: in quo docebat nos in secreto cōscientiæ orare, & quiescere, cum a malis premimur.] Cum vero non prælatorum tantum, sed totius ecclesiæ salus [g] quæ-*

† al. iudicium. Act. 27. Ioan. 10. Matt. 2; Act. 9. Glos. ord. ad c. 11. 2. ad Cor. in fine, ex August. epis. 180. ad Honoratum. Matth. 10. Ioan. 8. Gl. ord. Cassiodoro.

tur, & prælatus non quæritur specialiter, nec per alios est tuta salus ecclesiæ, in quo casu si gregem sibi commissum deserat, dicet mercenarius. Si vero persona prælati specialiter quæritur, & salus ecclesiæ tuta est per alios; fugiat tunc prælatus, & hoc probat duob. exemplis, s. Christi, & Pauli: & tribus auctoritatib', scilicet Aug. Christi, & Dauid. Cū aūt quæritur nō solum prælatus, sed tota ecclesia: tunc non debet recedere, sed opponere se debet pro populo suo, & animam suam ponere pro ouib. suis: & hoc de extrinseca persecutione. Est & alia ꝑsecutio intrinseca, quæ fit a subditis in occulto, qñ ꝓlatus compati debet pro peccatis aliorū: & hoc probat quattuor auctoritatibus.

d ¶ Hoc. s. ꝙ ꝓlatus maneat cum subditis suis.

d ¶ Hoc ēt.] In hoc §. distinguit qd iuris sit in extrinseca siue intrinseca ꝑsecutione. Extrinseca. n. persecutio consistit i manifestis inimicis ecclesiæ. Intrinseca in eis, q adhuc nō sunt ꝑcisi. In exteriori persecutione distinguitur: aut solus prælatus q̃ritur, aut totus clerus. Si solus ꝓlatus: aut eo recedente tuta est salus ecclesiæ, & tunc fugiet, & hoc ꝓbat exemplo Christi & Pauli, & trib. auctoritatib. Aug. Dñi, & Dauid. Si nō est tuta, tunc ponēt alam suam ꝓ ouib. suis. Si totus clerus quæritur, indistinctè se pro eis host. b. opponet, vt 43. d. si rector sed si aliàs potest consuli ecclesiæ, totus clerus fugiat cum prælato. Si non potest, remaneant cum prælato, vel omnes, uel quidam ex eis, si est altercatio inter eos de remansuris, res sorte dirimatur. 26. q. 2. sors. Circa intrinsecam distinguitur sic: aut omnes sunt mali, aut quidam. Si boni sunt commisti malis, eos non deseret. 23. q. 4. tu bonus. Si omnes mali sunt, aut spes est de correctione, aut non. Si est, non sunt deserendi. Si non est spes, tunc sunt deserendi, ut inf. ca. c. vlt. Et nota ꝙ loquitur de extrinseca persecutione usque ibi. [Est & aliud genus. Abinde mistim de extrinseca & intrinseca vsque ibi, [Cum autem a vitijs.] & abinde tantum de extrinseca. 2

Persecutio est duplex. 3

Prælatus an propter persecutionem licite possit ecclesiā deserere.

1 Sub in qua & per q̃ trāsire debem' tribulationes & pericula huius seculi, sicut in naui mare trāsimus ad littora. iuxt. illud. Hoc mare magnū, & spatiosum: & sequitur ibi, naues & pertrā sibunt. Ps. 103. Arc.

a ¶ Bonis votis.] Idest, propositis.

b ¶ Probatio.] Sup. ead. cum percussio.

ADDITIO. Et dic probatio, i. examinatio, & experimētum virtutis, idest, constantiæ. Vel probatio virtutis, scilicet, ut probatione melior quis efficiatur, & ita appareat, ut in prædicto cap. cum percussio. secundum Hug.

c ¶ Nauis cordis.] Idest, constantia fidei. 1

HOC ETIAM. Hæc est 9. pars quæstio. in qua dicitur quando debet prælatus relinquere subditos, & quando non, Io. de Fant.

CASVS. Dictum est sup. in c. suggestum, & ca. sciscitatis, ꝙ prælatus perseuerare debet cum subditis in tpe tribulationis, licet possit quandoque recedere ad tempus & fugere. Nunc vero ostendit hic tempus seruandum esse, quando inter subditos aliqui boni reperiuntur.

e ¶ In Psalmo.] Exaudi Deus orationem.

f ¶ Vt occasionem.] Et ita peccat qs eo ꝙ dat alijs occasionē peccādi, ut 55. d. si Euangelica, & 22. q. 4. inter.

g ¶ Salus.] Ergo uidetur ꝙ pro rebus temporalib. non debeat prælatus mori, ut 23. q. 5. non est nostrum.

2 De hac materia plene no. Inn. ext. de renūciat. nisi cum pridem. §. j. vbi posita ē ista glo. sicut hic iacet multa addit. & ibi de hoc per Host.

a ¶ Fides.] Per heresim aliquam.
b ¶ Persecutionis.] idest compassionis.
c ¶ Non vror.] Compatiendo.
d ¶ In Psalmo. Dñe exaudi. ibi: Quia defecerunt sicut fum⁹ dies mei. & ossa mea sicut in frixorio cõfrixa sũt.

omnes mali, & obstinati. Si sunt ibi aliqui boni, nõ debet prælatus deserere bonos propter malos, sed tolerare debet patiẽter, & hoc probat quatuor auctoritatib. Si autem omnes sunt mali & obstinati, tunc licet prælato ab eis recedere, exemplo Beati Benedicti, qui monachos

a Dic, idest, fortes, Fortes enim & robustiores in fide dicũtur ossa. qa portant carnes, idest, infirmos secũdum Hug.

e ¶ Frigitur.] idest, consligitur, i. tantũ dolet de malorum interitu, quantũ salutem eorũ diligit.
f ¶ Xxx.] In te Dñe speraui, vsq; Miserere mei Deus, qm̃ tribulor, & cõturbatus est in ira oculus meus, anima mea & venter meus: quoniam defecit, &c.
g ¶ Palearũ.] Idest, malorum, qui sunt sine fructu.
h ¶ Odit.] Supple id in quo. s. odio extingueretur. a oculus rationis, si haberet illud odium. Vel dic, non odit homines, sed peccata eorum. 86. dist. odio.

a Scilicet p mortale peccatum, i. si odiret paleas, i. malos inquantum hoĩes sunt secũdum H.

i ¶ Oculus.] i. intellectus.
k ¶ Venter.] i. prælatus qui quandoq; ventrosus est.
l ¶ Pro interiorib.] Idest, subditis.
m ¶ Nõ clamat.] Alte, sed intus ingemiscendo.
n ¶ Defecit. Dicẽs, supple: quia defecit quasi dicat; omnino conturbatus est oculus meus: qa defecit in dolore vita mea ex magna iniqtate malorũ. & quare dicat hoc occulte subdit, videns nõ posse proficere, &c.
o ¶ Lxix.] Scilicet, Deus in adiutorium meum intende.
p ¶ Tribulatorum.] Idest, illa vox, Deus in adiutorium meũ est vox martyrũ in manifesta persecutione, & etiam vox iustorum in occulta & intrinseca.

nitur, fides [a] *impugnatur, necesse est, ut ex aduerso ascendant, & in die belli seipsos murũ opponant pro domo Domini, & animas suas ponãt pro ouibus suis: vt exemplo suæ passionis accedant, quos sermone doctrinæ diutius cõfirmare non valent. Et hoc quidẽ de manifestis persecutionib. Est & aliud genus persecutionis,* [b] *in quo Apostolus laborabat dicens: [Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scãdalizatur, & ego nõ vror? &c.] Hinc August. in ps.* [d] *101. [Ossa, i. fortes, quorũ frixorium sunt, q scandalizantur: tantũ. n. frigitur* [e] *bonus, quantũ amat.] ¶ Hinc idẽ in ps. 30.* [f] *] Irascitur iustus pro peccatis palearum,* [g] *non tamen odit,* [h] *in quo extingueretur oculus:* [i] venter [k] *pro interioribus,* [l] *quæ turbantur, quando nec corripi possunt impij, quib. non † clamat,* [m] quia defecit [n] in dolore vita, *videns non proficere qđ prædicat.] ¶ Hinc idẽ ait in ps. 69.* [o] *vtrumq; hoc genus persecutionis distinguens: [Vox tribulatorũ* [p] *Christo, i. martyrum inter passiones periclitantiũ, sed de capite* [q] *præsumentiũ.* [r] *Cũ illis* [s] *vox oĩs iusti; cui ex charitate, abundans iniquitas ẽt Christianorum est passio: vt Lot corporalẽ persecutionẽ a nullo in Sodomis sustinuit, sed a malis factis eorum, cũ † quib. habitabat. Est ergo persecutio iusti, vel a leone* [t] *in impetu, vel a dracone* [u] *in insidijs, vnde omnes* [x] *clamẽ:* Deus in adiutorium meum intende.] *¶ Cũ aũt* [y] *vitijs subditorũ prælatus affligitur, aliquãdo oĩum est una & insatiabilis obstinatio, aliquãdo mali inueniũtur bonis admisti. Quãdo boni simul cũ malis habitant, nõ sunt deserendi boni pp malos: ne peruersè malos euitãdo vincamus,* [z] *quos fugimus, ad gehennã, † sed potius mali tolerentur pp bonos. Vnde Greg. [Abel* [a] *esse renuit, quẽ Cain* [b] *malitia nõ exercet.* [c] *] ferrũ quippe nostræ mẽtis ad acumen non põt peruenire veritatis, nisi hoc alterius eraserit lima* [d] *prauitatis. Hinc ẽt Augustinus: [Tu bonus* [e] *tolera malũ, & c. infra de tolerandis malis in prima causa ƨ hæreticorum.] Idẽ ait: [Maius malum in separatione bonorũ* [f] *committimus, quam*

Ezech. 13.

Ioan. 10.

2. Cor. 11.

Glossa ord. ex Aug. ad ver. (& ossa mea, sicut in frixorio) & Beda 2. Cor. 11.

Eadẽ re August. ad uers. (Miserere mei Dñe.)

† non clamat clare, sed intus ingemiscit.] glossa ordin. Eadem ex eodem in præfatione Ps.

† cui non fuit delect. ut non ibi habitaret.] glos. ordin.

† al. veniamus ad gehennam.

l. 20. Mor. c. 29. & l. 9. re. epi. 39. 23. q. 4. tu bonus. Glos. ord. in ca. 6. 2. ad Cor. in fine ex Aug. sermo. 18. de ver. Domini.

q ¶ Sed de capite.] Idest, Christo.
r ¶ Præsumentium.] Idest, confidentium.
s ¶ Cum illis.] Idest, martyribus, & hic innuitur intrinseca persecutio.
t ¶ Vel a leone.] Idest, a diabolo aperte sæuiendo.
ADDITIO. Sicut per Sarracenos & apertos hæreticos. Archidia.
u ¶ Dracone.] Idest, a diabolo occulte persequendo, vel a falsis fratribus.
x ¶ Omnes.] Idest, tam illi qui extrinsecam, quàm qui intrinsecam persecutionem patiuntur.
CVM AVTEM. CASVS. Supra in §. proximo tractatum est qualiter fiat persecutio intrinseca, scilicet a subditis malis, & per compassionem: Nunc vero distinguitur sic. Aut inter subiectos sunt aliqui boni, aut sũt

nachos suos deseruit: quia conspirauerant in necẽ eius.
y ¶ Cum aũt.] Hic §. loquit de intrinseca persecutione.
z ¶ Vincamus.] Idest magis sumus digni gehenna, quã ij quos fugimus.
a ¶ Abel.] Idest, similis Abel in patientia non vult esse, qui non potest tolerare consortium malorum, nam quisquis malos non tolerat, ipse sibi per intolerantiam testis est, quod bonus non est, ut 23. q. 4. hæc autem, & c. tu bonus.
b ¶ Cain.] Idest, fratris Abel.
c ¶ Non exercet.] Idest, malos non allicit, significat, ut illos corrigat.
d ¶ Lima.] Idest, persecutio.
e ¶ Tu bonus.] Infra 23. q. quarta, hæc autem. c. tu bonus.
f ¶ Bonorum.] Argum. quòd si per aliquem non stat quominus faciat, idem est ac si fecisset. 43. distinctio. Ephesijs.

Bonus non est q malos nõ tolerat.

a ¶ Continua-

in coniunctione [a] *malorũ fugimus.*] *& infra.* ¶ *Tali nõ imputat Deus sua peccata, quia nõ fecit; non aliena, quia non approbauit; non negligentiã, quia non tacuit, non superbiã, quia in vnitate permansit.*] ¶ *Hinc idẽ in psal.* 54. [Quis dabit mihi pennas, sicut columbę? *non ait, sicut coruo. Colũba a molestijs quærit auolare, sed dilectio nẽ nõ amittit, & semper gemit. Sic bonus vult separare se corpore, nõ amore, ab his, quibus non potest prodesse:*] *& infra* ¶ [*Sed aliquando ligatur, nõ visco cupiditatis, sed cura & officio, vt deserere non possit* [b] *, nisi soluatur. Quod si non soluitur, tunc dicat,* Cupio dissolui, & esse cũ Christo: Sed manere in carne necesse est propter vos; *& sic est meritum ex desiderio.* [*Ecce elongaui fugiens; non loco, ne rumpatur charitas bonorũ, ne perdatur exercitium malorum, quos Deus admiscet, vt Iudam Apostolis:*] *quem quamuis sciret furem esse, tamen ad prædicandum misit, & ei Eucharistiam dedit, docens in ecclesia tolerari malos, nec obesse bonis malorum consortia. Quando vere omnium subditorũ est obstinata malitia, nec prodest eis prælatorum præsentia; tum etiam corpore licet ab eis recedere: ne & illorũ nequitia semper in deterius proficiat, & isti quidem fructum amittant, quem de aliorum profectu possent inuenire. Sic beatus Benedictus deseruisse legitur, quos in necem suam vnanimiter vt derat conspirasse. Hinc ẽt beatus Gregorius Petro diacono interrogãti, an liceat prælato gregem semel susceptũ gerere, lib. 2. Dial. 63. respondit dicens.*

Gloss. ord. ex Aug.

Philip. 1.

Glossa Iterlinearis ex Aug. in psal. 54. 23. q. 4. tu bonus.

α ¶ Vnde Augustinus.] *Multa in hac disputatione citat Gratianus ex Augustino, quorũ sentẽtia qdẽ apud illũ habetur, sed verba ipsa sunt ĩ glossa ordinaria locis ĩdicatis. De hac vero quæstione, quando liceat episcopo recedere ab ecclesia sua, disserit B. Augustinus epi. 108. Honorato episcopo scripta.*

β ¶ In prima causa.] *Indicat causam vigesimam tertiã in qua primum de hæreticis ex proposito agitur. qui mos citandi habetur etiam. 1. q. 7. necessaria. & alibi.*

¶ Quando liceat prælatis subditos deserere, vel non.

C. XLIX.

IBi adunati æquanimiter portandi sunt mali, vbi inueniuntur aliqui, qui adiuuentur, boni. Nã vbi omnimodo de bonis fructus deest; fit aliquãdo de malis labor superuacuus †: maximè si è vicino causæ suppetãt, q̃ fructum Deo ferre valeant meliorem. *& paulo post.* ¶ Sæpe agitur in animo pfectorũ, quod silentio prætereundũ non est, quia cũ laborem [c] suũ sine fructu esse considerent, in locum alium ad laborẽ cũ fructu migrant. Vnde ille quoq; egregius prædicator, qui dissolui cupit, & cũ Christo esse, cui viuere Christus est, & mori lucrũ, qui passionũ certamina non solũ ipse appetijt, sed ad tolerãda hæc, & alios accendit; Damasci persecutionẽ passus, vt possit euadere, murum, funem, sportamque quæsiuit, seq; latenter deponi voluit. Nunquid † Paulum mortẽ dicimus timuisse quam se ipse pro amore Iesu testatur appetere? Sed cũ in eodẽ loco minorem sibi fructũ adesse cõspiceret; ad grauem † laborem se alibi [d] cũ fructu seruauit, fortis etenim præliator Dei, teneri intra claustra noluit, certaminis campum quæsiuit.

† *vanus*] orig.

Philip. 1.
2. *Cor.* 11.

Act. 9.
† *al. Num nam.*

† *& graui labori ad laborem.*] orig.

Multorum auctoritatibus apparet, quando viuentibus episcopis alij possint substitui, & quando non.

a ¶ Coniunctione.] Fugimus eũ malũ in hoc q̃ nõ cõiungimur malis: qa si essem⁹ cũ eis, possemus corrumpi cũ eis: tamẽ maius malum committimus, ex hoc q̃ separamur a bonis: qa separando nos a bonis cõmittim⁹ schisma q̃ facere maximũ malum est, vt 24. q. 1. non afferamus.

b ¶ Non possit.] id est, non debeat propter hos quibus potest proficere. Ioan.

IBi adunati.] CASVS. Petrus diaconus q̃siuit a Gregorio, an liceret prælato deserere gregem semel susceptũ: qui respondit dicens, q̃ si subditi sunt boni malis admixti, tolerandi sunt mali ꝓpter bonos. si vero omnes sunt mali & incorrigibiles, recedere põt p̃latus ad aliũ locum, exemplo Pauli, qui de Damasco fugit, vt alibi magis proficeret. Sequens. §. patet.

c ¶ Laborẽ.] Nota q̃ labor nõ debet esse sine mercede, vt 12. q. 2. charitatẽ. & in auth. de iud. §. ne autem. col. 6. vbi dicitur, q̃ labor non debet esse sine fructu. vnde versus.

Cum labor in damno est, crescit mortalis egestas. iuxta illud.

Optat præmia quisque labor.

d ¶ Alibi.] Idẽ facit Cypri. vt 24. q. 1. ad uocauit. §. multorũ.

Quod

Schisma cõmittit qui se a bonis separat.

Labor est remunerãdus.

QVAESTIO II.

QVod autem [a] iste valetudine recepta suam possit repetere cathedram; nulla auctoritate ratum habetur. Celebrationem uero sacrificiorum, si † infirmitatis causa dimiserit, valetudine recuperata exequi non prohibetur.

† al. quam.

Vnde Alexander secundus scribit Gebonardo Viuariensi † archiepiscopo.

† al. Viennensi.

¶ De quodam presbytero, qui caduco morbo laborabat. C. I.

Iuo p. 6. c. 405.

IN tuis literis continebatur sic. Hic clericus ordinem habet presbyterij, sed quia caduco morbo laborat, & & ipsi in præsentiarum hoc agnouimus, nõ ausi fuimus concedere sibi vt offerret, vel missam celebraret. Quia vero languor in culpa non est, super hac re auctoritatis nostræ decreto consulendo deliberauimus. Consulimus itaque, vt si frequenter [b] hoc morbo tangitur, ab oblatione, & Missarum celebratione modis omnibus prohibeatur. Indecens enim est, & periculosum, vt in consecratione Eucharistiæ morbo victus epileptico cadat. Si vero Dei misericordia conualuerit (quandoquidem nõ culpa, sed infirmitas est in causa) eum sacrificare iam nõ interdicimus [c].

Idem Gelasius Rustico, & Fortunato episcopis.

¶ A regimine suspendatur ecclesiæ, qui in terram frequenter eliditur. C. II.

† al. Foropopiliensis.

NVper Foropopulensis † ecclesiæ clericis una cũ Sabino episcopo & Pelagio, & laicis propria suggestione referarũt, præsulem suum graui quadam necessitate vexari, cuius eũ dicerẽt incursione frequẽter elisum. Qđ ne scandalũ fidelibus videretur ingerere, & ecclesiã Dei vbiq; positam hac offensione turbare, præcipuè, cũ eodem ipso volente huc se perrexisse firmarẽt, ad dilectionẽ vestrã scripta direximus, vt ecclesiæ, cuius rector tali casu tenetur adstrictus, visitationem congruam reddatis. Verũ, quia nunc idem ipse venit huc pontifex, falsaque oĩa de se iactata disseminat, sub diuini cõtẽplatione iudicij, vestręq; cõsciẽtiæ, existimationisq; respectu,

QVod autẽ.] CASVS. Hæc est q. 2. qua quæritur, vtrum recuperata sanitate possit quis repetere cathedram cui renunciauit. Et respondet q; non: & transfert se G. ad aliam quæstionem incidentem, scilicet vtrum sacerdos, qui dimisit celebrationem Missæ propter morbum caducum: recuperata sanitate possit celebrare? & respondet cum distinctione, scilicet utrum quis vexeĩ morbo epileptico vel caduco frequenter, aut raro. si frequẽter, oĩno dẽt cessare a celebratione Missarũ, vt inf. e. c. 1. si uero raro, aut uexaĩ cũ spumæ iactatione, & uocis cõfusæ emissione: & tunc nullo mõ celebrare põt, ut inf. ea. c. 2. aut uexaĩ, sine spumę iactatione, & sine uocis confusæ emissione: & tũc celebrare potest: ita tñ ut habeat iuxta se uicini solaminis adiutorem, ut sup. ead. q. 1. illud. si plene ẽ liberatus, non est quęstio quin possit celebrare.

a ¶ Quòd autem.] Si quis de licẽtia Papæ renunciauit, & ad p̃ces eius alter substitutus est: certũ est q; ille non põt repetere eã, licet cõualescat, ut supra ea. q. 1. hoc nequaquam. Et ideo magister aliam quæstionẽ tractat. utrum ille qui abstinuerit a Missa pro ægritudine, recuperata sanitate possit celebrare? Et certũ ẽ q; potest. 1 inf. ead. c. 1. dũmodo certũ sit eũ esse sanatum. Si autẽ fuit dæmoniacus, uel epilepticus, debet prius per annũ esse liberatus. 33. dist. cõiter. 55. d. præcepta. & ar. ff. de redhibit. actio. quod ita. In ægritudine cõstituti Missas celebrare possunt supra ea. q. 1. c. illud. nisi ita debiles sint, q; ceptũ officium nequeant adimplere & nisi habeant morbum caducũ. 33. d. cõiter. Tñ cum distinctione an morbus iste sit cũ spuma & clamore, ut tunc non possint: uel sine spuma & clamore, & tunc possint, ut ibi notaui. sed quidam. 2 indistincte dicunt, quod non debent celebrare infirmi.

1 Sub. nec distinguendũ est q̃ fuerit ęgritudo dummodo, &c. ut sequitur.

Epilepticus an possit celebrare.

2 Vt Ryan.

IN tuis literis.] CASVS. Quidam presbyter morbum patiebatur caducum: quare Gebonardus Viuarien. archiep̃s ei celebrationem Missę interdixit: & per illũ presbyterum consuluit Alexandrum dictus archiepiscopus an iste presbyter posset Missarum solennia celebrare. Nunc Papa rescribit dicens, quomodo ei cõstitit q; ille cadebat. vnde mandat ei: q; si iste presbyter frequenter cadit, & vexetur morbo caduco, non debet celebrare: si autem conualuerit, non prohibeatur.

b ¶ Frequenter.] Ideo quidam. 3 dicunt quod si raro accidit, potest celebrare, dummodo habeat socium sup. ea. q. 1. c. illud. uel supple, maxime uel distingue, ut 33. d. communiter.

3 Lau. & H.

c ¶ Interdicimus.] Sic ergo propter infirmitatem non repellitur quis ab officio diuino, uel a perceptione sacramentorum, ut sup. d. 5. ad eius uero.

Infirmitas non repellit ab officio diuino.

NVper Foro.] CASVS. Clerici Foropopulensis ecclesiæ una cum Sabino & Pelagio & laicis Romam uenerunt & dixerunt Gelasio, q; episcopus eorum lędebatur morbo caduco frequenter, asserentes se de eius voluntate uenisse. quare Papa illi ecclesiæ duos dedit uisitatores, s. Rusticum & Fortunatũ, sed quia idem episcopus

scopus

sceptus postea Romam pergens dixit omnia, quæ de eo dicta fuerunt, falsa esse: ideo Papa præcepit eisdem visitatoribus narrando prædicta, ut ueritatem perquirant: & si prædictum epm inuenerint fuisse repente prolapsum cum voce confusa, & spumæ iactatione, eum celebrare tur purgatio, ut extra de causa poss. & propriet. cum ecclesia in si.

b ¶Triginta.] Contra 33. d. cōmuniter. Sed ibi certum fuit eū esse demoniacū, sed hic dubium, & omnes cibos ideo iubetur comedere, ne morb. possit occultari, quod physicum est, unde signatur contrariū ꝗ. de consecr. dist. 5. contraria, 1 ideo autem hic dantur omnes carnes isti pter hœdinas, quę prouocant dæmones.

rerum fide solertissime perquisita, si aliquando scilicet, vel in domo, vel in processione, vel in alio quocumq; loco probatur repente collapsus, vocesq; dedisse cōfusas, & spumas ore iactasse; quanta fieri potest examinatione quæratur. Quod tamen, siue non possit aliquorum factū testificatione firmari, siue nunquam contigisse dicatur, non putandum est posse sufficere, sed certum, manifestūque documentum, quia de tanta re non segnius [a] agendum est. Faciat rem tua dilectio frater Rustice sui moris, & aptam magno pontifici; ut eum triginta [b] α diebus tecum esse constituas, eumque carnibus indifferenter uti necessaria probatione compellas vti.

α ¶Triginta.] *In duobus codicibus vetustis legitur* octuaginta.

Carnes hœdinæ prouocant dæmones.

1 Nō est cōtra, quia hic loquitur de experimētis medicinæ, q bona sunt & necessaria, vt hic: ibi autē loquitur de nimio vsu medicinæ, q. est ꝗ hibitus ut ꝙ non ieiunetur, uel aliud simile est cont. legē di uinā. Arc.

CAVSA OCTAVA.

Quidam episcopus agēs in extremis successorem sibi ex testamento instituit: inde suorum amicorū patrocinio in eundē episcopatum eligitur: post electionem pro indemnitate ecclesia canonicis iuramentū præbuit: accusatur de simonia, tāquam munus ab obsequio præstiterit; ante tempus sententia a clericis suis derelinquitur: sine literis Apostolicis † ad ecclesiam suam reuertitur episcopus.

† al. Apostolici.

1 *Hic primum quæritur, an liceat episcopo sibi successorem instituere.*

2 *Secundo, an amicorum patrocinia in electione debeāt conualescere.*

3 *Tertio, an sit habendus simoniacus: qui post electionē huiusmodi iuramentum canonicis præstat.*

4 *Quarto, an liceat clericis ante sententiæ tempus ab episcopo suo discedere.*

5 *Quinto, an sine literis Apostolicis † debeat redire ad propriam ecclesiam.*

† al. Apostolici.

¶Qui clericos suos non corrigit, populum corrigere non valet. C. XXIII.

QVid autem ego vos arguo, cum possitis me vno sermone conuincere? [h] conuincor enim, cum in hac parte clericos vobis magis video negligétes. Quomodo enim possum corrigere filios. cum fratres [i] emendare non possim? aut qua fiducia succenseam [k] laicis, cū a consortibus pudoris verecundia conticescam? Ego autem fratres non de omnibus loquor: sunt certe quidam deuoti, sunt & alij negligentes. Ego neminem [l] nomino conscientia sua vnumquemque conueniat.

Simile quidam auctor operis imperf. in Matth. hom. 40.

Item Beda super Matthæum.

VEreor.] CASVS. Dicit Hiero. se timere ne plures laicorum iudicent episcopos male sua officia exercétes per cōparationē melioris vitę, sicut regina Austri, quæ venit de finibus terræ audire sapientiā Salomonis, iudicatura est homines sui temporis in die iudicij comparatione melioris vitę & Niniuitę cōuersi ad prædicationē Ionæ, iudicaturi sūt illos Iudęos, qui Christum maiorem Iona contempserunt.

c ¶ Vereor.] Idest, uereeundor.

d ¶ Iudicatura.] Nō potestate iudicij [1], quia illud fœminæ non habent. 3. q. 7. §. tria. ff. de regulis iur. l. 2.

1 Dices iudicaturam in die iudicij cōparatione melioris uitæ.

e ¶ Condemnabūt.] melius viuendo.

f ¶ Eos.] s. Iudęos.

g ¶ Iudicent.] su. d. 28. c. vl. cōtra. su. di. 21. nolite, cōtra 2. 6. q. 1. oues cōtra. sed nō dūr subditi corrigere siue iudicare p̄latos auctoritate officij, sed vitæ comparatione, vt 2. q. 7. nonne.

QVid autē.] CASVS. Ambr. cū increparet populum delinquétem, dixit, quod populus poterat eū conuincere vno sermone, & sibi pudorem inferre, cum clericos hēat incorrigibiles, quos emēdare nō possit, nec eos, vult nominare, cū peccata eorū sint latentia, sed vnusquisque consulat suam conscientiam.

h ¶ Conuincere.] Et rubore incutere ex hoc, quod laici meliores sunt clericis nō eū posset ob hoc reprehendi. 47. d. qd

a ¶ Maiorem.] Sic sup. 96. dist. si quis dubitet & sup. distinct. 61. statuimus. & e quid proderit. unde quidam discipuli in hoc decepti nimis festinant ad cathedram, & dum delectantur in loco gloriæ, fiunt alijs auctores ruinę, ut 48. dist. quoniam cum magister faciat cathedram, non cathedra magistrum, ut 40. d. c. ult. magistri enim moribus, & scientia, & facundia, debent alios pręcedere

Cathedra nō facit magistrum.

ad nos. quia non criminis relatione, sed innocētia reus purgatur. ff. de pub. iud. is qui.

Reus innocentia purgatur.

i ¶ Cum fratres.] Alias socij dicuntur 10. q. 3. cauendū.

K ¶ Succenseam.] idest, irascar.

l ¶ Neminē.] Contra, su. 2. q. 1. nō nos. sed hic loquitur qñ crimē nō pōt probari: ibi qñ pōt: ceclara. ut crimina non habent uindict. ... 6. q. 1. si omnia. 22. d. erubescāt.

Nec sufficere.] CASVS. Quidam prælati putabant sufficere si adæquarentur laicis. & negligentibus in fide, vel in operibus: sed dicit Beda hoc non sufficere, nisi præcellant eos scientia & doctrina.

a ¶ Credendi.] Quantum ad articulos fidei. laicis tamē sufficit pictura pro doctrina, de consec. d.3. perlectum.

NE ERGO. CASVS. Concludit Gratian' ex supradictis dicēs: ne prælati malos sibi eligerent successores, idō statutum est, vt nemo sibi eligat successorem.

Quod aūt.] CASVS. Hic ponitur secunda quæstio, vbi quæritur an amicorum patrocinia cōualescere debeant in electione aliquorum. Et certe si cōsistant in pecunia, vel obsequio, simonia est, vt sup. 1. q. 1. sunt nonnulli. In precibus distinguitur. aut enim sūt carnales, aut spirituales. Carnales pro digno nō inducūt simoniam, vt prima q. 1. quibusdam. pro indigno sic, vt prima q̄stione prima, de ordinationibus. Spirituales vero valent, nec per eas inducitur simonia, vt prima quæstione prima, latorem. In obsequio etiā consueuit distingui. vtrum sit honestū, vel nō: & si honestum, vtrū exprimatur, vel deducatur in pactū. q̄ seruiat, vt præbēda sibi conferatur.

b ¶ Patrocinia.] Patrocinia aut consistunt in pecunia, vel obsequio: & tunc fit simonia: aut in precibus: & tūc aut sūt carnales, aut spūales, si spūales, valēt: nec per eas simonia cōmittitur 1. vt prima quæstio. prima, latorem. carnales etiam pro digno sunt recipiēdæ, vt 1. q. 1. quibusdā in fi. sed preces carnales pro indigno factæ, inducunt simoniam. 1. q. 1. de ordinationib. & dic vt sup. c. Moyses.

c ¶ Patrocinia.] nisi dignus sit ille pro quo petitur, vt su. 1. q. 1. nullus itaque, & c. pueri & c. quibusdam in fi.

d ¶ Patrocinio.] Sed nonne suffragium patris prodest filio ff. quod cuiusque vniuer. l. illud. sed illud quantum ad numerum eligentium.

e ¶ Compellitur.] Quia ad antidota tenetur, ut ff. de petit. hær. sed & si 6. consuluit. & 83. dist. nihil. & extra de testa. cum in officijs. humanū. n. est, ut quis exhibeat ei reuerentiam a quo percepit beneficiū, ut 16. quæst. 2. ui sis.

¶ Episcopo ad salutem non sufficit moribus, & vita populo adæquari. C. XXIIII.

Nec sufficere nobis ad salutem arbitremur, si turbis negligentium, vel quorumlibet indoctorum, fide, vel actibus adæquemur; quibus, sacris literis vnica est credendi [a] pariter & viuendi regula præscripta.

Ne ergo (vt supra dictum est) tales sui officij successores aliquis sibi quæreret, prohibentur episcopi alterū pro se successorem sibi statuere ac designatis nominib. in locum suum al.um subrogare. — sup. Apostolica.

QVAESTIO. II.

Quod autem amicorum patrocinia [b] in aliquorum electione conualescere nō debeāt, auctoritate beati Gregorij Papæ probatur, qui in secundo libro Regesti, indi. 11. epist. 22. seu cap. 61. scribit Antonio subdiacono dicens.

¶ In electione episcopi non numerum datio, nec aliquorum patrocinia conualescant. C. I. — Poly. l. 2. tit. 3. Iuo p. 5. c. 129.

Illud quidem præ omnibus tibi curæ sit, vt in hac electione nec datio quibuscunque modis interueniat præmiorum, nec quarumlibet personarum patrocinia [c] conualescant. Nam, si quorundē patrocinio [d] fuerit quisquam electus, voluntatib. eorum, cum fuerit ordinatus, obedire, reuerentia exigente, compellitur: [e] sicque fit, vt & res illius minuātur ecclesiæ, & ordo ecclesiasticus nō seruetur. Talem ergo, te admonente, personam debent sibi eligere, quæ nullius incongruæ voluntati deseruiat; sed vita, ac moribus decorata, tanto ordine digna valeat inueniri.

Idem ad clerum Mediolanensem li. 2 Indict. 11. epis. 29 seu c 68.

¶ In electione antistitis communi vtilitate, non suo lucro quisque prospiciat. C. II. — Polyc. ibidem. Iuo p. 5. c. 130.

Dilectissimi filij, officij nostri censura commoniti suademus, vt in hac suscipiēdi antistitis causa null' vestrum neglecta vtilitate cōi, suo lucro prospiciat; ne, si quisquam propria cōmoda appetit, friuola æstimatione

Simonia an inducatur p amicorū patrocinia.

1 Ad idē 50. dist. clerico ubi de hoc.

Beneficij collatori reuerētia debetur.

Illud.] CASVS. Præcipit Gregorius Antonio subdiacono, cum quædam episcopalis ecclesia vacaret, vt nullam personam eligi permittat per pecuniam, vel per preces carnales amicorum: quia qui taliter sublimatur, illis compelluntur obedire quorum preces, vel pecunia interuenerunt: & sic per eos res ecclesiæ dilapidantur 1. Talis ergo in illa ecclesia eligatur persona, quæ sit uita & moribus decorata: & tanto ordine digna.

Dilectissimi filij. CASVS. Vacante ecclesia Mediolanen. unusquisq. clericorum nitebatur amicum suum præficere inspecta tantum utilitate propria, & ne glecta communi, sed docet Gregorius, ut hoc nō faciant ne friuola æstimatione fraudentur, siue fallantur: quia mens quam cupiditas ligat, personam præferendam nō examinat iudicio recto: quare præcipit, ut ante electionem

ctionem subtiliter iudicantes talem eligant, cui debeant semper obedire: quia post electionem non poterunt iudicare de ipso.

a ¶ Libero.] Sic 83. dist. nihil. sic 11. q. 3. quatuor.

ADDITIO. Ex c. pauper per quæ iura & hic habet arg. quod iu-

pepigit, quod post electionē præstaret iurum vt inf. ca. Artaldus. Si vero ante electionē iuret, vel pactu faciat, simonia est, vt inf. e. c. talia. & hæc vera sunt, cum minoribus, & subiectis præstatur iuramentum. præstare autem superiori ante electionem, non videtur simoniacum arg. sup. 100. dist. optatum.

fallatur: quia nec libero [a] iudicio preferendam sibi personam examinat mens, quam cupiditas ligat. Pensantes igitur, quę cunctis expediūt, ei, quem vobis diuina gratia prætulerit, integerrimam semper in omnibus obediētiam prębere. Iudicari [b] namque à vobis vltra nō debet semel prelatus; sed tanto nunc subtiliter iudicādus est, quanto postmodum iudicandus non est.

QVAESTIO III.

Quod autem [c] simoniacus habendus nō sit qui post electionem pro indēnitate ecclesia iuramētum præstitit: facile probatur. Aliud enim ante electionem iuramentū facere, vel se facturū pacisci ad hoc vt eligatur: aliud est nulla precedēte conuentione post electionē huiuscemodi iuramentum offerre. Illud ab officio tanquam munus impensum deijcit: hoc autem consecrando nullum impedimentum generat.

De priori casu scribit Pelagius Papa clero Catinēsi.

¶ Qui in episcopum eligitur, de rebus ecclesiasticis aliquam securitatem nulli faciat. C. I.

Ans. l. 6. c. 40. Poly. l. 2. tit. 3.

TAlia quidem iam dudum ad fratrem, & coepiscopū nostrum Eucarpum de visitatione Catinēsis ecclesię scripta direximus, vt in eis iudicium nostrū potuissetis agnoscere. Veruntamen, quia quosdam ibi non sana itētione, sed prauis studijs dissensiones suscitare, vestra etiam relatione cognouimus, qui scientes se ad episcopatum nec ętate, nec scientia, nec vitę meritis posse perduci, ad hoc tantummodo inquietare ecclesiam volunt vt sibi de his, quę ex ipsa prçsumpta sunt, impunitaté. [d]

c ¶ Quod autem. & ante & post electionem licite secundum quosdā petitur cautio, quæ habetur ex iure uel consuetudine. 63. distin. qu. 1. q. 1. quæ situm. extra de præben. significatum. A superiore uero quælibet cautio peti potest. 28. dist. de Syracusanę. 10. q. 3. c. vlt. 18. q. 2. Eleutherius. 100. distin. optatum. & c. cōtra nouum. Quidam tamen dicunt, quod ante electionē nulla cautio potest peti & si præstetur simonia est? quia videtur eā facere, vt eligatur inf. ea. cap. 1. Idē est si promittit ante electionem se iuraturū post electionem, vt 1. q. 1. quam pio. sed post electionem bene potest, quia tūc nihil facrat ab eis: sed à superiore, vt dixi, potest peti, & ei præstari tale iuramentū siue ante electionē siue post. 100. distin. optatū. 28. dist. de Syracusanę. & 28. dist. quamoduam. tamē id quod prius dixi uerius valet maxime si quilibet canonicorū ita iurat: Ego iuro, quod si fuero factus episcopus, nihil alienabo de rebus ecclesiæ: quia tutor eligitur sub tali conditione. si satis dederat. vt ff. de tute. mute. §. 1. extra de elect. significasti. nec tñ uidetur esse conditio, sed potius admonitio quædam, ut dicit illa l. muto. tñ ex persona contrahentium præsumi debet contractum siue promissionem esse simoniacum, vel non sicut & præsumitur circa vsurarium contractum ex persona contrahenti, vt extra de pig. c. illo. in fi.

Cautio iuratoria an possit peti ab eligendo uel electo.

a Scilicet præstari iuramentum subditus, nec tūc peccat, nec ipsi possunt venire contra electionem siue sit confirmatus siue non, sm H. B. & La. extra de el. publicato. Arch.

quōd iudex pecunia vel alia affectione corruptus non potest recte iudicare secundum Hugo.

b ¶ Iudicari.] Arg. quod, electum quem semel comprobasti, non potes postea reprobare [1]. vt inf. 12. q. 5. horrendus. arg. extra de his. quæ fi. à maio. parte cap. ex ore. in fi. sup. di. 4. erit & cap. in istis. sup. e. q. pen. c. licet simile ff. de decur. l. pe. in fi. & arg. ff. de pact. dot. cōuenire. §. de neg. gest. Pomponius. ar. contra C. de lib. caus. non idcirco & l. non mutant. & C. de profess. & medi. l. grāmaticos. lib. 10. extra de elect. cum dilectus contra vbi patientia non ęquiualet electioni. contra id quod est ff. de pup. si ego. §. 1. Sol. electus semel approbatus non potest amplius reprobari ab eligentibus, nisi ex causa noua, vel de nouo ad eorum notitiā ueniente. tūc enim bene potest ab eis reprobari. vt extr. de offic. deleg. insinuante. & extra de excep. pastoralis. & ff. de mi. sc. & ho. vt gradatim §. reprobari & ita intelligitur illa decr. & illa lex grammaticos.

Electus semel approbatus, an possit postea reprobari.

1 Argu. ad hoc ext. de spon. impu. de illis j. §. vlt. vbi de hoc. & extra de reg. ad nostram. ibi videas in glo. 1. Ad idem extra li. 6. de elc. nuli. Arch.

Quod autem.] Hic intitulatur tertia quæstio, qua quæritur, utrum sit simoniacum præstare canonicis iuramentum post electionem pro indemnitate rerū ecclesiæ. Et respondet quod non, nisi ante electionem

TAlia.] CASVS. Pelagius facit Eucarpum visitatorem Catinensis ecclesiæ, & ei significavit quod deberet fieri circa electionem episcopi: sed postea Elpidius diaconus electus est fere ab omnib. pauci tñ eius electioni consentiebant nisi iuraret se illi præstare impunitatem de rebus ecclesiæ, quas vsurpauerant. quod totum cum audisset Papa relatione clericorum, & Leonis viri magnifici, de cuius testimonio non erat dubitandum præcepit Pelagius clericis Catinensibus, vt Elpidium diaconum cum decreto electionis & cū visitatoris epistola Romā perducant, & monet eū, vt clericis resistentibus sibi, nec iuramentum nec promissionē faciat aliquā: qui si fecerit tanquam indignus repelletur.

d ¶ Impunitatem.] Vt remitteret eis eā, quæ abstulerant. illud enim est simonia. remittere enim est dare,

vt extra de testibus ueniens 1.ff. de calum. quinetiam. a ¶ Viri.] Argu. testimonio vnius credi, vt ff. de dote præle. Teoporpus sup. 97.d.s. nobilissimus. su. dist. 86. tā ta inf. 25.q.4. iter q̄ relas 20.q.3. præsens ar. contra, 33.q.2. admonere 1. b ¶ Iudicij.] Id est quod circa eum fecimus, nos mutabimus. c ¶ Damno.] Quia retractabimus quod fecimus.

diffe tale quid intelligendum est, q̄ ipse sciat. 2 sic in Auth. de her. & fal. §. sancimus. i fi. §. & si vero. I coll. 1.

1 Obtinet vbi aliter nō læditur: vel in forma iudicij non agitur secundum Hug. Vel dic ut not. in glo. vnde non tenet, &c. de hoc 19. dist. placuit & 50. dist. tāta. Arch.

2 Ad hoc facit 1 q̄ no. extra d ele. bonæ memoriæ, in glo. si esset, &c. in prin.

futurus promittat episcopus, & fiat rapinę securitas, episcopatus ambitio; hoc etiam vos duximus commonēdos vt decretū in Elpidium diaconum factum, & subscriptū ab omnibus, quos vestra relatio designauit, ad nos cum prædicti visitatoris epistola, & cum eodem diacono maturetis, Deo propitiante, perducere. *& post pauca* Cum igitur huc filius noster magnificus vir Leo prætor venisset, retulit nobis de singulis, q̄ ibi mota sunt, & quomodo vota prope totius ciuitatis in Elpidio diacono concordarent. Vnde quia de memorati viri [a] testimonio dubitare omnino nō possumus; idcirco, sicut dictum est, Elpidium diaconum ad nos facite properare: nec expectetis vlterius, vt admonitio ad eum nostra debeat destinari.† Quem tamē hoc per vestram dilectionem in præsenti iussione specialiter admonemus, ne cui se aliquid dare vel daturū esse promittat; sed neque de ecclesiasticis p̄teritis causis aliquam securitatem cuiquā audeat facere siue p̄mittere, aut quasi factus episcopus ea quæ direpta sunt nō repetat; sed apud eos, à quibus direpta sunt permanere libere patiatur: sciens, quod si tale aliquid fecit, vel fecerit, nec à nobis omnino permittitur valere ipsa promissio, & cum iudicij [b] nostri quod de ipso habuimus damno, [c] pastoralis consecrationis ordinem promereri non poterit.

† al. iterari.

Emendatus, est hic locus ex Anselmo, & Polycarpo.

De secundo vero casu in gestis Vrbani secundi legitur.

¶ Post electionem pro indemnitate ecclesiæ licet electo iuramentum præstare. C. II.

A Rtaldus.] CASVS. Artaldus fuit electus in ep̄m Arelaten. ecclesiæ, post electionē præstitit iuramētum canonicis de indemnitate rerum ecclesiæ, propter quod archiepiscopus Narbonen. noluit eum cōsecrare, ideoque Romam iuit, & cōsecratus ē ab Vrbano: prius tamen præstito iuramento, quod nullā conuentionem fecerat ante electionem ad hoc vt eligeretur, & q̄ propter nullū aliud crimen ipsum repellebat. Et sunt verba notarij scribentis gesta Vrbani. d ¶ Iuramento. Argumētum, q̄ solus episcop⁹ sola manu se expurgat, vt 2.q.5. quanto. sed istud obtinet cū nō habet compurgatores. e ¶ Vt eligeret. Arg. contra, 28. distin. de Syracusanæ. f ¶ Nullius.] Ex hoc verbo dixit Io. An. quod infamatus de vno crimine, expurgabit se de omnibus alijs sed certe hic nō fuit generale iuramētū, sed solū iurauit. quod nullius criminis conscius erat, & quod archiepiscopus ei aliud crimen non obiecerat. Sed quare Papa cōsecrauit istum pendente adhuc obiectione archiepiscopi? Sed dic quod archiepiscopus in forma iudicij nihil obiecit ei. h ¶ Me sciente. Argumentum ad interpretandum negatiue dicta testium, vt cum testis iurat se non vi

Negatiua testis depositio est benigne interpretanda.

ARtaldus Arelatensis *a* episcopus, Narbonēsis ecclesiæ suffraganeus Romam consecrandus ad dominum Papam Vrbanum venit: suus quippe archiepiscopus eum consecrare nolebat, quoniam post electionem suam propter bona ecclesiæ consecranda canonicis iurauit. Consecratus itaque est à domino Papa Vrbano, antè purgatus huiusmodi iuramento [d]. De iuramento, quod canonicis nostræ ecclesiæ feci post electionem, nullam conuentionem ante, vt eligerer [e], feci. Narbonensis vero archiepiscopus, nullius [f], præter id, criminis causa, cōsecrationem nostram omisit me sciente [g]; neque mihi criminis conscius sum, propter quod à sacra † me vnctione repellat.

† al. sacerdotio me repellat.

a ¶ Arelatensis.] *In manuscriptis etiā sic habetur. Sed visum est subesse mendū quia hic episcopus vocatur suffraganeus archiepiscop. Narbonensis: in concilio autē secundo Arelatensi Arelate refertur ad prouinciā Viennensem Et quamuis Gulielmus Durandi in speculo de auctor & vsu pallij hoc citet, vt ostēdat Arelatēsem archiepiscopū subesse Narbonensi; tamē Ioānes Andreas in notis ad illū locū expresse scribit in hoc capitulo non agi de Arelatēsi archiepiscopo. & valde p̄babile est pro Electēsi seu Elatensi, qui vere est suffraganeus archiepiscopi Narbonensis, corrupte scriptū fuisse, Arelatensis.*

QVod autem.] CASVS. Hic intitulatur quarta quæstio, qua quæritur an prælatus sit deferendus ante sniam condẽnationis; siue feratur sententia ab hoie vel a canone. Et dic, quod non ut inf. c. vno. & inf. 17. q. 4. si quis suadente. tio tenet quam fecit: sed si tempora appellationis sunt lapsa & non est prosecutus appellationem, idem est ac si non appellasset: & sm hoc non est excõicatus, ut distinguitur ff. de his qui not. infa. furti. §. 1. & ff. de iniusto rup. test. si quis. §. antepen. Io. Ego credo, quod pendente appellatione clerici dẽant ei obedire, cũ pendẽte appellatione, uel lite nihil sit innouandũ, vt s. 2. q. 6. appellatione interposita. & ext. vt lite pẽ. nihil innouetur, per totũ. ff. ad Turp. l. 1. in fi. & excõicatio tenet, cum statim trahat secum suam executionem, vt extra de app. pastoralis Bart.

Interim potest subditum excõicare.

a ¶ Quod

QVAESTIO IIII.

QVòd autem [a] clericis ante sententiæ tempus ab episcopo suo discedere non liceat, probatur auctoritate Symmachi [α] Papæ dicentis.

α ¶ Symmachi. *Citatur libellus Ennodij nomine Symmachi Papæ, cuius rei reddita est ratio supra dist. 51. c. omnino. & 40. c. non nos.*

¶ Antẽ tempus sententiæ non licet clericis ab episcopo suo discedere. C. I.

Iuo p. 6. c. 340. & 341.

NOnne directa sunt verba canonum: [β] [Quicunq; clericorum ab episcopo suo ante sententiæ [b] tempus pro dubia inspicione discesserit manifestam cũ manere censuram?] *& infra.* ¶ Lex ecclesiastica pontificẽ ab alijs accusatum, priusquam [c] sub luce obiecta constiterint, exigit, non relinqui.

β ¶ Canonum.] *Sic emendatum est ex vetustis codicibus. Ennodio ipso, & Iuone, cum prius legeretur,* Decreti *Citare autem Ennodius voluit canones, qui ante Symmachũ de hac re editi erãt. Qui vero in glos. citantur, sunt ex epistolis Pontificũ Symmacho posteriorum. In Carthaginensi quidem concilio inserto in codice canonũ est undecimus canõ, qui citatur inf. 11. q. 3. si quis pbyter. & decimus nonus relatus sup. 4. q. 5. c. quisquis epõrũ: & vigesimus quartus citatus. ibid. c. placuit ad quos & precipuè ad primũ videtur spectasse Ennodius.*

NOnne.] CASVS. Symmachus Papa docet in hoc c. quod nullus clericus dẽt deserere suum prælatũ ante sniam, qui sit accusatus: & qui contra fecerit, pœnam patietur.

b ¶ Sentẽtiæ.] Sola ergo accusatio non constituit aliquem reũ vel criminosum vt 15. q. vl. c. vl. vnde reo accusato potest solui id quod ei debetur, vt ff. de solu. reo sola. n. noiatio nõ sufficit, vt 2. q. 1. multi. & lex dicit, quod si cõdẽnatus appellauit, status eius integer est. ff. nil innouen. ap. l. vnica. nec inter infames interim habẽdus. de his qui no. infam. furti. impedit tñ interim ab honorib. vt 81. dist. tãtis. 2 & extra de accu. Deus omnipotens. nec procurator esse potest, C. de procur. reum.

Solui potest reo accusato.

2 Adde ad hoc gl. oppositam in §. si quis autem in glo. 1. instit. de suspectis tut.

QVAESTIO V.

SIne litteris Apostolicis † episcopus accusatus & a sancta sede vocatus, ad suam non reuertatur ecclesiam.

† al. Apostolici.

Vnde Sixtus Papa I. ait epist. 1. c. 2.

¶ A sede Apostolica vocatus episcopus ad domum non reuertatur, nisi purgatus, & Apostolicis litteris instructus. C. I.

QVilibet fratrũ pulsatus, atq; ab hac sancta sede vocatus, cum se nobis representauerit, [d] ad ecclesiam tamen suam non prius reuertatur, quã litteris Apostoli-

c ¶ Priusquam. Sic extra vt lite pend. c. 2. si 33. q. 2. sæculares, & 35. q. 6. multorũ. & 15. q. vlt. c. vl.

a ¶ Quòd autem.] Clerici ante suspensionem vel depositionem prælati non negabunt ei obedientiam. 16. q. 4. volumus, 1. q. vlt. c. vlt. Nec obstat 32. dist. nullus 81. dist. si quis & 16. q. vlt. fanè. quia ibi de suspensis a canone loquitur. nã in illis tribus criminibus est speciale, scilicet in simonia, & in hæresi. & in notorio fornicatore. 1 sed de simonia occulta vĩ correctũ ext. de tẽpo. ordi. c. vlt. Sed nunquid statim post sniam recedent ab ipso cum adhuc possit appellare, & appellatio extinguit pnunciatã: itẽ quia snia nõ est statim executioni mandãda, vt ext. de sent. & re iud. quod ad consultationem. Econtra vĩ, quod statim per sniam amittit dignitatem. ff. de pœ. qui vitimo. & l. qd ad statũ. Itẽ quid si pendente appellatione excõicat subditũ suum an est ille excõicatus? Distingue quia si est prosecutus appellationem suam, tũc licet appellatio sit pronunciata iniusta, excõmunica-

1 Ad hoc ẽt not. 2. q. 7. sacerdotes. ibi vide.

Prælatus sententialiter depositus si appellauit, an

SIne.] CASVS. Hic ponitur 5. q. qua quæritur vtrũ episcopus accusatus vocatus ad sedem Apostolicam si sententia pro eo feratur, debeat ad ecclesiam suam sine litteris Papæ reuerti. Et respondetur, quòd non, vt inf. c. seq.

QVilibet.] CASVS. Sixtus Papa, docet hic quòd si episcopus accusatur coram Papa si non põt sibi crimẽ probari, non debet ad ecclesiam suam reuerti sine litteris Apostolicis, in quibus contineatur qualiter suam causam finierit, & post reuersionem suam vicini episcopi hoc cognoscere possint: quoniam episcopi sicut ab Apostolis sunt instituti domino disponẽte, ita a sancta sede Apostolica debent defendi, dispositioni cuius omnia maiora sunt iudicia reseruata.

d ¶ Representauerit.] Clericus etiã se non representabit Papæ sine litteris sui episcopi, vt C. de epis. & cler. si qua

a qua per calumniam. & in Auth. quomodo oportet episcopos. §. non aliter. coll. 1.
a ¶ Ambiguitate.] Si ext. de off. ordi. ex parte. extra de fide instr. quod super.
b ¶ Eorum.] idest, Apostolorum.

ut infra ea. ordinationes. Rufinus tñ & Ioan. Faventinus dicebant, quod episcopus, qui recepit ultimam manus impositionem extra ecclesiam, idest, ordinem episcopalem, quia post illum nullus est ordo, ordinem conferre non potest, & qui ordinatur a tali, nihil recipit: se-

licis, vel formatis, pleniter instructus, atq; purgatus sit; si fuerit unde: ut postquam domum reversus fuerit, cognoscant vicini sui qualiter suam, aliorumq. causam hic finierit: quatenus eam absq; ambiguitate [a] ulla nunciare, & prędicare omnibus possit. Ab hac. n. sancta sede a sanctis Apostolis tueri, defendi, & liberari episcopi iussi sunt: ut sicut eorum [b] dispositione, ordinante Domino, primitus sunt constituti: sic huius sanctę sedis (cuius dispositioni, eorum causas, & iudicia servaverunt) protectione: futuris temporibus sint ab omnibus perversitatibus semper liberi. Unde culpantur ij, qui aliter circa fratres egerint, quàm huius sedis rectoribus placere cognoverint.

Sententia excommunicationis.] CASUS. Supra in viij. causa ostēsum est de epis qui usurpant sibi eligere successores. Nunc vero vult tractare de epis excōicatis, qui præsumūt clericos ordinare, & de archiepiscopis, q damnāt clericos sui suffraganei incōsulto illo; quæ omnia ut competentius ostendat, thema proponit, & tres inde elicit quæstiones.
e ¶ Sententia excōmunicationis.] In superiori cā dictum est, quod epi quandoque usurpant sibi aliquid de iure suorum clericorū, qñque sibi cōstituunt successorē: hic agit qualiter usurpāt qñque de iure vicinorum epōrū, & ostendit hic quod nemo ordinabit clericos alterius epi eo nō requisito, nec ēt iudicabit, & quod metropolitanus clericos sui suffraganei non potest iudicare. & ut hæc & alia, &c.

CAUSA NONA.

Sententia excōmunicationis [e] notatus quidā archiepiscopus aliquot clericos alterius metropolitani ordinauit: quendā capellanum sui suffraganei, illo inconsulto, deposuit; atque alium in loco eius ordinauit.

1 Hic primum quæritur an ordinatio, quæ ab excommunicatis facta est, aliquo modo possit rata haberi.

2 Secundo an liceat episcopo, archiepiscopo, primati, vel patriarchæ clericos alterius sine proprijs litteris ordinare.

3 Tertio, an archiepiscopus clericos suffraganei sui, illo inconsulto, damnare valeat, vel damnatos absoluere.

QUAESTIO I.

Quòd ordinatio, [f] quæ ab excommunicatis celebratur, nullas omnino vires obtineat, nec etiam consecratio appellanda sit, testatur Gregorius libro 3. epist. 20. dicens.

Quòd ordinatio.] CASUS. Hic intitulatur prima quæstio, qua quæritur, utrum ordinatio facta ab excommunicatis possit rata haberi. Et certè de hoc ita dicit H. quòd quilibet eps siue excōicatus, siue nons siue catholicus siue non, siue ultimam manus impositionē recepit in ecclesia, siue ext. ordinem confert, & ordinati ab eo ordines recipiūt, dūmodo in forma ecclesiæ hoc fiat: & si illi alios ordinaverint, ordinati erunt. & sic in infinitum, ut 1. q. 1. quod quidā & inf. ea. ordinationes. idem dicit de corpore Christi, arg. de consec. distinct. 4. ostenditur sicut in sacramentis. 1. q. 1. Dñs declarauit. Sed in hoc est differentia, quia ordinati ab eo qui recepit ultimā manus impositionē in ecclesia, siue scienter, siue ignorāter, si digni sunt tolerantur ex misericordia, ut inf. c. 2. & 3. nisi in quatuor casibus notatis in apparatu. Sed si ab eo qui nō recipit in ecclesia, si sciēter, nō tolerantur, si ignoranter, & hoc probaverint, tolerantur, secus si intra ecclesiam recipiat ultimam manus impositionem. De corpore Christi dicebant, quod nullus extra ecclesiam constitutus conficiebat, arg. 24. q. 1. schismā. & fortè Grat. fuit huius opinionis, ut inf. ea. §. sed excommunicati, & 1. q. 1. §. sed opponitur: ibi tamen post hanc opinionem ponit Gratianus catholicam veritatem. & videtur hic primo probare Grat. quod talis ordinatio non valet.

d ¶ Quod ordinatio.] Hic quæritur an ordinatio facta ab excommunicato sit rata. Excommunicatus hic dicitur præcisus ab ecclesia propter hæresim, vel schisma, vel aliquam aliam causam. Dicit Ioan. Fan. & Rufinus, quod qui

Excōicatus prælatus, an possit ordines cōferre.

ꝙ qui recepit vltimam manus impositionem, idest, ordinem episcopalē in ecclesia, ordines confert, sed non executionem ordinis. Si autem extra, nihil confert, nec ordinem, nec executionem, cum tales nihil habeant: arg. 1.q.7. Daibertum. 19.dist.cap. propter. 1.quęst. 1. si quis

sint ordinari ab eis 2 ut 1.q.7. conuenientibus. Si aūt sunt ordinati ab episcopo, qui extra ecclesiam recipit manus impositionem, si scienter, nunquam tolerantur. si ignorāter, & hoc ꝓbauerint, tolerant, vt inf.c. ordinationes. Hæc ergo sit fides tua, ꝙ heretici, & excōmunicati, & depositi vera sacramenta cōferūt, & verū corpus Christi cōficiūt, ut no. j. q. j. dominus declarauit. Io. Q[uo]d Io. dicit de deposito, non credo esse verum, ut 50. d.c. accedens. B.

2 Cum possint ordinari a fidelibus & istum casum ponit H. penitus alienū a superiori c. s. si ad subuersionē. & c. ut dicit H. 1.q. 7. cōuenientibus & q. 1. si quis hæretice, ubi hoc notauit.

¶Non potest appellari consecratio, quæ fit ab excommunicatis. C. I.

Polyc. lib. 2. tit. 37. Iuo p. 14. c. 74. & p. 5. c. 134.

NOs consecrationē [a] dicere nullo modo possumus, quæ ab excommunicatis [b] hominib. est celebrata. [c]

PALEA. C. II.

EXcommunicati illicite manus imponunt: quia potestatem ordinandi non habent. Vbi autem illicita est manus impositio, vulnus infigitur. Vnde reiterari necesse est, quod minime probatur esse collatum.

¶ *Hæc, & sequens Palea absunt a plerisq; uetustis exemplaribus: habentur tamen in uno ualde emēdato, in quo pauca haberi solent. Prior autem hæc uidetur esse summa quadam sequentis.*

[*Vnde Damasus Papa epist 4 ait.*]

PALEA. C. III.

V. 1. q. 7. per illicitū.

PEr illicitam manus impositionem vulneratum caput illi, qui videbantur aliquid accepisse, habebant; & vbi vulnus infixum est, necesse est medicinam adhibere, qua infixa sanetur, macula, idest, reiterari necessum est, quod legitime actum, aut collatum minime probatur; si perfectum esse debebit. Nam quomodo honorem possit retinere, qui ab illo acceperit, qui potestatem dare legitime non habuit, inuenire non possum.

sup. c. nos consecrationem.

Sed excommunicati hic intelligendi sunt, qui in ipsa sua ordinatione pœnam excōicationis contraxerunt; qui nunquam in numero catholicorum fuerunt. Cæterum, qui inter catholicos prius deputati sunt, si postea excommunicationis sententia notati fuerint; ordinationes tamen eorum ab ecclesia misericorditer tolerantur.

Vnde Vrbanus Papa secundus scribit dicens.

¶Ordinationes ab excommunicatis nō simoniace factę, ex misericordia tolerantur. C. IIII.

Ans. l. 11. c. 74. Iuo p. 6. c. 406.

AB excommunicatis, quondam [d] tn̄ catholicis episcopis ordinatos, si quidem non simoniace ordines ipsos acceperunt, & si ipsos episcopos simoniacos non

NOs.] CASVS. istius capituli patet, & intelligitur de eo qui præter formā ecclesiæ ordinē cōfert, uel in odium cōsecrantium sicut dictum est, uel secūdū Rufinum, & Io. Fauen. & Grat. intelligitur de eo qui vltimam manus impositionem recipit extra ecclesiam.

a ¶Nos cōsecrationem.] j. 1. q. 7. conuenientibus, & c. Daibertum.

b ¶Ab excommunicatis. idest, hæreticis, uel schismaticis, tales enim ipso iure sunt excōmunicati.

c ¶Celebrata.] Præter formā ecclesię. Vel dic. ꝙ in odium eorum hoc dictum est, sicut ecclesia per pactionē consecrata potius dr̄ execrata quam consecrata, vt 1. q. 4. ecclesia. 24. q. 1. pudenda.

SED EXCOMMVNICATI. CASVS. Vult hic Grat. ponere opinionem Rufi. & Io. Fauentini, dicens ꝙ ordinationes eorum qui nunquam fuerunt catholici, irritæ sunt; sed ordinationes eorum qui fuerūt episcopi catholici, licet postea fuerunt excōicati, misericorditer ab ecclesia tolerantur, & ad hoc inducit sequens c.

quis confugerit. sed hæc opinio reprobat. 1. q. 7. conuenientibus. inf. ca. ordinationes. 1 Dicas ergo ꝙ siue qs recipiat ultimam manus impositionem in ecclesia, siue extra dum tamen forma ecclesiæ seruetur in ordinando, semper ordinem confert, sed non semper executionem, & hoc siue scienter, siue ignoranter ordinentur ab eo. Sed in hoc solo est differentia, ꝙ ordinati ab epis, qui recipiunt ultimam manus impositionem in ecclesia, siue ignoranter, siue scienter, si alias digni fuerint, possunt tolerari, ut inf. ca. c. 2. & 3. nisi in quatuor casibus. Si sint maculati iterata unctione, ut 1. q. 7. saluberrimum, in fi. Vel si sunt ordinati simoniace a simoniaco, ut inf. ead. ab excōmunicatis, uel si sunt rebaptizati, ut de consec. dist. 4. eos. Vel si ad subuersionem fidei adhæserant hæreticis, & in contemptum ecclesiæ uolue-

1 Quod leg. & no. s. 1. q. 1. s. opponitur.

AB excommunicatis.] CASVS. Quidam catholici episcopi excommunicati fuerunt, & in tempore suæ excommunicationis quosdam clericos ordinauerunt. Quæstum fuit ab Vrbano utrum possent in suis ordinibus tolerari. Et respondet, quod sic, si sint bonæ uitæ, & non sint ordinati simoniace, uel non constat episcopos esse simoniacos. sed de cætero non ascendant ad ordines superiores, nisi necessitas, vel utilitas exegerit.

d ¶Quondam. Hic habuit Io. Fau. fomentum sui erroris. & c. ro se induerit. 1. q. 1. si quis inquit, & 1. q. 7. Daibertum. & extra de schisma. ca. 1. & 2. sed hoc ideo dicitur, quia facilius dispensatur cum ordinatis a talibus 3 qui ultimam manus impositionem receperunt in ecclesia &c

3 Vnde dicit Hug. ꝙ illud uerbu, quondā & c. addit potius, ut ostendat dñm indispensatione. nā cū ordinatis sciēter ab illis q nunquā fuerunt catholici, epi non dispensant, ut inf. c. pro eo sm Hug.

sia.& capitula quæ inducit, intelligo cum non fuit forma seruata,& cõtra eum expresse est inf.de consec.dist. 4.nõ[?] conditur.& c.quomodo.& j.q.1.quod quidam. Videtur autem hic ꝙ siue scienter, siue ignoranter ordinetur quis ab hæretico, præciso,& simoniaco, non debeat cum eo dispensari, quod verũ est, nec obstat 1.q.1.si qui a simoniacis. ubi innuitur si ignoranter a talibus quis ordinatur, ꝙ possit secum dispensari, sed illud intelligimus cum G. de prælato tolerato ab ecclesia, hic de pciso, vel ibi non fuit simoniacus, & hæreticus, hic aũt simoniacus & hæretic⁹. Si qs ergo est ordinatus a simoniaco etiã ignorãter, executionẽ non recipit, cum simoniacus sit suspẽsus ipso iure, vt 1.q.1.reperiuntur.extra de sim.tãta. Sed qd faciendum est huic, si suus eps quẽ scit esse simoniacũ, vult ipsum promouere. H. dicit ꝙ qui promouetur a simoniaco plato suo adhuc tolerato, nõ peccat, & libere potest suũ officium exequi, sed cõtrariũ legitur extra de simo. p tuas. De hoc dixi supra 1. q.prima. si qui a simoniacis. præcisi. Vel forte Romæ a Papa fuerunt præcisi,& antequàm fama crebresceret, fuerunt aliqui ordinati ab eis, aliàs in his quę publicè fiunt, non potest quis ignorantiam allegare. 16.dist.ꝙ dicitis. Et est hic arg. ꝙ qui allegat ignorantiã, ipsã probabit. 3.q.9.indicas. j.q.1.si qui a

Ordinatus a simoniaco caret executione.

Ignorantiam allegans, illã probare debet.

fuisse constiterit; ad hæc, si eorum religiosior vita, & doctrinæ prærogatiua visa fuerit promereri, pœnitentia indicta, quam cõgruam duxeris, in ipsis, quos acceperunt, ordinibus permanere permittas. Ad superiores autẽ conscendere non concedimus, nisi necessitas, vel vtilitas maxima flagitauerit,& ipsorum sancta conuersatio promeruerit.

sup.c.nos consecrationem.

Sed & illud Gregorij denominatim excommunicatis intelligitur: quorum ordinationes sunt irritæ, si eorum damnatio non erat ordinandis incognita.

Vnde idem Vrbanus ait in synodo Placentina, c 9.& sequentibus.

¶Qui nominatim excommunicati sunt, & qui aliorum sedes inuadunt, alios ordinare non possunt. C. V.

Poly. l.7. tit. 16. & l.2.tit.38. C.9.& 10.

ORdinationes, quæ ab hæresiarchis [a] nominatim excommunicatis factę sunt,& ab eis, qui catholicorũ adhuc viuentium episcoporum sedes inuaserunt irritas esse iudicamus; nisi probare [b] valuerint, se cũ ordinarentur; eos nescisse [c] dãnatos. ¶Qui vero ab episcopis quondam catholice ordinatis, sed in schismate a Romana ecclesia separatis consecrati sunt; eos nimirum, cum ad ecclesiæ vnitatem redierint, seruatis proprijs ordinibus misericorditer suscipi iubemus: si tamen vita, & scientia eos commendat. ¶Amodo vero, quicunque a prædictis schismaticis, sanctæque Romanæ ecclesiæ aduersarijs se ordinari permiserit, nullatenus hac venia dignus habeatur. ¶Quamuis autem misericordiæ intuitu, magnaque necessitate cogente hanc in sacris ordinibus dispensationem constituerimus; nullum tamen præiudicium sacris canonibus fieri volumus: sed obtineãt proprium robur, & cessante necessitate, illud quoque cesset, quod pro necessitate † factum est. Vbi enim multorum [c] strages iacet, ibi subtrahẽdum est aliquid seueritati, vt [a] addatur amplius charitati.

C.11.

C.12.

C.13.

†Cõcor. tex. in l. libero-rum.cu glo. ff.de his qui no.if.& tex. i l.j.in prin. C.d cad.tol.

[a] ¶Vt addatur,&c. *Hæc sunt addita ex concilio ipso.*

Electio quoque, nisi a catholicis facta fuerit, irrita esse probatur.

SED ET ILLVD. CASVS. Supra in §. sed excommunicati. dicitur, ꝙ illud cap. nos cõsecrationem, intelligitur de his q nunquam fuerũt de numero catholicorum. Nunc vero ostendit, ꝙ potest intelligi d nominatim excõmunicatis. quorum ordinationes scienter receptæ nõ tolerantur, quo ad executionem.

ORdinationes.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ illi qui receperunt ordines ab episcopis ordinatis in hæresi, uel ab intrusis, non tolerantur in suis ordinibus quo ad executionem, nisi probent se nesciuisse in tempore ordinationis eos fuisse damnatos. In secunda parte dicitur, quod illi qui receperunt ordines a schismaticis quondam tamen catholicis episcopis, ex misericordia in suis ordinibus tolerantur, si boni sunt, propter necessitatem, sed cessante necessitate sacri canones proprium robur obtineant. Secunda pars incipit ibi, [Qui uero.]

[a] ¶Hæresiarchis.] Idest præcisis ab ecclesia, qui nunquam catholici epĩ fuerunt. De alijs habes sup. c.proxi.

[b] ¶Nisi probare.] Illi forte erant pueri, cum illi erant qui a simoniacis.extra de elec.innotuit. 82.dist.proposuisti,& hic manifeste reprobat distinctio. Ioã.& Rufi. hic enim distinguitur inter ordinatos ab illis, qui receperunt vltimam manus impositionem in ecclesia,& ordinatos ab illis, qui receperunt vltimam manus impositionem extra ecclesiam,& tam hi, quàm illi recipiunt ordinem, scilicet characterem, sed non executionem.

[b] ¶Nescisse.] ff.de probat.uerius.contra. Sed hic præsumebatur eos scire. sic 82.d.proposuisti.in fi.

[c] ¶Multorum.] Simile sup.44.d.comessationes,& 5.d. 50.ut constituerentur.

ELECTIO. CASVS. Dictũ est s.ꝙ ordinatio hæreticorũ irrita est. Nũc dicit G.ꝙ electio facta a nõ catholicis irrita est, sicut habetur in seq.ca.cuius casus planus est.

a NOs.] Simile 24.q.1.aperte.& c.miramur.
b Eligitur.] constat ꝙ suspensus non potest eligere,ut extra de consue.cum dilectus.& extra de rer.& qual.cũ bonæ. Sed quid si maior pars fuerit excõicata, an possint alij eligere sine eis:arg. ꝙ nõ.ext. de concess. præb.

NVllus.] CASVS. Calixtus Papa docet hic,ꝙ nullus episcopus debet terminos alterius usurpare,vel alterius parochianum ordinare, damnare,vel excõmunicare: quia talis ordinatio, damnatio, & excõmunicatio irrita erit:& quod hoc fieri non debeat,probatur auctoritate Deuteronom. & Prou. dicentis: Nõ transgrediaris,&c.

Vnde Gregorius scribit Mediolanensibus,li.8 epist.65.

¶Irrita sit electio,quæ non a catholicis facta probatur. C. VI.

Poly.l.2.tit.1.
† *catholicis, & maxime a Longobardis.*] orig.

NOs [a] in hominem,qui non a catholicis † eligitur [b], nulla præbemus ratione consensum: nec,si alicuius præsumptionis vsurpatione factus fuerit, in locum vel ordinem illum sacerdotis suscipimus.

QVAESTIO II.

QVod autem [c] *episcopus, vel quilibet superiorum clericos alterius sine proprijs literis ordinare non debeat.*

Calixtus Papa scribit epist.2.ad episcopos Galliæ dicens.

¶Alterius ecclesiæ parochianum nullus iudicare præsumat. C. I.

Ansel.l.6.c.120.
Iuo p.14.c.72.& p.5.c.236.
† abest ab orig.

NVllus alterius terminos vsurpet, nec alterius parochianum iudicare [d],[vel ordinare †, aut excõmunicare præsumat: quia talis iudicatio,vel ordinatio,aut excommunicatio,vel damnatio nec rata [e] erit,nec vires vllas habebit;quoniam nullus alterius iudicis, nisi sui; sententia tenebitur, aut damnabitur. Vnde & Dominus loquitur dicens: [Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui.]

Deut.19.
Transcrb.22.

[*Vnde a Vrbanus Papa.*

a ¶Vnde. *Antea erat,* Idem *hoc est Calixtus: quia cũ Palea hac nondum esset inserta,sequebatur* c.nullus primas, *quod est Calixti Hanc autem paleam citat Gratianus ex Vrbano secundo,infra de pœnit.dist.6.c si.*

d ¶Iudicare.] Nisi in casibus, vt de pœnit.dist.6. placuit 1. 6.q.3.c.vlt.&.7.q.6. peregrina. & c... & 10.q.1.nec numerus. 2.q.5. Mennam. & q.7. nos si in competenter. & in casibus vbi quis sortitur forum. 2 & cum quis negligit suũ locum cõuertere ad fidem. 16.quæst.1. placuit 2.& cũ episcopus solus est in vna prouincia, vt 65. dist.si forte,in fine.

2 Qui no.7. q.6. in prin.

e ¶Rata. Sed quæritur si unus iudex sententiam excommunicationis latam ab alio ratam habere possit, arg.ꝙ sic,7.q.1.ca. Lugdunen.& 3.q.6. hæc quippe 63.dist. Salonitanæ,nam factum falsi procuratoris possum ratum habere, extra de off. delega. cum olim.ff.de iud. licet & electionem quæ nulla est, possum ratã hĩc ext.de elec. quod sicut. Itẽ adoptio iniusta põt confirmari. ff.de adopt. adoptio. Itẽ sententia fœminæ,& serui confirmat,licet nulla sit,ut 3.q.7. infamis.&.tria, in princ.

Snĩa nulla a 1 posse ratihabitione confirmari.

præb.& eccl.non va.quia diuersitatẽ. Item quid si vnus est excommunicatus, & eligit cum alijs, an tota electio 1 vitietur? non,nisi ipsi communicet consentiendo,extra de sent. & re iudic. ad probandum.vbi cessatur sententia iudicum 3 quia vnus iudicum fuit excommunicatus. Et arg.ad hoc extra de offi. deleg. cum super.& ff.de receptar.arg. Pedius.arg. contra ff.quod cum fal.tut.l.1.§.1. ubi dicitur, quod non obest, si tutor falsus interponit auctoritatem suam cum tutore vero;quia tenet quod actum est.suspensus autem hodie eligit,vt extra de cler.excommunic.si celebrat.

3 Tota die vt per Panor. c. vlt.de proc.

QVod autem.] Hæc q.diuiditur in duas partes. in prima quarum quæritur,si quis debet ordinari ab extraneo epo sine literis: & respondetur,ꝙ non:& hoc probat 6.auctorit. Secunda ibi, His auctoritatibus. Ioan.de Fant.

CASVS. Hic ponitur 2.q.qua quæritur an episcopus vel archiepiscopus possit ordinare clericos alterius episcopi sine proprijs literis. Et respondetur,quod non,ut probatur per sequentia cap.

c ¶Quod autem.] Certum est, quod nullus episcopus debet ordinare,vel recipere clericos alterius episcopi sine literis sui episcopi, vt 71.dist. impar totum nec sufficiunt ad hoc literæ archidiaconi,ut extra de offic. archi. significasti.

Epõs cleri 7 ñ alterius epi nõ ordinet.

ff.de off.præto.Barbarius.extra de arbit.dilecti.& est ar. ad hoc Inst.de testa.mil.§. sed & si quis. nam & per appellationem potest confirmari quod nullum est. ff.rem rat.hab.l.3.§.falsis. Sed contra ext. de consuet.ad nostram. Item quod meo nomine gestum non est, ratum habere non possum,vt ff.de neg.gest.si pupillis.§.sed & si ego. Item cuius præsentia desideratur, eius ratihabitione non potest confirmari,ut Inst.de auctor.tut.in fi. Item si sententia excõicationis confirmaretur, retro esset quis excõicatus,quod esset absonum. Dicas ergo, ꝙ sententia quæ nulla est, non potest ratihabitione confirmari, quia sententia plus habet iuris, quàm facti.& in illa l.ff.rem ratam hab. fuit sententia lata a suo iudice,sed contra ius, & sufficit ꝙ litigator credat se condemnatum,ad hoc ut teneat iudicium.ff.fam. erci. cum putatem. solus tamen princeps potest sententiam, quæ nulla est,confirmare,vt 2.q.1. in primis. & 3.q.6. hæc quippe.quia & ipse mutat substantialia rei. C.de rei vx. act. in princ.sic intellige 3.q.6.hæc quippe. Alia autem quæ plus habent facti, quam iuris, ut emptio,locatio & traditio, possunt confirmari. ff.de cura.fur. consilio. §.vult.vnde donationem factam a laico, & non nomine episcopi potest episcopus cõfirmare,vt 16. q.1.c.vlt. & extra de iure patron.cura pastoral.§. Si autem aliquis ordinat clericos alterius credens suum episcopũ ratum ha-

PALEA C. II.

PLacuit vt deinceps nulli sacerdotũ liceat quemlibet commissum alteri sacerdoti recipere ad pœnitentiã sine eius consensu, cui prius se commisit, nisi per ignorantiam † illius, cui pœnitens prius confessus est. Qui vero contra hæc statuta facere præsumpserit, gradus sui periculo subiacebit.

Sent.4. dist.21. De pœnit.dist.6.c.fi.
† al. pro ignorantia.

Item Calixtus epist. 2.

¶In alterius parochia, nisi eo vocante, nulli aliquid agere licet. C. III.

NVllus primas; nullus metropolitanus,[a] nullusq; reliquorum episcoporum, alterius adeat ciuitatem; aut ad possessionem accedat (quæ ad eum non pertinet, & alterius episcopi est parochiæ) super cuiusquam dispositione, nisi vocatus ab eo, cuius iuris esse dignoscit, aut quidquã ibi disponat, vel ordinet, aut iudicet, si sui gradus honore potiri voluerit. Sin aliter præsumpserit, damnabitur, & non solum illi, sed cooperatores, eique consentientes: quia sicut ordinatio, ita eis & iudicatio, & aliarum rerum dispositio prohibetur. Nam qui ordinare [b] non poterit, qualiter iudicabit? nullatenus proculdubio iudicabit [c], aut iudicare poterit.

Poly.l.3.tit.14. Burc.l.1.c.66. Ans.l.6.c.129. Iuo p.5.c.101. Pann.l.4.c.38.

infra episcopum. ver. nam si.

Item ex concilio Nannetensi c. 1.

¶De eodem. C. IIII.

IN Dominicis, vel festis diebus presbyteri, antequam Missas celebrent, plebem interrogent, si alterius parochianus in ecclesia sit, qui proprio contempto presbytero ibi Missam velit audire. Quem si inuenerint; statim ab ecclesia abijciant, & ad suam parochiam redire compellant.

ext. de paroc. c. 2. Burc.l.2.c.92. Iuo p.2.c.122.

¶ Hoc & sequens caput absunt a sex uetustioribus & emendatioribus Gratiani exemplaribus. In cæteris autem habentur sine nomine Palea, quemadmodum & in excusis. Extat autem utrumque in concilio Nannetẽsi, & ex eo citatur hoc primum in Decretalibus, tit. de paroch. c. 2. & a Burchardo, & Iuone sicque emendatum est, cum antea citaretur ex concilio Meldensi.

Item ex eodem concilio Nannetensi.

¶De eodem. C. V.

NVllus presbyter, aut diaconus [a] alterius plebanum † nisi in itinere fuerit; vel placitum ibi habuerit) ad Missam recipere audeat.

Et in capitu. li. 2. c. 153. Burc.l.2.c.91.
† al. plebesanum] al. parochianum.

[a] ¶Aut diaconus.] *Istæ duæ uoces neque in concilio, neq; in capitularibus, neque apud Burchardum leguntur.*

Item ex concilio Antiocheno c 13.

¶Ad ordinationem clericorum, vel ecclesiarum alterius episcopi, nisi ab eodem inuitatus, non accedat episcopus. C. VI.

NVllum episcoporũ audere debere ex alia prouincia ad aliam transitũ facere, & ordinare aliquos in ecclesijs, aut proferre ad sacrum ministerium. Nec † ab alijs illuc trahatur episcopis: nisi forte per literas rogatus abierit, non solum a metropolitano [d], sed & ab his, qui

Burc.l.1.c.108. Iuo p.5.c.210. & simile p.5.c.180. ex epist. Bonifacij.
† al. nec alias illud vocabant episcopum.

---

habiturũ; tunc põt talis ordinatio confirmari per ratihabitionẽ, ut j. c. Lugdunẽsi. secus si nõ poneret spem I ratihabitione illius, ut ff. de sol. si quis offerẽti. in sentẽtia aũt dici põt, q si aliquis noĩe alterius tulit solam, q tũc possit ratificari. Io. Quid iuris sit de hoc, & d sent. excom. notaui in quæstionibus. B.

NVllus primas.] CASVS. Cælestinus prohibet in hoc ca. q nullus patriarcha vel archiepiscopus, vel episcopus iudicet, vel ordinet, vel disponat aliquid in parochia alteri⁹, nisi fuerit inuitat⁹. Si vero pũmpserit, dãnabit cum cooperãtibus & cõsentiẽtibus ei. Nã si ordinare non potest, nec iudicare poterit. idẽ dicitur de episcopo in duob. sequẽtibus ca. s. quod irrita erit talis ordinatio, & ipse damnabitur.

a ¶ Metropolitan⁹.] Si metropolitan⁹ nõ potest intrare diœcesim suffraganei sui, nisi vocatus, ut hic dĩ, qualiter ergo visitat diœcesim, & recipit ibi pcurationes, vt ext. de cẽsib. sopite, ext. de præscr. cũ ex officij? Sed illud intelligo in eo casu qñ per negligentiã deuoluit ius ad metropolitanũ, uel ẽt per appellationem.

b ¶ Ordinare.] Ar. ex quo minus nõ licet nec maius, vt 44. d. nulli, 16. q. 2. visis. & fm hoc minus est ordinare, q̃ iudicare: quia solus potest ordinare, sed nõ solus iudicare ad depositionẽ, j. is quæstio. ⁊. si autem & c. Fœlix, & c. vltimo.

Maius non licet, cui nõ licet minus.

c ¶ Iudicabit.] Sæpe eñ iudicat q non potest ordinare, ut archidiaconus. ut 25. dist. perlectis & extra de temp. ordin. cũ in distribuendis.

d NVllũ.] ¶ A metropolitano.] Hoc intelligas in ar

duus

cum eo sunt, omnibus ipsius prouinciæ episcopis. Quòd si nullo inuitāte inordinate superueniat, & aliquos, vel ordinare præsumpserit, vel quoslibet actus, illi ecclesiæ competentes, qui ad se minime pertinent, vsurpare tentauerit; vacua [a] quidem & inania erunt omnia, quæ gesserit: ipse vero huius indisciplinati ausus, & irrationabilis cœpti dignas causas expendat, † tanquam depositus a sancta synodo, & propter huiusmodi præsumptionem iam prædamnatus.

† al. excipiat.

¶ Hæc est prisca versio Dionysii autem interpretatiò, quæ & conciliorum tomis est inserta, & a Burchardo, & Iuone affertur, aptius exprimit sententiam canonis Græci. Tamen quoniam neque ipsa omnibus locis omnino respondet, visum est verba græca noua cum versione apponere.

Μηδένα ἐπίσκοπον τολμᾶν ἀφ' ἑτέρας ἐπαρχίας εἰς ἑτέραν μεταβαίνειν καὶ χειροτονεῖν ἐν ἐκκλησίᾳ τινὰς εἰς προαγωγὴν λειτουργίας, μηδὲ εἰ συνεπάγοιτο ἑαυτῷ ἑτέρους, εἰ μὴ παρακληθεὶς ἀφίκοιτο διὰ γραμμάτων τοῦ τε μητροπολίτου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἐπισκόπων ὧν εἰς τὴν χώραν παρέρχοιτο, εἰ δὲ μηδενὸς καλοῦντος ἀπέλθοι ἀτάκτως ἐπὶ χειροθεσίᾳ τινῶν, καὶ καταστάσει τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων μὴ προσηκόντων αὐτῷ, ἄκυρα μὲν τὰ ὑπ' αὐτοῦ πεπραγμένα τυγχάνειν καὶ αὐτὸν δὲ ὑπέχειν τῆς ἀταξίας αὐτοῦ καὶ τῆς παραλόγου ἐπιχειρήσεως τὴν προσήκουσαν δίκην, καθῃρημένον ἐντεῦθεν ἤδη ὑπὸ τῆς ἁγίας συνόδου.

Nullus episcopus audeat ab vna prouincia in aliam transire, & in ecclesia aliquos ordinare ad promotionem liturgię, † nec si alios una secum adducat; nisi accitus venerit per litteras metropolitani, & eorum, qui cum illo, episcoporum, in quorum regionem accedat. Quod si nemine vocante inordinate aduenerit, vt aliquos ordinet, ac negotia ecclesiastica ad se minime pertinentia conficiat irrita quidem sunto, quæ ab eo gesta fuerint: verum & ipse suæ impudentiæ, & iniqui incœpti iustam pœnā subeat, hinc iam a sancta synodo depositus.

† idest, sacri ministerij.

Item ex eodem Antiocheno, c. 22.

Burch. l. 1. c. 71. Ivo p. 5. c. 176.

¶ Ad ordinationem ecclesiæ, quæ sibi commissa non fuerit minime accedat episcopus. C. VII.

EPiscopum non debere in alienam irruere ciuitatem, quæ illi probatur non esse subiecta, neq; in regionem, quæ ad eius curam minime noscitur pertinere, ad aliquid α ordinādum, [b] neque presbyteros, aut diaconos constituere, ad alios episcopos ε pertinentes, nisi forte cum voluntate, & testimonio [c] γ propriæ regionis episcopi. Quòd si quispiam, horum quid tale facere voluerit, irrita quidem erit huiusmodi ordinatio: & quæ male δ vsurpauerit, a synodo arguantur. Nam si ε ordinare non potuerit; nullatenus ad alios pertinentes iudicare præsumat.

α ¶ Ad aliquid.] *In hoc etiam canone Dionysii versio purior est, hic autē habet,* super ordinatione cuiusquam: *quòd Græcè est, ἐπὶ χειροτονίαν τινός, idest,* vt quempiam ordinet.

sup. nullus primas.

duis negotiis 1 alter sufficit voluntas epi. vt sup. c. prox.

a ¶ Vacua.] Quātū ad executionē altaris, tū consecratio manebit. vt 7. qō. 1. episcopus i diœcesi.

b EPiscopum.] Ordinandū.] Si tū suum subditū alibi excommunicare, vi. q tenet. 11. q. 3. si eps. sicut Paul⁹ absens excōmunicauit Corinthium, & facit ad hoc 7. q. 1. si quis presbyter & c. si qs vero sine respectu tamen pro tribunali non potest ibi ferre sententiam, vt arg. extra de off. leg. nouit. ff. de off. præ. l. 3. ff. de iurisd. om. iu. l. vlt. ff. de off. p. cons. & leg. l. 2. [De hoc pleni⁹ dixi ext. de off. leg. nouis.

c ¶ Et testimonio.] Nunquid hoc testimonium sufficit isti vt non iterum examinetur ab illo episcopo? Arg. q sic. 19. q. 2. duæ 47. d. de Petro. & 16. q. 2. si qs episcoporū. sicut tutori dato in testamēto sufficit testimonium patris. vt instit. de satisd. tut. §. 1. Argu. 5 73. dis. sanctissimo. sed ibi de collocando in ecclesia secunda. Itē nunquid sufficiunt litterę archidiaconi: nō ut extra de off. archid. significasti. sed hoc verū est, ubi non est cōsuetudo, p̄scripta, inf. e. q. 3. coquest⁹.

1 Et totam prouinciā cōtingentib. vt dixi in littera.

Tutor testamētarius nō tenetur satisdare.

Episcopi.] CASVS Statuitur in hoc c. q quilibet epi suas regant ecclesias vel parochias. & ad alienas non accedāt sed quilibet in sua prouincia disponat quę disponenda sunt.

Diocęsis pro regione ponitur, & contra.

a ¶ Diœcesim.] .i. prouinciam siue regionem. sic econtra nomen regionis p diœcesi. ponitur i. c.prox. sic & j. proxi.q. psingulas 2. valet hoc considerare ad instrumēta & diuisiones prouinciarū, vt 6.q.3.scitote.

Non inuitati] CASVS. Dicitur in hoc c. q epi non debēt ire ad alienas parochias super ordinandis aliquib. vel disponēdis ecclesiasticis causis: sed vnaquæq; synodus ordinet intra suam prouinciam quæ disponenda sunt, sicut in concilio Nicęno statutum est.

HIS. Hęc est secūda pars quæstio. secundum lo. de Fan.

CASVS. Concludit Grat. ex supradictis, quod nullus eps clericos alterius ordinare dēt, & quærit incidenter, si cōtingat clericos ordinari ab epo non suo, an possint in suis ordinib. tolerari a suis episcopis. Et respondet quod sic, ut dicitur in proxi. cap. Lugdu.

β ¶ Ad alios episcopos.] *Eodem ferè modo Dionysius, Græce legitur* εἰς τὰ τόπους τοὺς ἑτέρῳ ἐπισκόπῳ ὑποκειμένους, *idest*, in locis alteri episcopo subiectis.

γ ¶ Et testimonio.] *Gracè tātum est*, μετὰ γνώμης, *quod Dionysius vertit*. cum consilio, & voluntate.

δ ¶ Et quæ male.] *Sic est emendatum ex vetustis exēplarib. & ex cæteris editionib cōciliorū præter hāc postremam quatuor tomorum. Dionysius hēt*, & ipse coerceatur a synodo. *quod Gracè est* καὶ αὐτὸς ἐπιτιμίας ὑπὸ τῆς συνόδου τυγχάνειν, *i.* & ipse puniatur a synodo.

ε ¶ Nam si.] *Tota hæc clausula in Græco canone cuius tria exemplaria manuscripta collata sunt minimè habetur sed & prisca versio & Dionysiana habent. Similis sententia legitur supra cap. nullus primas.*

Item ex synodo Constantinopolitana prima, c. 2.

¶ Non accedant episcopi ad ecclesias, quæ sunt extra eorum diœcesim. C. VIII.

Episcopi, qui extra dięcesim [a] sunt, ad ecclesias, quę extra terminos eorum sunt, non accedant, neq; cōfundant, & permisceant ecclesias. Secundum ζ regulas statutas, Alexandriæ quidē episcopi ea, quæ sunt in Aegypto tantummodo gubernent. Orientales autem episcopi solius orientis curam gerant; seruatis tamen honoribus primatus ecclesiæ Antiochenæ, qui in regulis Nicænæ synodi continentur. Sed, & Asianæ diœcesis episcopi, ea, quæ sunt in Asia, & quę ad Asianam tantummodo dięcesim pertinent, gubernent. Ponti autem episcopi Ponticæ tantum diœcesis habeant curam. Thraciæ vero ipsius tantummodo Thraciæ.

ζ ¶ Secundum. *Mutata est interpunctio, vt magis respondeat Græco canoni*, ἀλλὰ κατὰ τοὺς κανόνας τὸν μὲν Ἀλεξανδρείας. &c. *quod Dionysius vertit*, sed iuxta canones Alexandrinus antistes, &c. *In editione autem cōciliorū in tribus tomis deerant hæc verba*, ea quæ sunt in Aegypto tantummodo gubernent. Orientales autem episcopi.

Item ex eodem, c. 3.

¶ De eodem. C. IX.

Non inuitati epi vltra diœcesim accedere non debent super ordinandis aliquibus, vel quibuscunque disponēdis ecclesiasticis causis, seruata regula, η quæ supra scripta est de vnaquaq; diœcesi. Manifestum namq; est, q per singulas quasq. prouincias prouincialis synodus administrare, & gubernare omnia debeat, secundū ea, quæ sunt in Nicęa definita.

η ¶ Seruata regula.] *Ita in omnibus editionibus huius priscæ versionis; sed in Græco canone hic est initium periodi, & quæ sequuntur ex ipso pendent: quemadmodum Dionysius vertit*, seruata vero quæ scripta est de gubernationibus † regula manifestum est, quòd illa, quę sunt per vnamquamque prouinciam, ipsius prouinciæ synodus dispenset, &c.

† περὶ τῶν διοικήσεων.

2 *His auctoritatibus prohibentur quilibet episcopi clericos alterius ordinare. Sed quæritur, si contingat eos aliquibus sacros ordines distribuere an ordinati ab episcopis suis in proprijs ordinibus recipi possint.*

De his ita scribit Vrbanus Papa Hugoni Lugdunensi archiepiscopo.

Lugdunensis.] CASUS. H. Lugdunen. archiepiscopus quæsiuit ab Vrbano vtrum in suis ordinibus posset tolerare quosdam clericos suos ab alijs episcopis ordinatos cum eis dispensando. Et respondet quod sic, ex misericordia, si bonæ vitæ sint: & si sine prauitate fuerint ordinati: iniuncta eis pœnitentia competenti. Et hoc probat exemplo Ioan. Chryso. qui clericos suos ordinatos a sancto Epiphanio tolerauit: & in suis ordinibus recepit: quod non fecisset, si sciret eos non recepisse ordines.

Quod autem.] CASUS. Hic intitulatur 3. quæstio, qua quæritur, an archiep̄s possit absoluere, vel damnare clericos sui suffraganei illo inconsulto & certum est quod non, nisi cum appellatur ad eum: vel habetur de consuetudine: vel si episcopus decederet, & res arbitrio archiepi dispēsari voluerint clerici, vt inf. ea. cōquestus. vel nisi episcopus sit negligens, vt inf. c. cū simus, vel nisi cōtrouersia sit inter episcopum & suum clericū, vt ī. 11. q. 1. si clericus. vel nisi dissensio est de electione epi, vt su. 63. d. si forte. Sed hoc hodie corrigitur p cōstōnē Innocētij Papę. Sed qa cōmunia negotia prouincię, vt synodū cōgregare, epm examinare pōt facere: nō tñ sine cōsensu aliorū, vt inf. c. 1. 2. 3. 4. & 5. Et pcedit hoc ordine. Primo probat superficialiter, q archiep̄s pōt absoluere & damnare parochianos sui suffraganei illo inconsulto, vsq; ad §. Sed cōtra. deinde probat cōtrarium vsq; ad §. Solo.] in quo tractat de excellētia Papę: & hoc vsq; ad §. vltimū. in quo soluit cōtrarietatē. Dicit ergo q sicut ecclīæ totius episcopatus sunt i potestate epi: sic ecclesię totius archiepiscopatus sunt i potestate archiepi: ita q epō nō licet aliquid agere sine cōsensu metropolitani: sed itelligē i ijs q pertinēt ad generalem statum prouinciæ totius episcopatus.

¶ Clerici ab episcopo alterius parochiæ ordinati a proprio in suis ordinibus recipi possunt. C. X.

† al. archiepiscopi.

Iuo p. 6. c. 413.

Lugdunensis parochiæ † clericos, quos contra statuta canonum ab alterius parochiæ episcopis ordinatos literarum tuarum significatione monstrasti, cum graduum suorum honore recipere religionis tuæ prudentia poterit [a], si eos alias canonice, & sine prauitate aliqua ordinatos constiterit: si tamen eorum probabilem vitam id indulgentiæ prospexeris promereri. Legimus quippe sanctum Epiphanium episcopum ex diœcesi sancti Ioannis Chrysostomi quosdam clericos ordinasse: quod sanctus vir [b] omnino non fecisset, si ei † detrimentum fore perpenderet. Quos igitur recipiendos moderatio tua [c] arbitrata fuerit, iniuncta, & satisfactionis gratia, propter ecclesiam, quam offenderunt, congrua pœnitentia, miserationis intuitu in suo quemque honore recipies, salua in omnibus sanctorum canonum disciplina.

Socrates. l. 6. histo. c. 12. & 13. Tripar. l. 10. c. 11. Nicc. l. 13. c. 13.

† al. vitij.

QVAESTIO III.

Quod autē [d] archiepiscopus clericos sui suffraganei illo inconsulto damnare valeat, vel absoluere sic videtur posse probari. Sicut totius episcopatus ecclesia in potestate sunt episcopi, sic & ecclesia totius archiepiscopatus ad diœcesim pertinent archiepiscopi. Vocantur enim episcopi a metropolitano in partem solicitudinis, non in plenitudinē potestatis. Sic quippe vices eis impertit, vt potestatem suam sibi non adimat. Vnde & sine eius consilio nihil eis agere licet, sicut in concilio Martini Papæ legitur, c. 4.

¶ Nec episcopi sine metropolitani consensu, nec ille sine eorum consensu aliquid agere debet. C. I.

In capitulis Martini Bracharēsis, c. 4.

Per singulas prouincias oportet episcopos cogno-

a ¶ Poterit.] Argu. quòd sequens ratihabitio cōfirmat quod primo fuit inutile, vt 63. d. Salonitanæ. & 16. q. 1. cap. vlt.

b ¶ Quod sanctus vir.] Sic su. 37. d. qui de mensa. 7. q. 1. omnis. Sed nonne iste episcopus deliquit ordinādo clericos alterius: quomodo ergo sanctus fuit; Omissis multis solutionibus dic. q excusatur ideo quia vtiliter gessit: & quia credebat hoc Io. placere. [1] sicut non facit furtum qui credit hoc placere domino, vt instit. de oblig. quæ ex qua. delic. nascuntur. §. 1. 2.

c ¶ Moderatio tua.] Permittitur hic epō dispensatio canonis, vel criminis penalis. si est. sup. 1. q. 5. c. vlt. in fi. sed non permitteretur si simoniace fuissent ordinati. 1. q. 1. erga. de pœnitentialibus non est dubium, quia hoc pōt quilibet sacerdos, vt 26. q. 7. tempora pœnitudinis.

1 Quod no. sup. c. 1. in gl. 1. in fi.
2 Idē tenet Bart. in l. inter oēs. §. recte, ff. de fur.

d ¶ Quod autem.] Metropolitanus episcopo inconsulto non potest iudicare clericos suos, nisi in casibus specialibus; scilicet quando causa per appellationem defertur ad ipsum, vt inf. ea. cōquestus. vel nisi causa sit inter episcopum, & clericum, vt 11. q. 1. si clericus. Item cum dissensio est de electione episco, vt 63. dist. c. vl. hoc vero non tenet hodie per id quod est extra de elect. quia propter, [3] item cum suffraganeus est negligens. vt inf. ead. cum simus. Item oia male acta potest purare & retractare, vt 26. q. 7. quicūque. & 12. d. de his. Item si de cōsuetudine aliquid obtinuit, aut si episcopus decessit, vt inf. ea. conquestus. Aliter de specialibus negotijs episcopatuum se nō potest metropolitanus intromittere: sed cōmunia negotia, quæ non magis pertinent ad vnū, quā ad alium, sed ad statum totius prouinciæ, ut congregare synodum, examinare episcopū & ordinare hoc potest: non tamen sine consilio aliorum episcoporum, vt infra ead. c. 1. 2. 3. 4. & 5.

Metropolitanus clericos suffraganei iudicare non potest.

3 Vers. ut is collatione habita eligat. &c. quasi dicat licet cognitio electionum, & electorum ptineat ad metropolitanū: non tñ gratificatio: sed cū eliget in quem oēs. & c. ut ibi. Arc.

Per singulas.] CASUS. Dicitur hic q episcopi in singulis

galis prouincijs debent recognoscere suum metropolitanum, sibi obediendo: & nihil agere de communibus negotijs sine metropolitani consilio. Similiter nec metropolitano licet sine consilio episcoporum aliquid facere de negotiis communibus.

tenet, vt ibi innuitur H. dicit non tenere talem sententiam, cum metropolitanus fert in subditos suffraganei, quia metropolitan⁹ iudex alienus est respectu subditorum suffraganeorum, vt 6.q.3. scitote. & 3.q.6. peregrina. sicut absoluere non potest nisi appelletur ad eum. extra

a ¶ Cognoscere.] Id est, reuereri, idest, diligere, ut ibi. Nō noui vos 7. qō. 1. sicut vir. in fine.

b ¶ Agere.] Quod ad statum communem pertinet, ut j. ca. archiepiscopus. si sup. po. d. Non debere.

scere [a] metropolitanum † suum; & ipsum primatus curam suscipere: nihil autem agere [b] reliquos episcopos præter eum; secundum quòd antiquitus a patrib. nostris constitutum continetur in canone. Propter quod metropolitanus episcopus nihil præsumptiue assumat absque consilio cęterorum.

† *al. primatum metropolitani episcopi.*
Apost. can. 34.
† *al. sibi assumat.*

Item ex concilio Antiocheno, c. 9.

¶ Sine metropolitani conscientia extra suam diœcesim nihil agat episcopus. C. II.

Per singulas.] CASVS. In Nicæno concilio fuit statutum, ut archiepiscopus per singulas prouincias curam gereret, & ad archiepiscopum appelletur, sine cuius cōsilio episcopi nihil agere pōt nisi de his, quæ ad proprias eorum parochias spectāt: & ecō uerso metropolitanus sine cōsilio episcoporum nihil agere potest.

c ¶ Per singulas.] Simile 2. q. 7. metropolitanum.

d ¶ Totius prouinciæ.] Hic videtur q archiepiscopus ē iudex ordinarius toti⁹ prouinciæ, quā habet procurationē & visitationem totius diœcesis, ut extra de præscrip. cū ex officij. & quia unus est iudex prouinciæ, ut 7. q. 1. in apibus. ex quo enim archiepiscopus est iudex episcopi, ergo est iudex diœcesis suæ. argu. ff. de pecu. serui. si seruus meus. Nam ex eo. q vicarius est in peculio ordinarij, ergo & peculiū uicarij, ut ibi dicitur: & præterea hic dicit, q omnes, qui causas habent concurrant ad metropolitanū. Item quia determinat cās delatas ad ipsum per querelā, ut 10. qō. 1. quia cognouimus. Sed licet posset dici, quod sit ordinarius, sed tamē

3 Hoc uerū est sm L. ut not. 3. q. 6. c. 1. in gl. 2. ubi dixi de hoc Arch.

Archieps an sit iudex ordinarius totius prouinciæ.

ij Per singulas [c] prouincias episcopos singulos scire oportet, episcopum metropolitanum, qui præest, curam & solicitudinem totius prouincię [d] suscepisse. Propter quod ad metropolitanam ciuitatem ab his, qui causas habent, concurratur. Quapropter placuit eum, & honore præcellere, & nihil vltra sine ipso reliquos episcopos agere secundum antiquum patrum nostrorum canonem, nisi hoc tantum quod vnicuique ecclesię per suam diœcesim competit. Vnumquemque enim episcopum oportet habere suę diœcesis potestatem, ut regat, & gubernet secundum competentem singulis [e] reuerentiam, & prouidentiam gerat omnis regionis, quę sub ipsius est ciuitate: ita vt etiā ordinare ei presbyteros, & diaconos probabili iudicio liceat, & de singulis ipsius regionis causis cum moderatione & pōdere disceptare. Vltra autem nihil agere permittitur citra metropolitani episcopi conscientiam: [a] nec metropolitanus sine cæterorum aliquid gerat consilio sacerdotum.

Apost. can. 34.

a ¶ Conscientiam.] *Gracè est, δίχα τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπου, μὴ δὲ αὐτὸν ἄνευ τῆς τῶν λοιπῶν γνώμης, itaque eadem voce, γνώμης. utitur canon tam in consensu metropolitani, quam suffraganeorum. Sed ob multas varietates placuit apponi verba Graca cum versione noua.*

Τοὺς καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἐπισκόπους εἰδέναι χρὴ, τὸν ἐν τῇ μητροπόλει προεστῶτα ἐπίσκοπον. καὶ τὴν φροντίδα ἀναδέχεσθαι πάσης τῆς ἐπαρχίας, διὰ τὸ ἐν τῇ μητροπόλει πανταχόθεν συντρέχειν πάντας τοὺς τὰ πράγματα ἔχοντας. ὅθεν ἔδοξε καὶ τῇ τιμῇ προηγεῖσθαι αὐτὸν, μηδέν τε πράττειν περιττὸν τοὺς λοιποὺς ἐπισκόπους ἄνευ αὐτοῦ, κατὰ τὸν ἀρχαῖον κρατήσαντα τῶν πατέρων ἡμῶν κανόνα, ἢ ταῦτα μόνα, ὅσα τῇ ἑκάστου ἐπιβάλλει παροικίᾳ,

non pōt se intromittere de causis subditorum, nisi in casibus exceptis, ut extra de off. ordi. pastoralis. in prin. si tamen ferat sententiam aliquam in subditos suffraganei sui, bene tenet: cum sit iudex ipsorum, argumen. in authen. de defen. ciuit. §. & iudicare. & §. seq. ubi dicitur q præses, uel maiores iudices non possunt ferre sententiam aliam sine maioris auctoritate, si tamen tulerint,

extra de sent. excom. per tuas. ext. de off. deleg. cum contingat. Item quia dicitur, quidquid fecerit, irritū est, ut j. ca. nullus. Hoc scias, q de causis epī pōt per solā querelam cognoscere. 11. q. 1. si clericus aduersus. Io. quod dicit H. uerum est, ut ext. de off. ord. pastoralis §.

e ¶ Singulis.] Potest ergo anathematizare aliquem inconsulto metropolitano: immo & quilibet sacerdos inscio

illo suo episcopo. uel extra de off. ord. cum ab ecclesiarum nec tenet quod legitur 11. q. 3. nemo episcoporum. NISI FORTE. CASVS. Dictum est supra, quod archiepiscopo nihil agere licet sine consilio episcoporum: quod uerum est, nisi episcopi post annunciationem contempserint in suis ecclesijs œconomos ordinare, ut probatur sequenti cap.

CVm simus.] CASVS. Statutum fuit in synodo Constantinopolitana, ut omnes regulæ sanctorum patrum custodiantur: & præcipuè illa, quę pręcipit œconomos debere esse in unaquaque ecclesia: quā si metropolitanus facere neglexerit, licentiā habeant episcopi in sua ecclesia œconomum ordinare. & econuerso. Idem seruandū est in monasterijs.

καὶ τὰς ὑπ' αὐτὴν χώρας: ἕκαστον γὰρ ἐπίσκοπον ἐξουσίαν ἔχειν τῆς ἑαυτοῦ παροικίας διοικεῖν τε κατὰ τὴν ἑκάστῳ ἐπιβάλλουσαν εὐλάβειαν καὶ πρόνοιαν ποιεῖσθαι πάσης τῆς χώρας τῆς ὑπὸ τὴν ἑαυτοῦ πόλιν, ὡς καὶ χειροτονεῖν πρεσβυτέρους καὶ διακόνους, καὶ μετὰ κρίσεως ἕκαστα διαλαμβάνειν. περαιτέρω δὲ μηδὲν πράττειν ἐπιχειρεῖν δίχα τοῦ τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπου, μηδὲ αὐτὸν ἄνευ τῆς τῶν λοιπῶν γνώμης.

a Œconomos. Oeconomus dicitur cui res ecclesię gubernādā mādatur, ut C. de sacrosan. eccle. iubemus.

Oeconomus quid.

Episcopos, qui in vnaquaq; prouincia sunt, nosse oportet eū, qui metropoli pręest, vniuersæ quoq; prouinciæ curam suscipere, eo quòd in metropoli vndiq; cōueniūt omnes, quicunque negocia habēt. Quapropter placuit, & honore ipsum pcellere, & reliquos episcopos nihil aliud† sine ipso facere (secundum veterem, qui viguit, patrum nostrorum canonem) quàm ea sola, quæcunque ad cuiusq; parochiā, subiectasq; parochiæ regiones pertinēt: In cuiusq; enim episcopi potestate esse propriam ipsius parochiā, vt eam administret pro ea, quę cuiq; cōuenit, integritate, & vniuersæ regioni, quę suę ciuitati subiecta est, prospiciat, cōsulatq; ita vt presbyteros, diaconosq; ordinet, & singula queq; cū iudicio explicet. Pręterea vero nihil quid piam facere aggrediātur, sine metropolitani episcopi, neque ipse sine reliquorum sententia.

† tentare.

b Œconomū. Qui clericus erit: & de proprio clero debet esse, 89. d. cap. quia. & 16. q. 7. in nona actione. De hoc notaui 16. q. 7. quoniam.

c Episcopis. Ergo sicut superiores inferiorum, sic inferiores superiorum supplent defectum, ut extra de concess. preben. & eccle. nō uacan. nulla. & 89. dist. uolumus.

Nisi fortè episcopi ipsi œconomos in ecclesia sua ordinare contēpserint. Vnde in septima synodo c. 11. legitur.

¶ Metropolitanus constituat œconomos, quos episcopos habere neglexerit. C. III.

Iuò p. 5. c. 374. Cōc. Chalced. c. 26. supra dis. 89. quia in quibusdam. & inf. 16. q. 7. quoniam in quibusdam.

CVm simus debitores omnes sacras regulas custodire & eam, quę dicit in vnaquaq; ecclesia œconomos [a] esse debere, modis omnibus inuiolabilē custodire debemus. Et, si quidem vnusquisq; metropolitanus in sua ecclesia constituerit œconomum, [b] bene vtique est Sin autem ex auctoritate propria Cōstātinopoleos episcopis [c] licentia est pręponendi œconomos in eius ecclesia. Similiter & metropolitanis, si episcopi, qui sub eis sunt nō fa negerint œconomos statuere in suis ecclesijs. Id ipsum autem seruandum est etiam in monasterijs.

PROBATVR. CASVS. Adhuc probat, quod Archiepiscopus inconsulto suffraganeo suū possit parochianum absoluere, exēplo Pauli metropolitani Corinthiorū, qui Corinthium fornicatorem tradidit satanę: & postea reconciliauit.

Probatur illud idem exemplo Apostoli, qui fornicatorem Corinthium impœnitentem satanæ tradidit; postea pœnitentem ecclesiæ reconciliauit, hoc tantum scribens Corinthijs in prima; & secunda epistola, vt excommunicato non communicarent, & reconciliato socia charitate copularentur.

1. Cor. 5. 2. Cor. 2.

d Corinthium. Et in hoc suppleuit negligētiā Apollinis, ut infra ead. cap. ult.

SED CONTRA. Nunc probat Grat. cōtrarium scilicet quod metropolitanus nō potest disponere de negocijs episcoporū sine cōsensu ipsorū & omnia cap. usque ad §. sola. intelligūtur de communibus negocijs uel de specialibus, cum episcopi non sunt negligentes, sed diligētes agunt quę debent. H:

Sed contra probatur auctoritate multorum.

Ait enim Higinus Papa epist. 1. c. 2.

& Iulius c. 4. Burc. l. 1. c. 65. Iuo p. 5. cap. 99. & 174.

¶ Metropolitanus sine episcoporum cōsensu, vel præsentia alicuius eorum non audiat causas. C. IIII.

SAL-

SAlue.] CASVS. Quęsitū fuit ab Eugenio utrū archiepiscopus possit cognoscere de causis criminalibus episcoporum sine cōsensu aliorum

sa aliorum episcoporum, & respondetur q non: saluo Romanæ ecclesiæ priuilegio.

a ¶ Saluo.] Debet quis ius suum protestari, ne fiat ei præiudicium. sic 28. dist. diaconi. & 7. q. 1. pôtifices. ff. q. bus mo. pig. vel hypo. sol. l. si debitor. §. si in uêditione.

ergo in prima, q nullus primas vel metropolitanus debet se intromittere de specialibus negocijs sui suffraganei absque eius licentia vel voluntate: qđ si fecerit, irritum erit quidquid fiet, & ipse deponetur. In secunda parte dicitur, quod primas vel metropolitanus non debet

ADDITIO. Ad hoc facit C. de his q spõ. mune. sub. lib. 1. l. 10. sed ar. cõtra. ff. de cond. inst. quod q s ff. de act. & oblig. obligationû. §. placet. de hoc le. & not. 28. dist. c. 1.

b ¶ Instantia.] Id est, præsentia.

c ¶ Aliquorum.] Scilicet episcoporum.

d ¶ Causas.] Scilicet criminales, vt 3. q. 8. suggero. Et no. q cû causa est inter clericum & episcopum, quod metropolitan⁹ in synodo comprouinciali tractabit causam. 11. q. 1. si clericus nisi velis dicere, q hodie solus metropolitan⁹ obtinet vicem synodi quantum ad istud. 18. d. c. 1. & 10. q. 3. q2. De hoc dixi. 6. q. 2. epus

Causa inter episcopû. & clericum eo râ quo dẽat tractari.

uo a in omnibus Romanæ ecclesię priuilegio, nullus metropolitanus absque cęterorum omnium comprouincialium episcoporum instantia, b aliquorum c audiat causas† d: quia irritæ erunt aliter actæ, quàm in cõspectu eorum omnium ventilatæ, & ipse, si fecerit, coerceatur à fratribus.

†al. causas earum.

Item Anicetus Papa episcopis Galliæ, c. 1.

¶ De eodem. C. V.

Can. Apost. 35.

ARchiepiscopus e nihil de episcoporû causis, aut de alijs communibus, iuxta statuta Apostolorû; absq; cûctorû illorû agat consilio, nec illi assumât, nisi quantû ad suas parochias ptinet, sine suo cõsẽsu: qm tali gaudet concordia altissimus, & gloriatur in membris suis.

Item in eadem epistola, c. 3.

¶ De eodem. C. VI.

Poly. l. 2. tit. 14. Burch. l. 1. c. 61. Pann. l. 4. c. 20.

SI autem aliquis metropolitanorum inflatus fuerit, & sine omnium comprouincialium præsentia, vel consilio episcoporum, aut eorum, aut aliàs causas, (nisi eas tantum, quæ ad propriam suam parochiam pertinẽt) agere, aut eos grauare voluerit, ab omnibus destricte corrigat, ne talia deinceps præsumere audeat. Si vero incorrigibilis, eisque inobediens f apparuerit ad hanc Apostolicam sedem, cui omnia episcoporum iudicia referri† præcepta sunt, eius contumacia referatur, vt vindicta de eo fiat, & cæteri timorem habeant.

†al. terminare.

ARchiepiscop⁹.] CASVS. Anicet⁹ Papa statuit vt archieps de causis episcoporum, aut cõmunibus. s. criminalib. nihil agat sine cõsilio suorum suffraganeorum, nec episcopi sine consensu archiepiscopi aliquid agant, nisi quantum ad suas parochias pertinet.

e ¶ Archiepiscopus.] Hoc ca. exponit præmissa.

SI autem.] CASVS. Quæsitum fuit si archiepiscop⁹ superbe vult de causis criminalibus, vel ciuilibus episcoporû cognoscere sine eorû voluntate, vel eos in aliquo grauare, quid sit faciendum? & respondetur, q corrigi debet a suffraganeis: & si fuerit incorrigibilis, significetur Papæ, quatenus per ipsum sic puniatur, vt cæteri timorem habeant.

Item Calixtus Papa episcopis Galliæ epist. 2. c. 3.

¶ De eodem. C. VII.

Concor. Lucius epist. 1. c. 3. Poly. ibidem c. 6. Burc. l. 1. c. 66. Iuo p. 5. c. 100. & p. 14. c. 72. Pann. l. 4. c. 27.

NVllus primas, vel metropolitan⁹ diœcesani ecclesiã vel parochiam, aut aliquem g de eius parochia præsumat excommunicare, vel iudicare, vel aliquid h agere absque eius consilio, vel iudicio: sed hoc obseruet quod ab Apostolis, ac patribus, & prædecessoribus nostris est statutum, & à nobis confirmatum: id est, si quis me

Metropolitanus a suffraganeis reprehêdi potest.

f ¶ Inobediens.] Hic habemus q metropolitanus potest coerceri à suffraganeis sic supra ea. salutis in fin. simile 63. dist. Salonitanæ. Sed qualiter subditi possint eum coercere? Respondetur reprehendere. [illegible] ex charitate 2. q. 7. præsumunt. & c. secuti. Iste autem qui deficit querelam ad metropolitanum, sine appellatione patiatur dispendium litis. arg. in auth. coll. [illegible] de defen. ciui. circa medium. §. non habente. in fin. hoc Ideo quia traxit aduersarium suum ad alienum iudicem, vt 11. q. 1. insolita lo.

Dic q est arg. lex rep. her [illegible] mo. [illegible] eodem in fi.

NVllus.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes: prima pars loquitur de specialibus negocijs suffraganeorum. Secunda pars de communibus. Dicitur

bet agere causas criminales, vel communia negotia sine consensu episcoporum, nec ipsi sine consensu metropolitani vel primatis debent aliquid agere, nisi de his quę pertinet ad propriam paroch iam, ut omnia concorditer fiant. Secunda pars incipit ibi, [Sed quidquid.]

g ¶ Aliquem.] Licet non possit iudicare de ecclesia suffraganei, potest tamen de episcopo iudicare 11. q. 1. si clericus. Et sic fallit illa regula. Si vinco uincentem te, multo fortius uinco te. ff. de diuer. & tempor. præscrip. de accessionibus. §. 1. Item fallit. ff. qui potio. in pigno. haben. l. claudius. etiam libertus liberti mei. nõ est meus libertus ut ff. de uerb. signifi. Modestinus. & nõ omnea quę sunt. cum sorore mea, sorores meę sunt. 81. dist. in. legitur.

Si uinco uincentẽ te, uinco te, quãq fallit.

h ¶ Vel aliquid.] Ergo nec absoluere potest excommunicatum a suffraganeo suo. extra de sent. exc. per tuas et is, opus tamen absoluere potest excommunicatum ab archidiacono, quia archidiaconus est uicarius episcopi.

Excõicatum ab epo, non absoluit archiepisc op⁹.

episcopi, ut extra de off. Arch. cap. 1. sed episcopus non est archiepiscopi vicarius. Quid de hoc iuris sit, dixi 35. d. perlectis.

a ¶ Irritum.] i. irritandum si dicas quòd habet iurisdictionem ordinariam prouinciæ. sed si stet proprie, tunc erit

effet ibi principiũ capituli, ut dicit Hug. Dicit ergo Beda exponẽs verba Ioannis, & dicit ꝙ Io. scribit illi episcopo de cuius manu Ioannes requirebat peccata subditorum eius, ut esset diligens: ne sine eius consilio de suis subditis iudicaret, nisi esset negligens.

Ansi.l.3.c.88.

tropolitanus episcopus (nisi quo ad suam solúmodo propriam pertinet parochiam) sine consilio, & volũtate omnium comprouincialium episcoporũ extra aliquid agere tẽtauerit, gradus sui periculo subiacebit, & quod egerit, irritum [a] habeatur, & vacuum. Sed quidquid de prouincialium coepiscoporum causis, eorumque ecclesiarũ, & clericorum, atque sæculariũ necessitatibus agere, aut disponere necesse fuerit, hoc communi † consensu comprouincialium agatur põtificum; nec aliquo dominationis fastu, sed humillima atque cõcordi administratione, sicut Dominus ait: [Non veni ministrari, sed ministrare & alibi: [Qui maior est vestrum, erit minister vester] Similiter, & ipsi comprouinciales episcopi cuncta cũ eius consilio (nisi quantum ad parochias proprias pertinet agant, iuxta sanctorum constituta patrum. *& infra.*

† al. cum omnium.

Matth. 20. Matth. 23.

¶ Vt vno animo, vno ore concorditer sancta glorificetur Trinitas in sæcula.

Item Nicolaus Papa Rodulpho Bituricensi archiepiscopo.

¶ In suffraganei parochia nihil absque eius consilio metropolitanus agat. C. VIII.

Iuo p.5.c.56. Pann.l.4.c.29.

COnquestus est Apostolatui nostro frater noster. Sigedodus archiepiscopus [b] Narbonensis, quòd clericos suos eo inuito ad iudicium tuũ venire compellas, & de reb. ad ecclesiã suam pertinentibus, eo inconsulto, quasi iure patriarchatus tui disponas: cũ hoc nec antiqũtas (cui patres sanxerunt reuerẽtiã) habeat; & auctoritas sacrorum canonum penitus interdicat: nisi forte pro causis, quæ apud se terminare non possunt: ad te quasi ad patriarcham suum prouocauerint; [c] vel si episcopus suus decesserit; res ecclesiæ suæ iudicio tuo [d] dispensare voluerit. Primates enim, vel patriarchas nihil priuilegij habere prę cæteris episcopis, nisi quãtum sacri canones cõcedunt, & prisca cõsuetudo [f] illis antiquitus contulit, definimus ita ut secundum Nicænas regulas sua priuilegia seruentur ecclesijs: præterquam si Apostolica sedes ali-

b ¶ Archieps.] Hic patet quòd archiepiscopi subsunt primatibus & patriarchis. vt 21. distinct. cap. 1. & 65. dist. de persona. 17. distinct. multis.

Archiepiscopi subsũt primatibus & patriarchis.

c ¶ Prouocauerint.] Hic patet ꝙ nec archieps, nec primas potest cognoscere de causis subditorum episcoporum, nisi ꝑ appellationẽ deuoluatur ad ipsum. 11. q. 1. peruenit. & ext. de off. deleg. cũ non ignoretis. Idem dico in legato Papę, vt dixi 2. q. 6. ca. 3. preter hos casus est alter 12. d. de his. Itẽ cũ [1] absolutus ab archiepiscopo non vult parere episcopo. extra de off. ord. ad reprimendam. Item cum est causa iter episcopũ & clericum. 11. q. 1. si clericus. & su. 6. quest. 2. capit. 1. & hoc cum episcopus est reus, sed si est actor, nõ videtur. ꝙ archiepiscopus sit iudex rei. vt ex. de off. ord. pastoralis. Item cum [illegible] episcopus non vult ab [illegible] excõmunicatum. vt extra de appella. [illegible] te. Item contra archiepiscopus [illegible] visitat extra [illegible] script. cũ ex officij. sed illud nõ dico esse generale, nisi vt dixi sup. ca. questio 2. nullus primas. Item cum eundem [illegible] sententiam episcopi in iustam esse. extra de appel. solicitudinẽ.

Archiepũs de causis subditorũ eũi cognoscere nõ potest.

1 Illud, itẽ, respicit textũ. nã in isto casu, & sequẽtibus archiepiscopus est iudex cõpetens.

erit hic arg. ꝙ metropolitanus non habet iurisdictionẽ ordinariam totius prouinciæ. Quid iuris sit de hoc, notaui sup. c. 2.

COnquestus est.] CASVS. Archiepiscopus Narbonensis conquerebatur de Rodulpho patriarcha Bituricen. qui erat suus patriarcha, quod ipse compellebat clericos suos eo inuito ad suum iudicium uenire. & res ad suam ecclesiam pertinentes eo inconsulto disponebat. præcipit ergo sibi Nicolaus, vt de cætero hoc nõ faciat, nisi fuerit ad ipsum appellatum: vel nisi mortuo episcopo clerici voluerint res ecclesiæ dispensari per ipsum: quia primates nil priuilegij super episcopos habẽt, nisi quantum canones concedunt, vel cõsuetudo antiqua: vel nisi Romana ecclesia aliquem voluerit suo priuilegio decorare. ¶ Episcopo scribit.] hæc sunt verba Bedæ. [Et angelo Ephesi, & c. sunt verba Ioannis. Vñ melius

d ¶ Iudicio tuo.] Aliter enim non potest. 12. quæst. 2. non liceat.

e ¶ Canones.] Sic 18. q. 2. hoc tantum.

f ¶ Consuetudo.] Ergo ratione consuetudinis potest aliquid peti, vt 18. q. 2. seruitiũ. ff. de p[illegible] & v[illegible] licitatio. §. earum. ff. communia prædiorum [illegible] Arg. contra. 10. quæstio. tertia quia. Item ratione diuturnitatis ꝓbatur negatiua: q[illegible] aliter non ꝓb[illegible] ff. de prob. si arbiter. Itẽ, diuturnitas constituit [illegible] ff. de aqua quo. & esti. l. hoc iure §. ductus aquæ. & extra de his quæ fi. à præl. si cõsen. cap. ca. noscitur & argum. 3. quæstio. 6. hoc quippe. Item, cõsuetudo dat iurisdictionem, vt C. de eman. li. l. vlt. & extra de arb. dilecti. Item cõsuetudo dat priuilegium [2], vt hic. & 63. distinct. quia. Arg. contra 1.03. distinct. illud 100. distinct. cõtra morem. hoc prosecutus sum sup. dist. 8. frustra.

Consuetudo multa tribuit.

2 Alias consuetudo [illegible] [illegible] de [illegible] hoc.

a ¶ Speciali.] Ergo Papa in totum potest auferre priuilegium vni ecclesiæ, & alij concedere, ut 16. q. 1. frater noster.

b ¶ Et angelo.] Hæc sunt verba Ioa. in Apoc. & deberet esse initium cap.

h ¶ Iniuste.] Et iuste 35. q. 9. Gregorius.

ANtiquis.] CASVS. In regulis antiquis fuit constitutum, vt siue in prouincia remota siue in vicina quis appellet in causa ciuili, vel criminali, nihil debeat innouari ante quam causa ad Apostolicum deferatur.

c EPiscopo.] Hæc sunt verba Bedæ.

SOLA. CASVS. Hactenus ostensum est quod archiepi & primates subiectos suffraganeorũ suorum iudicare nõ possunt illis inconsultis, nisi in casibus cõcessis. ne autem credatur idem esse in Papa, dicit nũc aliud esse in eo. Sola enim Ro. ecclesi. potest de oĩbus iudicare: sed nullus de ea potest iudicare: & ad hoc inducit tur. c. seq.

PAtet.] CASVS. Dr in hoc ca. quod nullus dẽt tractare, vel iudicare de iudicio se. Apo. quia firmũ debet esse quod ipsa iudicat. Et hoc probat Nicola[9] duobus exemplis. s. Inn. & Gelasij.

d ¶ Patet.] Ab hoc loco vsq. in finẽ agitur de excellẽtia Papæ, & omnia c. quasi idem dicunt.

e ¶ Iudicare.] Nam talis crimen sacrilegij incurrit, vt 17. q. 4. qui autem.

f ¶ Innocẽtius.] Familiaris est hęc probatio, quod vnus Papa inducit aliũ in testem. sed hoc idõ, quia de ipsorum testimonio nõ est dubitandũ 1: sicut Dñs mala Sodomę per angelos probauit 2. q. 1. Deus.

g ¶ Intulit.] Qui manus intulit ꝑ posito, vel cõmunia est ergo sucem, vel præsidem capite p nitur. ff. d re. mil. l. omne. §. 1. & 2. irreuerens miles, & cõtum. his parentis capite punitur 80. d. non satis in fine.

FVit.] CASVS. Dr in hoc c. quod semper fuit licẽtia sedi Apo. iniuste damnatos, vel excommunicatos restituere: & eos qui iniuste damnãt, vel excommunicant punire.

Papa Papam inducit in testem.

1 Ad hoc, 8. q. 3. talia.

quam ecclesiam, vel ipsius rectorem quolibet speciali, priuilegio decreuit honorare.

Item Beda super Apocalypsim, [*& Angelo* b *ecclesiæ Ephesi scribe.*]

Glo. ordi ad eum locum Apoc. 2.

¶De eodem. C. IX.

EPiscopo c scribit, de cuius manu peccata subditorum requirit: ne sine eius consensu subditos iudicare debeat.

¶*In glossa ordinaria sic legitur,* Et angelo,] idest episcopo scribit: de manu cuius peccata subditorum requirit, & sine cuius consensu subditos iudicare non præsumit ipse Ioannes.

Sola enim Romana ecclesia sua auctoritate valet iudicare de omnib. de ea vero nulli iudicare permittitur.

Vnde Nicolaus Papa ad Michaelem imperatorem in epistola cuius initium [*Proposueramus.*]

¶Apostolicæ sedis iudicium a nemine est retractandum. C. X.

Ans. l. 1. c. 75. Iuo p. 5. c. 19. Pann. l. 4. c. 11.

PAtet d profecto sedis Apostolicæ (cuius auctoritate maior non est) iudicium a nemine fore retractãdũ: neque cuiquam de eius licere iudicare e iudicio: iuxta quod Innocẽtius a f Papa Ruffo, & cæteris episcopis per Thessaliam cõstitutis scribens ait: [Nemo vnquam Apostolico culmini (de cuius iudicio non licet retractare) manus obuias audacter intulit: g nemo in hoc rebellis extitit, nisi qui de se voluit iudicari] & beatus Papa Gelasius. [Nec de eius iudicio: (idest Romanæ ecclesiæ) canones vnquam præceperunt iudicari: sententiamque illius constituerunt non oportere dissolui: cuius potius sequenda decreta mandarunt.]

inf. ead. ipsi sunt §. nec de eius.

¶*Caput hoc apud cæteros etiam collectores, multis verbis omissis in summam quandam redactum est.*

a ¶ Innocentius.] *In epistola Nicolai, & apud reliquos collectores est,* Bonifacius. *Verum neque in Bonifacij neque in Innocentij epistolis inuentum est quod hic affertur. In ea vero epistola Nicolaus refert etiam alia quædam ex epistola Bonifacij ad episcopos per Thessaliam.*

Item Athanasius patriarcha Papæ Fœlici II.

In tomis conc.

¶ Ab alijs damnatos, vel excommunicatos Apostolica soluit auctoritas. C. XI.

Iuo p. 5. c. 25.

FVit semper vestrę sanctę Apostolicæ sedi licentia iniuste h damnatos, vel excommunicatos potestatiue sua auctoritate restituere, & sua eis omnia reddere, & illos, qui eos condemnauerunt, aut excommunicauerũt, Apostolico punire priuilegio: sicut etiam nostris, & anterioribus cognouimus actum temporibus.

Item ibidem paulo inferius.

Iuo ibidem. †al. censitum.

¶De eodem. C. XII.

ANtiquis regulis sancitum † est, vt quid-

tur, vt per ipsum sententia confirmetur, vel infirmetur. Seq. cap. patet.

a ¶ Vt quidquid. Id est, vt si appellatur Romam, uel a remotis, vel a vicinis partibus: nil attētaretur ante sententiam Papæ, supra, dist. 17. multis.

b ¶ Nemo.] Nisi se alicuius iudicio submittat, vt 2. q. 7. nos si. & in causa hæresis. 40. dist. si Papa & cū submittit se confessori suo, tenetur ei parere. & ligabit eum sententia illius. Arg. contra est quod dicitur de dedicatione ecclesiarum, extra de pœn. & remiss. quod autem. Item cū Papa peccat, pōt eius peccatum etiam ecclesiæ denunciari secūdum admonitionem Euangelij, vt 2. q. 1. si peccauerit. hoc determinatur 40. dist. si Papa.

Papa confessori suo parere debet.

quid a (quamuis in remotis, aut in longinquo positis prouincijs) super episcoporum querelis, aut accusationibus ageretur, non prius tractandum, vel accipiendum esset, quam ad notitiam almæ sedis vestræ fuisset deductum, vt huius auctoritate iuxta quod α fuisset faciendum, pronunciatio infirmaretur, aut firmaretur.

α ¶ Iuxta quod.] *Iuo legit.* iuxta quod fuisset pronunciatio, infirmaretur, aut firmaretur, *In corpore cōciliorum*, iusta quæ fuisset pronunciatio, &c.

Item Innocentius Papa.

Syluester in conc. Romano, c. 20.

¶ Prima sedes nullius iudicio subiaceat. C. XIII.

Poly. l. 1. tit. 16. Deusdedit p. 3. Ansl. l. 1. c. 19. & l. 4. c. 39. Pann. l. 4. c. 5.

NEmo b iudicabit primam sedem, β iustitiam temperare desiderantem. Neq; enim ab Augusto, neque ab omni clero, c neque a regibus, neq; a populo iudex iudicabitur.

¶ *In omnibus vetustis Gratiani exemplarib. citatur ex Innocentio. Sed fere eadem habentur in concilio Romano sub Syluestro, c. 20. & ex ipso citant indicati collectores.*

β ¶ Iustitiam temperare desiderantem.] *Sic etiam in Pannormia ex Syluestro. Sed in vulgata concily editione est*, quoniam sedes a prima sede iustitiam desiderant temperari.

c ¶ Neque ab omni clero. Arg. q̄ concilium non pōt Papā iudicare, ut extr. de elec. significasti. vñ si totus mūdus sentētiaret ī aliquo negotio cōtra Papam, videtur q̄ sentētiæ Papæ stād̄ū esset, vt 24. q. 1. hæc est fides. Arg. cōtra: quia orbis maior est urbe. 93. d. legimus.

In lib. Ennodij.

Item Symmachus Papa.

¶ De eodem. C. XIIII.

Poly. ibidem. Ansl. l. 1. c. 24. Iuo p. 5. c. 10. Pann. l. 4. c. 8.

ALiorum hominum causas Deus voluit hoīes terminare; sed sedis istius præsulis † suo sine quæstione reseruauit arbitrio. Voluit B. Petri Apostoli successores cœlo tantum debere innocentiam, & subtilissimi discussoris indagini inuiolatam exhibere conscientiā. Nolite æstimare eas animas inquisitionis † non habere formidinem, d quas Deus præ cæteris suo reseruauit examini. Non hēt apud illū reus de allegationis nitore subsidium, qn̄ ipsorum factorum vtitur eo teste, quo iudice. Dicas forsitan, omnium animarum talis erit in illa disceptatione conditio: replicabo, e vni dictū: [Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiā meam: & quæcunq; solueris super terram, erunt soluta & in cęlis.] Et rursus sanctorum f voce patet, Pontificum dignitate sedis eius, factam toto orbe venerabilem: dum illi, quidquid fidelium est vbique, submittitur: dum totius corporis caput esse designatur. De hac mihi videtur dictū per prophetam: g [Si hæc humiliatur, h ad cuius confugietis auxilium? & vbi relinquetis gloriam vestram?]

al. præsuli.

† al. de inquisitorib.

Matth. 16.

Isa. 10.

Item Anterus Papa ad episcopos prouinciarum Bætice, & Toletana.

ALiorum.] CASVS. Quæsitū fuit a Symmacho vtrū sedes apost. possit ab hoīe iudicari. Q̄ non, dicens q̄ omnes aliorū causas voluit p̄ homines terminari: sed Romanū Pontificē suo examini reseruauit: apud quē non habebit aliqs de allegationis nitore subsidium: quia idem. s. Deus erit iudex & testis. sed alij omnes a Papa iudicantur, cui per Petrum datæ sunt claues ligādi, & soluēdi: cū ipse sit caput omnium, & auxiliū omnium, ut dicitur per Esaiam prophetam. Seq. duo capit. plana sunt.

d ¶ Formidinem.] Imò sine uenia debet puniri, sicut diabolus, qui maxim⁹ comparatione aliorum creatus est, ut inf. de pœn. dist. 2. principium.

Papa delinquens dēt sine uenia puniri.

e Replicabo. Hoc est dicere, cum ipse sit maior omnibus. grauius punitur cū peccat. 11. quæst. 3. præcipuè.

f Sanctorum. Id est, in sanctis concilijs confirmantur.

g Prophetā. Esai.

h Si hæc humiliatur. De arca fœderis

1 De ista hī 1. 32. dist. §. ecce 2. q. 7. §. de his ēt. 24. q. 1. quia ī qua significabit sedes Romana.

ris loquitur propheta quam Iudæi ferebant ad bella.

a F Acta.] ¶ Corrũpunt, sup. 6. q. 1. ex merito, & c. deteriores.

b I Psi sunt canones. Sicut Imperator est lex animata in terris, vt in auth. de consulibus, in fi. coll. 4.

C Vncta.] CASVS. Hoc c. diuiditur I duas partes. In prima parte dicitur, quod ecclesia Romana de omnib. iudicat; ipsa vero a nemine iud. catur. Itẽ quod ad Papã de omni parte mundi appellatur: ab eo vero null⁹ appellat. In secunda parte dicitur: quod ecclesia Romana sẽper habuit potestatem, & habebit quoslibet absoluere, & dãnare nulla synodo congregata. Secunda pars incipit ibi, ¶ Sed nec illa.] Seq. c. planũ est.

c ¶ De qualibet. Ergo a legato appellatur, vt ext. de sen. & re iudi. c. vlt. & ext. de e f. leg. licet. Sed nunquid a laico appellat ad Papam? Non, nisi in his quæ spectant ad iurisdictionem ecclesiæ, ut ext. de app. si duobus.

d ¶ Nemo.] A principe. n. & a senatu appellari nõ valet, vt ff. a quibus ap. nõ li. l. 1.

F Ratres.] CASVS. Episcopi Hispaniæ auctoritate regũ quosdam iniuste dãnauerant, quos Sixtus Papa restituit, & præcepit episcopis, vt omnia eis itegre reddant, nisi ipsi & principes eorum velint ab ecclesia separari.

Nunc

¶ De eodem. C. XV.

F Acta subditorum iudicantur a nobis: nostra vero iudicat Deus. *& infra.* ¶ Deteriores sunt qui vitam, moresque bonorum corrumpunt, [a] his, qui substantias aliorum prædiaque diripiunt.

Poly. ibidem. Ans. l. 1. c. 53. sup. 6. q. 1. c. ex merito, cum seq.

Item Gelasius Papa ad Faustum legatum.

¶ De eodem. C. XVI.

Nicolaus ad Michaelem epist. 7.

I Psi sunt canones, [b] qui appellationes totius ecclesiæ ad huius sedis examen voluere deferri. Ab ipsa vero nusquam prorsus appellari debere sanxerunt: ac per hoc illam de tota ecclesia iudicare; ipsam ad nullius commeare iudiciũ: nec de eius vnquam præceperunt iudicio iudicari, sententiamque illius constituerunt non oportere dissolui, cuius potius decreta sequenda mandarunt.

Ans. l. 2. c. 56. Iuo p. 5. c. 9.

Sup. c. patet in fi.

Idem omnibus episcopis.

¶ De eodem. C. XVII.

C Vncta per mundũ nouit ecclesia, quòd sacrosancta Romana ecclesia fas de omnib. habeat iudicãdi: neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. Si quidem ad illam de qualibet [c] mundi parte appellandum est: ab illa autem nemo [d] est appellare permissus. ¶ Sed nec illa præterimus, quod Apostolica sedes sine vlla synodo præcedente: & soluẽdi, quos synodus inique dãnauerat, & dãnandi, nulla existẽte synodo quos oportuit, habuit facultatem: & hoc nimirũ pro suo principato, quem B. Petrus Apostolus Domini voce & tenuit semper, & tenebit.

In epi. ad epos per Dardaniam constitutos. Poly. l. 1. tit. 8. Ans. l. 1. c. 47. & l. 2. cap. 16. & 24. Pann. l. 4. c. 9.

¶ Omnia quæ in hoc capite leguntur, habentur in epistola Gelasij ad episcopos per Dardaniam, sed non eodem ordine cõposita Caput autem sequens, in quo multa huius ipsius capitis verba continentur, in eadem epistola eodẽ prorsus modo habetur. Itaq; fieri potest, vt ex alia epistola caput hoc sumptum sit, quæ non extet: aut Grat. hæc duo tanquã diuersa capitula referat quod apud antiquiores etiam collectores distincta repererit. in epistola etiam Nicolai ad episcopos Galliæ, quæ nuper est impressa in appendice bibliothecæ, hoc citatur ex Gelasio.

Idem episcopis per Dardaniam constitutis.

¶ De eodem. C. XVIII.

C Vncta per mundum nouit ecclesia, quoniam quorũlibet sententijs ligata Pontificum, sedes beati Petri Apostoli ius habeat resoluendi; vtpote, quæ de omni ecclesia ius habeat iudicandi, &c.

Item Sixtus Papa secundus Hispaniorum episcopis, epist. 2. c. 4.

¶ De eodem. C. XIX.

F Ratres, quos timore terreno iniuste damnastis, scitote a nobis iuste esse restitutos: quibus ex sancti Petri & Apostolica auctoritate omnia, quæ eis ablata sunt, integerrime reddi præcipimus, si nõ vultis & vos, & principes vestri a collegio nostro, & membris ecclesiæ separari.

Ans. l. 2. c. 25. Poly. l. 1. tit. 8. Burch. l. 1. c. 192. Iuo p. 5. c. 247.

Item Stephanus episcopus Gualberto Patriarchæ.

Nunc vero.] CASVS. Gualbertus Patriarcha antistitem Cumensis ecclesiæ consecrare nolebat: sed Stephanus scripsit ei, vt eum consecraret, & quia eum adhuc non consecrabat, iterum scribit ei præcipiens, vt eum debeat consecrare: & si non fecerit dicit, quod si Romam venerit, consecrabit eum.

a ¶ Priuilegium.] Rescriptum Apostolicum sic interpretaberis, vt nulli afferat præiudicium, vt hic, & extra de consuet. cum olim, in fi. 63. dist. quanto. sic 99. dist. ecce. C. de emanc. nec auts. 1

dignitatem, vel officium aliquod.

b ¶ Per principalem.] Hoc c. est s. 1. q. 1. c. per principalem, post principium.

c ¶ Ad nos.] Sicut Papa priuat aliquem clerico suo, eadem ratione potest Imperator aliquem priuare seruo suo. C. quib. ex cau. serui. pro præ. liber. accipi. l. 1. Item alicui potest rem suã auferre, vt C. de quadri. præscr. bene. Similiter auferre potest & Papa beneficium. 10. dist. in memoriã. Itẽ potest alicui auferre ius psentãdi, etiam legatus Papæ, vt extra de offi. leg. dilectus. & extra de cõcess. præb. & ecc. non vacan. quia diuersitatẽ. & episcopum deponere. Sed nunquid omnes simul? Non, quia sic vniuersam ecclesiã turbaret, quod esse non debet. 1. q. 7. & si illa.

Beneficium potest auferre Papa.

¶ Cuiuslibet ecclesiæ clericos Papa valet ordinare. C. XX.

Ansel. lib. 6. c. 31. Iuo par. 5. c. 13.

Nunc vero iterato tibi scribimus, nolentes alicuius ecclesiæ priuilegium [a] infringere, licet Apostolica prærogatiua possimus de qualibet ecclesia clericum ordinare: desine iam cuiuspiam zelo Cumensis [α] ecclesiæ antistitem protelare: quia si protelaueris, & eum consecrare iam toties monitus non maturaueris; proculdubio ad nos veniens, consecratus abibit.

α ¶ Cumensis. *Sic etiam Anselmus sed apud Iuonẽ plenius* Desine iam cuiuspiam zelo electum à clero, & expetitum à populo Lintuardum Cumensi ecclesiæ antistitem protelare.

Item Nicolaus Papa Michaeli Imperatori in epistola, cuius initium. [*Proposueramus.*]

¶ De eodem. C. XXI.

supra 1. q. 1. Ansel. lib. 1. c. 72. & lib. 2. c. 14.

Per principalem [b] Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, de qua supra partim exposuimus, potestatem, ius habemus, non solum monachos, verum etiam quoslibet clericos de quacunque diœcesi, cum necesse fuerit, ad nos [c] conuocare: atque ecclesiasticis exigentibus opportunitatibus inuitare.

Sed aliud est, quod ex temeritate assumitur præsumptionis: aliud quod ex necessitate geritur charitatis. Cum suffraganei archiepiscoporum subditis suis ad malum fauere cœperint, atque circa eorũ correctiones, negligentes [d] extiterint; tunc licet metropolitanis præter illorum voluntatem; & ligandos damnare, & recõciliandos absoluere. Cũ vero episcopi zelo diuinæ charitatis accensi, bonos verbo & exemplo ædificant & malorum vitia aspera increpatione redarguunt: absque talium consilio non licet metropolitanis in eorum parochia aliquid agere, vel disponere. Vnde in fine capituli Martini Papæ non simpliciter dictum est [*nihil agat.*] *sed cũ determinatione* [*nil p̃sumptiue assumat absque eorum consilio,*] *vt vitium præsumptionis videatur improbatum, non officium charitatis. Sic & Apostolus quia Corinthios vidit negligentes circa correctionem fornicatoris, sua auctoritate illum dãnauit. Ioannes vero, quia episcopum Ephesiorũ vidit paratum ad corrigenda vitia subditorum, sine eius auctoritate illos corrigere noluit: sed illum tantum de eorum correctione admonuit.*

sup. ead. per singulas 1.

sup. cum simus, §. probatur.

sup. episcopi.

SED ALIVD. CASVS. Supra probauit Gratianus, quòd archiepiscopus potest iudicare parochianũ sui suffraganei eo ĩcõsulto: postea probauit contrarium. Nunc autẽ soluit dicens, q̃ quando suffraganei fauent subditis suis ad malũ, & circa eos sunt negligẽtes in corrigẽdo, potest tunc archiepiscopus soluere, vel ligare inuitis suffraganeis. quando vero sunt soliciti circa subiectos, non potest tũc eis inconsultis. Et hanc solutionem probat auctoritate Martini, & duobus exẽplis, scilicet Pauli, & Ioannis.

d ¶ Negligẽtes.] Magister dicit, q̃ quam cito negligẽs est p̃latus in corrigẽdo, sine omni admonitione auferẽ ei iudiciũ, 2 vel iurisdictio sic supra ead. cũ simus. sic extra. de acc. sicut olim. & ex eo. quòd non vult iudex procedere, videtur quod statim expirauit sua potestas, vt extra de offic. deleg. cum super. & C. de appell. ex eo. & C. de offic. præfec. Orienti quos. & extra de foro compet. ex transmissa. Argum. contra supra ead. nunc vero. & extra de statu monach. in singulis.

Prælato negligenti aufertur iurisdictio.

2 Sed H. intelligit post admonitionẽ.

¶Clericus nihil sæculare possideat. Cap. V.

Deusdedit p. 3. Ansel. lib. 7. c. 1. Iuo p. 6. c. 1.

CLericus, qui Christi seruit ecclesiæ, interpretetur primo vocabulum suum: & nominis definitione prolata nitatur [b] esse quod dicitur. Si enim κλῆρος Græcè, sors Latinè appellatur, propterea vocantur clerici, vel quia de sorte sunt Domini, vel quia Dominus sors, idest pars clericorum est. Qui autem vel ipse pars Domini est, vel Dominum partem habet, talem se exhibere debet, vt & ipse possideat Dominum, & possideatur a Domino. Qui Dominum possidet, & cum Propheta dicit: [Pars mea Dominus.] nihil extra Dominum habere potest. Quod si quidpiam aliud habuerit præter Dominum: pars eius non erit Dominus: Verbi gratia, si aurum [c], si argentum, si possessiones, si variam supellectilem; cum istis partibus Dominus fieri pars eius non dignatur. Si autem ego pars Domini sum, & funiculus [d] hæreditatis eius; nec accipio [e] partem inter cæteras [f] tribus: sed quasi leuita, & sacerdos viuo de decimis; & altari seruiens, altaris oblatione sustentor. Habens victum & vestitum, his contentus ero, & nudam crucem nudus sequar.

Psal. 15.

Psal. 15.

1. Timot. 6.

b ¶Nitatur.] Arg. a nominis interpretatione. 16. q. 1. si cupis. nomina enim debent esse consona rebus Inst. de dona. §. est & aliud.

c ¶Si aurũ. Non tamen est peccatum habere diuitias, si adsint bona opera, ut 35. dist. hæc aũt scripsimus. sed tunc est peccatũ, si propter eas iustitia deseritur, inf. ea. habebat. vel cum homo in eis spem suã ponit, ut 8. q. 1. sunt in ecclesia.

Diuitias habere peccatũ non est.

d ¶Et funiculus.] Funiculus hic dicit mensura quedã, qua diuidebat hæreditas post funus defuncti, secundum illud: Funes ceciderunt mihi in præclaris. & dicitur a funere.

Funiculus quid sit.

e ¶Nec accipio.] Monachus tamen succedit in hęreditatẽ, ut 19. q. 3. non liceat & ecclesia nomine eius recipit, ut 18. q. 2. c. 1. Vnde Ouidius. Alterius vires subtrahit alter amor.

f ¶Inter cæteras.] Sed singulariter: & est argum. quod clerici non debent partiri hæreditatẽ cum fratribus.

Item Ambrosius de fuga sæculi, c. 2.

¶Nihil præter Deum debet curare, qui in eius sortem eligitur. C. VI.

CVi portio Deus est, nihil debet curare, nisi Deum: ne alterius impediatur necessitatis [g] munere. Quod enim ad alia [h] officia confertur, hoc religionis cultui, atque huic nostro officio decerpitur. [i] Hæc enim vera est sacerdotis fuga, abdicatio [k] domesticorum, & quædam alienatio charissimorum: vt suis se abneget, qui seruire Deo elegerit. †

† gesfis.] orig.

CVi.] CASVS. Quidã rogauit Ambros. vt scriberet sibi qualiter posset sæculum fugere, & Deo seruire. cui Ambros. rescribit dicẽs, quod sæculum duobus modis fugitur, s. renunciãdo rebus proprijs, & sæcularibus curis: & abdicando se a domesticis personis & consangui-

Item Hieronymus ad quendam suum leuitam de duobus generibus hominum.

¶Clericis, & Deo deuotis nec causas agere; nec aliquid proprium habere licet. C. VII.

DVo sunt genera Christianorum. Est autem vnũ genus, quod mancipatum diuino officio, & deditum

CLericus.] CASVS. Nepotianus rogauit Hier. ut dictaret sibi libellum de clericorum vita, quod Hier. fecit. hoc ergo cap. quod est pars illius libri, tria ostendit, s. quod clericus debet nomen suum interpretari: & iuxta interpretationem uiuere. Secundo ostendit, quod clericus non debet habere diuitias: quia cum his, qui talia possident dominus esse dedignatur, nec vult fieri

neis, ut suis se abneget, qui Deo seruire eligit.

g ¶Necessitatis.] Idest, solicitudinis.

h ¶Officia.] Scilicet sæcularia.

i ¶Decerpitur.] Idest, subtrahitur. sic 90. dist. ecce.

k ¶Abdicatio.] Quoad carnalẽ affectum, vel corpalem.

DVo sunt. CASVS. Quidam leuita rogauit Hiero. vt assignaret sibi differẽtiam inter clericos & laicos: & quod

contemplationi, & orationi, ab omni strepitu temporalium cessare cōuenit: vt sunt clerici, & Deo deuoti, videlicet conuersi [a], κλῆρος enim Grecè, latinè sors. Inde huiusmodi homines vocantur clerici, idest sorte electi. Oēs enim Deus in suos elegit. Hi namq; sunt reges, idest se, & alios in virtutibus regentes, & ita in Deo regnum habent. Et hoc designat corona in capite. Hanc coronam habent ab institutione Romanæ ecclesiæ in signum regni, quod in Christo expectatur. Rasio vero capitis, est temporalium omnium depositio [b]. Illi enim victu & vestitu cōtenti, nullam inter se proprietatem [c] habētes, debent habere omnia cōmunia. Aliud vero genus est Christianorum, vt sunt laici λαὸς enim Grecè, est populus Latinè. His licet tēporalia possidere, sed nō nisi ad vsum [d]. Nihil enim miserius est, quam propter nummum Deum contemnere. His concessum est vxorē ducere, terram colere, inter virum & virum iudicare, causas agere, oblationes [e] super altari apponere, decimas reddere: & ita saluari poterunt, si vitia tamen benefaciendo euitauerint.

Aug. ser. 21. ad fratres in heremo.

Item Gregorius Augustino Anglorum episcopo, responsionum, c. 1. & 2.

Ioan. diac. in vita l. 2. c. 37.

¶ Clerici nihil proprium possideant. C. VIII.

QVia tua fraternitas monasterij regulis erudita seorsum [f] nō dēt fieri † a clericis suis in ecclesia Anglorum, quæ auctore Deo nuper ad fidem perducta est; hāc dēt instituere conuersationem, quæ in initio nascentis ecclesiæ fuit patribus nostris: in quibus nullus eorū ex ijs, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat; sed erant illis omnia communia. ¶ Si qui vero [g] sunt clerici extra sacros ordines constituti, qui se non possunt continere, sortiri vxores [h] debent, & stipendia sua exterius accipere: quia & de eisdem patribus, de quibus præfati sumus, nouimus scriptum, [quòd diuidebatur singulis, prout cuique opus erat.] De eorum ergo stipendio cogitandum,

Ans. l. 7. c. 3.
† al. viuere.

32. dist. si qui uero. Resp. 2.

Ans. 3.

& quod esset officium vniuscuiusque. Hier. ergo rescribit ei assignando duo genera hominum, scilicet clericos & laicos. clericorum est officium diuina contemplari, orationibus & diuinis officijs insistendo: & ab omni strepitu temporalium cessare. isti dicuntur reges: quia se & alios regere in virtutibus debēt: & in signum huius rei gestant coronam in vertice. Laicorum vero officium est ducere vxorem, terram colere, & ea quæ cōtinentur. in fin. cap. & ostendit qualiter vtriq; interpretent.

a ¶ Conuersi.] Conuersi omnes dicunt ecclesiasticæ personæ, ut 17. q. 4. quisquis, & verberans talem incidit in canonem. extra de sent. excō. non dubiū. & habebunt habitum illorum, cum quibus conuersantur, vt 16. q. 7. in nona. & licet conuersi hic dicantur Deo deuoti, non tamen tenentur continere, nam quidam talium, psitentur, quidam non, ut 27. q. 1. vt lex. nam acolythi sunt ecclesiasticę psonæ, tamen non tenentur continere, vt 32. d. si quis eorum. quia possunt cōtrahere matrimonium legitimum. Item licet tēplarij sint ecclesiasticæ personæ, tamen possunt mouere arma ex permissione ecclesiæ.

Conuersum verberās incidit in canonem.

b ¶ Depositio.] Sic 7. dist. 23. prohibere. & capilli, qui remanent, designant q̄ aliqua debemus retinere ad sustentationem.

c ¶ Proprietatem.] Rerum ecclesiasticarum. tamen bene cōcedendū est, q̄ clericus sit dn̄s fructuum collectorum, sed licet proprietas fructuum sua sit: tamen non potest eam in morte eius alicui largiri ratione testamēti: sed intuitu eleemosynæ sic, ut extra de testam. ad hæc. sicut hæres licet sit dominus rerum, quas tenetur per fideicommissum restituere alij: tamen nihil potest inde alienare. ff. ad Treb. deducta §. vlt. & l. quidam. §. si quis.

Pecuniam seruare vtrū licitum sit.

d ¶ Ad vsum.] Prohibetur etiam laicis ne seruent pecuniam, ut 47. d. sicut hi. hoc ideo ne quis in auaritiam incidat: aliàs bene licet: quia non debet quis omnia bona sua statim effundere, ut 86. dist. non satis. & dic non, nisi ad vsum, idest, non ad abusum, bene enim possunt habere proprium.

e ¶ Oblationes.] Immo præcipitur eis oblationes dare ut 16. q. 1. statuimus. infra de consecr. d. 1. omnis Christianus. 10. q. 1. quia sacerdotes.

QVia tua.] CSAVS. Tres quæstiones facit Aug. Gregorio: quibus quęstionibus Grēg. tres dat responsiones. Prima fuit, an clerici Anglorum debeant proprijs renunciare, & communiter viuere. & respondet q̄ sic, vt habetur in principio c. Secunda fuit, an clerici coniugati, & in minoribus ordinibus constituti debeant habere stipendia ecclesiastica. Et respondetur q̄ sic, sicut est a patribus scriptum, q̄ diuidebant, &c. qui sub regula ecclesiastica sunt tenendi. Tertia fuit si quid superest communiter viuentibus de annuo redditu, quid debeat inde fieri. Et respondet quod debet pauperibus erogari: & hoc probat auctoritate Christi dicentis: Quod superest. &c. Secunda pars ibi. [Si qui uero sunt.] Tertia ibi, [Communiter autem viuentibus.]

f ¶ Seorsum.] Ergo monachus episcopus factus non potest habere proprium. sed si hæreditas aliqua deuoluitur ad eum, erit ecclesiæ, ut 18. quæstio. 1. cap. 1. in fine.

Monachus factus eps̄ ppriū hēre non potest.

g ¶ Si qui vero.] Supra dist. 32. si qui vero. & cap. placuit. hoc hodie non tenet. 1. extra de cler. coiug. Ioannes &c. 1

1 Hæc est vera sn̄ia secūdum Vin. & Inn. & quod hic dr̄ est ius vetus: & statur hodie ei, q̄ dr̄ in decre. hic alle. de cler. coniug. c. 1. Arc.

h ¶ Vxores.] Si sint clerici, nunquid ergo dormiunt cum alijs, ut sup. ead. necessaria. non, q̄a esset inhonestum in vxo-

vxorato. Item, cantabunt nę cum clericis? quod videtur: quia aliter non perciperent stipendia, & quod hic dicitur, speciale est in Anglicis: nec enim simul habebit qs ecclesiasticum beneficium, & vxorem. extra de cler. coiug. diuersis, & c. Ioannes. quod non est uerum.

S Cimus.] CASVS. Quidam clerici catholici vouerãt se nihil proprium velle habere: quod votum male seruabant. hortatur ergo Papa Vrbanus illos omnes ad communem vitam habendam, exemplo Apostolorum, quibus erãt omnia cõmunia. & vt votum quod fecerunt Dño, fideliter custodiant, ne damnationẽ, sed præmiũ sibi acquirãt: quoniã melius est non vouere, quã votũ, prout melius pôt nõ adimplere: grauius eñ puniũtur qui votum, vel fidẽ non seruauerunt, q̃ illi, qui nũquã votũ fecerũt, & semp sine fide fuerũt.

a ¶ Sub

atque prouidẽdum est: & sub ecclesiastica regula [a] sunt tenendi: vt bonis moribus viuant, & canendis psalmis inuigilent, & ab oĩbus illicitis cor, & linguã, & corpus Deo auctore conseruent. Communiter † autem viuentibus iam de faciẽdis portionibus [b], vel exhibenda hospitalitate, & adimplenda misericordia nobis quid erit loquẽdum? cum omne, quod superest, in causis pijs, ac religiosis erogandum est? Domino, & magistro omnibus dicente: [Quod superest [c], date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.]

† al. communi autem vita.

Luc. 11.

Item Vrbanus Papa omnibus catholicis, epist. vnica, cap 1.

¶ Clericis omnia communia esse debent.

C. IX.

Anf. l. 7. c. 4. Iuo p. 3. c. 139. † al. bonos.

SCimus vos non ignorare, quia hactenus vita communis ĩter omnes † Christianos viguit, & adhuc gratia Dei viget: & maxime inter eos, qui in sortem Dñi sunt electi: idest clericos; sicut in actibus legitur Apostolorũ: [Multitudinis autem credẽtium erat cor vnũ, & anima vna: nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat: sed erant illis omnia communia.] *& infra.*

Act. 4.

In ead. epist. c. 6.

¶ Quicunque vestrum communem vitam susceptam habet, & vouit se nihil proprium habere; videat, ne pollicitationẽ [d] suam irritam faciat: sed hoc, quod Domino est pollicitus, fideliter custodiat, ne damnationem, sed præmium sibi acquirat; quoniã satius est non vouere; quam votum, prout melius potest, nõ perficere. Grauius enim puniuntur, qui votum fecerunt; aut fidem [e] perceperũt, & votum non perfecerunt, aut in malis vitam finierũt, quàm illi, qui vitam sine voto finierũt; aut sine fide mortui sunt, & tamen bona egerunt opera.

d ¶ Pollicitationẽ.] Nota quod ex nuda pollicitatione, quã quis facit Deo, pôt cõueniri 22. quęst. 5. capit. iuramẽti. sic ex nuda pollicitatione facta Reipublicæ, vt ff. de pollici. l. 1.

Pollicitatio nuda q̃nque obligat.

e ¶ Aut fidẽ.] Hic videĩ Vrbanus soluere q̃stionẽ Aug. 6. q. 1. quæro ĩ fine, Dicunt tamẽ quidã magis puniendũ esse illum, qui semp fuit ĩfidelis: quã illũ, qui quandoque fuit bonus: nã isti⁹ opera quãdoque viua fuerunt. tamen hæc litera contradicit eis. 1

1 Ar. in aut. de liti. §. si uero apud. in fi. Arch.

Item Augustinus in sermone de communi vita clericorum.

¶ De eodem. C. X.

Serm. 52. ad fratres in heremo. In conc. Aquisgran. cap. 112. Beda 2. Cor. 8. 11. q. 3. non sunt audiẽdi.

Anf. l. 7. c. 6. Rom. 12. & 2. Cor. 8.

NOlo [f], vt aliquis de vobis inueniat male viuẽdi occasionẽ. Prouidemus enim bona, vt ait Apostolus non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Propter nos conscientia nostra sufficit nobis: propter vos fama nostra nõ polluit, sed pollere debet in vobis. Tenete quod dixi, atque distinguite. Duæ res sunt

N Olo.] CASVS. Ad euidentiã hui⁹ c. nota q̃ Aug. fecit tres cõstitutiones. Primo constituit, nullũ ordinare clericũ nisi ꝓprijs renunciet: sed q̃dã vt clerici fierent, ꝓprijs renunciabãt, quod postea male seruabãt. quare August. vidẽs hoc esse multis occasionem peccandi, primam cõstitutionẽ retractauit, vt ĩfra capi. certe uolens potius habere claudos, quàm mortuos. Tertio iuxta uoluntatem suorum clericorum primam cõstitutionem cõfirmauit: sicut continetur in hoc cap. in quo statuit, ut nullus clericus habeat proprium. Quod multipliciter ostendit, rationes plures assignando, & si habuit, non potest facere testamentum. immo deponetur. facit etiam mẽtionẽ de prima cõstitutione, & eius retractatione inf. ca. certe. Sequens. §. q nõ uult patet.

a ¶ Sub ecclesiastica regulã.] Hic patet q̃ si aliqs in minoribus ordinibus constitutus ducat vxorẽ, non tamen pôt more laicorũ viuere: nec pôt cõueniri corã seculari iudice: nec verberari sine sacrilegio, vt 20. q. 3. eos. & 83. d. dictũ. Io. q̃d falsum est, vt extra de cler. cõiug. Ioan. B.

b ¶ Portionibus.] Idest, dandis decimis. monachi enim communiter viuentes non dant decimas, vt inf. 16. q. 1. decimas. ext. de deci. fraternitatem.

Monachi nõ tenentur ad decimas.

c ¶ Quod superest.] Videĩ ergo quód si aliquis ita pauper est: quod ei non sufficiant sua, videtur q̃ nõ teneatur dare decimas: quia nullo præcepto sibi aliquis tenetur subtrahere necessaria, ut 86. distin. nõ satis. in fine,

Decimas soluere pauper nõ tenetur.

f ¶ Nolo. Aug. fecerat tres cõstitutiones: prima fuit q̃ clerici non possent habere propria: sed illa male seruabatur, & plurimi erant transgressores: iden secundo renouauit eam, ut inf. c. certe. Tertio de cõsensu clericorũ

suorum

suorũ confirmauit primã constitutionem, vt in hoc c.
a ¶ Necessaria.] 11. q. 3. sentit. 5. hoc ibi solutum est.
b ¶ Aurũ.] 86. dist. fratrem. quod loquitur de illis, q ante retractationẽ renũciauerãt pprijs. & tamẽ volunt habere proprium.
c ¶ Dixerã.] In secunda constitutione quam feceram.
d ¶ Non illis. tollerem. idest, nõ præcluderem eos fieri clericos.
e ¶ Claudos.] Quia adhuc tẽporalibus nõ renunciauerãt.
f ¶ Mortuos.] i. qui renunciauerũt proprijs, & tñ voluũt habere pprium.

NOn dicatis.] CASVS. Dicit Aug. in hoc c. q q renũciauerũt mũdo pprium hẽre nõ possunt: & si literas, vel munus aliqđ occulte receperint: si spõte cõfiteãt, parcet illis. si aũt de hoc cõuicti fuerint, secũdũ arbitrium sui præpositi, vel presbyteri punient. Tales em nihil possunt hẽre vel possidere, vl dare, vl accipere sine licẽtia superioris, & si de eius licẽtia aliquid receperint, de accepto fiat qđ supiori placuerit.
g ¶ Nõ dicatis.] Extra de accusa. ex pte. extra ne cler. vel monac. nõ magnopere.
h ¶ Possidere.] Nũquid pauperi fame morienti tenentur subuenire sine licẽtia. nec obstat. 1. q. 1. nõ est putãda. qa i hoc casu quilibet ei subuenire teneres em. q nobis superabundãt, pauperũ sunt, vt 47. d. sicut hi. Si autẽ est I scholis, de licẽtia agere põt, & mutuare sicut filiusfamilias. vt C. ad Mac. l. vl. ff. d iu. si lõgi §. filius amilias. ar. ex. d off. iud. deleg. pterea, ff. d iurisdi. omn.

cõscientia, & fama. Cõscientia necessaria [a] est tibi, fama proximo tuo. Qui fidens conscientiæ suæ negligit famã suam, crudelis est. *& infra.* ¶ Nulli liceat in societate nostra habere aliquid proprium: sed si forte aliqui † habẽt, nulli licet: & qui habuerint, faciunt qđ non licet. *& infra.* ¶ Enthecam nobis habere nõ licet. Non. n. episcopi est seruare aurum [b], & a se reuocare mendicantis manũ. Quotidie tam multi petunt, tam multi gemunt, tam multi inopes nos interpellant, vt plures tristes relinquamus: quia, quod possimus dare omnibus, non habemus. Non habeamus ergo enthecã. *& infra.* ¶ Qui habere voluerit proprium, & de proprio viuere, & cõtra ista præcepta facere; parum est vt dicam, nõ mecum manebit, sed nec clericus erit. Dixerã [c] enim, & scio me dixisse, quòd si nollẽt suscipere vitam socialem mecum; nõ illis tollerem [d] clericatum: sed seorsum manerẽt, seorsum viuerẽt quomodo nossent, Deo uiuerẽt, & tamẽ ante oculos posui, quantum mali sit a proposito cadere. Malui enim habere cæcos, vel claudos [e], quàm plãgere mortuos [f]. Qui enim hypocrita est, mortuus est. Quomodo ergo, quicũque voluisset extra manere, & de suo viuere, non tollerẽ ei clericatum: ita modo, quia placuit illis, Deo propitio, socialis hæc vita, quisquis cũ hypocrisi vixerit, quisquis inuentus fuerit habens proprium, nõ illi permitto, vt inde faciat testamentum, sed delebo eum de tabula clericorum. *Item supra.* ¶ Qui non vult α mecum manere, & in communi viuere, habeat libertatem; sed videat, vtrũ habere possit fęlicitatis hæreditatem †.

† *aliquid*] orig.

inf. 12. q. 1. vobis. n.

Serm. 53.

Ser. 52. in extremo.

† *al. æternitatem.*

¶ *Initium huius capitis vsque ad vers.* Qui habere voluerit, *legitur in sermone 2. de communi vita clericorum, seu 52. ad fratres in heremo: cætera uero partim in sermo. 53. ad fratres in heremo, siue sermone 3. de communi vita clericorum, partim in eodem 52. siue 2. de quibus sermonibus adnotatum est sup. d. 86. Partem huius capitis refert Beda in comment. 2. Cor. c. 8. sub hoc titulo,* Ex sermone de vita, & moribus clericorum.

α ¶ Qui non vult.] *In sermone ipso præcedit. c. certe ego infra eadem, & paucis interiectis sequitur,* qui hoc non vult, habeat libertatem, &c.

Item sermone tertio de communi vita clericorum.

Et epist. 109. ad monachas.

¶ Non licet habere proprium ijs, qui suis renunciant, & communiter viuere spondent. XI.

NOn dicatis [g] aliquid proprium: sed sint vobis oĩa communia. *& infra.* ¶ Quicunque autem in tantũ progressus fuerit malum, vt occulte ab aliquo literas, vel quodlibet munus accipiat; si hoc vltro cõfitetur, parcatur illi, & oretur p illo. Si autem deprehenditur, atq; conuincitur, secundum arbitriũ presbyteri, vel præpositi grauius emendetur. *& infra.* ¶ Cum α huius nostræ congregationis fratres non solum facultatibus, sed volũtatibus proprijs in ipsa ordinationis susceptione renunciauerint, & se per promissam obedientiam penitus aliorum potestati, & imperijs in Christo, & pro Christo subdiderint; certum β est eos nihil habere, possidere [h], dare-

Religiosus & i veste ꝓprietatē non habet.

omn.iud.l.1. Sed nunquid vestis est sua, quam habet: vel nunquid dicitur possidere res temporales, vel vestem? non videtur: quia vestis qua semper vtitur seruus, de peculio domini est. ff. de peculio, id vestimentum sed seruus non possidet ea, quæ sunt in peculio. ut ff.de

EXemplum.] CASVS. Dictum est sup. ꝙ clerici non debent habere propria. Sed quia posset aliquis dicere, ꝙ ecclesia non dēt habere propria eadem ratione, quia si haberent clerici non possent ea possidere: ideo Gratianus ab hoc loco vsque ad §. his omnibus probat ꝙ ecclesia potest habere propria, & possessiones, & ꝙ clerici n sic eccl sie possidere pōt, etsi noīe suo nihil possideat. Probatur ergo i hoc cap. ꝙ ecclesia loculos & possessiones habere pōt: & hoc probat exemplo Domini, q loculos habuit, & qui furem admisit, vt ostenderet, ꝙ quando ecclesia persecutionē patitur a furibus, id est malis, patienter ferat. B.

In prima reg.c.4.

vel accipere debere sine superioris [a] licentia. Quòd si ꝓpinquus, vel amicus, vel quilibet fratrum cuiquam aliquid offerre voluerit; primo quidem Priori insinuetur: & sic suscipiatur, si ipse mandauerit. De quo tamen nihil fiat aliud, nisi quod Priori placuerit.

¶ Caput hoc sumptum est ex sermone 3. de cōmuni vita clericorum, in quo regula B. Aug. continetur, ac repetitur in epist. 109. sed in ea ad monachas oratio conuertitur.

α ¶ Cum huius nostræ.] *Hac vsque ad ver.* certum est, *non sunt inuenta apud B. Augustinum.*

β ¶ *Hac habentur in prima regula c.4.*

Idem tractatu 50. ad c.12. Ioannis.

¶ De eodem. C. XII.

EXemplum [b] Domini accipe conuersantis in terra. Quare habuit loculos, cui Angeli ministrauerunt; nisi quia ecclesia ipsius, loculos suos habitura erat? Quare furem admisit; nisi vt eius ecclesia fures [c] patienter toleret.

b ¶ Exemplū.] Ab hinc ostendit, ꝙ ecclesia possit habere proprium: & hoc vsque ad §. econtra.

c ¶ Fures.] i. occultos peccatores si. 23. q. 4. tu bonus. extra de temp. ord. c. vlt.

Item Prosper de vita contemplatiua, lib.2. c.9.

¶ Ecclesiarum præpositi, rerum dispensatores efficiuntur. C. XIII.

Et in concil. Aquisgran. c.35.

EXpedit facultates ecclesiæ possideri, & proprias pfectionis amore cōtemni. Non.n. propriæ sunt, sed cōmunes [d] ecclesiæ facultates: & ideo quisquis omnibus, quę habuit, dimissis, aut venditis fit rei suæ contemptor, cum præpositus [e] fuerit factus ecclesiæ omnium, quæ habet ecclesia, efficitur dispensator. Denique sanctus Paulinus, vt ipsi melius nostis, ingentia prædia, quæ fuerunt sua, vendita pauperibus erogauit: sed cum factus esset episcopus; non contempsit ecclesiæ facultates, sed fidelissime dispensauit. Quo facto satis ostendit & propria debere propter perfectionem contemni; & sine impedimento perfectionis posse ecclesiæ facultates, quæ † sunt profecto communes, possideri. Quid sanctus Hilarius?

† *quæ sunt profecto communia*] orig.

EXpedit.] CASVS In hoc c. ostendit Prosper, ꝙ ecclesia pōt habere possessiones, & hoc ꝓbat duob. exemplis, scilicet Paulini, qui sua pauperibus erogauit: nihilominus tamen factus episcopus, possessiones ecclesiæ possedit & dispensauit. Et Hilarij, qui omnia reliquit pauperibus: q factus episcopus nō solum res ecclesiæ possedit, sed etiam acquisitis innumerosis hæreditatibus fidelium possessiones ecclesiæ augmētauit, qui episcopi si sciuissent esse peccatum ecclesiam habere possessiones, nunquam eas dispensandas suscepissent.

Ecclesiasticarum rerum dominium apud quē ē.

ff. de acquir. poss. quod seruus. Item qui ab alio possidetur: ipse nihil possidet, vt ff. de adulte. l. sic eueniet. Sed dicas, ꝙ ex permissione prælati sui possunt possidere, ut ext. de sta. monac. c. monachi. Et nota quod monachus ratione contractus, nec agere potest, nec conueniri: [1] sicut ille qui cessit bonis, vt ff. de arbitr. item si unus, in princ. Sed hoc notaui 11. q. 1. de persona. Item cum monachus dicatur seruus, vt 54. dist. multos. ergo non habet liberum arbitrium, vt 32. q. 2. c. vnico. nec enim velle videtur qui ex necessitate obtemperat. ff. de reg. iu. l. velle. Item agere non potest de iniuria sibi illata, sed tamen eius prælatus potest agere, [2] nisi prælatus absit, nec reliquerit procuratorem ad instar filij familias, ff. de iniu. sed si vnus. §. ait prætor.

a ¶ Sine superioris.] Ext. de off. ord. quanto hēt tamen ius eligendi; & ius accusandi, suum prælatū siue abbatem, & illud potest facere sine licētia abbatis, quia hoc iure ius conceditur. ext. de accus. ex parte.

1 Ext. de fideiuss. de q. busdam. vbi de hoc.
2 Quod dic vt not. extra de sent. exc. parochianis.
3 Vt ext. de resor. cum dilecta. de con sue. cum dilectus. Arch.

d ¶ Cōmunes.] Quæritur quis sit dominus rerum ecclesiasticarum, nō quid pauperes dicuntur esse domini? arg. ꝙ sic. 16. q. 1. quoniā quidquid. Potest dici, ꝙ ecclesia sit domina, vt 16. q. 3. inter memoratos sicut hæreditas est domina, vt ff. de acquir. re. do. hæreditas. Alij dicunt, ꝙ ipse Deus [4] vt inf. ea. q. 2. qui Christi. & c. qui abstulit. Vel dic dominium esse apud clericos, sicut dominium rerum vniuersitatis apud ciues. instit. de re. di. §. vniuersitatis. dicuntur etiam pauperes domini, quia inde sustentantur.

ADDITIO. De hoc etiam no. extra de verb. sign. causa. & per Innoc. & Host. extra de causa poss. cum super. & ibi videas. Arch.

e ¶ Cum præpositus.] Et confirmatus. nam ante nō potest administrare, nisi sit valde remotus, vt extr. de elec. quod sicut. & c. nihil.

4 Et si oīa ei⁹ sint, hoc tn specialius sup. 1. q. 3. Saluator. ver. quisq;. cap. res quæ 16. q. 1. in c nonib. ver. si quis. & hoc verum sm Ray. & Vinc. Arch.

a ¶ Si scirent.] Simile 7.q.1.omnis qui arg. bonum pro illis qui suis renunciauerunt, quia semper præsumitur illos iustam causam & litem fouere, & est bonum. simil. ext.de no.oper.nunc.c.1.

g ¶ Concederet.] Ergo Imperium est apud ecclesiam Romanam,ut 96.dist.in illa palea.Constantinus.
h ¶ Synodo.] Nam ante eum non fuerunt generales synodi congregatæ,vt 15.d.c.1.
i ¶ Basilicas.] De consec.d.1.nemo.

Quoniam Velina.] Not. plurium ecclesiarum visitationem vni cōmitti. Et est arg. quod rōne propinquitatis aliquid statuitur contra ius.sic extra de postu.ad hoc. & sic rōne remotionis. 63.d. cū longe.
c ¶ Cōstitutæ.] 7.q.1.constitutum.& 1.61.d.obitum.
d ¶ Melchiades. Falsus est titulus: quia Melchiades fuit proximus ante Siluestrū, & eius tpe est Cōstantinus cōuersus.96.d. in illa palea. Constantinus.

Futurā.] CASVS. Dicebant quidā quod ecclesia nō debeat recipere pdia: & hoc probāt exemplo Apostolorū,qui in Iudæa prædia nō recipiebant, sed pretia prædiorū,ut pauperes sustētarent, quibus Melchiades Papa respondet dicēs,quod ideo Apostoli in Iudæa pdia nōn recipiebant, qa præuidebant ecclesiam ad [illegible] transituram quod cum factum esset, principes Romanorum facti sunt Christiani: de quibus Constantinus fuit vnus, qui legem dedit, vt quicūq; vellet fieri Christianus,& ecclesiam fabricaret, & prędia ecclesiæ donaret, & ipsemet multa donauit: & ecclesiam B. Petri instituit & sedē Imperialē ei reliquit: & ab illo tpe cœpit ecclesia possessiones habere: & Christiani cęperunt ecclesias ædificare, & seipsos cōsecrare.
e ¶ Romani. Ergo Imperator est dominus totius mundi, 7.q.1. in apibus.
f ¶ Primę. Vt ergo quod ecclesia beati Petri sit prior ecclesia beati Ioānis Apostoli Lateran. 2 10.q.1. sāctorū, sed expone primæ beati Petri.i. Apostolicæ:vel primę, idest,Apostolicæ.

¶ Ad hoc facit expresse 3.q.6.dudum. vbi I. approbat istā sententiam. Alij contra quia ecclesia Lateran. est patriarchalis,sed ecclesia B. Petri. nō, nec etiā epalis, sed ē de spatu Porruensi, & iō exponūt ut sequitur, & hoc tenet H.

nonne & ipse omnia bona sua,aut parentib.reliquit,aut vēdita pauperibus erogauit? Is tamen, cum merito perfectionis suæ fieret ecclesiæ Arelatensis episcopus; quæ illa tunc habebat ecclesia,non solum possedit, sed etiam acceptis fidelium numerosis hæreditatibus ampliauit. Isti ergo tam sancti,tam perfecti Pontifices, factis euidēter clamant posse,& debere fieri quod fecerūt. Qui vtique homines tam sæcularium, quam diuinarum rerum sine ambiguitate doctissimi, si scirent [a] res ecclesiæ debere contemni; nunquam eas debuerant,qui omnia sua reliquerant, retinere. †

Videt. — Addita ex oti. hæc clausula. — † al. suscipere.

Item Gregorius Fœlici episcopo de Acropoli, lib. 2. epistola 29.

¶ Diaconi,vel quælibet religiosæ personę regularem vitam ducere cogantur. C. XIIII.

Quoniam Velina,[b] Buxentina,& Blandana ecclesię, quę tibi in vicino sunt constitutę, [c] sacerdotis noscuntur vacare regimine; propterea fraternitati tuę earum solenniter operā visitationis iniunximus: illud prę omnibus commonentes,ut ibi præfatarum ecclesiarum, siue diœceseos earum, vel diaconi, vel religiosæ personæ inuentæ fuerint; districte,canoniceque viuant.

Ansl.l.7.c.75.

Item Melchiades [d] Papa.

¶ Quare in primitiua ecclesia prædia vendebantur. C. XV.

Futuram ecclesiam in gentibus Apostoli præuidebāt, idcirco prædia in Iudæa minime sunt adepti,sed pretia tantummodo ad fouendos egentes. At vero, cum inter turbines, & aduersa mundi succresceret ecclesia; eousque peruenit, ut nō solum Gentes, sed etiā Romani [e] principes, qui pene totius orbis monarchiā tenebāt, ad fidē Christi,& baptismi sacramēta cōcurrerent. Et quib. vir religiosissimus Constantinus primus,fidem veritatis patenter adeptus, licētiam dedit per vniuersum orbem, sub suo degentes imperio, non solum fieri Christianos, sed etiam fabricare ecclesias,& prædia tribuere posse cōstituit. Denique idem præfatus princeps donaria immēsa contulit,& fabricam templi primæ [f] sedis beati Petri principis Apostolorum instituit: adeo, vt sedē Imperialem,quam Romani principes possederāt,relinqueret, & B. Petro successoribusque. † suis profuturam concederet. [g] Idem vero præsidēs in sancta synodo, [h] quæ apud Nicęam congregata est, cum querelam quorundam conspiceret coram se delatā,ait; Vos a nemine dijudicari potestis: qa solius Dei iudicio reseruamini. Dij etenim vocati estis: & idcirco non potestis ab hoībus iudicari. Ab illo etenim tempore, & deinceps, viri religiosissimi non solum possessiones,& prędia,quę possederant,sed etiam semetipsos Domino consecrarunt, ędificātes basilicas [i]

Poly.l.1. tit.19. Burc.l.3. c.2. & 5. Iuo p.3.c.4.& 7. Pann.l.2.c.3.

† al. suisque præsulibus.

VIdentes a.] CASVS. Hoc c. diuiditur in quatuor partes. In prima parte ostenditur ratio, quare ecclesia habet possessiones, scilicet quia plus vtilitatis confertur ecclesiæ de possessionibus quàm de pretio: cum ex his plura possint fidelibus ministrari. In secunda parte dicitur, quod res ecclesiæ debent esse in potestate episcoporum, ex quibus debent communiter uiuentibus necessaria ministrare. In tertia parte dicitur, quo nomine censeantur res ecclesiæ, scilicet hoc nomine, oblationes. In quarta parte continetur pœna vsurpantis res ecclesiæ. Secunda pars incipit, ibi, [Ipsæ uero.] Tertia ibi [Ipsæ. n.] Quarta ibi. [ideo.]

in suis fundis honorem sanctorum martyrum per ciuitates, ac monasteria innumera: in quibus cœtus Domino seruientium conueniret.

¶*Cæteri etiam collectores Melchiadem citant: quod constare non posse rectè animaduertit auctor glossæ. Fit enim in hoc capite mentio Nicænæ synodi: quo tempore (vt ex ipsa synodo Eusebio, & cæteris historicis apparet) iam Melchiades obierat. Habetur autem integrum in scripto de primitiua ecclesia, & munificentia Constantini quod in collectione Isidori, Lutetiæ bis impressa, sequitur statim post decreta Melchiadis, quemadmodum sup. dist. 88. ad c. decreuit. ad notatum est.*

Item Vrbanus Papa epistola vnica c. 1.

¶Quare prædia fidelium hodie ab ecclesia non alienentur. C. XVI.

Ansel. l. 7. c. 6. Burc. l. 3. c. 3. Iuo p. 3. c. 5.

VIdentes autem summi sacerdotes, & alij, atque leuitæ, & reliqui fideles, plus vtilitatis posse cõferre, si hęreditates, & agros quos, vendebant, ecclesijs, quibus pręsidebãt, episcopi traderẽt; eo quod ex sumptibus eorum tam præsentibus, quàm futuris temporibus plura, & elegantiora ministrare possent fidelibus communẽ vitam† ducẽtibus, quàm ex pretio ipsorum: ceperunt prędia, & agros, quos uendere solebant, matricibus [a] ecclesijs tradere, & ex sumptibus eorum viuere. ¶ Ipsæ vero res in ditione singularum parochiarũ episcoporũ (qui locum tenẽt Apostolorum[b]) erant, & sunt vsque adhuc & futuris semper debent esse temporibus. Et quibus episcopi, & fideles dispensatores eorum, omnibus communem vitam degere volentibus, ministrare cuncta necessaria debent, prout melius potuerunt, vt nemo in eis egẽs inueniatur. ¶ Ipsæ enim res fidelium oblationes appellãtur, quia Domino offerũtur. *& infra c. 3.* ¶ Memoratis ergo augmentationibus, ac cultibus in tantũ ecclesiæ, quibus episcopi præsident, Domino adminiculante creuerunt, & tãtis maxima pars earum abundat rebus, vt nullus sit in eis communem gerens† vitam, indigẽs: sed oia necessaria ab episcopo, [c] suisq; ministris percipit. ¶ Ideo si aliquis extiterit modernis; aut futuris temporibus, qui hęc auellere nitatur, iam dicta damnatione feriatur.

† al. fidem.

† al. aigens] al. degens.

Et Beda ad c. 13. Io. & ibi glossa ordin.

Item Augustinus tractatu 62. in Ioannem.

¶De eodem. C. XVII.

Ansel. l. 5. c. 32. Poly. l. 3. tit. 24.

HAbebat Dominns loculos: & à fidelibus oblata cõseruans, & suorum necessitatibus, & alijs indigẽtibus [d] tribuebat. Tunc primum ecclesiasticæ pecuniæ forma est instituta: vbi intelligeremus, quod præcepit, nos cogitandũ [e] esse de crastino, nõ ad hoc fuisse pręceptum vt nihil pecuniæ seruetur à sanctis; sed ne Deo pro ista seruiatur, & propter inopiæ timorem iustitia deseratur.

Matth. 6.

a ¶ Matricibus.] uidetur ergo quod tantũ matrices ecclesiæ olim habuerunt prædia, & possessiones, unde uidetur quod illa solennitas, quæ in alienatione rerum ecclesiæ seruari præcipit. 10. q. 2. casellas aliàs hoc ius tãtum de maioribus ecclesijs intelligatur: cũ enim olim ecclesiæ erant tenues, maior erat inquisitio adhibẽda in alienatione, sed cũ hodię augmẽtatæ sunt possessiones ecclesię: sufficit cõsensus capituli ecclesię ad alienationem faciendam ut infra ea. q. 2. fine.

Ecclesiasticæ res facilius possunt alienari hodie quàm olim.

b ¶ Apostolorum.] Episcopi tenẽt locũ Apostolorũ, ut hic, scilicet quo ad dignitatem, monachi quo ad renunciationem propriorum, & communẽ uitam 16. q. 1. ex auctoritate. omnes sacerdotes quo ad sacramẽtorum dispensationẽ. 11. q. 3. absit 21. d. in nouo. 68. d. quorum uices. c ¶ Ab epo.] extra de præb. c. episcopus. ADDITIO. Et sic habes hic quod episcopus per se uel per alium tenetur prouidere cuilibet clerico indigenti 70. d. sanctorũ. H.

Apostolorũ locum tenẽt viri ecclesiastici diuersimode.

HAbebat.] CASVS. Probatur in hoc c. exẽplo Domini, quod ecclesia potest habere possessiones: quia Dominus loculos habuit & quod dixit, non esse cogitandum de crastino, non ita intelligendũ est, ut nihil habeamus, sed ne Deo propter mũdana seruiatur sequens §. patet. d ¶ Indigentibus.] argum. de eleemosynis fieri eleemosyna. 16. q. 1. decimę tributa. e ¶ Cogitãdũ.] supra

1.q.7.conuenientibus.contra.ubi dicitur, de futuris inquiramus: & futuris casibus debemus occurrere 23.dist. in nomine. Solutio cautela non prohibetur, sed solicitudo nimia, per quam cultus diuinus minuatur. 47.dist.c. omnes huius & cap. sicut hi.

Solicitudo nimia est prohibita.

f ¶ Cadere.] idest, non assumere.

g ¶ Sanctitatem.] id est, minus periculum est esse manifestum quam occultum. & sic non est contra 32.q.4. nemo ubi dicitur quod tolerabilior est culpa, si lateat.

ECONTRA. CASVS. Amodo vult Gratianus, quòd

HIS OMNIBVS. Hæc est secūda pars quęst. in qua probat, quod possunt habere propriū tam clerici, quam episcopi, & ecclesiæ. & hoc probat per 11. auctor. Io. de Fan.

2 His omnibus auctoritatibus claret, quòd clericis nullo modo licet habere quid proprium: quod si habuerint, non clerici erunt; non tamen clericatus eis tollendus est.

Vnde Augustinus in sermone 2. de communi vita clericorum.

al. 52. ad fratres in heremo.

¶Clericatus non tollitur eis, qui volunt habere aliquid proprium. C. XVIII.

CErte ego sum, qui statueram, sicut nostris, nullum ordinare clericum, nisi qui mecū vellet manere: aut si vellet recedere [a] à proposito, rectè illi tollerem [b] clericatum: quia desereret sanctæ societatis promissum, cęptumque consortium. Ecce [c] in conspectu Dei, & vestro muto consilium. Qui volunt habere aliquid proprium, quibus non sufficit Deus, & ecclesia; sua maneant vbi volunt, & vbi possunt: non eis aufero clericatum: nolo habere hypocritas. Malū [d] enim esse quis nesciat? malum [e] est cadere [f] à proposito: sed peius est simulare propositum. *& post pauca.* ¶Si non† seruat sanctitatem [g] foris; dimidius cecidit: si vero intus habuerit simulationē, totus cecidit. Nolo vt habeat necessitatem simulandi. Scio quomodo homines ament clericatum. Nemini eum tollo nolenti me cum communiter viuere.

Aug. l. 7. c. 8.

† Si seruat.]orig.

CErte.] CASVS. Aug. fecerat constitutionem quandā scilicet, quod nullū ordinaret clericum nisi communiter viueret, & proprijs renunciaret & si inueniretur trāsgressor, deponeretur. Postea clerici renunciabant & fiebant transgressores. quare Aug. conuocatis omnibus clericis suis mutauit constitutionē quàm fecerat, volēs potius habere claudos, i. propria habentes, quàm hypocritas, id est transgressores: quia si habet propria, dimidius cadit, id est, imperfectus est: sed si renunciat proprijs, & habet postea propria, totus cadit: quia perfectionem non seruat exterius nec interius in anima.

Econtra sunt aliæ auctoritates, quibus conceditur propria habere, non solum alijs, sed etiam episcopis.

Vnde in concilio Agathensi, c. 48. legitur.

¶De rebus proprijs, vel acquisitis episcopi hæredibus suis derelinquant. C. XIX.

EPiscopi de rebus proprijs, vel acquisitis, [h] vel quidquid de proprio habēt, [i] hęredibus suis, si voluerint, derelinquant. Quidquid vero de prouisione [k] suæ ecclesiæ fuerit, siue de agris, siue de fructibus† [l], siue de oblationibus; omnia† in iure ecclesię reseruare cēsuimus.

† al. fugibus

† al. omnia iure.

a ¶ Recedere.] idest nō assumere propositū. i. renūciādi vt ibi: Cadent à latere tuo.

Non habet proprietas. non n. incadit q non suscipit secūdum Hug.

b ¶ Tollerem.] idest non admitterem.

c ¶ Ecce.] arg. aliquē uenire contra factū suum. 17.q.2. Gūsaldus. 25.q.9. quod q 22.q.4. i malis. & c. iurauit 55.dist. pœnitētes ff. de ijs q sunt ut indig. tutorem. Contra 32.q.5. hortendus. Argu. contra, 7.q.1. quam periculosum 8.q.2. dilectissimi. 17.q.4. sunt qui opes, C. de transa. ex causa. C. de cap. & post. li. re. nec nos. C. de remissio. & pig. debitum. ff. de acqui. hære. qui superstitis. ff. de adopt. post mortem. contra. ff. de seruit. rustic. præ. per fundum. Ioan. Solu. quilibet potest uenire contra factum suum ubi est expressum in iure. aliàs non. 55. dist. pœnitentes B.

Facto proprio potest quis contrauenire.

d ¶ Malum.] id est, occasio mali: quia rei familiaris cura sine peccato vix potest exerceri. 25.d. qualis. Vel intellige, quia peius enim est per hypocrisim peccare, quā manifeste, vt ext. de hære. cum ex iniuncto. ff. de ritu. nup. palā, & plus est ueneno occidere quàm gladio. C. de male. l. unica. & plus est persuadere quam compellere. ff. de ser. corrup. l. 1. §. vlt. & sic non obstat 32.q. 4. nemo.

Hypocrita plus peccat quàm manifeste derelinquens.

e ¶ Malum.] hoc scilicet.

quòd clerici possint habere propria. quod uerum est ijs qui renunciauerant proprijs: in quo casu loquitur usque ad §. De rebus.

EPiscopi.] CASVS. Statuitur in hoc c. q si episcopi habent aliquid de rebus proprijs, possunt relinquere cui uelent. Sed quidquid de rebus ecclesię habuerunt, totum ecclesiæ reseruentur.

h ¶ Acquisitis.] de proprio. Vel dic acquisitis non occasione ecclesiæ vt extra de testā. quia nos.

i ¶ Habent.] de hoc dicemus infra ea.q.4. cap. 1.

k ¶ De prouisione.] Clerici de rebus mobilibus nihil in ultima uoluntate possunt dare nisi talis sit ecclesiæ consuetudo, ut extra de testa. ad hæc. & c. relatū §. licet.

Clerici nihil possunt dare in ultima voluntate.

l ¶ De fructibus.] nondum perceptis, arg. ff. quemadmodum vsusfruc. amit. si usus fructuarius, in fine. immo etiam de perceptis non possunt condere testamentum, extra de testa. quia nos admonet.

Manife-

MAnifesta.] CASVS. Dicitur, ꝙ manifestum debet esse ijs, qui circa episcopos morantur, quæ sunt res ecclesiæ, & quæ sunt res propriæ episcoporum, ne si transitus inopinatus emergat, propter confusionem, res episcopi pro rebus ecclesiæ, vel conuerso detrimentum patiantur.

SInt manifestæ.] CASVS. Dicitur ꝙ res propriæ episcopi, & res ecclesiæ debent esse separatæ, vt episcopus in obitu suo sine interdictione, uel contradictione quibus uoluerit propria relinquere, possit: iustum enim est, vt nec ecclesia, nec propinqui episcopi detrimentum patiant, & in causas incidant, uel lites. Sequens c. planum est, & inducitur a contrario sensu, quasi non sufficiant ei sua propria.

In cap. Martini Bracha. ex can. 4. conc. Antiocheni mutatis uerbis, sed salua sententia.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 15.

¶De eodem. C. XX.

MAnifesta [a] autem debent esse, quæ ad ecclesiam pertinent, his qui circa [b] ipsos sunt, presbyteris, & diaconis; vt si episcopo contigerit inopinatus transitus, res ecclesiæ nullo modo possint minui, & perire; neque res propriæ episcopi importunitatem patiantur ꝓ reb. ecclesiæ: vt nec ecclesia incurrat damnum, nec episcopus in suis rebus pro rebus ecclesiæ proscribatur.

Idem statutum est in canonibus Apostolorum, c. 40. vbi legitur.

¶De eodem. C. XXI.

Ans. l. 6. c. 167.

SInt manifestæ [c] res propriæ episcopi (si tamen habet proprias) & manifestę Dominicæ: [d] vt potestatem habeat de proprijs moriēs episcopus, sicut voluerit, & quibus voluerit derelinquere: nec sub occasione ecclesiasticarum rerum ea, quæ episcopi esse probantur, [e] intercidant. Fortassis enim vxorem habet, aut filios, [f] aut propinquos, aut seruos. [g] Et iustum est hoc apud Deum & homines; vt nec ecclesia detrimentum patiatur ignoratione rerum pontificis; nec episcopus, vel eius propinqui sub obtentu ecclesiæ proscribantur, & in causas incidant, [h] qui ad eum pertinent, morsque eius α iniurijs malæ famæ subijciatur.

α¶ Morsque eius. *Antea legebatur,* mortisque eius iniurijs infamentur. *Restitutus est locus ex prisca versione, cui totum reliquum caput conuenit. Græcè est* καὶ τὸν αὐτοῦ θάνατον δυσφημίαις περιβάλλεσθαι, *idest,* & eius mors maledictis vndiq; appetatur.

† al. δυσφημία.

Item in eisdem canonibus, c. 41.

¶Ex rebus ecclesiæ episcopus si indiget, sibi, & suis necessaria sumat. C. XXII.

EX his autem, quibus episcopus indiget (si tamē indiget [i]) ad suas necessitates, & peregrinorum fratrum vsus & ipse percipiat, vt nihil ei possit β omnino deesse. Lex enim Dei pręcipit, vt qui altario deseruiunt, pascantur de ipso.

1. Cor. 9.

β¶ Ei possit. *Legitur etiam,* eis possit. *Nam & in græcis codicibus partim est* αὐτοῦ *partim* αὐτοῖς.

& in Parisiensi conc. l. 1. c. 15.

Item ex concilio Antiocheno, c. 25.

Clericorum bona an præsumantur esse de bonis ecclesiæ.

c ¶ Sint manifestæ.] Idest, distinctæ.

d ¶ Dominicæ.] idest ecclesiæ.

e ¶ Probantur.] Ex hoc c. & in auth. de eccl. titu. §. interdicimus, coll. 9. ff. de dona. inter uir. & uxo. Quintus Mutius. C. e. tit. etiā uidetur, ꝙ semper res acquisitę præsumūtur esse de bonis ecclesiæ, nisi ꝓbetur contrarium. Arg. contra. C. arbit. tut. si defunctus ibi. n. dr, quod tutor qui nihil ante habebat, postea per industriā [illegible] multa potuit fuisse lucratus, unde pupillus cogitur ꝓbare illas suas esse. Tu dicas, ꝙ [illegible] eps, uel alius prælatus pmistim utitur reb. suis & ecclesiæ, cum non sit facta distinctio, cogētur hæredes epi probare illas res nō esse ecclesiæ: sicut uxor cogitur ꝓbare res aliquas non esse mariti, quia promiscue utit reb. mariti ut suis. Vel aliter distinguas. Si certū est, ꝙ eps ante episcopatum habuit propriūs tunc incumbit ecclesiæ onus probandi res acquisitas esse [illegible] tum de rebus ecclesię, arg. Inf. q. 4. ca. 1. & 2. Vel dic, quod si post. mortē episcopi ecclesia inuenitur in possessione rerū, tūc heredibus incumbit probatio. Sed si hæredes sunt in possessione, tunc ecclesia probabit, ut inf. e. q. 5. c. 1. in fine.

f ¶ Aut filios.] ī. 28. dist. de Syracusanæ. contra. Sed hoc permittebatur tempore Apostolorum. quorum, 1 canon iste est.

1 Ar. contra su. e. q. c. 2. & seq. Dic ꝙ licet illo tpe primitiuo ñ liceret clericis hre propria: tñ Apostoli instinctu spiritus sancti preuiderunt ecclesiam & clericos possessiones habituros. su. e. futuram. & sic potuit esse iste canon. Apostolorū. Arch.

a ¶ Manifesta.] Facit ergo inuentarium, ut 28. d. de Syracusanæ.

b ¶ His qui circa.] Idest, uicedominis, ut 89. dist. uolumus. & cap. t. sequenti. qui erit testis administrationis suæ, alij erunt testes uitæ suæ, supra 2. quæst. 7. cum pastoris.

g ¶ Aut seruos.] Quos potest facere & liberos.

h ¶ In causa incidant.] Idest, litigare cogantur.

i EX his.] ¶ Indiget.] Quia de reb. eccl. non debet quis pacisci, si habet propria, ut 1. q. 2. clericos. & c. pastor.

Episcopus.] CASVS. In concilio Antiocheno super quatuor querimonia facta fuit de episcopis. Primo quod res ecclesiæ vertebant in suos usus. Secundo, quod res ecclesiæ sine conscientia clericorum pertractabant. Tertio, quod domesticis & cõsanguineis & propinquis de rebus ecclesiæ potestatem dabant, vt per huiusmodi personas res ecclesiæ læderent. Quarto, quod quidam ex eis pauperib. alimoniã subtrahebant. vnde sermo prædicationis, & hi qui res ecclesiæ dispensabant, infamabantur: quare statutum fuit in concilio Antiocheno, ut epi habeãt rerum ecclesiasticarum potestatẽ ad sui & fratrũ suorũ victum & vestitum, si indigent si vero super prædictis quatuor accusati & conuicti fuerint, pœnas sustineant.

a ¶ Episcopus.] Hoc c. habes 10. q. 2. epi.
b ¶ Vsib.] Hic ostenditur qua necessitate clerici debẽt esse cõtenti s. ut habeant uictum & vestitum; & ita refertur hic necessitas ad naturę necessitatem & est arg. cõtra illos, qui dicunt se pp necessitatẽ habere plures ecclesias
c ¶ Fructus.] Ergo res mobiles non potest dare sine conscientia. i. cleri. Sui extra de do. c. 2.
d ¶ Cõscientia.] Inf. ca. q. 1. fine. & c. alle notiones.
e ¶ Propinquis.] Inf. 89. d. decenter.

Hoc nõ uerũ. ext. de don. cæterũ. ubi de hoc. & inf. e. c. ul. 16. q. 1. possessiones. in gl. i si. Arch.

Præcipimus.] CASVS. Quæsitum fuit an epi debẽt habere potestatem de reb. ecclesiæ. Et rñdetur quod sic ad dispẽsandum eas per presbyteros & diaconos cum timore & solicitudine. Et hoc pbatur argumento a maiori, quia animæ hominum multo pretiosiores rebus sunt illis commissis.

f ¶ Pretiosiores.] Sic inf. 16 q. 7. c. 1.
g ¶ Multo magis.] Simile est qđ ostendit ius, ex quo mulier credit se viro de corpore, dignum est, ut credat de dote restituenda, unde non tenet uir dare fideiussorẽ de dote restituenda, nisi uir laberet in facultatib. ex. de donatio. inter uj. & uxor. per uestras. C. ne fideiuss. do. den. l. 1.
h ¶ Presbyteros. Sup. 89. d. c. uolumus.

Vir pro dote non tenetur fideiussorem dare.

CVM ERGO. CASVS. Concludit Gratia. ex c. epi & ex c. manifesta. & ex c. sint manifestę. & ex c. epis. quod epi super his licet habere propria: sed an hoc etiam clericis, quæritur quæstionem, nam episcopus habeat propria quæro dicit. sup. in c. nolo quod clericus habere propria non erit. clarius cuilibet quæstioni respondet Gratian. pro suo arbitrio, dicens quosdam episcopos in oriente habere uxores, & filios. & quosdam clericos in occidente in minoribus ordinibus habere uxores, & filios, quibus licet habere propria alijs uero clericis, qui ab infantia clerici facti sunt, non licet habere propria nisi retinẽdo sua, a sumptibus ecclesiæ abstineant. & ad hoc inducit sequens capitulum.

i ¶ Cum ergo in concilio.] Concludit quod clerici possunt habere propria.

¶ Res ecclesiasticas episcopus dispenset.

C. XXIII.

Ans. l. 6. c. 163.

EPiscopus [a] ecclesiasticarum rerum habeat potestatẽ ad dispensandum erga omnes, qui indigent, cũ summa reuerentia, & timore Dei. Participet autem & ipse quibus indiget (si tamen indiget) tam in suis, quam in fratrum, qui ab eo suscipiuntur, necessarijs vsibus [b] profuturis: ita vt in nullo qualibet occasione fraudentur, iuxta sanctum Apostolum sic dicentem; [Habentes victum, & tegumentum, his contenti sumus.] Quòd si contentus istis minime fuerit, conuertat autem res ecclesiæ in suos vsus domesticos, & eius cõmoda, vel agrorum fructus, [c] non cum presbyterorum conscientia, [d] diaconorumque pertractet, sed horum potestatem domesticis suis, aut propinquis [e] aut fratribus, filijsque committat, vt per huiusmodi personas occultè res [α] lædantur ecclesiæ; synodo prouinciæ pœnas iste persoluat. Si autem & aliter accusetur episcopus, aut presbyteri, qui cum ipso sunt, quòd ea, quæ pertinent ad ecclesiam, vel ex agris, vel ex alia qualibet ecclesiastica facultate sibimet vsurpent; ita vt ex hoc affligantur quidem pauperes; criminationi vero & blasphemijs tam sermo prædicationis, quam ij, qui dispensant, taliter exponantur; & hos oportet corrigi, sancta synodo id quod condecet, approbante.

1. Tim. 6.

¶ Occultè res.] *In versione Dionysii legitur*, vt per huiusmodi personas occultè cęteri† lędantur fratres, ecclesię, *& concordat cum alia antiqua versione, quæ & ipsa est in tomis conciliorum*, vt per eorum secretam diligentiam ecclesiastici lędi videantur. *Gracè in codicibus, qui lecti sunt, habetur, ὡς δι᾽ αὐτῶν τοιούτων λανθάνειν βλάπτεσθαι τοὺς λόγους τῆς ἐκκλησίας, idest*, vt ex his rationes ecclesię latenter lędantur.

† al. cæteri lædantur ecclesiæ.

Item in canonibus Apostolorum, c. 41.

¶ Res ecclesię sint in episcopi potestate. C. XXIIII.

Ans. l. 6. c. 164.

PRęcipimus, vt in potestate sua episcopus ecclesię res habeat. Si enim animę hominum pretiosiores † [f] illi sunt creditę, † multomagis [g] oportet eum curam pecuniarum gerere ita vt potestate eius, indigentibus omnia dispensentur per presbyteros, [h] & diaconos, & cum Dei timore, & omni solicitudine † ministrentur. Ex his autem, quibus indiget, &c. *ut supra*.

† pretiosa, orig. † πιστευτέον. i. credendæ.

† εὐλαβείας. i. integritate.

sup. ea. c. ex his autem.

Cũ ergo in concilio [i] *Agathensi, & Martini, & canonibus Apostolorum dicatur, [Sint manifesta res propria episcopi,] cũ in eisdẽ canonib. & in concilio Antiocheno*

a ¶ Quo-

a ¶ Quomodo ergo.] Modo quærit de contrarietate illorum capitu. sup. cap. nolo. & sup. ca. expedit.
b ¶ Sed notandum est.] Male soluitur. 1 Sed dic. vt dixi sup. ca. in princip. quæstionis.
ILli autem.] CASVS. Quidam clerici proprijs renunciare nolebant. quæsitum est à Prospero an sine peccato possint hoc facere? Et respondet quod sic. si præbendam dispensatori relinquant: qui quodammodo sua relinquūt quando contenti rebus proprijs nihil de rebus ecclesiæ accipiunt.

1 Quod nulla nititur ratione, nulla fulcitur veritate, Lau. Hu.

¶ al. rebus.

¶ *Caput hoc alibi non est inuentum, quam in collectione canonum incerti auctoris.*

Item in concilio Leonis Papæ quarti.

¶ Res ecclesię episcopus vsurpare, vel alienare non pręsumat. C. XVIII.

Deusdedit p. 4. Poly. l. 4. tit. 19.

3 MOnemus, & irrefragabiliter affirmamus, vt nullus episcoporum, vel sacerdotum, rē tituli [d] sui vsurpare pręsumat: sed neque salarium a Christianis, sanctis locis oblatum causa amicitię, vel timoris, aut muneris pertentet auferre; ne ecclesia Dei ad nihilum redigatur. Quod qui facere pręsumpserit episcopus, vel sacerdos; canonicam sine dubio subeat vltionē, & quod ecclesię iniuste ablatum est, reddere [e] compellatur; ita vt deinceps nullas vires pro his ad litigandum, [f] vel possidendum habere possit.

Item ex septima synodo, c. 12.

¶ *Apud Gratianum, quemadmodum, & apud Anselmũ citabatur*, ex historia Eusebij episcopi Cęsariensis. *Iuo verum auctorem citauit. Versio autem est Anastasii Bibliothecarij, ex cuius codicibus manuscriptis nonnulla sunt emendata.*

¶ Episcopo, vel abbati res ecclesię alienare non licet. C. XIX.

Poly. l. 6. tit. 15. Ans. l. 6. c. 184. Iuo p. 5. c. 375.

QVisquis episcopus, uel abbas inuētus fuerit de salarijs a episcopi, uel monasterij transferre quidquam in principum manus, uel etiam alij personę conferre,

minist. tuto. si plures. & ff. de tuto. si plures. & ff. de tute. & ratio. distra. l. 1. §. nunc tractemus.

f ¶ Litigãdum.] Arg. est hic, q qui male alienauit rem ecclesiæ, non potest eam repetere.

QVisquis.] CASVS. Hoc cap. diuidit in tres partes. In prima parte dicitur, q episcopus, uel abbas de salarijs episcopij, uel monasterij principi, uel aliæ personæ in casu non concesso nil dare debeat; & si dederit, irritetur. Et ad hoc probandum inducitur canon

Apo-

Apostolorum, qui dicit, ꝙ de rebus ecclesiæ non debet aliquid defraudari. In secunda parte dicitur quod si episcopus dicat agrum nullum fructũ ecclesiæ reddere, immo potius damnum, propter hoc principi cõcedere non debet, sed clericis vel colonis. In tertia parte dicitur, ꝙ si prin-

NOn liceat.] CASVS. Symmachus Papa statuit in hoc c. vt Papæ non liceat prædia ecclesiæ alienare quo ad proprietatem vel vsumfructum, nisi tantum domos quæ in vrbibus modica impensa non sustentantur, sub qua lege oẽs prælati ecclesiarum constringantur. Contra quã constitutionẽ si aliquid fuerit alienatũ, donator vel vẽditor, & mediator deponat. Subscribentes sint anathematizati cũ eo, qui dedit, & cum eo, q recipit, nisi restituat, quod alienatum est. Sit licentia cuilibet ecclesiasticæ personæ contradicẽdi, & reposcere cum fructibus alienata. hoc intellige, nisi alienatio facta esset in casu licito & concesso.

c. Apostolicos. sm Hu. illæ intelliguntur quæ actũ fuit ab initio cũ toto clero ipsius ecclesiæ. Arch.

Can. Apost. 39.

irritum sit, quod datum esse constiterit, secundum canonem sanctorum Apostolorum, qui dicit; [Omniũ ecclesiasticarum rerum episcopus habeat solicitudinẽ, & dispenset eas, tanquam Deo contemplante. Non liceat autem ei fraudare β quidquam ex illis, vel cognatis [a] proprijs donare quæ Dei sunt. Quòd si pauperes fuerint, vt pauperibus largiatur: sed nõ sub horum occasione, quæ sunt ecclesiæ, defraudentur.] ¶ Quòd si excusationẽ ꝑtenderit damnum facere, & nihil ad profectum agrũ existere; nec sic princip. qui per loca illa sunt, tribuat ager vel locus: sed clericis, vel agricultoribus. ¶ Quòd si calliditate vsus fuerit, & à colono [b], vel à clerico emerit prĩceps agrũ, irrita sit vẽditio, & restituatur episcopio, vel monasterio; & episcopus, vel abbas hoc faciens abijciatur [c]; episcopus quidem ab episcopio; abbas autẽ à monasterio γ, tanquam qui dispergit, quæ non collegit.

α ¶ Salarijs.] *Græce est.* ἐκ τῶν αὐτουργιῶν *pro qua voce in Parisiensi græcorum canonum editione legitur in rubrica,* ἐκ τῶν προαστείων, *i, ex suburbanis, quasi surburbana vocentur auturgia, quod ipsius possessoris manibus colantur. Balsamon tamen eos agros interpretatur, qui per se ipsi sine magna cultura fructum ferre possunt, vt silua, & alia huiusmodi.*

α ¶ Fraudare.] σφετερίζεσθαι, *idest*, sibi vendicare, & suum facere.

γ ¶ Episcopus quidem ab epio, abbas aũt a monasterio] *Hæc ad sentẽtiæ integritatẽ addita sunt ex ipso canone.*

Et in conc. Parisiensi, l. 1. c. 17.

Item Symmachus Papa in synodo tertia, c. 4. & sequentibus vsque ad nonum.

Ans. l. 4. c. 19.

¶ Prædia ecclesiæ non liceat Papæ alienare. C. XX.

NOn liceat Papæ [d] prædiũ ecclesiæ alienare aliquo modo pro aliqua necessitate, nec in vsũfructũ α rura dare: nisi tantũmodo domos, quæ in quibuslibet [e] vrbibus nõ modica impensa sustentãtur. Qua lege omnes custodes adstringantur; ut donator, accusator, venditor honorem perdat. Et qui subscripserit anathema sit, cum eo, qui dedit, vel qui recepit, nisi restituatur. Liceat etiã quibuslibet ecclesiasticis personis contradicere, & cum fructibus [f] alienata reposcere. Quod nõ modo β in Apostolica seruandum est ecclesia, verumetiam vniuersis ecclesijs per prouincias quidem dicitur conuenire.

d ¶ Papæ. Symmachus Papa successor suo legẽ imponit, vt Imperator suo. inf. 16. q. 1. q. iuxta. Sed qualiter hoc potuit, cum nullus mortalium Papã possit iudicare. ext. de elect. Inotuit 40. distinct. si Papa. nec inferior superiorẽ. 21. di. inferior. sed certe licet sit solutus legibus, tñ secundum leges viuere debet ff. de legi. princeps.

Papam nullus mortalium iudicare potest.

e ¶ Quibuslibet.] Videtur ergo quòd ad hanc accusationem quilibet admittatur. extra de reb. eccl. nõ aliena. si quis & Auth. de nõ alie. aut. permu. ĩ fi. coll. 3. & not. 16. q. stio. 7. filijs. & quæ. 1. constitutum.

f ¶ Et cum fructibus.] Hic aperte, ꝙ fructus possunt peti. Sciẽdum est, ꝙ si agitur per interdictũ aliquod ad petendũ rem cum fructibus, tunc restituẽtur omnes fructus percepti à tẽpore eo quo est propositum interdictũ, nisi in interdictio, vnde vi: in quo veniunt fructus omnes percepti à tempore deiectionis, vt ff. de interdic. l. Interdictis, ff. de vi, & vi arma. l. 1. §. ex die. Si autẽ agiẽ rei vendicatione aut possessor fuit bonæ fidei, aut malæ. Si bonæ, restituet omnes fructus perceptos a tẽpe litis cõtest. vel qui culpa sua non sunt percepti, sed ante litem contestatam perceptos nõ tenetur restituere, sed tantum extantes, vt C. de rei uendi. certum est. Instit. de offi. iud. §. post inchoatã. Si fuerit possessor malæ fidei: tam perceptos, quam quos percipere potuit, tenetur restituere, vt ex. de rest. spo. grauis. & ff. de rei vẽd. si nauis. §. generaliter. & C. de rei uend. certum est. Si uero male

Fructus an ab omni possessore sint restituendi.

si princeps callide a colono vel clero agrum ecclesiæ emerit, venditione rescissa ager restituatur episcopo vel monasterio. Episcopus autem vel abbas hoc faciens deponatur. Secunda pars incipit ibi, [Quòd si excusationem.] Tertia ibi. [Quod si calliditate.]

a ¶ Cognatis.] Nisi victum & vestitum, vt 86. d. non satis & 16. q. 1. si cupis. in fi.

b ¶ A colono.] Licet enim colonus tradat alij possessionem, non ideo perdit ecclesia possessionem. C. de acq. poss. l. vlt.

c ¶ Abijciatur.] Mitius cum eo agitur, inf. c. si quis quali bet. & q. 5. si episcopus. 1

1 De hoc legi. & no. sa.

malæ fidei possessor titulum habuit, tunc excusatur a percipiendis propter titulum, vt C. de rei vend. si fundum nisi ita sit quod ille titulus habeatur pro nõ titulo. 1 vt cum quis emit contra interdicta legis, ut C. de agric. & censi. quemadmodum lib. 11. & alios habes notatos ff. q met. cau. sed & parens.

1 Nam tunc et de percip. fructibus tenetur. ff. de his q in frau. cred. fit. ait prætor. §. per hanc. Laur.

c ¶ Maturata.] id est, mature prolata. inf. 16. q. 1. in canonibus.

d ¶ Et instituta.] id est, destinatæ à talibus.

DE rebus.] CASVS. Quidam inuadebant vel rapiebant res ecclesiarũ, & dicebant se habere à principibus

INdigne.] CASVS. In hoc c. notãtur tria genera hominũ, q cõtractant res ecclesiarum. s. inuasor, & iniustè possidens sua auctoritate, & q iniustè possidet auctoritate alterius: & isti oẽs nisi cito se correxerint male ablata restituẽdo debent anathematizari ẽt cũ admonitione. Valde. n. iniquum est, vt ab aliquo maxime Christiano vsurpetur qđ ecclesię relinquitur vel confertur.

a ¶ Ad altare.] Quia nec oblatio eius recipit, vt s. e. de viro & ẽt a sacramentis ecclesiæ suspẽsus est, vt 17. q. 4. quisquis.

b ¶ Admonitio.] Ar. q admonitio semp præcedat uindictã, ut hic, & 2. q. 7. accusatio. & c. sequẽt. 11. q. 1. petimus. Sed verum est cum agitur ad pœnam excõicationis: quia nemo excõmunicãdus est nisi præcedat admonitio trina, 2 ut 16. q. 7. omnes decimæ. & 17. q. 4. presbyterorum. & extra de sent. excommu. c. sacro. Item & in illis criminib. præcedat admonitio ubi ad brachium sęculare est recurrendum, vt 1. q. 7. patet. Item vbicumq; non agit ad depositionem. Et gñaliter vbicumque agitur ad denunciationem, ut extra de simo. licet Hely. sed vbicumq; agetur ad depositioné, non p̃cedat admonitio extra de accusat. qualiter. ad quid. n. admoneretur tunc cũ sufficit ad depositioné q homo semel deliquerit 25. d. primũ. Non obst. extra de accus. si quis, quia loquitur in denunciatione. Item non obst. 2. quæstio. 7. si quis erga. quia loquitur ibi de alijs causis, quæ non inducunt depositionem, ut 5. q. 4. in loco.

Admonitio semper uindictam præcedat.

2 Sed contra 24. q. 3. c. sane. ver. imperium. vbi de hoc 1 gl. sed dicitur, &c.

¶ Caput hoc collectum est ex plurib. capitibus synodi Romana tertia sub Symmacho, in epitomẽ tamẽ redactis.

α ¶ In vsumfructũ.] *In conciliorum editionib. partim legitur*, sed nec in vsufructuario iure aliquibus dare liceat. *partim*, sed nec in vsumfructũ iura aliquibus, &c. *quemadmodum & in codice canonum impresso. Nã in vetusto manuscripto est*, sed nec vsufructario aliquibus dari liceat. *Idem vero significare vsufructuarium & vsufructum scribit Smaragdus in expositione regulæ B. Benedicti c. 59. his verbis.* vsumfructum dicit, quod nos dicimus vsumfructuarium.

β ¶ Quod non modo.] *In ipsa synodo longe aliter habetur.* Huius aũt constitutionis legẽ in Apostolica tm̃ volumus sede seruari, vniuersis ecclesijs p prouincias secũdum aĩarum considerationem, quem proposito religionis conuenire rectores earum viderint, more seruato.

Idem in synodo sexta.

¶ Qui res ecclesiasticas vendit, ad altare non audeat accedere. C. XXI.

INdigne ad altare [a] Dei properare permittit, qui res ecclesiasticas audet inuadere, aut iniuste α possidere, aut iniqua, vel iniusta defensione i eis perdurat. *& paulo post.* ¶ Debet tñ esse prouisio, vt vindictam admonitio β [b] pcedat, & res vsurpatas iniuste qui abstulit, aut iniuste ablatas retinet, æquitate patrocinãte legib. restituat. Quod si neglexerit, & necessitas cõpulerit: demum prædoné sacerdotalis districtio maturata [c] percellat. *& infra.* ¶ Valde iniquum ergo & ingens sacrilegiũ est, ut quæcumq; vel pro re medio peccatorũ, vel salute, uel requie animarum suarum vnusquisq; venerabili ecclesiæ cõtulerit, aut certe reliquerit, ab ijs, quib. hæc maxime seruari conuenit, idest, Christianis, & Deum timentib. hoibus, γ & super omnia a principibus, & primis regionũ in aliud transferri, vel conuerti permittatur. Propterea, qui hæc non præuiderit, & aliter quàm scriptũ est, prædia ecclesijs tradita petierit, vel acceperit, aut possederit, vel δ iniuste defenderit, aut retinuerit, nisi cito se correxerit, quo iratus Deus aĩas percutit, anathemate feriatur: sitq; accipienti & danti, & possidẽti anathema, & institutæ [d] pœnæ contubernium assiduũ. Nec aliquo se ante tribunal Christi obstaculo muniat, qui a religiosis aĩabus ad substantiam pauperum derelicta, cõtra fas sine aliqua pietatis consideratione dispergit.

Ivo p. 3. c. 181.

16. q. 1. in canonib. §. ualde.

α ¶ Aut iniuste.] *In synodo legitur*, aut iniuste, id est, sine licentia episcopi possidere.

β ¶ Admonitio.] *In synodo legitur*, manifesta.

bus cõcessionem, quare Adon Viennen. archiepiscopus quæsiuit à Nicolao quid esset super hoc faciendum. qui respondet dicens, quod si princeps concessit, redarguatur super hoc. Si autem inuasor sua auctoritate fecerit

uere p̃ręſumpſerit, excommunicetur donec reſipiſcat.

a ¶ Vt prius.] Et hoc arg. ꝙ auctoritas maioris excuſat. 28. diſtin. diaconi. & 63. diſt. Salonitanæ ſed non eſt hoc uerum, ut ſu. ea. quicumque, & licet hic dicatur. ꝙ princeps ſit redarguendus; bene tamen poteſt, excommuni-

bat, ꝙ eccleſiæ facultates debent diuidi in quatuor partes; & hoc probat per 9. auctorit. Ioan. de Fant.

CASVS. Quidam epiſcopus ſuſpectus remotus fuit ab adminiſtratione rerum eccleſiæ: remanſit tamen in officio & adminiſtratione ſpiritualium. committit ergo Gelaſius curam rerũ eccleſiaſticarum duobus, ſcilicet archidiacono Iuſtino, & Fauſtino defenſori: & ne epiſcopus iſte infametur, pręcepit Gelaſius, ut ab ipſo epiſcopo tertius eligatur: qui nomine epiſcopi uniuerſa diſponat, & ut oĩa prædia praue alienata ad uſũ eccleſiæ reuocent: nec alicui clerico pro ſua portione aliquod prædium aſſignẽt: & omnem penſionem prædiorum urbanorum uel ruſticorum ad epiſcopum deferant, ut ſequeſtrãdo de medio quod ad cauſas & expenſas superuenientium neceſſitatum eſſe opus proſpicitur, de reliquo, & de fidelium oblatione quatuor inde fiant portiones. Primam habebit epiſcopus. Secundam canonici. Tertiam pauperes. De quarta eccleſiæ fabrica reparetur: & ſi aliquid fuerit reſiduum, idoneo cuſtodi ab utraque parte electo tradat. ut uel inde in futuro fabrica reparetur, uel ematur inde poſſeſſio pro utilitate communi.

✝ Hoc argu. ſumitur ex eo quod dixit textus: ipſe princeps ſit redarguendus q. d. non ille qui eius auctoritate accepit ſm H. Maioris auctoritas non ſemper excuſat.

γ ¶ Hominibus.] *Quæ ſequuntur uſque ad ver.* in aliud. *addita ſunt ex ſynodo.*

δ ¶ Vel iniuſte dederint, aut retinuerint.] *Addita ſunt, & iſta. ſicque omnia, quæ in uſurpatione huiuſmodi rerum accidere ſolent, exponuntur.*

Item Nicolaus Papa Adoni Viennenſi archiepiſcopo in epiſtola, cuius initium: [Quia ſanctitatis veſtræ.]

¶ Excommunicentur, qui principum auctoritate res inuadunt eccleſiæ. C. XXII.

Ivo p. 3. c. 151.

DE rebus, quæ ſemel Deo contributæ, atque dicatæ ſunt, & poſtea ſub occaſione cõceſſionis principũ à quibuſdam inuaduntur, atque diripiuntur; ſancimus; vt prius [a] conſultatis principẽ ad reſecandam ⁊ præſumptiuã factionem, & cognoſcendum, vtrum illius ſit conceſſio, an inuaſoris præſumptio. Quod ſi principis inordinata fuerit largitio; ipſe ſit princeps pro emẽdatione redarguendus. Si autem inuaſoris declaratur præſumptio; vſque ad emendationem, excommunicationis ſit vindicta coercendus.

†al. Odoni.

¶ *Extat epiſtola hac in libro ſæpe citato bibliothecæ Dominicanæ: in qua reſpondet Nicolaus ad nonnullas quæſtiones ab Adone† ſibi propoſitas.*

†al. Fauſto.

Item Gelaſius Iuſtino archidiacono, & Fauſtino† defenſori.

¶ De rebus eccleſiæ non eſt aliquid alienandum. C. XXIII.

Deuſdedit p. 3. c. 38.

VObis enim, & famę veſtrę cõſultum duximus, vt pontificis veſtri [b] loco, vobiſcũ ab eodẽ [c] aliquis ſubrogetur, qui eius nomine pariter vniuerſa diſponat: quatenus omnia prædia ad veſtrum reuocetis ſtudium, nec cuiquã clerico pro portione ſua aliquod ſolum eccleſię putetis eſſe deputandum: ne per incuriã, & negligentiã minuatur; ſed omnis penſionis ſummam ex omnib. prędijs ruſticis, vrbaniſque collectam ad antiſtitem deferatis. Ex qua tamẽ collectione habeatur ratio, quid ad cauſas, [d] vel expenſas accidentium neceſſitatũ opus eſſe pſpicitur, vt de medio ſequeſtretur: & quatuor portiones [e] vel de fidelium oblatione, vel de hac fiãt modis omnibus, pẽſione: ita, vt vnam ſibi tollat antiſtes, aliam clericis pro ſuo iudicio, & electione diſpertiat, tertiam

[Ad noſtrum ſtudium.] id eſt, p noſtrũ ſtudiũ.

b ¶ Pontificis ueſtri.] Epiſcopus iſte remotus fuit ab adminiſtratione temporalium: ſed non ſpiritualium.

c ¶ Ab eodem.] Ipſo enim remoto ab adminiſtratione reſeruatur ut ipſius auctoritate adminiſtratores eligantur.

d ¶ Quid ad cauſas.] Scilicet, ut expenſæ prius deducãtur, quę factę ſunt in colligẽdis fructibus, quod ius deductionis nullius caſus poteſt impedire. ff. fami. erci. fundus. ff. de petit. here. ſi. à domino. §. fructus. in decimis ſecus, ut extra de deci. cum homines. ſed cũ diſtinctione, quam habes extra de deci. paſtoralis.

e ¶ Portione.] Ar. ꝙ prędia eccleſiarum non debent diuidi per prębendas, ut not. ſu. q. proxi. §. ult. hoc non eſt uerũ: hic autem prohibentur diuidi ideo quia clerici

a Intelliges non omni: & hoc colligitur ſſ. ubi dicit ꝙ oẽs redditus debent ad ipſum deferri. uel ab eo diuidi. Arch. Expenſę ſemper ſunt deducendę.

municari 11. q. 3. ſi autem nobis. Sed qualiter agi poteſt contra illum, qui recipit poſſeſſionem uel à principe, uel ab alio: cum ſcriptũ ſit in lege, Nõ uideor ui poſſidere ſi recipio poſſeſſionẽ ab illo quem ſcio eſſe in poſſeſſione. ff. uti poſſi. l. duo. §. non uideor. & arg. extra de reſti. ſpol. cum ad ſedẽ. Sed hęc nõ hodie extirpata eſt per id quod eſt hodie ext. de reſt. ſpol. ſępe cõtingit.

VObis.] Hæc eſt quarta pars quęſtionis, in qua pro-

1 Hoc colligitur ex illa litera, ne per incuriã, &c. vñ ibi innui vr à contrario, q̃ si illa cã cessaret. s. q̃ essent diligentes clerici: q̃ pssit diuidi. ĩm H. & Laur.

fuerunt suspecti. 1 sed vbi non sunt suspecti, bene diuidentur, vt meliorentur per eos possessiones. ut inf. ea. se pæ fit. nam diligentius tractantur res propriæ quam cõmunes. vt 47. dist. §. necesse est, &c. quando & qui. quarta pars debe. l. vlt. lib. 10.

a Vt si maior.] Optimũ arg. contra platos ecclesiarũ, ut nõ possint allegare sterilitatem tẽporis, vel incursum hostium, si præcedentibus annis fuerunt vberes anni sicut nec colonus. ff. loca. ex cõducto. §. si vno. huic cõtrarium signatur. 10. q. 3. unio. sed ibi soluitur.

pauperibus sub omni† cõscientia faciat erogari: fabricis vero quartam, quæ competit, ad ordinationem põtificis erogatione vestra decernimus esse pẽsandã. Si quid fortè sub annua remanebit expẽsa; electo idoneo ab vtraq; parte custode tradatur enthecis: vt si maior [a] emerserit fabrica; sit subsidio quod ex diuersi temporis diligẽtia potuerit custodiri: aut certè ematur possessio, quæ vtilitates respiciat communes.

Idem Maiorico, Sereno, & Ioanni episcopis.

¶Diuini muneris participatione priuetur, qui ecclesiastica priuilegia calcat. C. XXIIII.

Qvi & diuinis, & humanis legibus inciuili [b] damnatione calcatis, & reuerẽtia religionis abiecta, vel ecclesiastica priuilegia calcare contẽdunt, vel vbilibet in pauperum prosilire dispendium, nec huiusmodi, saltem cõmoniti, cõuictiq;, nequitiam sopire consentiunt, atq; illata sacris rebus detrimẽta sarcire; merito diuini muneris participatione sunt priuãdi: vt huius perceptione careãt, quod sacrilegis ausibus habuere despectui. Cęlestinus vero presbyter fratris, & coepiscopi nostri Sereni, q. contra pontificale iudiciũ, contraq; Apostolicę sedis mãdata prorumpens, supradictis communionem sacrã ministrare præsumpsit; cum nõ potuerit ignorare [c] sentẽtiam proprij sacerdotis, ab officio protinus ecclesiastico pellatur: vt nullus ecclesiæ ministrorum contra pontificalia instituta venire contendat.

Iuo p. 3. c. 150. & p. 4. c. 185.

† Qui & humanis] plera que exempl. & Iuo.

Qvi & diuinis.] CASVS. Serenus eps conquestus est de quibusdam, qui contemptis diuinis & humanis legibus ecclesiastica priuilegia deprimebant, siue destruebant, pauperes opprimentes: nec commoniti res ecclesiæ ablatas restituere uolebãt: quos à communione corporis Cristi suspenderat propter hoc: quibus supradictus Coelestinus pñbyter contra interdictum proprij epi sacram pbuit cõione m. Cõmisit ergo Gelasius Maiorico, & Sereno, & Ioanni epis, mandãs eis, ut illos usurpatores participatione corporis Christi priuet. Cęlestinus uero presbyter, qui snĩam sui episcopi, nec debuit nec potuit ignorare, ab ecclesiastico repellatur officio, ut cęteri metum habeãt. Ego Bartho. sic puto casum ponendum: licet Beneu. aliquãtulum minus dixerit.

[Inciuili.] id est, nõ ciuili, sed praua & incongrua.

b Inciuili.] i. impia.

c Ignorare.] Sic supra 16. d. q̃d dicitis. su. 1. q. 1. si quis à simoniacis. & 36. q. 2. nullus. su. d. 20. si decreta su. 87. d. ca. ult. & 17. q. 2. cap. vlt. audiretur tamen iste si vellet pbare se ignorasse. 82. d. proposuisti. 1 si. & 1. q. 1. si qs à simoniacis & extr. de ele. innotuit. in fin. Sed qualiter probabit se ignorasse? Respondeo, probabit q̃ fuit in alia prouincia, vt extra de testi. ex tenore. & C. de contrah. stipu. optimam. vel etiam proprio iuramento, vt 34. q. 2. in lectum.

! Ignorantia probatur dupliciter.

Idem eisdem Iustino a. archidiacono, & Fausto defensori.

a ¶ Iustino, &c.] *Antea legebatur*, Idem eisdem. *Emendatum est & posita istorum virorum nomina ex Iuone, ad quos etiam scriptũ est superius penultimum caput, vobis enim. Nec vero hæc, quæ nunc afferentur, pertinere posse ad episcopos, quibus proxime precedẽs caput scribebatur, indicant non modo quæ à Gratiano hic referũtur, sed etiã apertius uerba, quæ apud Iuonẽ post vltima huius capitis sequuntur*. Si quis vero in ecclesiæ vestræ damnum, aut in his, quæ sunt præceptionis nostræ prohibita, pontificem vestrum videritis admittere, &c.

¶De eodem. C. XXV.

Iuo p. 3. c. 151.

† al. Volaterranæ.

VVlterranæ† ecclesię actus, vel patrimoniũ, quod hactenus comperimus destitutum, post damnationẽ Eucharisti, quo fuerat de prauante dispersũ, curę vestræ decreuimus esse delegãdum: vt diligẽtia (quas vos pro vtilitatibus ecclesiæ existimamus esse vigilãtes) prædia culturæ restituatis antiquæ, & reuocetis, si qua sunt vẽdita, aut donata mãcipia. Possessiones etiam, quas ab Eumãcio, & Opilione episcopis, vel cæteris quouis iure videritis teneri: (quia cõtra cõstituta synodi ab episcopis prędia alienari nullo potuerũt commẽto,) nihilominus

VVlterranę.] CASVS. Post damnationem episcopi Eucharisti quantum ad administrationem temporalium, qui patrimoniũ ecclesiæ Vulterranæ dissipauerat, commi-

commisit Papa quibusdam episcopis, vt reuocēt prædia & mancipia male alienata, similiter possessiones quas Eumancius & Opilio episcopi, uel cæteri quocunq; modo detinent, reuocent: & emptores recursum habeāt ad venditores. Pensiones uero, uel oblationes deferant ad epi- vero res. Sed contra 16.q.3. vniuersas. C. de euict. si fundus. Solu. hoc c. loquitur de possessore bonæ fidei: contraria de possessore malæ fidei: sed ad hæc obijcitur malæ fidei dicitur, qui contra legum interdicta mereatur. C. de agri. & censi. quemadmodum. l. 11. Rūdeo. quantum ad hoc est malę fidei possessor, q̄a ñ usucapit: sed quantū ad hoc est bonæ fidei possessor, φ hēt recursum cōtra suum venditorem.

reuocentur.[a] Sit emptoribus [b] ad eum recursus, qui præsumpsit aliquid de ecclesiæ rebus illicita venditione distrahere: ita vt pensiones annuas ad pontificē deferatis: cui priuilegia sua integra conuenit omni ratione seruari, vt eius dispensatione portiones proueniant cōsuetę: ita vt portionem quartam, quę ad eos pertinet, sua pōtifex ordinatione distribuat, prout cuiusque locum[c] meritumque cognoscit. Pariter etiam ex fideliumoblatione faciendum est, vt clericis quartam eroget pro consideratione suæ electionis antistes. Fabricarum etiam portio episcopo sciente, & disponente, vestra erogatione pendatur: quatenus nihil penitus in detrimentum alicuius rei patiamini generari.

Idem clero, & ordini, & plebi Brundusij.

¶Reddituum, & oblationum duę portiones clericis committantur. C. XXVI.

Ansl.l.6.c.43.

CONcesso vobis, quem petistis, antistite fratre iam & coepiscopo meo Iuliano, necessarium fuit (eodem ad ecclesiam suā mox remisso) ad vos nostra scripta pariter destinari: quibus agnosceretis eisdem fuisse præceptum, ne vnquā ordinationes præsumat illicitas. *& infra.* ¶Redditus, & oblationes fideliū in quatuor partes diuidat: quarum vnam sibi ipse retineat: alterā clericis pro officiorum suorum sedulitate [d] distribuat: fabricis tertiam; quartam pauperibus, & peregrinis habeat fideliter erogandam: quarum rationem diuino est redditurus examini.

¶ Epistola Gelasii, in qua est hoc caput, missa est cum alijs ex Hispania. Eadē vero inter epistolas Gregorij II. impressas est tertia clero, & plebi Turingiæ scripta. Talis quadam epistola, sed breuior, refertur in libro, qui scribitur Ordo Romanus, & formata episcopo danda nuncupatur.

Et in conc. Parisien si, l.1.c.15.

Idem in epistola ad episcopos per Lucaniam, & Brutios, c.29.

¶De oblationibus fidelium quot portiones fiāt, & quæ cuique proueniat. C. XXVII.

.3.tit.11. Ansl.l.5.c.68. Burc.l.3.c.137. Iuo p.3.c.203. Pann.l.2.c.7.

QVatuor autē tam de redditu, quam de oblatione fidelium, prout cuiuslibet ecclesiæ facultas admittit (sicut dudum rationabiliter est decretum) conuenit fieri portiones: quarū sit vna pontificis, altera clericorū, tertia pauperū, quarta fabricis applicanda. De q̄b. sicut sacerdotis intererit integram ministris ecclesię memoratam dependere quantitatē; sic clerus vltra delegatam sibi summā nihil insolenter nouerit expetendū. Ea vero, quę ecclesiasticis ędificijs attributa sūt, huic operi, vera

c[c] Locum.] Arg. φ secundū priorem locum & maius meritum cōferendę sunt dignitates, vt inf. ca. prox. & sup. d.1. ius militare. & 1. q. 2. clerici. & 75. 1. d. ca. vlt. & ille gradus cæteros antecedat, quē stipendia longiora & labor prolixior fecerunt anteire, ut C. d̄ off. ma. off. l. ne mo. 61. d. ca. 1. & ca. miramur. & stipēdiorū ratio habenda est vt ff. de re. mili. l. nō omnes. in prin. Arg. contra 16. q. 7. omnes decimę. & c. 1. in fi. & ext. de constit. cum omnes. 2

Dignitates conferantur s̄m merita. 1 Al.74.

COncesso.] CASVS. Clerus & populus Brudusij petierūt a Gelasio ep̄m Iulianum, quem eis concessit: & cum eū illis destinaret, significauit eis per scripta sua, φ duo sibi præceperat. s. quòd nunquā faceret illicitas ordinationes: & reddit⁹ & oblationes in quatuor diuideret portiones. Primā hēret antistes: secundam clerici: tertiam fabrica, quartam pauperes.

2 Vbi de hoc ēt & plenꝰ ex. de ma. & obed. statuimus. Arch.

d[d] Sedulitate.] Arg. contra clericos existentes in scholis, vt non debeant percipere ecclesiastica stipendia, vt 16. q. 1. generaliter, & inf. co. charitatem. Ar. contra.3?.d. si qui vero.

QVatuor.] CASVS. In hoc ca. statuitur, ut de redditibus & oblationibus ecclesię quatuor fiant portiones, quarum vna sit ep̄i, secunda clericorū, tertia pauperum: quarta vero fabricæ applicanda: ita φ clerici ultra quartā nō expetant. & manifestū sit qualiter duæ quartæ fiāt in vsum pauperum, & in usum fabricę conuersæ, ut de hoc bona fama inter homines oriatur

episcopum: de quibus fiant quatuor portiones, ut dictū est in c. supradicto, uobis.

a[a] Reuocentur.] C. si tu. uel cu. inter. l. ult.

b[b] Emptorib.] Sup. 10. q. 2. hoc ius porrectū. in fi. §. qui

citer prærogata, locorum doceat [a] instauratio manifesta sanctorũ: quia nefas est, si sacris ædibus destitutis, in lucrum suum præsul impendia his deputata cõuertat. Ipsam nihilominus adscriptam pauperibus portionẽ, quã quam diuinis rationibus se dispẽsasse mõstraturus esse videatur; tamẽ iuxta quòd scriptum est, [Vt videãt opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est] oportet etiam præsenti testificatione [b] prædicari, & bonæ famæ præconijs non taceri. Quapropter nec clericorum quispiam, &c.

Matth. 5.

2. q. 7. quapropter.

Item Simplicius Papa Florentio, & Equitio, & Senero episcopis. epist. 3.

¶ De redditib. oblationum, & redditũ ecclesię quatuor portiones presbytero dispensandæ credantur. C. XXVIII.

De redditib. ecclesiæ, vel oblatione fidelium quid deceat nescienti nihil licere pmitat; sed sola episcopo ex his vna portio remittatur, duæ ecclesiasticis fabricis, & erogationi peregrinorum, & pauperum profuturæ, a Bonagro † presbytero sub periculo sui ordinis ministrentur; vltima inter se clericis pro singulorum meritis diuidatur; *& infra.* ¶ Cui, *idest Gaudentio*, hoc specialiter præcipimus, vt tres illas portiones, quas triennio † [c] dicitur sibi tantummodo vendicasse, restituat.

Ans. l. 5. c. 66.

† al. ab Onagro.

† al. per triennium.

¶ Addita sunt in hoc capite aliquot verba ex originali, quæ ad sententiam facere aliquid videbantur.

Item Gregorius Maximiano episcopo Syracusano, lib. 3. epist. 11.

Ioannes diac. l. 4. num. 34.

¶ De redditib. ecclesiæ etiam nouiter quæsitis quarta pars clerici erogetur. C. XXIX.

Cognouimus de redditibus ecclesię nouiter acquisitis canonicam dispositionem quartarum minime prouenire; sed episcopos locorum distribuere tantũmodo quartam antiquorum redditiuum; nunc vero quæsita suis vsibus retinere. Quã rem † prauam subintroductãque consuetudinem fraternitas tua viuaciter emendare festinet; vt siue de præteritis redditibus, siue de his, quę obuenient † [d], vel obuenientibus quartæ secundum distributionem canonicam dispensentur. Incongruum namque est vnam, eandemq; ecclesiæ substantiam duplici [e] quodammodo iure censeri, idest † vsurpationis, & canonum.

Ans. l. 5. c. 70.

† al. ab rem.

† al. nunc obuenerunt vel obuenerint.

† Addita ex or.

Idem Augustino episcopo Anglorum in resp. ad primam interrogationem.

¶ De stipendio ecclesiæ quatuor debent fieri portiones. C. XXX.

Mos est Apostolicæ sedis ordinatis episcopis pceptum tradere, vt de omni stipẽdio, quod accedit,

Ans. l. 5. c. 64. Pann. l. 2. c. 8.

---

a ¶ Doceat.] Arg. per vnum factum probari aliud. & causam probari per effectum: quia per reparationem fabricarum probatur, q bene sit expensa quarta fabricæ: & sic 18. d. peruenit. sic. C. de admi. tut. l. lex. quæ. in fine. Item ex omnibus his capitulis collige laicos non esse cõpellendos ad reparationẽ fabricæ: sed tantum clericos. 1 10. q. 1. decernimus.

b ¶ Testificatione.] Arg. q res semper sunt gerendæ in illorum præsentia, quorum interest, ut 8. q. 1. licet.

Clerici soli ad reparationem fabricę cõpellantur.

1 Arg. q etiã principes teneantur ad hoc. 96. d. c. ult. l.

De redditib.] Casus. Gaudẽtius eps n diuidebat redditus & oblationes ĩ quatuor portiones, sed eas sibi uendicabat ex toto. quare Simplicius Papa præcepit Florentino & Equitio episcopis, vt unam tantummodo portionẽ de redditibus & oblationib. cõcedant epo: alia diuidatur clericis p meritis singulorum: reliquis duab. fabricis & pauperib. p futuris: & compellant ipsum Gaudẽtiũ epm istas tres portiones restituere: quas per tres annos sibi tantum illicitè & indebitè vendicauit.

c ¶ Triennio.] Licet iste eps per trieuniũ possederit res ecclesiæ mobiles, non tñ vsucapiebat eas, qa furtuũ commisit in eis, ut 10. q. 2. capit. ultimo.

Cognouimus.] Casus. Quidam epi faciebãt quatuor partes tantum de antiqs redditibus: sed nouos oẽs sibi retinebãt. pcepit Greg. Maximiano episcopo Syracusano, vt tã de antiqs redditib. quam de nouis quatuor faciat fieri portiones: cum antiqui & noui non debeãt diuerso iure censeri: quia incõgruum est eandem substãtiam ecclesię duplici quodammodo iure censeri. Sequens. ca. planum est. Aliud quod postea sequitur, est palea, scilicet sancimus. est tamen eius casus planus per se.

d ¶ Obueniẽt.] Ar. cõtra. ff. de iure dot. cum in fundo. §. si. fundus. si. ff. de pac. do. inter socerũ. §. 2. si. C. de allu. l. 2.

e ¶ Duplici.] No. duplicitatem a canone reprobari. 16. q. 7. in nona. & 18. quæ. 2. in nullo. sic ff. de usucap. cũ qui ædes. Item arg. q idem iuris est in veteribus qđ in nouis.

Duplicitas reprobatur.

nis.ext.de cen.cum olim.&c.cum in ecclesijs. Ar.cōtra de deci. tua. nam licet veteres decimæ sint concessæ laico.non ideo nouæ, vt ibi dicitur, qn̄q; tñ eadem res duplici iure cēsetur.extra de reli.domi.quia,& ff.de pecu. hunc quæritur. §. 1. vbi habes q̄ peculium quandoque dupli- duplici iure censetur: sed isti sunt casus speciales. 1

a Sancimus.] ¶ Dona.] Secundum distinctionem:ext. de testa.requisisti.

b ¶ Titulorum.] Idest, ecclesiarum,ad quas intitulati sunt.

1 Quod autem hic dr. regulare est de hoc etiam lc. & no. extra de deci. cum in tua. in fi.

quatuor fieri debeant portiones, vna videlicet episcopo,& familiæ eius pp hospitalitatē, & susceptionē, alia clero, tertia vero pauperibus,quarta ecclesijs reparādis.

[*Item ex concilio Toletano.*]

¶ De eodem. PALEA. C. XXXI.

Sancimus omnibus episcopis curam laicorum instare, vt si quos in fide Christi inuenerint,nimio affectu diligant. Insuper confirmamus, vt si aliqua ab ipsis accipiant dona; [a] statim in quatuor diuidant partes: ita, ut prima pars secundum Apostolorum α præcepta, titulorum, [b] nec non cœmiteriorum restaurationibus diligenter attribuatur, secunda clericis,tertia cunctis pauperibus,quarta vero aduenis.

¶ *Caput hoc(quod in omnibus vetustis exemplarib. exceptis duobus & sine Palea nomine habetur,& glossam habet)in nullo Toletano cōcilio aut impresso,aut manuscripto inuētum est. In collectione cononum incerti auctoris, quæ asseruatur in Vaticana bibliotheca tribuitur Syluestro:quamuis in synodo Romana sub ipso habita, c.4. paulo aliter hæ partes assignentur, id est, vt in præcedentibus huic capitibus.*

α ¶ Secundum Apostolorum præcepta.] *In ea collectione non sunt hæc verba. In vno uetusto Gratiani codice est,* secundum Apostolicorum præcepta.]

Item ex concilio Agathensi, c.22.

¶ Omnes presbyteri secundum iussionem episcopi res ecclesiæ dispensare studeant. C. XXXII.

Poly.l.3.tit.12.

Statuimus (quod omnes canones β iubent) vt ciuitatenses, siue diœcesani presbyteri, vel clerici, saluo iure ecclesiæ,rem ecclesię,sicut permiserunt episcopi,teneant: vendere autem, aut donare penitus non præsumant. Quod si fecerint, vel fecerunt, & facta venditio nō valebit,& de facultatibus,si quas habent proprias,indemnem [c] ecclesiam reddant,& cōmunione priuentur.

β ¶ Canones.] *Restituta est hæc vox ex originali. Antea legebatur,* episcopi. *In Polycarpo autem tantum est,* quod omnes iubent.

inf. ead. si quis de clericis. Burc.l.3.c.183. Iuo p.3.c.156.

Item ex eodem concilio, c.26.

¶ De clericis, qui documenta ecclesiæ supprimunt, aut aduersarijs tradunt. C. XXXIII.

Si quis de clericis documēta, [d] quibus ecclesiæ possessio firmatur,aut supprimere, [e] aut negare, aut aduersarijs fortasse tradere, damnabili, & punienda obstinatione præsumpserit; quidquid, [f] per absentiam documētorum,damni ecclesiæ illatum est, de proprijs facultatibus reddat, & communione priuetur. Hi etiam, qui in damno ecclesiæ impie solicitati, a traditoribus aliquid acceperint; superiori † sententia teneantur.

† al pari. & in Hispalen.1.c.1

Item ex eodem, c.33.

Statuimus.] Hæc est 5. pars q. qua magister reuertitur, & probat per 20. ca. q̄d res ecclesiæ non sunt alienandæ, nisi in casu cōcessio:alias alienatio nō tenet: & alienatores quocumq; casu debēt puniri. Ioan.de Fant.

CASVS. Relatū fuit in Agathensi concilio, quod clerici existētes i ciuitate, vel extra, res ecclesiarū suarū non gubernabant s̄m episcoporū suorum dispositionē, sed vindicabant, vel donabant sicut eis placebat. quare concilium statuit, vt hoc de cætero nō faciant: & si fecerint, irritētur. & de proprio si quod habēt, ecclesiam reddāt indemnem,& communione priuentur.

c ¶ Indemnem.] De hoc dixi sup.ea.monemus.

Si quis.] CASVS. Quidam abscondebant, vel denegabant instrumēta ecclesiarum: aut ea aduersarijs dabāt. quæ situm fuit quam pœnam pati debeant. Et respōdetur quod omne dānum ecclesiæ illatum per absentiam instrumentorum, debent restituere de proprijs facultatib᷑: & cōmunione priuentur. Qui vero talia documenta recipiunt, eadē pœna debent puniri.

d ¶ Documēta.] Idē est si testes aliquos impediret dicere veritatem, vt extra de test.cogē. peruenit.

e ¶ Supprimere.] qa crimen falsi incurrunt. ff.de fal.l.1.§. ijs qui deposita.

f ¶ Quidquid.] Arg. q̄ ecclesia p̄t petere interesse, q̄ est extra rem. 2 sed illud nō est extra rem: quia instrumento tradito possessionis, & possessio tradi videtur, vt C.de dona. l.1.

2 Idem l. & idem no. extra de iniur. in nostra. de sent. excom. in gl. 1. Arc.

EPiscopus.] CASVS. Statutum fuit in concilio Agathensi, vt episcopus, qui non habet filios, vel nepotes, non instituat alium hæredem quam ecclesiam suam, si vero illicite de rebus ecclesiæ aliquid alienauerit, alienatio talis irrita habeatur. & ad ecclesiam quod alienatũ est reuocetur. si vero filios habet, quibus sua bona reliquit, de bonis illis indemnitati ecclesię consulatur.

a ¶ Alium.] Hoc est consilium, quia etiã vxorẽ, & seruũ suũ posset instituere hęredem, vt sup. ea. q. 1. sint manifestæ.

b ¶ Ab hęredibus.] Hic duo cõtraria dici videntur, scilicet, quod ecclesia dẽat esse heres defuncti: & quod ecclesia possit conuenire filiũ defuncti, eo quod male alienauit defunctus. nã si ecclesia est hæres defuncti etiam si defunctus aliqd indebite alienauit, illud non potest reuocare ecclesia, ut C. de re. alie. non alie. l. 3. C. de lib. cau. l. si ab eo. & C. de rei vend. cũ a matre. tenetur. n. sequi volũtatem defuncti, vt 11. q. 1. Sylnester, ideo sic exponas. ecclesiã sibi relinquat hæredem: sed si ecclesiam non instituit hæredẽ, supple tunc si qd de ecclesia, &c. Generaliter enim omnis hæres tenetur ad omnia onera defuncti, nisi fecerit inuentarium, ut C. de iur. de li. sancimus. hoc tamen teneas, quod secundum canones in contractibus, & in delictis siue aliquid peruenerit ad hæredẽ, siue non: siue lis sit contestata cum defuncto, siue non, hæres semper tenetur insolidum, ut 16. q. 6. si epm. 1 in fi. extra de rap. in literis.

Hæres onera defuncti sustineat.

reuocantur in seruitutem. aliud in libro priuati, vt C. de lib. cau. solo obsequij. quod est hic speciale. Item aliud speciale, quod filij istorum libertorum sunt obnoxij ecclesię inf. eo. de libertis. secus in alijs, vt C. de li. & eorũ li. l. 1. & 2. Item aliud speciale quod liberti tenẽtur seruire

¶ Episcopus hęredem non habens, non alium, quàm ecclesiam sibi hęredem instituat. C. XXXIIII.

EPiscopus, qui filios, aut nepotes nõ habuerit, [a] aliũ quàm ecclesiam non relinquat heredem. Si quid de ecclesia non in ecclesię causa; aut necessitate pręsumpserit; quod distraxit, aut donauit, irritum habeatur. Qui vero filios habet; de bonis, quę reliquit, ab hęredibus [b] eius, indemnitatibus ecclesię consulatur.

Poly. l. 3. tit. 12.

α ¶ Non habuerit.] *In originali impresso, & manuscripto, & in Polycarpo legitur*, non habens alium, quam ecclesiam reliquit hęredem; si quid, &c. *& ad hanc lectionem propius accedunt verba Hispalensis concilij primi, cap. 1. sed ob glossam non est mutatum.*

Item ex eodem, cap. 49.

¶ Qui in clero constituti sunt, de rebus ecclesię nihil alienare pręsumant. C. XXXV.

DIaconi, vel presbyteri in parochia constituti de rebus ecclesię sibi creditis nihil audeant commutare, vẽdere, vel donare: quia res sacratę Deo esse noscuntur. Similiter & sacerdotes nihil de rebus ecclesię sibi commissę (vt superius comprehensum est) alienare pręsumant. Quod si fecerint; [c] conuicti in concilio, & ab honore depositi, de suo aliud [d] tantum restituant, quantũ visi sunt pręsumpsisse β *& infra.* ¶ Libros tñ, quos sacerdotes, vel diaconos de ecclesia sibi cõmissa facere voluerint, actus [e] ecclesię prosequi iubemus. Quod si facere contẽpserint: placuit eos ad ꝓprium reuerti seruitium.

Iuo p. 3. c. 161.

β ¶ Pręsumpsisse.] *Si hic interponas c. si qs qualibet. inf. ead. habebis integrũ canonẽ 49. ipsius cõcilij Agathensis.*

& in Epaunensi. c. 7

Item ex eodem, c. 53.

¶ De possessione ecclesiastici iuris quidquid a presbytero distrahitur, inane habeatur, & vacuum. C. XXXVI.

QVidquid parochiarum presbyter de ecclesiastici iuris possessione distraxerit; inane habeatur, & vacuũ vendicatione [f] γ comparantis, & actione vendentis.

Iuo p. 3. c. 166.

γ ¶ Vendicatione.] *Sic & in recentiorib. conciliorũ editionib. In alijs, & duob. & Vaticanis codicib. legitur* vẽditore comparantis, *apud Iuonem*, venditione comparantis.

1 Vbi ð hoc. & sup. 1. q. 4. §. item peccato ciuium, vt ibi satis dixi. Arch.

Liberti ecclesiæ differunt a libertis priuatorum.

DIaconi.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod diaconi, presbyteri, vel episcopi de rebus ecclesiæ nil debent illicite alienare: quod si fecerint de hoc conuicti deponantur, & de suo proprio tantundem restituant. In secunda parte dicitur quod liberti ecclesiæ negotia ecclesiæ prosequi debent: quod si contempserint, in seruitutem adducentur. Secũda pars incipit ibi: [Libertos etiam.]

c ¶ Fecerint.] Aestimatione seruorũ reddita de ꝓprio: alioquin reuocarentur, ut inf. ea. & si illi. nisi sint benemeriti, ut inf. ea. si quos de seruis. Et est in hoc dura cõditio libertorũ ecclesiæ, quod propter operas nõ præstitas re ecclesiæ nulla eis opera imposita, ut hic, & inf. ea. liberti. hodie tamen distinguitur, ut extra de seruis non or. eo. libentius.

d ¶ Aliud.] i. ipsam rem restituet, & aliud tãtũ de suo, sic 89. d. decenter. & 10. q. 2. hoc ius ver. qui vero res.

e ¶ Actus.] Idest, negocia.

QVidquid.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd si presbyter illicite alienat aliquam possessionem ecclesiæ, irrita sit talis alienatio, ita vt emptor nullam habeat actionem ad possessionem habendam: nec venditor ad pretium habendum.

f ¶ Vendicatione.] In emptorem enim non transfertur domi-

dominium. vnde non potest rem vendicare, habet tamen contra venditorem actionem exempto, vt sup. ea. Vulterranæ. in Auth. de nō alie. aut permu. §. quia uero leonis. coll. 2. Sed nōne venditor potest petere pretium re nondum euicta? quia venditor non ad alium tenetur, nisi nes. ff. de rebus eorum. qui sub tut. vel cur. l. quicūque. arg. contra. j. de consec. dist. 2. & dixit 1. q. 1. si quis a simoniacis, 3. q. 7. tria, in princ.

b ¶ Consecrandus.] Id est, benedicendus, abbas. n. non consecratur, nisi cū ordinatur in sacerdotem, sed tñ dr, qꝫ ei manus imponitur ab episcopo. 69. dist. quoniam videmus, vnde abbas sine benedictione potest monachos benedicere. extra de sup. negl. p̄l. statuimus.

Abbas non consecratur.

c ¶ Ordinationes.] Hoc non potest facere sine consensu capituli sui, vt 24. dist. c. vlt. & pen.

d ¶ Præbendā.] Fructus potest. extra ne prel. vices suas. c. vl. ad instar fructuarij; ff. de vsufruc. arboribus sicut fructus decimarū, & oblationum possunt uēdi, licet hoc non sit honestū: quia prohibitum nō inuenitur. 2 sed tantum cum cōsensu episcopi. extra de reb. ecc. non alie. nullis, nisi ad modicum tps, arg. ext. de cens. præterea. & extra de transa. de cætero. Sed quid si obligauit ad quinquennium: nūquid stabit successor cōtractui? ita, si noīe ecclesiæ contraxit, & cū episcopi auctoritate extra de sol. c. 1. secꝰ si noīe suo. ff. de pig. l. lex uectigali. ff. qui mo. pig. uel hyp. sol. si res distracta. ff. loca. si quis domus. §. hic subiūgi solet. Io. Sed certe quidquid dicat Ioan. ego credo, quod sicut clericus potest uendere fructus p̄bendæ suæ sine consensu episco pi, ita obligare, maxime ad modicum tempus: sicut tutor

Benefici fructus uendi possum.

2 Hoc planè olim probatur extra de emp. & uendi. cap. 1. ubi hāc ista uerba hic posita per Io.

In Epaunensi, vbi hoc videtur repeti, in vēditorem comparantis actione vertenda.

Item Vrbanus Papa.

¶ Alienationes factæ ab intrusis, & ordinationes sine consensu clericorum, irritæ sunt.

C. XXXVII.

ALienationes [a] omniū per intrusionem, seu canonicè electorum sub episcopi nomine, aut abbatis, qui secundum ecclesiæ suæ vsum consecrandus [b] est; alienationes dico quocunque modo factas, necnon & ordinationes [c] personarum ab eisdem sine communi consensu clericorum ecclesiæ, siue per simoniam itidem factas, irritas iudicamus. ¶ Illud etiam p̄ omnia interdicimus, vt nullus clericus præbendam [d] suam, seu beneficium aliquod ecclesiasticum aliquo modo alienare præsumat. Quod si præsumptum olim fuit, vel aliquando fuerit; irritum erit, & vltioni canonicæ subiacebit.

¶ *Post collectionē Anselmi in codice p̄antiquo, habetur fragmentū cuiusdā cōcilij Vrbani secundi: in cuius initio hæc legūtur:* Alienationes, q̄ specialiter p̄ Ottonem, Guidonem, Hieremiam, seu forte Philippum vbilibet de possessionib. Rauēnatis exarchatus factæ sunt, damnamus. Generaliter autem omnium per intrusionem, seu canonice electorum sub episcopi nomine, vel abbatis .... ecclesię suę cōsecrādus est, alienationes quocūque mō factas, *& cetera vsque ad finē huius capitis sine vlla varietate.*

Item ex concilio Ilerdensi, c. 6.

¶ Episcopo defuncto, vel adhuc in supremis agente, de rebus ecclesię nihil est vsurpandum.

C. XXXVIII.

Concor. concilium Valent. c. 2.

HAec huius [e] placiti [f] cōstitutione inter nos censura placuit custodiri; vt defuncto antistite, vel etiā adhuc in supremis agente, nullus clericorum cuiuslibet ordinis, officij, gradusve sit, quidquam de domo pręsumat, vel quod de vtilitate instrumēti domus esse agnoscitur, id est mobilis, & inmobilis rei ecclesiasticę conet inuadere; nihil furto æ, nihil dolo supprimens, auferés, atque

1 Et ext. de ele. nihil est. j gl. 1 duob. casibus &c. ibi uideas. Sed per hæreticū bene acquirit loco religioso, siue ecclesiæ. arg. 32. q. 4. recurrat. uer. qūo ergo. ubi de hoc. Arch.

nisi ut faciat emptorem habere rem. non enim tenetur rem eius facere: ut ff. de actio empt. ferunus quem. §. si sciens, sed hic contractus est nullus.

ALienationes.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod alienationes, quæ fiunt ab episcopis, uel abbatibus intrusis, uel canonicè electis; similiter ordinationes factæ sine consensu clericorum, uel per simoniam, irritæ sunt. In secunda parte dicitur, q̄d si q̄s clericus suam præbendam alienare præsumpserit olim, uel modo præsumat alienare, irritum sit, & canonicæ subiacebit ultioni. Secunda pars incipit ibi, [Illud etiam.]

a ¶ Alienationes.] Hoc ad canonicè electos referas: qa intrusi, uel schismatici, nec etiā cum consensu capituli possunt aliquid alienare. j. cap. præcariæ, extra de schismat. quod à prædecessore. 1 17. q. 1. factus. 25. q. 1. omnes. ff. de rebus eorum.

uendit fructus sine auctoritate iudicis, ut C. de admin. tuto. lex, quæ nec aliqua decret. contradicit legi. B.

HAec huius placiti.] CASVS. Quærimonia facta fuit in concilio Ilerden. de clericis, qui post obitum episcopi omnia bona defuncti antistitis usurpabant facta est constitutio, ne hoc de cætero fiat: sed œconomus adiuncto sibi uno, uel duobus fidelibus uiris pascat ex illis bonis clericos, si qui sunt in domo episcopali: uel seruet ad usum successoris, qui uti debet bonis illis cum clericis sui antecessoris. clericus autem contra hanc constitutionem faciens, anathematizetur.

e ¶ Hæc huius.] Sic construe, hæc censura placuit custodiri placiti constitutione, & secundum hoc uerbum placuit, est personale uerbum.

f ¶ Placiti.] Id est decreti.

g ¶ Con-

a ¶ Conſeruare.] Arg. ſucceſſori omnia ſeruãda à morte prædeceſſoris. extra de off. & pot. iud. ord. cũ vos plerũque. & extra de teſt. relatum. Item ar. ꝙ mobilia prędeceſſoris pertinent ad ſucceſſorem, ut infra e. de laicis.

b ¶ Et vix.] Quod uix fit. tamen fit ſ. d. 19. in memoriam. arg. cõtra. ff. ad Vell. tutor. in princ.

c ¶ Quia.] Hoc refertur ad id, quod ſ. dixit.

ET ſi illi.] CASVS. Quęſitum fuit ĩ cõcilio Toletano, an ſucceſſor poſſit reuocare ĩ ſeruitutẽ illos, quos anteceſſor manumiſit, q nihil de reb. ſuis eccleſiæ cõtulerat. Et rñdet ꝙ ſic: & ideo qui hoc faciunt, in futuro dãnabũtur, & hoc ꝓbaĩ una ratione: quia ſi illi q nihil pauperib. erogãt, in futuro damnabuntur: multo magis illi, qui pauperibus auferunt qđ nõ dederunt: cum iniquum ſit, ut illi qui nihil eccleſiæ contulerunt, ius eccleſiæ alienare cõtendant.

d ¶ Diſtribuunt.] Neceſſitatis articulo. de hoc notatur 47. diſt. ſicut hi.

e ¶ Quanto magis.] Innuit hic, ꝙ magis ſit auferre quam nõ dare: cũ tamẽ quandoque equiparẽtur. & ſic eſt contra 67. diſtinc. ſicut.

f ¶ Non cõtulerit.] Sic uĩ, ꝙ ſi res ſuas contulerit eccleſiæ, ꝙ tũc alienare poſſit. argum. ĩ. c. ſi qs qualibet. ext. de rebus ecc. nõ alie. epi. Ad hoc dicunt qdã, ꝙ nullo caſu poteſt alienare, niſi cõi cõſenſu canonicorũ, ſed hoc nihil eſt: qa ſi habet conſenſum cleri, quare reſtituet tantundẽ de ſuo: cũ nec alienare poſſet, licet adeſſet omniũ conſenſus, niſi eſſet cõmunis utilitas eccleſiæ, ut infra ea. ſine. Sed intellige cũ ille manumiſſus nõ erat benemeritus. & ſic erat malæ fidei poſſeſſor, aliàs poſſet preſcribere libertatem, ut C. de præſcrip. lõgi temp. l. 1.

Epũs ſeruum eccleſiæ an poſſit manumittere.

1 Dũ tñ tolerẽt in adminiſtratione, aliàs ſecus, vt ſ. eo. monemus. & de hoc not. ext. de reb. eccl. non alien. ſi qs presbyterorũ. Arch.

g ¶ Succeſſor.] Vel ipſemet 35. q. 9. quod quis. & eſt arg. quod ſucceſſor reuocat male factum ſui anteceſſoris: 1 ut 16. quæſt. 3. ſi ſacerdos. extra de precar. cap. 1.

h ¶ Reuocabit.] Niſi per decem annos ſteterint in libertate. ff. qui & à quib. ma. ſicut. §. Ariſto. ſic ergo reſtituitur contra libertatem eccleſia: quod non eſt in minore, niſi ex magna cauſa, ut ff. de minor. ſi ex cauſa. in fi.

abſcondens. Sed is, cui domus commiſſa eſt ſubiunctis, [β] ſibi vno, vel duobus fideliſſimis clericis omnia vſque ad tẽpus pontificis ſubſtituendi debeat cõſeruare; [a] & his, qui in domo inueniuntur, clericis conſuetam alimoniam adminiſtrare. Subſtitutus autem antiſtes ſuſceptę ſedis [γ] cõmoda ordinabit, velut Deus imperabit: vt eis vti cum his debeat, quos cognouerit diſciplinæ, & charitati prædeceſſoris ſui fideliter paruiſſe. Quòd ſi quiſquam poſt hæc, cuiuſlibet ordinis (vt ſuperius dictum eſt) clericus quacunque occaſione de omni facultate quidpiam probatus fuerit abſtuliſſe, vel forſitan dolo aliquo ſuppreſſiſſe; reus ſacrilegij prolixiori anathemate condẽnetur, & vix [b] quoque peregrina ei cõmunio concedatur: quia [c] durum eſt, vt hi, quos conſtat in ſeruitio Domini cũ primæ ſedis antiſtite deſudaſſe, ab his, qui ſuarum rerum incubatores, † vel vtilitatibus ſeruientes, atque vacantes fuiſſe noſcuntur, deſpecti aliquatenus crucientur.

† al. incubitatores, atque vagantes fuiſſe.

[α] ¶ Nihil furto.] *In codice Luceñ regio ſequitur*, nihil vi.

[β] ¶ Subiunctis ſibi.] *In conciliorum editionib. ſequitur*, cum conſilio: *& in codice regio additur*, clerici: *fortaſſe autem legendum*, cum conſilio cleri.

[γ] ¶ Suſceptæ ſedis.] *In eodem regio codice eſt*, ſuſcepta ea, prout deceſſor ſuus ordinauit, vel vt Deus imperauit.

Item ex concilio Toletano 4. c. 66.

¶ Epiſcopi, qui nihil eccleſiæ conferunt, famulos eius libertate non donent. C. XXXIX.

ET ſi illi, qui nulla ex rebus ſuis pauperib. Chriſti diſtribuunt, [d] æterni iudicis voce in futuro cõdemnabuntur; quanto magis [e] ij, qui auferũt pauperibus quod non dederunt? Quapropter epiſcopi, qui nihil ex ſuo proprio eccleſiæ Chriſti compenſauerunt, hanc diuinã ſententiam metuant, & liberos † ex familia eccleſiæ ad condemnationem ſuam facere non præſumant. Impium enim eſt, vt qui res ſuas eccleſię Chriſti non contulerit, [f] damnum inferat, & ius eccleſiæ alienare contendat. Tales ergo liberos † ſucceſſor [g] epiſcopus abſque vlla oppoſitione ad ius eccleſiæ reuocabit: [h] quia eos non æquitas, ſed improbitas abſoluit.

Burch. l. 3. c. 189. Iuo p. 3. c. 249.

† al. libertos ex familia.

† al. libertos.

Item ex concilio Aurelianenſi.

¶ *Hoc idem citatur ſupra ead. ſi quis de clericis, ex concilio Agathenſi, in quo habetur. Non eſt autem mutatus titulus: quia potuit in aliquo etiam Aurelianenſi, quod non extet, eſſe repetitum.*

¶ De clericis, qui documenta eccleſiæ ſupprimunt, aut negant, aut alijs damnabiliter tradunt. C. XL.

SI quis de clericis documẽta, quibus eccleſiæ poſſeſſio firma tenet, aut ſupprimere, aut negare, aut auertere,

Iuo p. 3. c. 156.

SI quis de clericis.] Caſum iſtum habes ſ. ead. in c. ſi quis de clericis. & ideo ibi videbis.

Ab-

Abbatibus.] CASVS. Constitutum est in concilio Aurelianen. vt abbates, presbyteri, uel alij prælati nil de rebus suarum ecclesiarum alienare præsumãt sine licentia, & subscriptione epi, & qui hoc p̃sumpserit, deponatur, & qđ temere alienatũ est, per epm reuocetur. ditio possit rescindi. Et respõdet, ꝙ sic: in arbitrio tam̃ n episcopi erit, utrum pretium recipiat, uel recuperet possessionem, quia quandoque magis expedit habere pretium quam possessionem. Sequens cap. planum est, & per se patet.

a ¶Sub-

aut fortasse tradere, damnabili, & punienda obstinatione præsumpserit; quidquid pro absentia documentorũ damni ecclesiæ illatum est, de proprijs facultatibus reddat.

lib. 7. c. 275.

Item ex concilio Aurelianensi 3. c. 23.

¶Ministris ecclesiæ de rebus eiusdem ecclesiæ absq; episcopi permissu nihil alienare licet. C. XLI.

Poly. l. 3. tit. 18.

ABbatibus, presbyteris, cæterisq; ministris de rebus ecclesiasticis, vel sacro ministerio alienare, vel obligare absque permissu, & subscriptione episcopi [a] sui nihil liceat. Quod qui præsumpserit, degradetur communione concessa, & quod temere præsumptum, aut alienatum est, ordinatione episcopi reuocetur.

Item ex synodo Ancyrana, c. 15.

¶Res ecclesiæ, quæ absente episcopo distrahuntur, ad ius ecclesiasticum reuocentur. C. XLII.

Ans. l. 6. c. 162.

† ἀναβαλεῖσθαι τὸ κυριακὸν.

† al. constitutum pretium.

SI qua de rebus [b] ecclesiæ, cum episcopus non est, presbyteri [c] vendiderint; placuit rescisso [d] contractu ad ius † ecclesiasticum reuocari. In iudicio autem erit episcopi constitutum †, si pretium debeat recipi [e], nec ne: propterea ꝙ [f] sæpe contingit distractarum rerum redditus ampliorem summam pro accepto pretio reddi α.

α Reddi.] *Sic in quibusdam exemplaribus prisca versionis. In alijs vero est, reddidisse, Græcè legitur* διὰ τὸ πολλάκις τὴν πρόσοδον τῶν πεπραγμένων ἀποδιδόναι αὐτοῖς τοῦ τοσ πλείονα τὴν τιμὴν i. propterea quod sæpe rerum vẽditarum redditus maius pretium his ipsis reddiderit. *Sed ob glossam non est mutatum.*

Et in Aquisgra. c. 88

Item ex concilio Chalcedonensi, c. 22.

¶Post mortem episcopi res ad eum pertinentes clerici non rapiant. C. XLIII.

NOn liceat clericis post mortem [g] episcopi sui rapere [h] res pertinentes ad eum: sicut iam præcedentibus regulis constitutum habetur. Si vero hoc fecerint; periclitari se nouerint in proprio gradu.

In Meldensi c. 21.

Idem ex concilio Madiomatricis.

¶Rescindantur precariæ, & commutationes ab inuasoribus factæ. C. XLIIII.

Burch. l. 3. c. 166. Iuo p. 3. c. 227. ex Belluacensi.

PRecariꝗ [i], & commutationes tempore viduatarum ecclesiarum factꝗ ab his, qui loca episcoporũ occu-

c ¶Presbyteri.] i. canonici.

d ¶Rescisso.] Hic patet, ꝙ sede uacante clerici nihil dispone re possunt de rebus ecclesiæ, ut 10. q. 2. si quis eps. & 75. dist. quoniam. immo potius sede vacante nõ possunt immutare statũ eius. extra. ne sede uacan. c. no. it. tamen si est magna necessitas, clerici possunt aliqua alienare ſm H. ut dixi 71. d. fraternitatem. & ar. inf. ea. precariꝗ tñ de auctoritate superioris. Nã & iudex præstat auctoritatem facto minoris eo tempore, cum nõ habet curatorem, ut C. qui admi. ad bon. poss. l. bonorum. Item in minoribus ecclesijs potest episcopus aliqua alienare mortuo sacerdote [1] tpe necessitatis, ut 10. q. 2. si quis eps, & no. ꝙ contractus ipso iure tenet, quem faciunt clerici mortuo epo, sed restituit ecclesia si probat se læsam, sicut est in contractu minoris, qui non hẽt curatorem, ut C. de in integ. restit. si curatorem, & ideo benedicit hic, rescisso contractu, scilicet per in integrũ restitutionem.

e ¶Recipi.] Ab emptore.

f ¶Propterea quod.] Idest, quia sæpe contingit amplio:ẽ sũmã redditus distractarũ rerum reddi. scilicet emptori pretio accepto, hoc est dicere, ꝙ emptor amplius sepe pcipit de redditib. quam sit pretiũ quod dedit, uel ꝙ ecclesia inueniat pro pretio quod accepit: & ideo magis expedit episcopo repetere fructus perceptos, quàm retinere pretiũ.

Sede uacante an possint clerici de rebus ecclesiæ disponere.

1 Vt contra ext. lib. 6. de reb. eccl. nõ alie. dudum. sed põt intelligi qđ ibi dr cũ hac determinatione: & ita hoc nõ corriget ad hoc j. ea. precariæ. Arch.

a ¶Subscriptione episcopi.] Licet abbas non posset sine consensu epi alienare rem ecclesiæ, ut hic, & j. 17. q. 4. in uenditionibus, & ex. de reb. eccl. non alie. nulli. tamẽ si cõsuetudo loci habet bene potest dare modicum. ext. de do. c. 2. & 3. & infeudare potest. ext. de reb. eccl. non alie. ad nostram. & hoc potest episcopus, uel abbas sine consensu capituli, si subest necessitas, & res est modica. j. ea. c. terrulas. Io. quod falsum est, nisi in paruis rebus.

1 Abbas an possit donare.

b SI qua de rebus.] CASVS. Vacante episcopali ecclesia, quidam presbyter uendidit ecclesiasticam possessionem: tempore procedente, episcopus est substitutus, quæsitũ est in synodo Ancyrana, utrum talis uen-

g NOn liceat.] ¶Post mortem.] Narrat quod contingere solet. unde sub maxime. sup. ea. hæc huius.

h ¶Rapere.] Vitium. not. inf. ea. de laicis. & c. illud. ca. q. 5. sicubi. H.

PRecariæ.] CASVS. Statuitur in hoc c. ut precariæ, & commutationes, quæ factæ sunt ab intrusis vacantibus ecclesijs, rescindantur: & si expediat, fiant secundũ canones, uel secundum leges.

i ¶Precariæ.] Ergo clerici possunt alienare ecclesia uacante,

cante, quia capitulum supplet defectum episcopi. extra de hær. ad abolendam. Io. quod falsum est, vt extra ne se de vacan. c. 1. B.

a ¶ Vel ciuili.] sup. 96. d. bene. in fi. Vel dic ciuili. i. principis: cuius auctoritas requiritur in rebus ab ipso collatis. 10. q. 2. precariæ.

dum defunctorum iudicium pauperibus erogentur, aut successori reseruentur. Idem etiam seruari debet de rebus aliorum clericorum defunctorum: & qui contra fecerit, anathema sit. Secunda pars incipit ibi, [Episcoporum vero.]

pauerant, rescindantur, & cum auctoritate ecclesiastica, vel ciuili [a], si faciendæ sunt, fiant.

¶ *Quod hic ex concilio Mediomatricis citatur, in concilio Meldensi refertur ex cõcilio Belluacensi, ex quo etiã citant Burchardus, et Iuo. Sed quia in concilijs Gallicis, & Germanicis sæpe eadem reperiuntur; non est mutata inscriptio. In adiectis capitularibus quæ ex Gallia sunt habita, inter cætera leguntur quædam capitula excepta a domino Rege Carolo, & principibus suis ex his capitulis, quæ anno DCCCXLVI. ediderunt episcopi in synodis, &c. Quorum capitulorum vnum est hoc.* Vt precariæ, & commutationes tempore viduarum ecclesiarum factæ ab his, qui loca episcoporum occupauerunt, rescindantur, & cum auctoritate ecclesiastica, vel ciuili denuo si facienda fiant.

Ioan. Diaconus lib. 3. cap. 23.

Item Gregorius Maximiano Syracusano episcopo, lib. 3. epist. 11.

¶ Pro labore inuentarij nihil accipiant œconomi de rebus ecclesiæ. C. XLV.

CHaritatem tuam commonere curauimus; vt si quispiam episcoporũ de hac luce migrauerit, vel (quod absit) pro suis fuerit remotus excessibus; cõuenientibus œconomis [α], cunctisque clericis † prioribus, atque in sui præsentia inuentarium ecclesiæ rerum facientibus, omnia, quæ reperta fuerint, subtiliter describantur: nec (sicut antea fieri dicebatur) species quædam, aut aliud quodlibet de rebus ecclesiæ, quasi pro faciendi [b] inuentarij labore tollatur. *& infra.* ¶ Visitatores ecclesiarum, clericiq; eorum, qui cum ipsis per non suæ ciuitatis parochias fatigantur, aliquod laboris sui cupiant te disponente subsidium. Iustum namque est, vt illi † consequantur stipendium [c]; qui † pro tempore suum commodare reperiuntur obsequium.

† al. cleri.

† al. illis. † al. qui.

α ¶ Oeconomis.] *Sic etiam in omnibus vetustis: sed in originali tam impresso, quam manuscripto legitur,* hierarchicis, *Ioannes Diaconus habet,* hieraticis.

Item ex concilio Vrbani Papæ Aluerniæ celebrato.

¶ Excommunicentur laici, qui morientium clericorum audent bona diripere. C. XLVI.

DE laicis quæstio facta est, qui morientib. episcopis, siue alijs clericis res defunctorũ inuasas, ecclesiæ, pauperibusq; surripiunt. Contra quos commune totius cõcilij anathema prolatum est, ipso Papa huiusmodi sententiam promulgante. Si quis post interdicti præsentis cognitionem [d] episcoporũ, seu presbyterorum, aut aliorum clericorum res [e] inuaserit; vsque ad satisfactionem

CHaritatem.] CASVS. Hoc cap. duas habet partes. In prima præcipit Gregor. Maximiano episcopo Syracusano, quẽ fecerat in Sicilia legatũ, vt si qs episcopus moriatur vel deponatur, cõueniant œconomus, & clerici ecclesiæ, & p̃latí, & in præsentia eius d̃ reb. ecc. faciãt inuentariũ, pro quo neq; species, neque pretiũ aliud scriptori tribuat. In secũda parte præcipit ei, ut cũ visitatores parochias uacantium ecclesiarũ visitant; eo disponẽte, ipsi & clerici eorũ, qui cũ eis visitãt: aliquid emolumẽti pp suũ laborem percipiant, vt illi consequanẽ stipẽdiũ, &c. [Subsidij.] Dicit H. p̃ noĩe subsidij intelligitur p̃curatio tm̃, licet posset etiam aliter intelligi. Sc̃da pars incipit ibi, [Visitatores]

b ¶ Pro faciendi.] hoc intellige cũ habet salariũ de publico, ut 23. q. 1. militare in fi. & 1. q. 3. si quis ep̃s. aliàs secus. 10. q. 2. precariæ.

c ¶ Stipendiũ.] Atq; ad quem onus spectat, & emolumẽtũ j. eo. quicunq; 7. q. j. pontifices. 16. q. 6. de lapsis. Itẽ est hic arg. q̃ iudices licite possunt petere sumptus a partib. vt dixi 11. q. 3. non licet. & est simile quod dicit alibi, q̃ labor non debet esse sine fructu, vt 7. q. 1. ibi.

DE laicis.] Hoc c. diuidiẽ in duas partes. In prima parte dr̃, q̃ in Aluernia erat quędã praua cõsuetudo. s. q̃ morientibus episcopis siue alijs clericis, laici res defunctorum inuadebant. Statuit ergo Vrbanus Papa in concilio Aluerniæ congregato, vt si quis de cætero talia præsumpserit excommunicetur, donec resipiscat. In secunda parte dicitur, quod res episcoporum defunctorum per archidiaconos, archipresbyteros, & secundum defunctorum iudicium pauperibus erogentur...

d ¶ Cognitionem.] Non ligat constitutio nisi a tp̃e scientiæ. 82. d. proposuisti. in fi. ff. de dec. ab ord. fac. l. vlt.

e ¶ Res.] Proprias. s. quia de rebus ecclesiæ non p̃nt testari, ut ext. de test. quia. sed morientes possunt aliqua dare, si hoc hẽt ecclesiæ consuetudo. ext. de test. ad hæc.

d ¶ Co-

a ¶ Per

a ¶Per archipresbyterorum.] Si defunctus nihil de his disposuit, tunc si habet hæredem, ei tradet: si non hēt, ecclesia succedit sicut collegium succedit in hæreditatem decurionis. C. de hære. decur. l. 2. & 3. & inf. ea. q. 5. c. vlt. & sup. c. episcopus qui.

b ¶Iudi- b ¶Iudicium.] Potest etiam moriens suum voluntatem committere iudicio alterius, ut extra de ... cum tibi.

ILlud quod.] CASVS. In concilio Chalced. statutum fuit, ut nullus rapiat bona defunctorum episcoporū vel aliorū clericorū sed oīa p œconomos ad opus ecclesiæ & successoris reseruentur. Innocētius vero modo confirmat illud, & statuit, q si quis cōtra hoc fecerit, excōmunicetur. c ¶Successoris.] Hoc teneas, q moriente epō, vel sacerdote successori eius reseruantur bona eius, vt hic di. & s. c. hęc huius. sed moriente canonico, nihil reseruatur successori, sed diuiditur inter canonicos, vt ext. de test. relatum. d ¶Oeconomi.] Si ecclesia hēt œconomum in ptāte eius erūt res ecclesię decedentiū epōrū, 2 vt hic, & 75. d. qm quidem: si non habet, erūt i ptāte maiorū ecclesiæ, vt s. c. pxi. si illi nō sunt idonei tunc erūt in potestate aliorū clericorū, vt j. c. prox. omnib. deficientibus erunt in potestate metropolitani, ut inf. ead. nō liceat. nisi ibi visitator sit, quia tunc ille custodiet eas, 61. d. obitum.

1 Idest, dispē satione rerū suarū ẽm Innoc. & Hug.

excommunicetur. ¶Episcoporum vero deficientium res per archipresbyterorum [a], seu archidiaconornm manus aut secundum mortuorum iudicium [b] pro ipsorum salute in eleemosynas dispensentur, aut successori, qui futurus est reseruentur. Idipsum de presbyterorum, seu clericorum aliorum rebus per episcopum, vel supradictas personas, aut cui deficientes commiserint, fiat. Si quis autem aduersus ista præsumpserit, anathema sit.

Episcopi morientis bona cui sunt reseruanda.

¶In titulis capitulorum concilij Claremontensis (quod Aluerniæ celebratum est) titulo penultimo hæc leguntur ad caput hoc spectantia. Ne aliquis clericus res episcoporum, vel clericorum, vel in vita, vel post mortem eorū diripiat, uel in vsus proprios conferat. Quod si quis fecerit, anathema sit: & dictum est ab omnibus, fiat.

Item Innocentius Papa II. in concilio Lateranensi, c. 4.

¶De eodem. C. XLVII.

Sup. c. non liceat. Pann. l. 8. c. 141.

ILlud, quod in sacro Chalcedonensi concilio constitutum est, irrefragabiliter conseruari præcipimus, vt videlicet decedentium bona episcorum a nullo omnino hominum diripiantur: sed ad opus ecclesiæ, & successoris [c] sui in libera œconomi [d], & clericorum permaneant potestate. Cesset igitur de cętero illa detestabilis, & sęua rapacitas. Si quis autem amodo hoc attentare præsumpserit; excommunicationi subiaceat. Qui vero morientium [a] presbyterorum, uel clericorum bona rapuerint, simili sententiæ subiaceant.

2 Quidquid dicat hic gl. dic, q œconomi & clerici cathedralis ecclesiæ gubernabūt bona ipsius ecclesię, vt s. eo. charitatem cui c. standū est. & hoc hr expresse, ut patet ex tex. huius c. cui stādum est ẽm Inno. prout hoc not. ext. de off. or. c. cū vos & ut ec. benefic. c. 1o. Arch.

a ¶Morientium.] *In vulgatis sequebatur*, episcoporum: *quæ vox & a uetustis, & ab ipso cōcilio manuscripto abest, & frustra repeteretur. Sunt autem ex originali addita paulo superius aliquot verba.*

Hoc non solum de laicis, verumetiam de metropolitanis & quibuslibet alijs clericis intelligendum est: sicut in sexta synodo, c. 35. legitur.

HOC NON SOLVM. CASVS. Sup. dictū est, q laici bona clericorū defūctorū inuadere nō psumāt: nūc vero docet idem G. de metropolitano & de qbuslibet alijs clericis, & ad hoc īducit seq. c.

¶Res episcopi morientis metropolitano non licet inuadere. C. XLVIII.

NOn liceat alicui metropolitano, mortuo episcopo, qui sub eo est, aut res eius, aut ecclesiæ suæ auferre: sed sint sub custodia cleri ecclesię defuncti episcopi, vsq; dum alius ordinetur episcopus. Si vero clerici in ecclesia non fuerint; tunc metropolitanus illibata omnia episcopo, quibus ordinabitur, reddat.

NOn liceat.] CASVS. Costitutū est i sexta synodo, vt moriente epō, res illius, vel ecclesię suæ non præsumat aufferre metropol. sed seruent a clericis eiusdem ecclesiæ. si uero clerici nō sūt ibi idonei metropolitanus futuro epō oīa illibata reseruet. Seq. §. cū c. seq. per se patet.

Sicut autem res ecclesia nulli usurpare licet; ita ecclesia aliena inuadere non permittitur.

Vnde Gregorius lib. 2. epist. 43. ad Bonifacium episcopum.

¶Aliena, ecclesiæ non licet inuadere. Cap. XLIX.

SIcut ecclesia proprias res amittere non debet; ita eam rapacitatis ardore inuadere alienas [d] non oportet.

SIcut.] ¶Alienas.] Rem alienā semp tenetur restituere nisi illa iam sit consecrata, vt 17. quæst. 4. con-

His omnibus auctoritatibus perspicuè monstratur, q nulli sacerdotum res ecclesiasticas alicui tradere licet: & ille, qui de manu sacerdotis facultates ecclesiæ acceperit, nullo iure eas vendicare poterit: sed potius cogetur restituere quod illicitè accepit. Sed notandum [a] *est, quòd quibusdam causis exigentibus res ecclesiæ distrahi possunt. Causa enim necessitatis cum consilio clericorum, vel vt meliora prospiciant, res ecclesiæ a sacerdotibus distrahi possunt.*

Vnde in Africano concilio legitur.

Et in Moguntino sub Rabano c.8.

¶Nisi causa necessitatis nec episcopo rem ecclesiæ suæ vsurpare licet. C. L.

NOn habenti † necessitatem nec episcopo licet matricis ecclesiæ [a] rem sui tituli [b] vsurpare [c].

Burch.l.3.c.178. Iuo p.3.c.139.

† habente] orig.

¶*Gratianus citat hoc ex concil. Africano, & sequens ex Carthaginensi. Sed in vnico Carthaginensi inserto in codice canonū hoc quidē est pars posterior: sequēs verò prior capitis eiusdē, quod est ultimum, idest, xxxiij. & Burchardus, & Iuo integrum caput referunt ex Carthaginensi.*

a ¶Ecclesiæ.] *In codice canonum, & apud Burchardum sequitur,* nec presbytero rem. *apud Iuonem vero legitur:* nec episcopo liceat rē matris ecclesiæ ignorante cōcilio, vel presbyteris, suis titulis vsurpare. *Post sequens autem caput apponetur integer canon Græcè vnà cum versione.*

Item ex concilio Carthaginensi vnico, c. vltimo.

¶Nec presbyteri ignorantibus episcopis, nec episcopi ignorante concilio rem ecclesiæ vendant.

Cap. LI.

PLacuit, vt presbyteri non vendant rem ecclesiæ, vbi sunt constituti nescientibus episcopis suis, quomodo nec episcopis liceat vendere prædia ecclesiæ inconsulto concilio [d], vel cuncto β presbyterio [e] sine vlla necessitate [f].

Iuo ibidem. Burch. ibidem.

β ¶Vel cuncto.] *In canone vniti Carthaginensis legitur,* vel presbyteris suis. Non habente ergo necessitatem, &c. *vt proximo superiore capite, quemadmodum, apud Burchardum etiam & Iuonem; licet ipsi legāt,* habenti: *Græcè autem ita totus canon habet.*

Ὁ᾽μοίως ἤρεσεν. ὥστε τοὺς πρεσβυτέρους παρὰ γνώμην τῶν ἰδίων αὐτῶν ἐπισκόπων πρᾶγμα μὴ πιπράσκειν τῆς ἐκκλησίας, ἐν ᾗ καθίδρυνται. ὃν τρόπον καὶ τοῖς ἐπισκόποις οὐκ ἔξεστι πιπράσκειν χωρία τῆς ἐκκλησίας, ἀγνοούσης τῆς συνόδου, ἢ τῶν ἰδίων πρεσβυτέρων. μὴ οὔσης τοίνυν ἀνάγκης, μηδὲ ἐπισκόπῳ ἐξεῖναι καταχρήσασθαι πράγματι ἐκ τοῦ τίτλου τῆς ἐκκλησιαστικῆς μάτρικος.

Similiter placuit; vt presbyteri prę̨ter suorū episcoporum sententiam non vendant rem ecclesię, in qua consecrantur: quemadmodum neque episcopis licet prędia ecclesię vendere insciente synodo; vel proprijs presbyteris. Ergo, nisi adsit necessitas, neque episcopo liceat abuti re aliqua ex titulo ecclesiasticę matricis.

Item ex epistola Leonis Papæ vniuersis episcopis per Siciliam constitutis.

contra quia nihil. & c.54. d. generalis. & 14. q. vi. cōperimus.

HIS OMNIBVS. CASVS. Infert G. ex omnib. ferè supradictis c. q prælati res ecclesiasticas alienare non debent; & si alienatæ sunt, restitui debent: qđ verū est, si illicitè alienētur. Nūc vero dicit, q ex causa necessitatis vel vtilitatis licitè pñt res ecclesię alienare. De necessitate probat p c. prima. De vtilitate ꝓbat p tria sequētia c. s. sine exceptione: item domus, & terrulas. Seq. c. patet [Vt meliora.] [vt cā vtilitatis.

a ¶ Sed notādum.] Nunc incipit ostendere quādo possunt alienari res ecclesię.

NOn habenti.] b ¶ Sui tituli.] i. ecclesię. vel sui tituli. i. ad suū cōmodū, ut ĩ. c. monem⁹.

c ¶Vsurpare.] i. alienare. & ponit in mala significatione, cū nō subest necessitas.

PLacuit.] CASVS. Statuit in hoc c. vt cōsensu eporum psbyteri nō vēdant res ecclesiarū, sicut nec epi vendere pñt prędia ecclesiarū inconsulto cōcilio. & inducit hoc c. a contrario sensu. [Concilio.] hoc quo ad res matricis ecclesiæ. [Vel cūcto presbyterio.] hoc quo ad res aliarū ecclesiarum, quarū prędia alienētur. & sic concilium dicet collegiū matricis ecclesiæ presbyteriū dr collegiū aliarum ecclesiarum.

d ¶Concilio.] s. clericorū, vt ĩ. c. proxi. ADDITIO. Et vide quod not. 17. dist. in sum. 33. dist. qñ. in gl. vlt. ubi hoc c. placuit, allegat. Arch.

e ¶Presbyterio.] Hic habes, q episcopus requiret consensum sacerdotum in alienatione, vt 10. q. 2. si quis episcopus.

f ¶Necessitate.] Ergo ĩ necessitate possunt eis incōsultis. 1 ut ĩ. ca. terrulas

Dic, q si tāta immineat necessitas, q concilium canonicorū expectari non possit, tunc eps alienare poterit. arg. ff. de admin. tut. §. 1. ff. de pet. hæred. l. diuus, dummodo id gerat qđ de iure reprobari non debeat. ar. ff. de ritu nupt. si fili⁹.

Sine exceptione.] CASVS. Leo Papa præcipit e̅pis Siciliæ, vt res suarum ecclesiarũ aliquo mõ nõ alienẽt nisi causa vtilitatis hoc faciãt, & cũ tractatu, & cõsensu totius capituli, & subscriptione, & si aliter facta fuerit alienatio, irrita erit, & vacua. Seq. duo c. patent.

a ¶ Sine

¶ Nisi vt meliora prospiciat, rem ecclesiæ non licet distrahere episcopo. C. LII.

Ansel. 7. c. 69. & l. 6. cap. 189.

Sine exceptione [a] decernimus, ne quis episcopus de rebus ecclesiæ suæ quidquam donare [b], vel cõmutare, vel vendere [c] audeat; nisi forte aliquid horũ faciat, vt meliora prospiciat, & cũ totius [d] cleri tractatu [e] atque consensu id eligat; quod non sit dubium profuturũ [f] ecclesiæ, *& infra.* ¶ Episcopus rebus ecclesię tanquã commendatis, non tanquam proprijs vtatur. Irrita enim episcoporum venditio, & commutatio rei ecclesiasticæ erit absque conniuentia [u] [g], & subscriptione clericorum.

In conc. Carthagin. 4. c. 31. Ibid. c. 32. & ext. de his, q̃ fi. a præl. c. 1. Iuo p. 3. c. 231. Pann. l. 2. c. 86.

u ¶ Conniuentia.] *Antea legebatur*, absque omnium conniuentia. *Inducta vero est dictio*, omnium; *quia neque in vetustis exemplaribus, neque in Decretalibus c. 1. de his, quæ fiunt a præl. neque apud cæteros collectores habetur. Apud Iuonem, qui citat concilium Carthag. 4. & in Pannormia, qui Leonem ex concilio apud Valentias loco istius vocis,* conniuentia *est* collaudatione.

Item domus vrbium, vel castrorum, quæ ecclesiæ plus incõmodi, quam vtilitatis afferunt, licet rectorib. ecclesiarum (sicut in superiori capitulo Symmachi:] Non liceat Papæ, &c.] continetur) vendere, vel commutare.

sup. ead.

Item sicut in Agathensi concilio, c. 45. legitur.

¶ De eodem. C. LIII.

Iuo p. 3. c. 160.

† Cap. 45. & hoc c. terrulas. seruatur in praxi. & ita consuluerunt Io. Cal. consil. 11. de iu. in. cons. 7. de reb. eccle. nõ alie. Bal. cons. 156. li. 1. Soc. consil. 102. col. 2. li. 2. Guid. Papæ decis. Delph. 156. Idẽ Pan. ... vt super de reb. ecc. non ali. Ph. Fran. ... 1. col. 6. co. in 6. Fab. de Mõte. in tra. de empt. & vend. q. 5. in principali in ... Fran. Curtij tracta. de feud. par. 2. q. 21.

6 Terrulas †, aut vineolas exiguas [h] & ecclesiæ minus vtiles, aut longe positas paruas, episcopus sine concilio fratrum (si necessitas fuerit) distrahendi habeat potestatem.

¶ *Capitulum hoc in aliquot vetustis codicibus est coniunctum superiori.*

Seruos quoque fugitiuos, qui reuocati retineri non possunt, similiter episcopis distrahere licet.

Vnde in eodem concilio, c. 46. legitur.

¶ Alienentur fugitiui, qui retineri non possunt. C. LIIII.

Fvgitiui [i] domos suas, aut familias deserentes, qui ẽt si reuocati fuerint, non possunt teneri, simili rõne

a ¶ Sine exceptione.] Et tñ possunt aliqui casus excipi, & sic est arg. q̃ licet Papa præcipiat nullam audiendam exceptionem tñ est admittenda, vt ext. de offi. delega. ex parte, & extra de rescri. si quando. & c. cum adeo.

b ¶ Quidq̃ donare.] Nisi modicũ. 1 ext. de do. cæterũ.

c ¶ Vendere.] Vel obligare, vt extra de reb. eccl. non alie. nulli.

d ¶ Totius.] 65. dist. sane.

e ¶ Tractatu.] Quis debeat esse tractatus, habes 10. q. 2. hoc ius.

ADDITIO. Extra de ijs quę fiunt a præla. tua. & de reb. eccl. dudum C. de vend. re. ciui. l. fi. lib. 11. Arch.

f ¶ Profuturum.] Sed nonne sufficit, q̃ vtiliter cœptũ est, licet, non sit inde secutus effectus. vt ff. de ne. ge. sed an vltro? Rñ. q̃ non: quia cum ecclesiam comparemus pupillo, non sufficit vtiliter cœptum, nisi ecclesia sit facta locupletior, vt ff. de neg. gest. si pupilli. in prin. nisi ita sit, q̃ res illa naturaliter, vel terremotu perierit, vt ff. de min. verũ. §. si locupleti. Sed quid si ecclesia ex illo contractu non est locupletata, vel dãnificata? Tunc dicã contractum tenere 2 quia sufficit, q̃ nihil ad læsionem diuinæ domus sit factum, vt 10. q. 2. hoc ius. nam eo ipso, q̃ nõ est pauperior facta, intelligitur locupletior, ff. de solu. l. si pupillo. Hoc scias q̃ licet oẽs clerici cõsentiant, si tamẽ nõ obseruatur forma alienationis, alienatio nulla est. 3 vt C. de sacros. eccl. iubemus. in fi. & hic idẽ dr̃. Item si fiat alienatio in casu nõ cõcesso, dummodo seruetur forma alienationis tenet 4 alienatio, vt ext. de ijs q̃ fi. a præla. cum nos. & ext. de emp. & vẽ. cum dilecti & ca. cũ causa. sed restituitur ecclesia si probat se læsam.

g ¶ Conniuentia.] Sufficit tamen eorũ taciturnitas. extra de ijs quæ fi. a pręla. cõtinebatur, & est hic arg. q̃ nulla sit alienatio nisi adsit subscriptio, vt 96. d. bene quidem.

Terrulas.] Hæc ẽ 6. pars q. in qua ponit seu ponere intendit casus, in quibus possit alienatio fieri capitulo inconsulto: credo tamen quod nõ in omni casu capitulũ sit consulendum. extra de ijs quæ fi. a ma. parte cap. per totũ. Ioan. de Pant. sed hic contradicit.

h ¶ Exiguas.] Forte exiguas vocat nõ valentes vltra 20. solidos 5 vt if. e. si quęs. varijs. n. modis dr̃ aliquid esse modicum, vt dixi 2. q. 6. anteriorum. vbi dr̃ q̃ sine decreto non possunt alienari res exiguæ, vt ff. de reb. eo. qui sub tu. 2. vlt. in prin. 17. q. 4. quicunque. & ff. de transact. cum hi. §. si in annos singulos, quod concedo dum tamen sint vtiles, nec insit necessitas, vt alienentur; alias secus. & hoc verum est, nisi consuetudo sit contraria. ar. contra. ext. de dona. cæterum.

Fvgitiui.] CASVS. Quidam serui ecclesiarũ fugitiui erant, & si reuocentur siue vocabantur non poterãt teneri. Statuit ergo concilium, vt ab e̅pis si voluerint distrahantur tales fugitiui. Idem potuerunt episcopi facere, si illi serui meruerint aliãs. Vel forte de alijs seruis, & non fugitiuis. loquitur quod dicit c. in fi.

i ¶ Fugitiui.] Sed quamdiu est in fuga, vendi non põt, C. ad legem Flauiã de pla. in fuga. Itẽ põt fugitiuus vendi sub ea conditione, si apprehendatur, ff. de co. l. 3. Ideo autem

2 Tenere q̃ ẽ equissimũ & tenẽt Doc. in l. cum hi. §. eã transactionem de transact.

3 Adde Bal. & Alexan. de Imo. in l. cũ alienam. C. de leg.

4 Tenet. Idẽ gl. su. c. 1. sũma. sed cõiter reprobant doct. possunt tamen saluari, secundum Anto. But. in c. cum Apostolica, de his, quæ fi. a præla. sine consen. per glo. ibi, ver. profuturũ qñ alienatio cõi opinione reputabatur vtilis ecclesiæ, licet non esset. Anto. Cors. in singu. ver. alienatio.

5 Ista fuit snĩa Lau. vel dic meliꝰ sm̃ Host. consuetudinem terræ, & facultates eccl. & rei vẽdita vel date facultatem attẽdendam, vt in decr. hic in fi. gl. alleg. & hoc ipse Host. no t. in sum. de his quæ fi. a præl. §. vl. in prin. & hoc ẽt tenet Goff. ut not. i sum. e. ti. §. in summa notandũ est, &c. Arc.

1 Intelligo ex causa, vt inf. sequitur. arg. sup. 44. dist. in prin. Arch.

autem prohibetur vendi seruus fugitiuus: quia fuga est quædam species libertatis, ff. de ædil. edict. quis sit fugitiuus, §. idem recte.

a ¶ Meruerint.] In alio.

INiustum.] ITEM. Hæc est 7. pars q. in qua dicit, quod si alienator reddat ecclesiam indemnẽ .s. spōte euadet depositionẽ Io. de Fa. CASVS. Ponit quartum casum Grat. in quo pñt prælati ecclesiæ res alienare licite, s. si tantundem velint de ppriis facultatibus compensare, quod probatur sequẽti c. cui⁹ casus patet. Qualiter tñ illud c. intelligat, melius dr in apparatu.

b SI qs.] ¶ Cōtulerit.] Ergo si de suo tm̃ eccle dedit, euadit pœnã depositionis, & sic est contra su. ea. monemus, &c. statuimus. & c. diaconi. vbi nõ euadit pœnã depositionis: licet tñ de suo dẽt. sed hic loqtur in eo casu, quãdo prius habitus est tractatus cum clericis, quod de suo tñ uel let dare, ut posset rẽ illam alienare, & clerici hoc præmiserunt 1 uel dic quod si eps primo aliquid dedit ecclesiæ, sed postea tñdẽ de alienat ab ecclesia, hoc intelligit fecisse ex uoluntate ecclesiæ. ar. ff. sol. mat. dotẽ.

1 Ad hoc fuit snia H. q credit sufficere cõsensum clericorum in genere, fuit etiã sententia L.

ITEM SI SERVOS. Hæc est 8. pars q. in qua ponit qd iuris sit de libertis ecclesię, & hæc est snia, quod serui benemeriti pñt manumitti, & de reb. eccl. hẽre vñ uiuãt, &c. Io. de Fa. CASVS. Ponit hic Gra. quintũ casum, in quo prelatus põt aliquid de reb. ecclesiæ alienare. Nã cũ manumittit seruũ pt ei donare usq. ad 20. solidos & nõ ultra & ad hoc inducit seq. cap.

SI quos.] CASVS. Quidã eps quosdã seruus suæ ecclesiæ benemeritos manumisit, & eis quędã de reb. ecclesiæ donauit quos successor eius voluit in seruitutẽ reuocare, & ea quę eis donata fuerant. quare quæsitum fuit in concilio Agath. utrũ hoc facere possit. Et rñdetur, quod non põt eos in seruitutẽ reuocare, nec quod datũ est usque ad 20. soli. poterit reuocare. vltra uero datum reuocabit.

c ¶ Benemeritos.] Sed qui dicuntur benemeriti? Sunt tales qui aliquod insigne seruitium fecerunt ecclesię. & ponas exemplum 79. dis. si quis Papa. Nam pro præmio remunerandus est seruus libertate, vt inf. ea. §. in criminali. C. de ser. qui pro præ. li. ac. per totum: large tamen benemeritus dicitur quicumque non demeruerit, ut ff. de manu. testa. seruos. sic quilibet. dicitur dignus, qui non est indignus, ut ext. de presump. dudum.

Benemeriti quis dicat.

d ¶ Libertatem.] Sup. ea. q. & si illi. ar. cõtra. ff. si quid in frau. pa. unius.

e ¶ Amplius.] Et ita donatio pro parte ualet, & pro parte non.

ab episcopo, si voluerit, aut si ita illi meruerint a distrahantur.

[*Item ex concilio apud Tansiacum* † *c. 2.*

† al. Carisiacum.

PALEA. C. LV.

INiustum videtur, & impium, vt mancipia, quæ fideles viri seu fœminæ pro redemptione † animæ suæ Deo, & sanctis eius consecrauerint, cuiuscumq; muneris pretio, vel commutationis commercio iterum in sæcularem seruitutem redigantur, cum canonica auctoritas seruos fugitiuos tantummodo distrahi permittat. Et ideo omnes rectores ecclesiarum summopere caueant, ne vnius eleemosyna, alterius peccatum fiat, & est absurdum, vt ecclesiastica dignitate seruus decedens, humanæ obnoxius sit seruituti.

Ext. de rerum permu. c. institutum. Burc. l. 3. c. 174. Iuo p. 3. c. 235.

† al. remedio

¶ *A Burchardo, & Iuone citatur ex concilio apud Carisiacum, in Decretalibus vero tit. de rerum permut. ex concilio apud Syluanectum. Et habetur hac palea in plerisque vetustis Gratiani exemplaribus.*

7 *Item si rectores ecclesia de rebus proprijs tantundem ecclesia restituere voluerint; ecclesiasticas facultates liberè dare possunt: & constabunt his, quibus data fuerint, perpetua firmitate.*

Vnde in Agathensi concilio, c. 49. legitur.

¶ Alienatio de rebus ecclesiæ, quomodo rata esse poterit. C. LVI.

SI quis qualibet † conditione de rebus ecclesiæ aliquid alienare præsumpserit; si de suo proprio tantũ ecclesiæ contulerit, b quantum visus est abstulisse; tum demum illud stare licebit.

Iuo p. 3. c. 161.

† al. pro qualibet.

8 *Item si seruos ecclesia libertate episcopus donauerit, ea, qua in manumissione data illis fuerint, perpetua firmitate tenebunt: si tamen quantitatem canonibus prefixam data non excesserint.*

Vnde in eodem concilio, c. 7. legitur.

¶ De eodem. C. LVII.

SI quos de seruis ecclesiæ benemeritos, c sibi episcopus libertate donauerit; collatam libertatem d a successorib. placuit custodiri cum hoc, quod eis manumissor in libertatẽ contulerit. Quod tamen iubemus viginti solidorum numerum, † & modum in terrula, & vineola, vel hospitiolo tenere. Quod amplius e datũ fue-

Iuo p. 16. c. 50.

† al. numeri modũ.

non. Item est hic arg. quòd vtile non vitiatur per inutile. si. C. de don. sancimus. inf. de conse. dist. 4. si non sanctificatur. inf. 17. q. 4. quæsti. & inf. ea. q. 5. quia. Io.

a ¶ Post manumissoris.] Et ante posset, sed postea magis commode reuocare posset.

si seruus est bonus, diligenter gerit res ecclesiæ & negotia, & non permittit fieri fraudem. si est malus, per eum potest extorqueri veritas. hanc rationem assignat lex. C. de admi. tut. lex quæ. in prin.

c ¶ Diffinitio.] Idest, voluntas.

SED fuerit, post manumissoris [a] mortem ecclesiæ reuocetur.

a ¶ Sibi.] *Sic etiam legitur in editionibus conciliorum, & duobus codicibus Vaticanis. Sed apud Iuonem, & in vno vetusto Gratiani exemplari abest dictio,* sibi.

Sed notandum est, quòd serui ecclesiarum manumitti non possunt non retento ecclesiastico patrocinio: nisi forte manumissor duos eiusdem meriti, & eiusdem peculij ecclesiæ conferre voluerit.

Vnde in concilio Toletano 4. c. 67. legitur.

¶ De episcopo, qui non retento patrocinio seruos ecclesiæ manumittit. C. LVIII.

Poly. l. 3. tit. 13. Burc. l. 3. c. 176. Iuo p. 3. c. 237.

EPiscopus, qui mancipium iuris ecclesiæ non retento ecclesiastico patrocinio [b] manumitti desiderat; duo meriti eiusdem, & peculij corã cõcilio ecclesiæ, cui præeminet, per commutationem subscribentibus sacerdotibus offerat: vt rata, & iusta inueniatur diffinitio [c] cõmutantis. Tunc enim liberam manumissionem sine patrocinio ecclesiæ cõcedere poterit: quia eum, quem libertati tradere disponit, iam iuri proprio [d] acquisiuit. Huiusmodi autem liberto, aduersus ecclesiam, cuius iuris extitit, accusandi, [e] vel testificandi denegetur licentia. Quod si præsumpserit; placet, vt stante [f] commutatione in seruitutem propriæ ecclesiæ reuocetur, cui nocere conatur.

Iuo p. 16. c. 65.

Libertus enim (nisi venia [g] impetrata) patronũ ĩ ius vocare nõ permittitur. Vnde in secundo libro digestorũ, tit. di in ius vocando l. fi. ¶ [*Si sine venia edicti impetrata libertus patronũ in ius vocauerit; ex querela patroni, vel † supradictam pœnam, idest quinquaginta aureos* [h]

tit. 4. l. 5.

† al. vel quinquaginta aureorum pænam dat.]

d ¶ Iuri proprio.] I. seruus ipse proprij iuris est factus.

e ¶ Accusãdi.] Ergo videtur, q alter quã libertus possit accusare ecclesiam, ut si accusat, q simoniace eligit aliquem, ut ext. de sim. veniens. vel q metũ intulit alicui, ut ff. qd me. cau. metum. §. 1. Sed cõtra vniuersitas nõ potest dolum committere, ut ff. de dolo. sed si ex dolo, sic nec dicitur aliquid possidere, ff. de acq. poss. l. 1. §. vl. Nec ciuitas potest excommunicari, vt 24. q. 3. si habes. Item vniuersitas per actorem vel procuratorem, suum debet se defendere: sed in crimine nõ interuenit pcurator. ergo vniuersitas nõ potest de crimine conueniri. qđ verũ est. Dicas ergo hic ponit verbũ accusandi pro verbo agẽdi. 1 Vel intellige cum eps accusat de crimine, quod cõmisit de cõsilio vniuersitatis. 2 vt 16. qõ. 6. placuit. Itẽ p modũ inquisitionis potest agi cõtra vniuersitatẽ, prout legitur ext. de si. veniens. 2 Vel dic, q nõ proceditˀ contra vniuersitatẽ, sed potius contra singulos. Io. ego credo, qđ vniuersitas (nisi sint infantes & similes personæ) accusari põt: quia dolũ cõmittere potest, nec ob. lex illa. ff. de dolo, sed si ex dolo quia qđ ibi dr, non potest committere dolum, supple de facili. & uidemus q sæpe capitulum accusat, & excõicat concilium uniuersitatis. Et delictũ q maiores de vniuersitate committunt ad oẽs refertur. ff. de re. iu. l. aliud. B.

Vniuersitas an possit accusari.

1 Ad idẽ q no. C. d lo. test. l. 2. ff. e. posthumus. §. si quis.

2 Quæ delinquere potest sicut & ecclesia, ut legi. & not. su. 5. q. 1. sicut vir. ... si. uero. A...

SED NOTANDVM EST. CASVS. Supra dictũ est, quòd serui ecclesiarum possunt manumitti quandoq. Nunc vero docet, q ipsa manumissio non est facienda nisi retento patrocinio, nisi manumissor recompenset ecclesiæ alium seruum eiusdem meriti, & eiusdem peculij. tamen dicit c. de duobus.

EPiscopus, qui mancipium.] CASVS. Quidam episcopus, quendam seruum ecclesiæ suæ manumittere desiderabat nullo patrocinio in ipso retento. quæsitũ fuit in concilio Tolet. qualiter hoc fieri posset. Et respõdetur, q si manumissor conferat ecclesiæ duos seruos eiusdem meriti & eiusdem peculij de consensu canonicorum subscribentium in commutatione, rata erit commutatio & manumissio talis: quia quem episcopus manumisit, iam iuri proprio acquisierat: ita tamen vt præfatus libertus non habeat licentiam accusandi, vel testificandi contra ecclesiam quod si præsumpserit commutatione manente, reuocabitur in seruitutem.

b ¶ Patrocinio.] Tali, scilicet, quod consistit in faciẽdo, scilicet in seruiendo: sed patrocinium quod consistit in non faciendo, scilicet, quod eum non vocet in ius, illud non potest remittere, vt patet per id quod sequitur. verum autem patronus ex toto possit remittere ius patronatus, notaui 54. dist. in. quicũque. Sed quæritur quare pro vno seruo dantur duo serui, & non pro vna re ecclesiæ dantur duæ res. vt sup. ead. c. si quis? Rñdeo: quia

Patrociniũ à libertis debito an possit remitti.

f ¶ Vt stante.] Ergo pœna soluta remanet contractus in sua firmitate. 25. q. 2. quæcunque quod alias non est verum, nisi sit hoc dictum, ut ff. de trans. qui fidẽ. Nam iniquum est, q simul habeatur pena & res. ff. de dolı excẽ. apud Labeo. ext. de pẽn. suam.

LIBERTVS. CASVS. Supradictum est, q libertus suum patronum accusare non potest, vel contra ipsum testificari. Nunc vero docet G. q in ciuili causa non potest eum in ius vocare, nisi venia impetrata à maiori.

g ¶ Nisi venia.] Idest licentia agendi.

SI SINE. CASVS. Quidam libertus licentia non impetrata patronũ suũ in ciuili causa in ius uocauit, quæsitum fuit quam pœnam libertus ille pati debeat, & rñdẽt & si patronus conqueritur, punietur libertus pena aureorum 50. si fuerit diues: si fuerit pauper, tanquam inofficiosus uerberibus castigabitur.

h ¶ Quinquaginta aureos.] Nisi pœniteat ante litis cõtest. vt ff. de in ius uoc. quamuis.

a ¶ Inoffi-

a ¶ Inofficiosus.] Idest, impius.
b ¶ Si inopia.] Pauperes enim semper puniuntur verberibus sup. ead. fraternitas.

SI VERO. CASVS. Supradictum est, quid iuris sit cum seruus ab vno manumittitur. Nunc vero docet G. quid iuris sit cum manumittitur à collegio: quia tunc non singulis sed vniuersitati reuerentiam debet.

QVI MANVMITTITVR. CASVS. Dr hic, quod si quis manumittitur à corpore aliquo, i. a societate cerdonū vel pellipariorum, vel a collegio clericorū, vel à ciuitate, singulos de vniuersitate l ius vocabit sine venia impetrata: quia non est libertus singulorum, sed vniuersitatis tantum sed si aduersus ciuitatē vel vniuersitatem aliam cuius est libertus, habeat actionem, non pōt in ius vocare rectores vel actorē ipsius ciuitatis vel vniuersitatis, nisi venia impetrata. Sed si princeps aliquem faciat ingenuū, nullā reuerentiam debet patrono. Corpore. Corpus dicit societas hominum nō habitantiū si 1 al. Collegiū vero ß nul habitantium dicitur.

e ¶ Singulos.] Sed cōis libertus duorū neutrū potest in ius vocare. ff. de in ius voc. cōis libertus, quia res communis omnium est. ff. de ritu nup. illud.

dat: vel a præfecto vrbis † quasi inofficiosus [a] castigatur, si inopia [b] dignoscitur laborare. [¶ Si vero a collegio quis manumissus fuerit, nō singulis, sed vniuersitati reuerentiam debet. Vnde in eodem libro, tit. eodem, le. sed si hac. ¶ [Qui manumittitur a corpore aliquo, vel collegio, vel ciuitate; singulos [c] in ius vocabit. Nam non est illorum libertus; sed reip. honorem habere debet. ¶ Et si aduersus remp. vel vniuersitatē velit experiri, veniam edicti petere debet: quamuis actorem [d] eorū constitutum in ius sit vocaturus.] Si vero ingenuū [e] princeps facit, patrono reuerentiam non debet. ¶ In criminali vero causa si libertus patronum in ius vocauerit, caput eius, & fortunas petiturus; ante litis exordium capite puniendus est. Crimen vero læsæ maiestatis excipitur, vel si patronam illicito serui concubitu uti deprehenderit: quo casu, etiam seruo cum munere libertatis dominum accusare permittitur: sicut Cod. libro nono, titulo de mulieribus, quæ se proprijs seruis iunxerunt. leg. vnica Imperator Constantinus constituisse legitur. [Si qua cum seruo suo occulte rem habere detegitur; capitali sentētiæ subiugetur, † tradendo ignibus verberone. [g] Sitque omnibus facultas crimen publicum arguendi: sit officio copia nunciandi; sit etiam seruo licentia deferendi: cui probato crimine libertas dabitur. ¶ In patronos etiam testificari non possunt, nisi in quibusdam casibus, in quibus etiam serui in dominos torqueri iubentur.

† al. Vrbi.

l. 10. §. qui manumittitur.

ex le. si quis ex familiarib. Co. quia accus. non poss.

tit. 11. le. vnica.

† Conc. text. in l. qm̄ Alc. & in l. castitati cum ibi not. C. de adult.

Vnde in libro eo. Codicis, tit. de quæstionibus. l. 1. Imp. Antonius & Verus.

¶ De eodem. C. LIX.

QVæstionē de seruis cōtra dominos haberi nō oportet, exceptis adulterij criminibus, item fraudati

tit. 41. l. 1.

d ¶ Actorem.] Glossauerunt aūt quidā hæc in propria causa, non in causa vniuersitatis: hæc glossa falsa est: quia bene potest conueniri procurator. 1 patroni, licet non ipse patronus, vt ff. de obseq. l. licet. ff. de in ius voc. sed & si. §. vlt. sed ipse patronus siue suo, siue alieno nomine agat, nō potest conueniri a liberto, vt per eandem legē probatur. sed econuerso est in liberto: quia licet libertus suo nomine non possit conuenire patronum: tamen nomine alterius potest, vt ff. eod. quæsitum.

1 Idest tutor vel curator & est pro eo patroni, sed in simplici procuratore secus, secūdum quosdam. ff. de obseq. honori. & quia tunc semper patronus cōuenit. & hēt iurare de calumnia. C. de iura. calū. l. 2. Arch. Patronus à liberto non potest cōueniri.

e ¶ Ingenuum.] Restituendo cum natalibus, vt ff. de natalibus rest. l. 2.

IN CRIMINA. CASVS. Dictum est su. in l. si fine. quid iuris sit cum libertus vocat patronum in ius sine venia in causa ciuili: Nunc vero docet Grat. quod si vult patronum accusare de crimine, de quo patronus caput & diuitias perderet si probaretur, ante litis contesta. debet decapitari libertus: nisi in crimine læsæ maiestatis, & nisi patrona cum seruo suo concubuerit, quo casu cum munere libertatis seruo permittitur accusare, & ad hoc inducit. l. seq.

SI QVA CVM SERVO. CASVS. Quædam mulier cum seruo concubuit, quæsitum fuit quam pœnam debeat pati vterque? Et respondetur, quod fœmina debet decapitari, seruus autem comburi debet. & dat licentiā omnib. accusandi de hoc crimine, & officialibus copia nunciandi. Seruus et poterit de hoc crimine accusare, & si crimen probauerit, pro munere, libertatem habebit.

f ¶ Capitali.] Hodie adultera verberatur, & detrudit in monasteriū, vt C. de adul. auth. sed hodie. Vel dic, quod auth. intelligitur, qn̄ non adulteratur cū proprio seruo. Sed nunquid seruus pōt accusare dn̄am suā si cū alio seruo adulteratur? Rn̄. quod nō: quia hic loquitur de proprio tm̄ seruo. similiter nec dn̄a virum suum pōt accusare si cū ancilla sua iacet vel cū aliena, 2 cū hoc cautū nō inuenio hoc ideo, quia detestabilius est hoc crimen in muliere, quam in viro. Io. Maledicit Io. quia accusari potest mulier, & vir si cum ancilla sua fornicetur, aut fœmina si adulterium committat, vt ex. de diuor. ex literis B.

Dn̄a adulterata an possit à seruo accusari.

2 Adde quod not. gl. Bart. Pet. & Cyn. in l. 1. C. de adul. Spe. in tit. de adult. ver. sed nunquid.

g ¶ Verberone.] i. seruo qui post verbera comburitur.

IN PATRONOS. CASVS. Supradictum est quod liberti patronos suos accusare non possunt. Nunc vero dicit, quod contra eos testificari non possunt, nisi in casibus quibusdam, in quibus serui contra dominos, & liberti contra patronos verberari iubentur.

QVæstionem.] CASVS. Lex ista diuiditur in tres partes. In prima dr, quod serui contra dominos in criminibus non admittuntur sine iudicijs alijs, nisi in exceptis criminibus in quib. serui contra dominos torquentur et soli, & si alia indicia non præcedant. In secunda parte dicitur, quod in certis criminibus non creditur solis seruis cōtra dominos, sed eis fides sū alijs probationib. ad-

Adhibetur. In tertia parte dicitur quod in pecuniaria causa, nec soli, nec cum aliis probationibus contra dominos admittuntur. Secunda pars incipit ibi. [In cæteris autē.] Tertia ibi. [In pecuniarijs.] Sequēs c. patet per se.
a ¶ Census.] reipub. uel etiam ecclesiæ: quia ecclesia comparatur reipub. ut C. de sac. san. eccl. l. ut inter diuinis.
b ¶ Si alijs.] Dicunt quidam quod nec in exceptis criminibus seruus contra dominum admittitur, nisi aliqua præsumptio præcedat. nam serui & uiles personæ semper quæstionibus subduntur, ut 4. q. 3. si autem ea rei conditio sit. Sed à quæstionibus nunquam est incipiendum, nisi præcedant inditia, ut extra de reg. iur. cum in contemplatione: sed litera ista hoc nō patitur. Dico ergo hoc speciale, ut initium sumatur a tormētis. similiter cum maritus dicitur uxorem occidisse. C. ad le. Cor. de sic. l. ult. & cum agitur de occiso domino. ff. ad Syl. & si certus sit percussor...

c ¶ Præscriptionis.] Id est, exceptionis talis, scilicet iste est seruus meus, & ideo non audietur contra me.
d ¶ Interrogari.] nisi cum de facto suo interrogatur, ut 4. q. 3. item serui.
INsolitum.] ¶ Matrem.] Nam mater quandoque gerit tutelam filiorum, ut C. quando mu. tut. offic. fungi. l. 2. & finita tutela potest agi contra eos, qui non habentur loco dominorum, cum pupillū spoliat. ff. de usucap. pro emptore q. fundu. §. si tutor.

Si VERO. CASVS. Dictum est supra in c. episcopus q. quòd libertus à patrocinio ecclesiæ recedere potest, si episcopus duos seruos eiusdē meriti & peculij pro eo dederit. Nūc vero dicit Grat. quod si sua auctoritate à patrocinio ecclesiæ recedat, nisi admonitus resipiscat, reuocetur in seruitutē: & hoc probat per seq. cap.

LIberti.] CASVS. Cōstitutum fuit in Toletano concilio ut si liberti ecclesię ab eius patrocinio decesserint: si cōmoniti ad ecclesiā non redierint, reuocentur i seruitutē. f ¶ Ingrati actione.] i. actione intentata per ingratitudinem. s. actione in factum.
f ¶ Redire.] sed quare coguntur isti redire cum nullæ operę sint eis impositæ: libertus enim non tenetur prestare operas nisi sint eis impositę C. de ope. li. l. 1. licet honorē eis exhibere teneatur, & etiam alere ipsum, ut C. de ope. li. l. 1. & l. mater. Sed dicas aliud esse in libertis ecclesię ut sup. c. diaconi. tamē licet liberti ecclesiæ teneātur ei præstare operas nō tamen tales quales serui: aliqua. n. debet esse differentia. ut ff. de ope. lib. l. si libertus.
g ¶ Ingrati actione.] Id est actione in factum, quæ datur propter ingratitudinem. non enim est hoc propriū nomen actionis. sic dicitur actio oneris aduersi, id est, quæ datur propter onus aduersum. ut ff. loc. in naue.

OCtaua.] CASVS. Elisæus seruus Agabren. ecclesiæ, statim cum fuit ab episcopo manumissus, non solum uoluit ipsum episcopum interficere, sed etiam patronam ecclesiam in quadam causa ciuili, ubi arbiter residebat, iniuste damnauit. uel eius bona propter rapinam usurpauit: quare quæsitum fuit de isto in Hispal. concilio in octaua die ipsius concilio, quam [illegible]

c. quod fortes fuerūt quia sufficienter fuit alias probatum, unde licet dominus dicat nō debere torqueri seruū contra eum, & uerum dicat, non tamen per hoc absoluitur, cum aliās in sufficiēter sit probatum & sic domini exceptio nulla est. arg. extra de re iudi. cum Io. &c. Arch.

cēsus[a] accusationibus, & crimine maiestatis, quod ad salutem principis pertinet. ¶ In cæteris autem, quamquā ea quę seruus contra dominum dixit, iudicaturi sentētiam formare non debeant; tamen, si alijs [b] quoq; probationibus fides veritatis inuestigetur, prescriptionis [c] inuidia euanescit. ¶ In pecuniarijs vero causis ex [α] inopia probationum seruos contra dominum posse interrogari [d] manifestum est.

¶ In aliquot vetustis codicibus caput hoc coniunctum est superiori.

α ¶ Ex inopia.] *In antiquis codicibus Gratiani legitur* nec inopia, *& sic videtur etiam legisse auctor glossæ. In antiquiore etiam editione codicis Iustiniani tit. de quæstionibus, l. e. quæstionem eodem modo habet, eandemque lectionem secutus est auctor illarum glossarum, & in Basil. tit. 5o. de quæstio. eadem est lectio. Sed quia in codice ab Haloādro edito legitur,* ex inopia, *& in l. Diuus ff. de quæs. videtur statutum, ex inopia probationum etiam in causis pecuniarijs posse torqueri seruos, nihil est mutatum.*

Item ibidem l. secunda.

¶ De eodem. C. LX.

INsolitū est, & graue exemplo, audiri seruos aduersus tutores, vel matrem[e] dominorum suorum, nisi tutelæ agatur.

Si vero libertus sua auctoritate a patrocinio ecclesiæ recesserit, si admonitus redire cōtempserit, in seruitutem reuocabitur.

Vnde in eodem concilio Toletano quart o, c. 70. legitur.

¶ De libertis ecclesiæ, qui ab eius patrocinio discedunt. C. LXI.

Burc. l. 3. c. 184. Iuo p. 3. c. 244.

LIberti ecclesię, qui ab eius patrocinio discedētes quibuslibet personis adhęserunt; si admoniti redire [f] contempserint; manumissio eorū irrita sit: quia per inobedientię † contemptum ingrati actione [g] tenentur.

† al. obedientia.

Item ex concilio Hispalensi, 2. c. 8.

¶ Reuocentur in seruitutem ecclesiarum liberti, qui contra eius libertatem superbiunt. C. LXII.

OCtaua discus-

Libertus an teneatur ad operas.

Initiū quandoque sumitur a tormētis.

1 Dicitur quidem quod ā facto hoc accidit hic

debeat pati iste libertus. Et respondet φ debet in seruitutem reuocari, ut cuius libertas erat perniciosa, fit seruitus salutifera: & qui adepta libertate uoluit superbire, discat obedire subiectus. & dicit H. damnauit, idest, damnificauit, uel ad damnificandum ecclesiam alios instiganit, vocando ecclesiam in ius sine uenia.

r Istis. Et sic demonstrando aliquos: secus si simpliciter, & sub solo nomine appellatiuo legaretur canonicis: quia idẽ est ac si dicat, canonicis ecclesiæ, uel ecclesiæ, adde Barthol. Soc. in l. ciuibus, de regul. iuris. Legata ecclesiæ, an possint defalcari.

uibus. Hoc tamen scias, q aliud est dicere, relinquo hoc canonicis istis: r & aliud, relinquo hoc ecclesiæ isti. In priori casu relictum intelligo eis, & non ecclesiæ. In secundo casu ecclesiæ, & ad vsum eorum: & licet sit arg. contra. ff. de reb. dub. ciuibus.

ADDITIO. Potest dici, q si exprimit propria nomina, vera est prima opinio: si autem non exprimit, ualet vltima opinio. arg. ff. ad Treb. quoties. 1. resp. Archid.

a ¶Habet.] Quoad vsum.

b ¶Habeat.] Quoad proprietatem.

c ¶Non poterit.] Tñ si est hæres instituta, & rogata restituere alteri hæreditatem illam, potest detrahere quartam, ut Inst. de fideicom. hęred. §. sed quia. Sed si ecclesię legaretur aliquid, ut illud ecclesiæ restituat, de hoc dubitari consueuit, an tunc possit partem de tali legato retinere, ut C. communia de leg. l. 1. respon. 1.

EPiscopus.] CASVS. Dicitur in hoc cap. q episcopus

f ¶Procurent.] vt faciant quantum habent de rebus ecclesiæ, & quantum de proprijs rebus.

ADDITIO. Sed pone, prelatum fuisse confessum plus esse in bonis ecclesiæ, quam esset in veritate: nunquid ei præiudicatur: dicit Lau. quòd non. nisi hoc scriberet. C. de arb. tut. l. ult. Arch.

g ¶In alieno.] i. in rebus proprijs, ipsius sacerdotis, quæ sunt alienę ecclesię, uel proprię intelligas poni.

h ¶Et in suo.] Idest, rebus ecclesiæ.

i ¶Compensatione.] Idest, computatione, uel comparatione.

ratione, vel collatione hoc vult dicere, quòd computabit quantum de suis rebus, & quantum de rebus ecclesiæ dedit pro re empta, ut secundum hoc diuidatur inter ecclesiam & hæredes defuncti. 1 Sed pone, postquam adeptus est ecclesiam: nullos sumptus voluit facere de patrimonio ꝓprio: sed quidquid emit, emit de patrimonio proprio tantum: & solis redditibus ecclesię fuit vs[*]. Videtur ꝙ cõputandi sũt illi sumptus, quos facere consueuit, vel quos facturus fuisset de ꝓprio patrimonio, ac si nõ haberet ecclesiã, ut ff. de pet. hæred. sed & si. §. adeo autem, in fi. Et sic propriè ponitur hoc verbum compensatione. Itẽ non debet negligere lucrum ecclesiæ propter lucrum suum, vt infra c. proxi. Vel intellige, ꝙ hoc dicit quando dubium est, an de rebus ecclesiæ, an de suo patrimonio emerit, nam tunc diuidi deberet secundum quantitatem sui patrimonij, & rerum ecclesiæ. a

Acquisita de bonis ecclesiæ, & de bonis clericorum, ad quos pertinebunt.

1 Et qui plus dedit maiorem partem habebit, ff. de vsufr. sed & si quis. §. interdũ, fin. Laur.

a ¶ Conquisitio.] Id est, conquisitum. sic C. communi diuid. ad officiũ. ff. de vsufruct. sed & si quis, §. interdum.

a Ecclesiæ, Pannor. in c. vlt. de pecu. cler. Clara. versic. clericus.

d ¶ Propriè auxit.] .i. in reb. proprijs locupletatus est.

e ¶ Aut neglectum.] Hic habes. ꝙ si prælatus aliquid negligit acquirere ecclesiæ suæ cum posset, & maluit sibi acquirere: quod hoc imputatur ei: & de hoc tenet ad instar tutoris, vt C. arbi. tut. quidquid. nec enim præponere

Prælatus tenetur acquirere ecclesiæ suæ.

æquauerit; inter ecclesiam & decedentis hæredes æquo iure conquisitio [a] pertinebit.

a ¶ Cõpensatione.] *In concilio ipso cum vetustis exemplaribus collato legitur*, compensata tam iuris sui, quàm ecclesiasticarum rerum habitudine.

Si quis vero pro compendio suarum rerum, ecclesiæ rebus detrimentum intulerit, vel si occasione rerum ecclesiasticarum in rebus proprijs detrimentum passus fuerit; vicissim qui lucrum sentiunt, detrimentum patientibus resarcient.

Vnde in concilio Bracharensi 3. c. 8. legitur.

¶ Resarciantur detrimenta sacerdoti, vel ecclesię, quæ alterius occasione alter senserit. C. II.

QVicunque sub hoc neglectu [b] res diuinas laborare [c] distulerit; placito speciali distringendus est: qualiter si de rebus, seu augmẽtis ecclesię quęstum laboribus suis propriè auxit [d], & ex hoc ecclesiasticis rebus aut neglectum [e] laboris exhibuit, aut minorationem, vel perditionem induxit; quidquid in rebus ecclesię minuit; illi restituat; ex cuius rebus, atque suffragijs suos conuictus fuerit ampliasse labores. Quod si aliquid pro vtilitatibus ecclesię, aut substantię expendit, aut dispendi, vel perditionis quidpiam pertulerit; si hoc comprobari potuerit, totum illi a rebus ecclesię eiusdẽ reformabitur †, pro cuius [f] vtilitate id expendisse probatur.

† Idem Pan. col. 10. li. 2.

Si vero de rebus ecclesiæ tantummodo aliqua acquisisse noscuntur; & ad nomen ecclesiæ instrumenta debẽt componere, nec aliquibus poterunt illa donare.

Vnde in Agathensi concilio, c. 54. legitur.

¶ De his, quę sacerdotes emunt, ad ecclesię nomen scripturam faciant. C. III.

PResbyter, dum diœcesim tenet, de his, quę emerit, ad ecclesiæ nomen scripturam faciat, aut ab eius, quam tenet, ecclesię ordinatione discedat.

Extra de pecul. cler. c. presbyter. Burc. l. 3. c. 119. Iuo p. 3. c. 95. Pann. l. 2. c. 51.

¶ *Caput hoc ab Iuone etiam, & auctore Pannormia citatur ex Agathensi, in quo extat, In decretalibus uero tit. de pecul. cler. ex concilio Arelatensi & apud Burchar. & in prima collectione decretalium ex concilio Arausico.*

SI QVIS. CASVS. Supra ostensum est quid iuris sit de rebus proprijs clericorum, & de rebus ecclesię: sed quia occasione rerum ecclesiasticarũ clerici in rebus ꝓprijs patiuntur detrimentũ, uel econuerso: ideo dicit Gratianus, quod vicissim debeant sibi restituere detrimentum. & ad hoc inducit seq. cap.

QVicunque.] CASVS. Docet in hoc cap. concilium Bracharense, quòd si prælatus res proprias augmentando aliquod detrimentũ vel damnum rebus ecclesiasticis intulerit: totum debet ecclesiæ resarcire. Si uero aliquid de rebus proprijs pro vtilitatibus ecclesiasticis expenderit, uel occasione ecclesiæ in rebus proprijs passus est detrimentum: & si hoc probare potuerit, totum sibi de rebus ecclesiæ restituatur. Quæ autem sequuntur plana sunt usque ad quęstionem.

b ¶ Neglectu.] Idest, quia negligit res ecclesiæ, augendo sues.

c ¶ Laborare.] Idest, periclitari uel colere.

nere debet utilitatem suam utilitati ecclesiæ, sicut nec tutor utilitatem suam utilitati pupilli. ff. de admin. tut. §. 1. ff. commo. si ut certo. §. commodatum, in fi. & 7. q. 1. præsentium, & c. placuit.

f ¶ Pro cuius.] Sic extra de procur. cum causa.

QVAESTIO V.

TEstamenta vero.] Hæc diuiditur in duas partes. In prima probat per 5. cap. ꝙ presbyter vel alius clericus potest de rebus proprijs facere testamentum. Secunda ibi, [Sed si Episcopus.] Ioan. de Fant.

TEsta-

CASVS.

CASVS. [Hic intitulatur 5.q. qua quæritur an liceat clericis condere testamentum, & certum est quod si habent propria, qui non renunciauerunt proprijs, de rebus proprijs possunt condere testamẽtum, ut inf. c. 1. & 2. minus autem idoneos hæredes non possunt instituere

NVlli dubium.] CASVS. Lucidius episcopus conquestus est Grego. q Constantinus suus antecessor reliquit Luminosæ ancillæ, & fratribus suis in testamẽto & nomine legati quædam mobilia, quæ ipse Constantius acquisierat post tempus suę ordinationis. Et respõ. Greg. q sicut res in episcopatu acquisitas alienare non potest prælatus: sic res proprias põt relinquere cui vult. Vnde pp hoc ecclesia non dẽt præiudiciũ pati, si põt constarẽ res legatas post ordinationẽ acquisitas. ipse aũt rursus Luminosam illam sup his reb. inquietabat. præcipit ergo Greg. sibi, q sine causę cognitione nihil d his q possidet Luminosa, auferre pręsumat. H. vero sic casũ breuiter ponit. Constãtius episcopus testamentum fecerat: in testamẽto legauerat quædã Luminosæ, q dicebantur fuisse ecclesiæ. Lucidius eius successor volebat ea reuocare scribit ergo ei Gregor. ut de hoc cognoscatur ordine iuris: & si constiterit illa fuisse ecclesiæ, ordine iuris reuocentur. Nam ex quo illa est i possessione, non debet ei auferre sine iudiciali cognitione. sed prior verior est, & magis videtur literæ consonare.

menta [a] *vero non licet eis conficere, nisi de reb. proprijs.*

† al. Deodato.

Vnde Gregorius scribit Deusdedit α † *episcopo, lib. 10. epist. 42.*

α ¶ Deusdedit.] *Antea legebatur* Lucidio. *Restituta est inscriptio ex originali, quæ inscriptio integra est sup. ead. q. 2. res in episcopatu. illud enim caput in hoc continetur.*

¶ Quomodo de rebus ecclesiæ licet testari sacerdotibus. C. I.

sup. ead. q. 2. res in episcopatu. Poly. l. 4. tit. 29.

NVlli dubium est, quia sicut sacerdotibus res in episcopatu acquisitas nulla est alienãdi licẽtia: ita de his, quas ante habuerint, quidquid iudicare voluerint, non vetantur. Itaq; fraternitatem tuã tempore, quo ad nos fuit, quæstam esse recolimus, q quædam mobilia, β quæ Cõstantinus decessor vester Luminosæ ancillæ Dei filiæ fratris sui, testamenti serie, legati titulo reliquit, iã episcopus acquisisset, decreuisseque nos, vt si hoc [b] constaret, nullum ex his ecclesia vestra præiudicium pateretur. Quod & vos oportet recolere, & molestiam aliquã prędictę ancillę Dei non facere, nec ei sine cognitione de his, quę possidet, quidquam auferre.

β ¶ Mobilia.] *In originali impresso, & manuscripto est,* immobilia, *sed non est mutatum propter doctorum scripta: nonnulla vero alia sunt emendata.*

b ¶ Vt si hoc.] Ideo episcopo incũbit pbationis 1 onus, qa ille erat i possessione, ut dixi s. ea. q. 1. sint mani estę.

Idem lib. 4. epist. 22. seu c. 66. Cypriano diacono.

¶ De eodem. C. II.

OBitum Theodori episcopi dilectionem tuã iam credimus cognouisse. Sed quia ipse testamentum dicitur condidisse, subtiliter † te (ne quid de rebus ecclesię suę consumpsisset) oportet inquirere. Et siquidem eum exinde aliquid incongrue minuisse didiceris; ita age, ut res ipsę ab eo, cuius interest, [c] modis omnib. reparentur.

† Adde an & qñ subtilitas sit approbanda, vel non. no. i c. inter corporalia. de transla. p̃lat. ff. de ver. obl. l. seruũ. §. sequitur.

1 Idẽ Bal. in auth. ex testamento. in 7. col. i ver. 11. c. de col. facit qđ no. Bar. in l. si inter. ff. de reb. dub. & Io. An. in addi. ad Spe. in tit. de act. §. 1. super verbo. sed quid si dubitatur. & moderni legistæ in l. cum fundus. §. seruũ. circa ñ. ff. si cer. pet.

OBitũ.] CASVS. significatũ fuit G. quod Theodorus episcopus in obitu suo de reb⁹ ecclesię testamentum condiderat, quare Papa p̃cepit cuidam, vt subtiliter inqrat, an de rebus ecclesię testamentum condiderit qđ si iuenerit, oĩa de reb. ecclesię alijs relicta modis oĩbus restituantur ecclesię.

Idem Gregorius Mariniano episcopo Rauennati, lib. 5. epist. 1. seu c. 101.

¶ Quę monasterijs ab episcopo conferuntur, reuocari non debent. C. III.

QVia Ioannes α quondã decessor tuus, dum viueret, sępius a nobis expetijt, vt ea, quę in monasterio illo contulerat, quod iuxta ecclesia sancti Apollinaris ipse construxerat, nostra debuissemus auctoritate firmare, & nos facturos hoc esse promisimus; fraternitatem ve-

re, vt 24. q. 2. sane. de rebus autem ecclesiæ testari non possunt, nisi tantum de suo ecclesiæ recompensent, ut inf. c. si episcopus.

a ¶ Testamenta.] Nec aliquid dare, nec testamentum condere licet de rebus ecclesiæ, si tamen consuetudo habet, potest mobilia aliqua dare, vt extra de testa. ad hæc. & c. quia.

c ¶ Interest.] s. vt hæres vniuersa restituat, ut 16. q. 6. si episcopum, & sup. ea. q. 2. si episcopus.

QVia Ioannes.] CASVS. Ioannes archiepiscopus Rauennas quoddam monasterium construxerat iuxta ecclesiam sancti Apollinaris in ciuitate Rauennæ: & supplicauit Greg. vt bona, quæ illi monasterio contulerat confirmaret, postea in mortis articulo

con-

constitutus testamentum condidit de rebus ecclesiæ, & præcipit in testamento, vt quæ præfato monasterio contulerat irreuocabiliter apud ipsum remanerent, quo mortuo successor eius, Marianus volebat omnia reuocare. Sed cum fuisset significatum Gregorio, confirmauit ea, quæ illi monasterio fuerat p Ioannem collata: non q eius sequat vltima voluntatē: sed quia promiserat hoc sibi viuenti: vnde Greg. mandat Mariano archiepiscopo, vt omnia illa firma studeat stabilitate seruare: sed omnia illa quæ ratione testamenti sunt data, vel facta i damnū ecclesiæ suę, nullam habeant firmitatem.

a ¶ Supremam.] Nota, q licet sit magn⁹ fauor vltimæ voluntatis: tamen potius sequitur hic volūtatem viuentis, quam morientis.[1] Itē arg. q licet aliqua volūtas non valeat tanquam testamētum: valeat tamen tāquā simplex donatio: q est cōtra l. 1. ff. de iure codi. Sed videtur quod post mortem episcopi non possit rata haberi donatio facta ab ipso, quia oportet scilicet q eo tempore rata habeatur, quo potest donatio fieri, ut ff. de acqui. hære. si quis alieni ff. de bo. poss. l. 3. §. acquirere. & l. vlt. sed secus est, qa nec mors, nec furor, nec petentis pœnitentia impedit ratihabitionem, vt ff. rē ratam hab. bonorum.

[1] Hoc ideo qa ipsa ultima uoluntas fuit illegitima: aliàs nihil est, q ita debeat, &c. C. de sac. san. eccl. l. 1. fm L. qui dicit, q hæc uolūtas est deambulatoria sicut, & circa depositum, ff. depo. l. 1. §. penul. Sed arg. cōtra ff. de legat. 3. si quis sup. in prin. Arch.

b ¶ Monasterio. Sed nonne canō permittit ei legitimam portionem dare monasterio ad construendum monasterium? sic. sed non ad dandum. Vel fuit hic vltra legitimam portionem datum, sup. ead. q. 2. bonæ, & ca. si quos.

stram necessario duximus adhortandam, vt nihil de his, quæ illic contulit, atque constituit, aliquo modo patiatur imminui: sed omnia firma studeat stabilitate seruari. Huius igitur monasterij, & collectarum illic rerū, quia in testamento, quod condidit, fecisse noscitur mentionē; sciendum vobis est, non ea nos ideo confirmasse, quoniā supremam [a] eius sequimur voluntatem: sed quia ei hoc (sicut diximus) viuenti promisimus: Hæc itaq; sic solicitè fraternitas vestra implere festinet; quatenus & quæ in suprascripto monasterio [b] constituit, & a nobis sunt firmata, seruentur, & illa, quæ in damnum dari, vel fieri per testamentum suæ decreuit ecclesiæ, nullam, prohibente nempe lege, obtineant firmitatem.

α ¶ Ioannes quondā decessor tuus.] *Hæc verba nō sunt hoc loco apud B. Greg. sed ex superiorib. huc comportata.*

Item ex concilio Hispalensi.

¶ Sic ēt citant Burchar. & Iuo. & in Hispalensi primo habentur nonnulla ad hanc rē facientia. Sed integrū caput habetur in cōcilio Parisiensi, li. 1. c. 16. & in capitularib. li. 5. c. 175. refertur īter alia decreta cōcilij Parisiēsis.

¶ Quæ ante suam ordinationem, vel post hæreditaria successione acquisiuit episcopus, cui vult derelinquat. C. IIII.

FIxum ab hinc, & perpetuo mansurum esse decreuimus, vt episcopus res sui iuris, quas aut ante episcopatū, aut certe in episcopatu [c] hæreditaria successione acquisiuit, secūdum auctoritatem canonicam quidquid vult, faciat, & cui vult, conferat. Postquam autem episcopus factus est; quascunque res de facultatibus ecclesię, aut suo, aut alterius nomine, qualibet conditione cō parauerit; decreuimus, vt non in propinquorum suorū, sed in ecclesię, cui præest, iura deueniant.

Burc. l. 3. c. 224. Iuo p. 5. c. 328.

De rebus vero ecclesiasticis testari licet episcopo, si tantundem de proprijs restituat.

Vnde in Agathensi concilio, c. 51. statutum est.

¶ Quomodo possunt esse rata, quę de ecclesię proprietate testamento legantur. C. V.

Et in Epaunēsi c. 17.

SI episcopus condito testamento aliquid de ecclesiastici iuris proprietate legauerit, [d] aliter non valebit, nisi tantundem [e] de iuris proprij facultate suppleuerit.

Burc. l. 3. c. 212. Iuo p. 5. c. 326.

2 *Sed si ep̄s, vel quilibet ex gradu ecclesiastico inte-*

FIxum ab hinc.] CASVS. Quæsitum fuit in concilio Hispalen. cui debet episcopus relinquere res, quas ante episcopatum, vel postea acquisiuit hæreditaria successione? Respondetur q potest relinquere cui vult: illa vero quæ de rebus ecclesiæ suo nomine, uel alterius comparauit, in iura suæ ecclesiæ tantum deueniant. Sequens §. cum c. seq. per se planus est.

c ¶ In episcopatu. Contra in authen. de eccl. tit. §. interdicimus coll. vlt. vbi dicitur. Quocumque modo res aliquas acquisiuit post episcopatū: nisi iure cognationis ad eum peruenerint, non potest eas relinquere alij quā ecclesiæ, sed illud non tenet.

d SI episcopus. ¶ Legauerit.] Licet enim hæres teneatur redimere rē legatā a defuncto, uel dare eius æstimationem, ut instit. de leg. §. non solum, secus tamen est cum legatur res ecclesiæ [2] ut extra de testa. filius.

e ¶ Nisi tantundem.] vt sup. ead. quæst. 2. si quis qualibet.

SED SI EPISCOPVS. Hæc est 2. pars huius q. Io. de Fan.

[2] Vide Bald. & Alex. de Imo. in l. cū alienam.

CASVS.

CASVS. Dictum est sup. q episcopus, vel clericus res ꝑprias potest relinquere cui vult. Nunc vero ostendit Grat. q si episcopus, vel clericus ab intestato decedat, nec aliquos habeat consanguineos, qui ei succedant, sua ecclesia omnia vendicabit, vt inf. c. 1. & 2.

Sicubi.] CASVS. In cõcilio Tarraconen. statutũ fuit, vt si episcopus decesserit ab intestato, presbyteri & diaconi ipsius ecclesiæ de rebus ipsius faciant inuentarium a minimo vsque ad maximum: ita vt si quis aliquid de illis fuerit furatus, & de hoc conuictus, secundũ tenorẽ furti restitutionem faciat.

Si status defunctus fuerit, nec aliqui inuẽti fuerint, q iure cognationi ei succedant; ecclesia sua ei succedat in integrũ: nec licebit alicui aliqua ex rebus eius præsumere.

Vnde in Tarraconensi concilio, c. 12. Statutum est.

¶ Episcopo intestato ecclesia succedat in integrum. C. VI.

Sicubi defunctus fuerit episcopus intestatus: post defunctionẽ eius a a presbyteris, & diaconis de rebus ipsius inuẽtarium fideliter conscribatur a minimo vsq; ad maximum, idest de vtẽsilibus, vel de omni supellectile: ita tamen, vt si quis exinde, vel præsumpsisse aliquid, vel occulte fuerit tulisse conuictus; secundum furti tenorem restituat vniuersa.

a ¶ Defunctionem eius.] *Antea legebatur*, hanc diffinitionem. *Emẽdatũ est ex varijs cõciliorũ editionibus, & duob. codicib. Vaticanis, queadmodũ & nõnulla alia. In codice antẽ Lucẽsi regio legitur* post depositionem eius.

Item ex concilio Triburiensi.

¶ De eodem. C. VII.

Burc. l. 2. c. 207. Iuo p. 6. c. 282.

Qvicunque ex gradu ecclesiastico sine testamẽto, & sine cognatione decesserit; hæreditas eius ad ecclesiam, vbi deseruiuit, deuoluatur. [a] Similiter de sanctimonialibus. [b]

¶ *Burchardus etiam, & Iuo citant capitulum hoc ex cõcilio Triburiensi, cui præfuit Arnulphus. Sed in eo, quod extat, non habetur. Simillima leguntur apud Iulianum antecessorem nouella. 131. cap. 18.*

Qvicũque.] CASVS. Dicitur quod si quis clericus sine cognitione ab intestato decesserit, hæreditas eius deuoluatur ad ecclesiam.

a ¶ Deuoluatur.] Ecclesia enim est ei ꝓxinnis heres, vt extra de pen. presbyteri 1 cõtrariũ tamẽ est huic, ext. de success. ab Itestato. cap. 1. & 2. sed illud fuit locale. Vel illud intelligitur secundum istud.

1 Arg. huius decr. presbyteri. & huius c. quicunque dicut quidã, q si ab intestato decedit, & hẽt vxorẽ, q uxor non præfertur ecclesiæ, sed ar. contra. C. de epi. & cler. si quis presbyter, sup. ea. q. 1. sint manifestæ. fm L.

b ¶ De sanctimonialibus.] Argu. ẽ hic ꝓ sanctimonia lib. Teutoniæ: q̃ pñt hẽre propria, q̃ vestẽ religiosã potest quis habere in domo ꝓpria. 27. q. 1. de viduis. ad [illegible] facit 27. q. 1. si qs rapuerit. tamen taliũ monalium vita cõdẽnatur. 18. qõ. 2. perniciosam. Io.

CAVSA XIII.

D*Iœcesani cuiusdam baptismalis ecclesiæ cladibus bellorum pressi, hostili metu compulsi, domicilia sua transtulerunt in aliam diœcesim: prædia tamen antiqua non desierunt colere: cœperunt persoluere decimas illi ecclesiæ in cuius diœcesim transierunt: & apud eam sibi elegerunt sepulturã. Transactis quinquaginta annis clerici, quibus quondam persoluerant decimas, cœperunt mouere quæstionem in eos, qui ab istis accipiũt † primitias, & decimas; veniunt ad causam.*

† al. acceperant.

1 *Modo primum quæritur, si illi quorum domicilia sunt in diœcesi huius baptismalis ecclesiæ, debeant persoluere decimas illi ecclesiæ, & celebrare suas exequias apud eam ecclesiam, in qua quondam hæc fiebant a parentibus eorum.*

2 *Secundo, an præscriptione temporis, ius percipiendi decimas, & funerandi tollatur.*

Diœcesani cuiusdã.] CASVS. Supra dictũ fuit in 12. causa, q quidã clerici non debeant habere propria. Sed aliquis quæreret vnde viuere debent: ostendit Gratianus, quod de decimis & oblationib⁹ viuere debẽt: sed q̃a de decimis & oblationibus & sepulturis sæpe oritur contentio inter clericos & etiã laicos: ideo G. subnectit hãc 13. causam, in qua ostẽdit quid de decimis, & oblationib. & sepulturis sit obseruãdum. Et vt competẽtius agat, ꝓponit thema, de quo duas elicit q̃stiones. Est ergo cas⁹ thematis talis. Quidã laici hostili metu cõpulsi in aliã diœcesim domicilia trãstulerãt, antiqua tñ ꝓdia sꝫ colebãt, quorũ decimã tio-

tiones per quinquaginta annos soluerunt illi ecclesię, ad quam transierunt: & apud eam sibi sepulturas elegerunt: elapsis quinquaginta annis clerici quibus quondam soluerant, & a quibus transierunt, cœperunt mouere quæstionem.

tendum sit de diuisione parochiarũ: & Diony. rescribit ei dicens, quod ipse diuisit parochias & cœmeteria ecclesiarum, vt nullus alterius parochiæ terminos, vel ius inuadat: sed vnusquisque plebem sibi commissam intra terminos suos ita custodiat, vt pro suis actibus gloriam

QVAESTIO I.

QVod priori [a] ecclesiæ hæc omnia iure persoluenda sint, actores his argumentis probare contendunt. Constat vnamquamque baptismalem ecclesiam habere diœcesim sibi legitime assignatam: sicut & parochiales ecclesiæ habent parochias sibi distributas.

Vnde Dionysius Papa Seuero episcopo, epist. 2.

¶ Singuli sacerdotes proprias debent habere ecclesias. C. I.

Poly. l. 4. tit. 3. Burc. l. 3. c. 43. Iuo p. 3. c. 47. Ans. l. 6. c. 73. Pann. l. 2. c. 42.

ECclesias singulas singulis presbyteris dedim[a]: parochias, & cęmeteria eis diuisimus: [b] & vnicuique ius proprium habere statuimus: ita videlicet, vt nullus alterius parochiæ terminos, [c] aut ius inuadat: sed sit vnusquisque suis terminis contentus, & taliter ecclesiam, & plebem sibi commissam custodiat, vt ante tribunal æterni iudicis ex omnibus sibi commissis rationem reddat, & non iudicium, sed gloriam pro suis actibus accipiat.

In diœcesi autem designata quęcunque prædia coluntur; prouentus decimationum baptismali ecclesiæ assignatus debet solui. Quia ergo prædia hæc intra terminos nostræ diœcesis continentur; & prouentus decimationum nobis legitime assignatus; nostræ ecclesiæ persoluendus est.

Num. 18.

2 *His ita respondetur. Decimæ a Deo constitutæ sunt per Moysem, vt persoluerentur a populo filijs Leui pro ministerio in quo deseruiebant ei in tabernaculo. Non accipiebant filij Leui decimas, nisi ab eis, pro quibus offerebant*

QVòd priori.] Hæc q. diuidit in tres partes: in prima quarum probatur, quòd postquam ecclesiæ sunt limitatæ, non debent decimæ in alios vsus transire: nec mutari de parochia in hoc prosequitur vsque ad §. illũ. [His itaque.] &c. Secunda ibi, [His itaque.] Tertia ibi, [Ad hęc.] Io. de Fãt. CASVS. Hic intitulatur prima q. qua quęritur cui ecclesiæ sint persoluẽdę decimę. Et certum est, quod decimæ prædiales sunt persoluendę illi ecclesiæ intra cuius terminos prædia sita reperiũtur, vt 16. q. 1. si quis laicus. & c. de decimis. nisi præscriptio impediat. Personales vero, vt puta de artificio, vel negotiatione, sunt persoluẽdæ illi ecclesię vbi per totum circulum anni audit diuina, vt 16. q. prima quęstio. Et procedit hoc ordine G. primo probat, quod decimę sunt persoluẽdę priori ecclesiæ: postea probat, quod sunt persoluẽdę illi ecclesiæ, ad quam se transtulerunt, inducens actores & reos allegantes, & viciſſim sibi respondentes.

Decimæ cui ecclesiæ sint dandæ.

a ¶ Quod priori.] Hic ponit primam q. an decimæ sint dandæ illi ecclesiæ à qua se transferunt: vel ad quam se transtulerunt. Distingue ergo, aut decimæ sunt prædiales: aut personales. Si prædiales, semper dandæ sunt illi ecclesiæ vbi prædia sunt sita, vt 16. q. 1. si quis laicus. Si personales sunt, quæ prouenisset ex artificio, vel negotiatione: tunc sunt dandæ illi ecclesiæ vbi recipiunt sacramenta, vt 16. q. 1. quæsti. sicut illi ciuitati est tributum soluendũ vbi agri sunt, vt ff. de cen. forma. 1 Et hæc distinctio probatur extra de deci. ad Apostolicæ. tamen prędiales decimæ dantur secundum consuetudinem loci. ext. de dec. cum sint homines. & hæc uera sunt circa ueteres decimas: & dicẽdum est circa nouas, ut semper dandę sint illi ecclesiæ, in cuius parochia sita sunt prędia sed si parochia non est limitata, in arbitrio est episcopi cui ecclesię dentur noualium decimæ, ut ex. ea. quoniam. Item, in dubio ecclesijs matricibus potius quam capellis dabuntur decimæ, vt extra c. nuncios in parte remota. & in dubio ibi potius dabuntur ubi audiuntur frequentius diuina, ut extra eod. ad Apostolicæ.

1 §. si uero qs ff. de cu. bo. dã. l. 2. §. 1. arg. bonũ. C. de mul. in quo loco mu. sex. con gru. l. vnic. in fi. li. x. auth. de eccle. tit. §. ad hoc. Arch.

E Cclesias.] CASVS. Seuerus cõsuluit Diony. quid te

tiam a Domino percipiat.

b ¶ Diuisimus.] Iste Diony. diuisit, vel distinxit terminos ecclesiarum, sed non terminos episcopatuum, quia in gẽtilitate fuerunt distincti. ut 80. d. c. 1. similiter termini prouinciarum sunt distincti ante tempus Christi, ut 99. d. c. 1.

c ¶ Terminos.] Propter hoc inducitur c.

IN DIOECESI. CASVS. Concludunt actores ex supradicto cap. quod decimæ illi ecclesiæ sunt persoluẽdæ intra cuius terminos reperiuntur prædia, de quibus decimæ debent persolui: & ideo concludunt decimas istorum prædiorum, de quibus contentio uertitur, suæ ecclesię esse persoluendas: cum intra terminos eiusdem prædia ipsa colantur.

HIS ITAQVE RESPONDETVR. Hæc est secunda pars quæstio. in qua probat contra, scilicet quod ibi debent dare decimas vbi percipiunt baptisma Ioan. de Fant.

CASVS. Nunc rei respondẽt allegationibus supradictis ostendentes decimas istas non actoribus, sed sibi tantum soluendas, cum ipsi eis spiritualia quotidie ministrent. & hoc probãt 16. auctoritatibus, quas legendo literam per te uidebis, si diligenter inspexeris. & quæ satis sunt faciles.

Primitiæ ut decimæ soluenda sunt.

a ¶ Et primitias.] Primitiæ ergo debitæ sunt sicut, & decimæ. 16. q. 1. reuertimini. Quantitas primitiarum non est determinata, sed qui plus dabat, quadragesimam dabat partem: qui minus, sexagesimam; & sic licitum erat dare inter lx. & xl. quantum quisque volebat. hoc erat in aridis, & liqdis. Sed qui dabat primitias animalium, dabat vnum de ducentis, ut ait. Hiero. super Ezechielem & extra de deci. c. 1.

b ¶ Manuum uestrarum.] Arg. q̄ non excusantur monachi, qui proprijs manibus colunt agros, qu in teneantur dare decimas: cū illud sit præceptum Domini; sed illi legislatori nemo pōt contradicere, ut 27. q. 2. sunt qui dicunt nec licet dispensare contra præceptum Domini, vel Apostoli. 25. q. 1. sunt qdā. De hoc dicemus. 16. q. 1. decimas. & c. reuertimini.

Monachi an teneantur ad decimas.

preces, & sacrificia. Quia ergo nos seruimus Domino in tabernaculo, offerendo pro istis preces, & sacrificia; & ipsi debent nobis persoluere decimas, & primitias [a] *¶ Item, cum decimæ darentur filijs Leui; non electione offerentis persoluebātur, vt contempto Leuita, qui secum erat, ipse eligeret, cui vellet decimas dare. Nam dictum est: [Leuita qui tecum moratur, & intra muros tuos habitat, comedet eas.] Ideo ex singulis tribubus, ciuitates ad habitandum acceperunt: vt vnaquaq; tribus illis persolueret decimas, qui secum erant. Nam Moyses præcepit filijs Israel (sicut legitur in Deuteronomio)] In loco quem elegerit Dominus Deus vester, vt sit nomen eius in eo; illuc omnia, quæ præcipio, conferetis, holocausta, & hostias, & decimas, ac primitias manuum vestrarum* [b]*, & quicquid præcipuum est in munerib. vestris, quæ vouistis Domino. Ibi epulabimini coram Domino Deo vestro vos, & fili, & filiæ vestræ, famuli, & famulæ, atque Leuita, qui in vrbibus vestris commoratur, Neque enim habet aliam partem, atque possessionem inter vos. & infra. ¶[Decimam frumenti, vini, & olei tui, primogenita armentorum, & pecorum, & omnia quæ voueris, & sponte offerre volueris, & primitias manuum tuarum coram Domino Deo tuo, comedes ea in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus, tu & filius tuus, & filia tua seruus, & famula, atq; Leuita, qui manet in vrbibus tuis.] ¶ Quia ergo nos intra muros verbis istorum sedemus, & eis habitatione iuncti sumus; rite ab eis decimas accipimus, Itē ait propheta: [Producens fœnum* [d] *iumentis, & herbam seruituti hominum.] Fœnum, & herba ex terra producitur: sed quibus? iumentis irrigantibus eam, idest hominibus colentibus eam*[e]*, & in hoc seruientibus ipsi. Item Apostolus*[f]*: communicet aūt is, qui catechizatur* [g] *verbo, ei q̄ se catthezat, ī oībus bonis] Hoc Galatis, Corinthis aūt ꝓbat specialiter sibi deberi sumptus, qui eis spiritualia ministrauit dicens. [Si nos uobis sp̄ualia seminauimus; magnū est si nos carnalia uestra metamus?* [h] *] Itē [Si alij potestatis*[i] *vestræ participes sunt; quare nō potius nos?] Item, [Quis plantat vineam: & de fructu eius non edit? [Nos plātauimus vineā, & uos uultis fructus eius edere? Itē præcepit Dominus per Moysem, ut nemo mittat falcē in alienā messem. Hæc messis nostra est, & uos uultis falcem in eam mittere? Item. Non alligabis os boui triturāti.] Nos sumus boues triturantes: uos uultis alligare os nostrum, & de nostra tritura uictum uobis quæritis? Item Apostolus, [Qui altario seruiūt, de altario uiuant.] Sed nunquid de eo, cui non seruiunt? Item, [Qui in sacrario operantur, cum sacrario participiant. [Sed nunquid cum illo, in quo non operantur? Nos seruimus altario: uos ei participare uultis? nos uero uacuos, & inanes dimittere quæritis. Item Apostolus [Laborantē agricolam oportet primum accipere de fructibus suis: [*

Deuter. 14. & 16.

Deuter. 20.

Psal. 103.

Idem eum.

Gal. 6.

2. Cor. 9.

Ibidem.

Deuter. 25.

Deuter. 23.

1. Cor. 9. sed paulo aliter.

2. Timot.

c ¶ Seruus.] Videtur hic q̄ laici cum clericis debeant uti decimis. & sic est contra 16. q. 7. c. 1. Sed ꝓut Hiero. testatur, in ueteri testamento, quatuor modis dabātur decimæ. Primo de omnibus bonis, quę habebat populus, decimam dabat Leuitis. Secundo de residuis nouē portionibus sumebant decimā, & de hac ter in anno, cum ascendebant in templum, pascebāt se & Leuitas: de illa hic loquitur. Item de residuis portionibus sumebant decimam, & reseruabant ad usus pauperum, & pupillorum. Item decimabāt residuas partes, & ipsā deferebant in templum; de qua hic dicitur. Adhuc dabatur quarta decima, nam de illa decima, quam populus offerebat Leuitis, sumebant Leuitæ partem decimam, & offerebant eam summo sacerdoti: & inde fiebant panes propositiones: [1] Hodie nec una bene dāt, & iō fame & penuria, & alijs pœnis maledicti sumus. 16. q. 1. reuertimini.

Decimæ olim dabantur quatuor modis.

1 Hæc dicebatur decima decimæ hæc significabat carnē Christi, quæ in sacrificiū est oblata: sicut alia offerebatur in illis panibus propositionis, qui fiebant ex illa sm Hug.

d ¶ Fœnum.] Id est temporalia.

e ¶ Seruientibus.] Id est, prædicatorib. seruientibus aliis.

f ¶ Item Apostolus.] ad Galatas 5.

g ¶ Qui catechizat.] id est, instruitur.

h ¶ Metamus.] q. d. non. 1. q. 1. nostri.

i ¶ Potestatis.] Sed si

ita potestatiuè utuntur alij uestris sicut uos ipsi, cur non magis etiam nos, qui intendimus saluti uestræ?

a ¶ Nec ultimum.] Quandoque tamen dicitur primus non respectu ultimi, ut extra de uerbor. significatio. Ioseph.

CASVS. Hic respondet actores supradictis allegationibus, rationes pro se multiplices inducendo, & in summa concludunt, quod oblationes quotidianæ debent persolui illi ecclesiæ, ubi quotidiana officia percipiuntur: decimæ vero prædiorum priori ecclesiæ persoluantur, comparantes ipsos reos muri, igni, & serpenti. & ad probandum decimas priori ecclesiæ fore persoluendas, inducunt cap. 16. quæst. 1. si quis laicus.

vos autem econtra quæritis? Nos sumus agricolæ laborantes: vos primum vultis percipere de fructibus nostris? immo non primum: quia nec ultimum [a] nobis relinquere vultis. A prioribus enim incipientes, paulatim irrepitis: & totum usurpare contenditis: ut pro nobis uideatur dictum, frustatim lupus comedit agnum. Item: [Quis militat stipendijs suis unquam? quis pascit [b] gregem, & de lacte eius non edit?] Nos militamus: & uos stipendia nostra militiæ uobis quæritis. Nos gregem pascimus: & uos lac eius, & lanam accipere uobis vultis. Sapere [c] est, de alieno labore uictum quærere: si sapere est, uelle quod non possis. ¶ Item Dominus dixit discipulis suis: [In quamcunque domum intraueritis; in eadem manete, edentes, & bibentes quæ apud illos sunt. Cum autem intraueritis primum dicite, pax huic domui.] Nos domum hanc ingressi sumus, & ei pacem obtulimus: uos autem quasi otiosi alieno cibo pasci gaudetis? Videte, ne in nos uertatur illud: [Vide, quid faciat otium, & cibus alienus.] ¶ Item propheta: [Sumite psalmum, [d] & date tympanum.] Isti a nobis sumunt psalmum, & uos ab eis quæritis tympanum? [e] ¶ Item Leo quartus: [De decimis [f] non tantum nobis, sed etiam maioribus nostris iusto ordine uisum est plebibus tantum, ubi sacrosancta baptismata dantur debere dari.] ¶ Quibus autem plebibus debetur; illis, à quibus baptisma accipiunt, an alijs? Nos eos baptizamus; & uos ab eis decimas sumitis? Honesta ista interpretatio est: utinam inueniatis, qui sic pro uobis interpretentur. Quia ergo nos rigamus populū hunc, imbrē doctrinæ ei ministrantes, quia colimus, eū uomere prædicationis, corda eius ad fidem aperientes; si non vultis sinere, [g] uel [h] patiamini [i] nobis eū fructificare, & qualia uobis fieri non vultis nobis inferre cauete, ne si pergitis dicere quæ vultis, audiatis, [k] quæ non vultis.

3 ¶ Ad hæc, Callida quidem, & multiplici argumentatione iura nostra auferre contendit, ita, ut si fides uerbis adhiberetur, non uerba pro uerbis, sed res pro uerbis reportaretis. Sed Deo propitio, si uerba [l] dederitis, uerba recipietis. ¶ Arguitis nos quod ea, quæ nobis debentur, subripere quærimus, quia nostra persequimur. Sapienti [m] quidem, & philosophico ore prolata sententia: suū persequi, est, ne aliena rapere? Vnde ad nos hæc sententia manauit: nisi quia tanto ardore nostra cōcupiscitis ut uestra puteris nobis auferri, cum nos nostra consequimur? Vnde, cum causa nostra debitum finem sortita fuerit, exclamabitis, ah miser, crucior tantum bolum esse ereptū ex faucibus.

Decimæ pecorum. vbi sunt dandæ.

Scilicet personales.

1. Cor. 9.

Terentius

Luc. 10.

Terentius

Psal. 80.

16. q. 1. de decimis.

† al. saltem patiamini

Terentius.

Tob. 4. Mat. 7.

Terentius.

b ¶ Pascit.] Argum. bonum quod ibi dandæ sunt decimæ de grege, ubi grex pastus est, & ubi concepit, non ubi moratur: nā & boues dicuntur esse de illo fundo, ubi laborant, non ubi morantur. vt ff. de fund. instruct. l. cum quidā nam seruitus pascendi pecora est prædialis seruitus, cū vsus tantū prædij cōsistit in pastu pecoris, ut ff de ser. rust. prædi. pecoris. & quod sit de foro illius ubi grex suus pascitur, probatur, quia ibi potest cōstituere tugurium, uel officinam ut ff. de ser. rust. pd. veluti. sed ratione tugurij, uel officinę fit quis de foro alterius, ut ff. de iud. heres. §. 2. hoc dicto sequitur inconueniens: quia eadem ratione dabūtur decimę ubi grex parturit, & ubi fœtus pascitur. Preterea coloni non dant decimas [a] ubi laborant dominis suis, sed ubi recipiunt sacramenta, ut 16. q. 1. quæsti.

c ¶ Sapere.] Ironicè loquitur, quasi dicat: magna sapientia est uelle illud quod nō potes: scilicet de alieno uiuere.

d ¶ Psalmum.] Id est, spiritualia.

e ¶ Tympanum.] Id est, temporalia.

f ¶ De decimis.] Inf. 16. q. 1. de decimis.

ADDITIO. Dicit L. quod istud ca. sophisticè inducitur, quia loquitur de personalibus decimis tantū, hic autem agitur de predialibus. & idem hic tenet Io. de Fan. Archid.

g ¶ Sinere.] Sponte.

h ¶ Vel.] Id est, saltem.

i ¶ Patiamini.] Scilicet coactæ.

¶ Audiatis.] Verbum est Terentij: Qui dicit quod vult, audiet quod non vult.

AD HAEC CALLIDA. Hæc est 3. pars q. in qua inducit plura argumenta, & finaliter concludit Ioan. de Fant.

l ¶ Verba.] Res dare pro rebus, pro uerbis uerba solemus.

m ¶ Sapienti.] Ironicè loquitur.

n ¶ Et-

Sed videte, ut damnum effusi unguenti vobis recompensare [a] *quaratis. Constituistis vos plantatores vinearũ, fossores agrorum, trituratores arearum, rigatores camporum, & multa alia huiusmodi officia vobis assumpsistis: & debita nobis obsequia a nobis subtrahi conquesti estis. Sed nos non negamus, quod vestrũ est. Boui trituranti palea, & tegumenta seruantur: Sint hac vobis, & grana nobis relinquite. Pastinatores* [b] *vinearum, fossores agrorum, rigatores camporum, trituratores arearũ, diurna mercede accepta, prouenientes fructus dominis relinquunt. Vos ergo recepta mercede vestri operis in quotidianis oblationibus, & alijs obsequijs, qua pro spiritualib. qua a vobis accipiunt, quotidie deferuntur; prouenientes fructus decimationũ, & primitiarum nobis relinquite.* ¶ *Item pracepit Dominus discipulis suis, ut comederent & biberent ea, qua apud auditores suos erant; sed non iussit eis, ut dominos de domibus suis eyceret, & reb. suis spoliarent. Non facile inuenietis, qui tales hospites libenter suscipiant. Mus in pera, ignis in sinu,* [d] *serpens in gremio male suos remunerant hospites. Vnde in prouerbijs dicitur:* [*Qui serpentem in sinu suo nutrit, percutietur ab eo.*] *Tales inueniatis nobis* [e] *hospites, quales nobis esse uul is. Non sufficit uobis edere, & bibere qua in domo nostra sunt, dum quotidianos fructus oblationum percipitis, ex quibus victum & vestitum habeatis: quib. cum Apostolo debetis esse contenti: sed non vultis, quia imitatores eius non estis: sed potius nos de domo nostra expellere, & rebus nostris nos penitus expoliare contenditis, dum nec etiam eorum decimationes nobis relinquere vultis. Vt autem vniuersaliter omnia colligantur, cuncta, qua pro vobis inducta sunt, siue de laborante agricola, siue de eo, qui suis stipendijs non militat, ad hũc articulum deferimus, ut fructum vestri operis, quem adeo recipere contẽditis, in oblationibus, & quotidianis obsequiis istorum recipiatis: decimationes uero eorum, qua nobis debentur, intactas nobis relinquite: nedum quaritis usurpare quod uestrũ non est, iusta anaduersione etiam illud cogamini amittere, quod uobis aliquo modo uidebatur competere. Quod autem ha decimationes nullo iure uobis debeantur, facile probamus. Dicitur. n. in quodam concilio;* [*Si quis laicus,* [f] *uel clericus, siue utriusque sexus persona proprietatis sua loca, &c.*] *Sicut in eodem capitulo in causa monachorum notata inueniuntur. Si ergo laicus, uel clericus, uel qualibet persona, loca sua proprietatis uendens, aut donans prouentum decimationum ab ecclesia, cui legitime assignatus est, nullo modo potest abstrahere, nec isti de diœcesi ad diœcesim transeuntes, decimas suorum prædiorum, qua intra terminos nostra parochia continentur, nobis auferre possunt. Quantum. n. ad ius percipiendarum decimarum attinet, idem est possessorem de diœcesi ad diœcesim transire, quod possessionem de diœcesano ad diœcesanum transferre.*

ext. de Iudęis, c. etsi. citatur hoc tanquã vulgare prouerbiu. *Serpens in gremio.*] 2. Tim. 6.

16. q. 1. si quis laicus.

a ¶ Recompẽsare.] hoc est dicere, videte ne ita cõtristemini de ista amißione, ꝙ ꝑ hac deteriora comittatis, s. suspendatis vos, sicut fecit Iudas qui ita tristabat de effusione vnguenti, de quo ꝓposuerat decimam partẽ furari, sicut de alijs reb. consueuerat: vnde vt recõpensaret illud dãnum, vẽdidit Dñm pro xxx. quæ sunt decima pars trecentorum. tanti. n. potuisset vẽdi vnguentũ. & ad similitudinẽ Iudæ camerarij semper furantur decimam partem illorum quæ dantur dominis suis. 1

Iudas quare se suspẽdit.

1 Ad idẽ quod le. & no 1. q. 1. Christus. Arch.

b ¶ Pastinatores.] Pastinare idem est quod colere. sic ponit. ff. quod vi aut clam. l. semper. §. 1.

c ¶ Recepta.] i. si deberetis recipere aliquid deberetis tantum mercedẽ recipere, vnde non confiterẽtur, quod aliquid recipere deberẽt. extra de test. ex tenore.

d ¶ In sinu.] Hęc verba habes ext. de Iudæ. & si Iudæos.

e ¶ Vobis.] Sic 25. q. 2. sic decet simile. 12. qõ. 3. priuilegium, & ext. de simo. quia, in fin.

f ¶ Laicus.] vt 16. q. 1. si quis laicus.

AD hæc. Decimationes.] Hæc qõ. diuidit in 12. par.

† Adde ꝙ hæc dictio, ad hæc, aduerbialiter, & continuatiue ponitur idẽ in l. 1. §. ad hęc C. de anna. excep.

QVAESTIO II.

AD hæc, † *Decimationes ista, & si iure vobis debentur,*

ut asseritis [a] *; tamen tricennalis* [b] *obiectio vobis silentiū imponit. Omnis enim possessio tricennaria præscriptione tollitur, vel quadragenaria (sicut possessiones religiosorum domorum) vel centenaria sicut prædia sancta Romana ecclesia.*

Vnde Gelasius Papa ait episcopis Siciliæ, epist. 2. c. 2.

¶ Quæ triginta annis ab episcopis possidentur, iure ab eis vendicantur. C. I.

FAcultates [c] ecclesiæ, nec non & diœceses, si quæ ab aliquibus possidentur episcopis, iure sibi vendicēt, quod [d] tricennalis lex conclusit; quia & filiorum nostrorum principum ita emanauit auctoritas, vt vltra xxx. [e] annos nulli liceat pro eo appellare [f], quod legum tempus exclusit.

16. q. 3. c. 2. §. illud etiam.
Ans. l. 5. c. 19.
Burc. l. 3. c. 149.

At illi econtra. Cuius auctoritate nobis silētium imponitis eiusdē auctoritate vestra ora claudimus. Ait enim idem Gelasius: [Nulla [g] *præsumptione statum parochia*

Pann. l. 2. c. 65.
16. q. 3. licet in regulis.

17. partes. In prima quæritur vtrū præscriptione tollant decimæ, & probat, q sic per c. seq. Secunda ibi, [Nunc autem.] Tertia ibi, [Vnaquæque.] Quarta ibi, [Quod de libero.] Quinta ibi. [Quia ergo.] Sexta ibi, [Oblationes.] Septima ibi, [Item quæritur.] Octaua ibi, [Quibus peccata.] Nona ibi, [De obseruatione.] Decima ibi, [Lugere.] vndecima ibi, [De mortuis.] Duodecima ibi, [De his autem.] Io. de Fant. CASVS. Hic intitulatur secunda qō. qua quæritur, an pręscriptione temporis ius pcipiendi decimas, & ius funerādi tollat; & respondet, q sic, quadragenaria pręscriptione, vt infra 16. q. 4. volum⁹. olim tamen pręscriptio currebat tricennalis, ut ĩ. c. j. & cōtinet hæc quæstio duos articulos. Primus est circa ius decimādi, ut in hoc §. Secūdus circa ius funerandi, ut ĩ. ead. §. qōo. Respondent ergo rei in hoc primo articulo, quod licet iure territorij priori ecclesiæ decimæ sint persoluendæ, tamen a sua actione excluditur prior ecclesia tricēnaria, vel quadragenaria præscriptione, & ad hoc inducit seq. c. [Ad hęc.] Idest, contra hæc, vel præter hęc.

a ¶ [Vt asseritis.] Hic de una exceptione trāsitur ad aliā. si quis enim succubuerit in una exceptione, transire ad aliam potest, & etiam ad contrariam transire potest, ut extra de præscrip. auditis. ff. de excep. nemo. similiter de una actione potest transire ad contrariam, qui in una succubuit, ut extra de iud. examinata. & C. de inoffic. test. contra maiores. & ff. de euict. minor. Sed quid si iurauit; q omnes exceptiones proponeret intra certum terminum? non uidetur, q possit unam post aliam proponere, ut extra de exceptio. pastoralis. Nam etiam qui unam exceptionē proposuit, si postmodum cum in illa succubuit, vult aliam proponere, debet hoc facere intra terminum præfixum, ut instit. de excu. tut. §. qui autē. Ad hoc dico, q si alicui competerent plures exceptiones, quę non sunt contrariæ: in eo casu si intra pręfixū terminum non proponit omnes exceptiones; si in una succubuit, non auditur in altera: & sic intelligitur inst. de excu. tut. §. qui aūt, & ext. de except. pastoralis, si aūt sunt contrariæ, ut si primo dixit se exemptum, tūc licet succubuerit, nihilominus post tp̄s præfixum pōt aliam proponere, ut C. de inoffic. test. l. contra maiores. Sed in actionib. ita est dicendum, quòd si alicui competebant plures actiones, & poterat eligere qua uellet agere, eligendo unam, si in alia succubuerit, non poterit transire ad aliam, 1 vt ff. de tribu. quòd in hæredem, §. eligere. Item qui negat se aliquid debere, si uincatur, potest adhuc alia exceptione uti, nisi in casibus a iure expressis, vt ff. de reg. iur. nemo ex his. Nam si quis neget numeratam pecuniam sibi, & postmodum conuictus est, & uelit dicere se soluisse, nō audietur, ut C. de non nu. pe. in auth. contra qui. & ita non est inconueniens, si de una exceptione trāsit ad contrariā sic 24. q. 1. quisquis. ext. de testib. ex tenore. & ext. de excep. cū uenerabilis.

Actiones plures habens an vna electa gdat alias.

1 Adde an hoc sit indistincte uerū per Cy. in l. edita. & ibi etiam Bal. C. de eden.

b ¶ [Tricennalis.] Hic tacite annectit secundam quæst. scilicet an ius decimarum, uel etiam ius funerandi possit pręscribi. Et est expeditum. quod ius, i. libertas non dandi a decimas a clerico nomine ecclesię suę potest præscribi, ut contra episcopum, ut extra de præscript. de quarta. Item una ecclesia potest præscribere decimas in tra parochiam alterius ecclesiæ, ut ext. de præscri. ad aures. similiter ius funerandi præscribitur secundū leges vt C. de relig. monumentorum. similiter alia sacramēta oc- ecclesiastica pręscribūtur, ut ex̄. de relig. do. cōstitutus. Si quęras qualiter pręscribuntur decimę, cum non continue dentur, & seruitutes pręscribi non possunt, cum non cōtinuo possideantur, ut ff. de ser. seruitutes? Resp. licet perceptio decimarum non sit continua, tamen ius percipiendi est continuum. Vel aliter licet perceptio non sit continua, tamen causa percipiendi. (.s. præceptū Domini, quod perpetuum & continuum est) perpetua est. & naturalis. & hoc sufficit ad præscriptionē, quòd causa sit perpetua & naturalis, ut ff. de ser. urba. præd. foramen. ibi enim dicitur, si causam a cęlo habet, continuum dicitur.

Decimæ an possint præscribi.

a De hoc ēt not. 10. q. 3 quia in gl. 3

FAcultates.] CASVS. Quidam episcopi possessiones aliarum ecclesiarum, similiter & diœceses aliorum episcoporum xxx. annis possiderunt. Quæsitum fuit a Gelasio, utrum sint tuti, uel securi tanti temporis pręscriptione. Et respon. quòd sic, quia principū ita emanauit auctoritas, ut post xxx. annos nulli super his liceat iudicem interpellare. [Conclusit,] Idest, acquisiuit [Exclusit,] Illas possessiones ab episcopis quorum erant.

c ¶ [Facultates.] Sic construe, facultates ecclesiæ, quę ab aliquibus episcopis possidentur, supple ipsi episcopi iure sibi uendicent, idest, defendant.

d ¶ [Quod.] Idest, quia tricennalis lex conclusit, idest, acquisiuit illas possessiones eis. Vel pone casum, q ille episcopus, qui præscripserat res alterius, cecidit a possessione illarum rerum: tunc enim licite posset eas vēdicare a possessore, ut decimasexta q. 3. §. potest.

e ¶ [XXX.] Cum ecclesia pręscribit contra priuatum, 3 sed si ecclesia pręscribit contra ecclesiam, & priuatus contra ecclesiam, requiruntur xl. anni, ut 16. q. 3. §. potest. in fine.

3 At. ad hec ext. de p̄scri. illud. ubi de hoc. Arch.

f ¶ [Appellare.] Idest, interpellare.

AT ILLI. CASVS. Per c. sup. dictum uidebatur imponi silentium actoribus: & ideo actores ecclesię nituntur claudere os rei, eiusdem Gelasij auctoritate, quę est 16. q. 3. licet in regulis. ubi dicitur, q status parochiarum temporali pręscriptione diuelli non potest. & ideo decimationes priori ecclesię assignatas nullus sibi debet usurpare.

g ¶ [Nulla.] Infra 16. q. 3. licet in regulis.

a ¶ Vin-

a ¶ Vindicabili.] Idest, iniusta Io. de Fan.
QVOMODO. CASVS. Non soluit hic G. contrarietatem duorum præmissorum cap. Gelasij: sed seruat resolutionē, ſ. 16. q. 3. Postea aūt annectit secundū articulum huius quæst. scilicet, vtrum ius funerandi pra-

in sepulchris parētum suorum, vt inf. ead. placuit. Ego credo, ꝙ libere potest quis eligere sepulturam vbicunque voluerit, 1 vt extra eo. tit. cum liberum sit, dummodo tamen legitimam portionem relinquat priori ecclesiæ, vt eo. tit. nos instituta, etiā apud locum minus religiosum, vt extra eo. in nostra, & omnia cōtraria intelligas, qñ est illectus, vł qñ ex contēptu, uel temeritate deserit suā ecclesiam, vel quando legitimam portionē non vult relinquere ecclesiæ priori; parētes tamē non possunt filiis intra annos discretionis eligere sepulturam, nisi hoc hēat consuetudo, vt ext. d sepul. de vxore & ext. eo. tit. in nostra. in fi. si quis autem in casu nō concesso receperit corpus alienum, & sepultum reddere cogetur, cum omnibus quæ occasione ipsius receperat, ut extra eod. fraternitatem. in fi. & extra eo. c. 1. & 2.

Sepulturæ electio vnicuique libera est.

1 Dummodo hoc non faciat ex odio, vel temeritate, inf. c. placuit fm L. & B.

rum, &c.] *Si ergo temporalis obiectio diœcesim semel constitutam diuellere non potest: patet quod nec vobis patrocinabitur, vt statum parochiæ nostræ mutantes, decimationes nobis quondam legitime assignatas, vindicabili* [a] *vsurpatione vobis vendicetis.* ¶ *Quomodo autem distinguenda sint hæ auctoritates; in causa monachorū inuenietur.*

16. q. 4.

2 *Nunc autem* [b] *quæritur de iure funerandi; quæ harum ecclesiarum habeat ius tumulandi istos. Sicut Hieronymus scribit, coniugati in vno sepulchro videntur esse ponendi.*

In qō. Hebraicis in Genesim, & de locis hebraicis.

Ait enim.

¶ In sepulchro parentum suorum filij sunt collocandi.

C. II.

Poly. l. 8. tit. 5. Burc. l. 3. c. 160. Iuo p. 3. c. 223.

EBron dicitur esse ciuitas quatuor [a] virorum; quia in ea sepulti sunt tres patriarchę in spelunca duplici [c] cum tribus vxoribus suis, i. Abraham & Sara Isaac, & Rebecca, Iacob, & Lia, præter [d] ipsum Adam, & Euam vxorem suam. Tobia dicit ad filium suum. [Cū acceperit Deus animam meā; corpus meum sepelies, & honorē habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius: & cum ipsa compleuerit tempus suum; sepelias eā iuxta me in vno sepulchro. *Ibidem.* ¶ Quos cōiunxit [e] vnū coniugium; coniungat vnum sepulchrum: quia vna caro sunt; & quos Deus coniunxit, homo non separet.

Tobia 4. & 14.

Burc. l. 3. c. 161. Iuo p. 3. c. 224. Matth. 19.

a ¶ Quatuor.] *Sic emendatum est cum antea legeretur, trium, Sic. n. legitur apud B. Hiero. in quæstionib. hebraicis in Genesim, de locis hebraicis, & in epitaphio Paulæ. Ac dictio hebraica significat quatuor, & quatuor Patriarchæ hic numerantur, qui ibi sepulti sunt: Abraham, Isaac, Iacob, & Adam cum vxoribus suis.*

Aliquid simile q. cō fess. c. 11. ex filia aliquando matris suæ. Poly. ibid. Burch. l. 3. c. 162. & 163. Iuo p. 3. c. 225. & 226.

E Bron.] CASVS. Dicit in hoc ca. Hie. vxores esse sepeliendas in sepulchris virorum suorum. & hoc probat exēplo quinq; virorū. s. Abrahæ, Isaac, & Iacob, Adæ, & Tobiæ. Seq. duo c. patēt per se.

c ¶ In spelunca duplici.] Idest, quia duo receptacula habuit in uno recipiebantur masculi, in alio fœminæ.

d ¶ Præter.] Hæc dictio, præter, hic ponitur inclusiue. 2 sic 35. q. 3. ff. de pigno. act. l. 1. in fin.

e ¶ Quos cōiunxit.]

2 Sed exclusiue ponitur 16. q. 1. adijcimur. Ar.

Item Augustinus.

C. III.

VNaquæque mulier sequatur [f] virum suum, siue in

præscriptione tollatur. & certum est, quod sic, cū quadragenaria præscriptione omne ius, & omnis actio tollatur. procedit G. sic in hoc articulo. Primo inducit actores allegantes. Secundo reos respondētes. Probant ergo actores, quod ius funerādi ad suam ecclesiam dēt pertinere: quia vxores, & filij in sepulchro virorum, & parentum sunt collocandi: quod probat ix. auctoritatibus, & exemplis.

NVNC AVTEM. Hæc est 2. pars q. in qua probat p c. Hierony. (superficialiter tamen) quod oēs consanguinei debent simul sepeliri. Ioan. de Fan.

b ¶ Nunc autem.] Hic explicatur alter articulus primæ quæstionis, scilicet, vbi isti sunt sepeliendi. De hac materia loquuntur varie iura H. dicit ꝙ quilibet potest sepeliri in sua ecclesia, ubi audiuit diuinum officium, vt extra de sepul. in nostra, nisi in tribus casibus, si velit transire ad episcopalem ecclesiam, ut inf. ca. vbicunque, vel si eligit sepulturam in loco magis religioso, ut extra de sepul. fraternitatem. vel si velit sepeliri

Largius hic interpretatur Hieronymus auctoritatem Domini, quàm in Euangelio Matthæi intelligatur. & est si. 28. q. 1. idololatria.

VNaquæq;.] Hæc est 3. pars q. in qua probat, ꝙ omnes non possent simul sepeliri. Io. de Fan.

f ¶ Sequatur.] Nunquid ergo tenetur sequi virum vagantem? Videtur quod non, vt 34. q. 2. si quis. sic nec libertus tenetur sequi patronum vagantē, ut ff. de ope. lib. quod nisi ar. ff. de procu. sed & hæ. §. non solum. ff. de an. leg. l. Mæuia, §. 1. Sed contra. quia etiam tenetur sequi leprosum, extra de coniug. lepro. cap. 1. & 3. Credo, ꝙ si sciret eum esse histrionem, tenetur eum sequi, alias non H. tñ dicit, quòd semper dēt ipsum sequi. & dicit, quod illud. si quis est abrogatum: similiter dicit, quod dēt ipsum sequi etiam si mittatur in carcerē, uel si cogatur ire in exercitum. Sed eadē ratione dēt ipsum sequi quoties dominus petit a viro, qui est seruus, ut seruiat sibi lex. tamē dicit, quod postquam liberta nupsit voluntate patroni, quod amodo nō dēt seruire patrono

Vxor an teneatur sequi virum vagantem.

trono, propter suspicionem: sed patronæ suæ potest honeste seruire, vt ff. de ope. lib. sicut.

a ¶ In morte.) Hoc est cōsilium, vt extra eo. tit. de vxore. Quærit H. pone, quod mulier plures viros habuit: quē illorum debeat sequi in sepultura sibi eligenda secūdū Io. non est quęstio, quia pōt eligere sepulturā, vbi voluerit. H. dicit, quod tenet vltimū sequi: sicut ultima ecclesia succedit clerico. 18. q. 1. c. vno. sicut ultimum virum sequitur domicilio & honore ff. ad muni. filij. §. 1.

Vxor quæ plures uiros habuit, cum quo sepelietur.

1 Istam opinionem sequitur Alex. de Imo. in l. cum quadā. col. 3. ff. de iur. om. iud.

SOROR. CASVS. Probat G. in hoc c. quod omnes de eadem parētela, & coniugati oēs sūt in eodem sepulchro ponēdi. & hoc probat exēplis 5. & auctoritatibus.

b ¶ Visitationis.) Id est, cum Deus eos visitaret, & educeret eos de terra Aegypti. i. Aegyptiaca seruitute: & hoc petijt quia ignorabat ipsum erat tunc, quod aliquis nō sepeliretur in sepulchro patrum suorū, vt statim sequitur. vel quia in spiritu viderat, quia dominus resurgere dēret ibi, & pūiderat multos resurrecturos ibi cū illo, & ipse forte erat vnus ex illis.

Ioseph in sepulchro maiorum sepultus fuit certa ratione.

c ¶ Prophetę.) Abdo scilicet. hanc historiam habes 1. q. 1. si quis inquit.

d ¶ In nouo testamēto.) Id est, tempore noui testamenti. nō fuit iste Philippus Apostolus, sed vnus de septem diaconis.

HIS OMNIBVS. CASVS. Concludūt actores ex supradictis x. auctoritatibus vel exemplis, quod isti parochiani, qui supsunt, apud ecclesiam suam cum parentibus sunt tumulandi, quia parentes apud illam sepulti fuerunt.

ECONTRA. CASVS. Nūc respondēt rei, quod vxores, vel filij nō coguntur virorū suorum, vel patrū sepulturas sequi: sed vbicunque voluerint, suo corpori sepulturā possunt quærere pro locorum, & temporum opportunitate. hoc probant tribus exemplis, una ratione, & una auctoritate. Et omnia plana sunt usque ad §. [quod de libero.]

e ¶ Econtra.) Responsio defensorum.
f ¶ Arbee.) Id est, Ebron.
g ¶ De Cethura.) Quæ etiam Agar dicitur.
h ¶ Rachel.) Vxor Iacob.
i ¶ Arbitrium.) Sic extra de offic. deleg. de causis.

vita, siue in morte.[a] *Item Gregorius.* ¶ Soror B. Benedicti sepulta est in sepulchro quod ipse sibi præparauerat: vt quorum mens vna fuit semper in Domino, corū quoque corpora sepultura non separaret.

B. Greg. l. 2. dialect. c. 34.

¶ *In plerisque vetustis caput hoc coniunctum est superiori, nec ipsa prorsus auctorum verba afferuntur.*

Itē Ioseph moriens in Aegypto rogauit fratres suos, ut tempore uisitationis[b] *sua ossa sua secum deferrent, & in sepulchro patrum suorum ea collocarent.* ¶ *Item. Dictum est propheta,*[c] *qui contra præceptum Domini comederat in Bethel:* [*Non inferetur cadauer tuum in sepulchrum patrum tuorum.*] ¶ *Item. De nōnullis legitur in libro Regum;* [*obiit, & appositus est ad patres suos.*] *hoc est in sepulchro patrum suorum. Item. In nouo testamento*[d] *beatus Philippus legitur ædificasse sibi sepulchrum, in quo ipse, & filia eius quieuerunt.* ¶ *Item Beatus Seuerus Rauennatum archiepiscopus tumulum fieri iussit, in quo se, & uxorem & filiam collocauit.*

Gen. 50.

3. Reg. 13.

Rufinus hist. eccle. l. 3. c. 31.

In vita SS. to. 1. & in pomœrio ecclesiæ Rauennatis.

¶ *His omnibus exēplis colligitur, quòd in sepulchris parentum corpora filiorum collocanda sunt. Quia ergo parentes istorum apud priores ecclesias sepulti sunt; & hi apud easdem debent tumulari.* ¶ *Econtra,*[e] *Adam, ut asseritis, in ciuitate Arbee*[f] *tumulatus est. Sed nunquid omnes filij eius sepulti sunt ibi? tanta multitudo humani generis tam breui tumulo non tam facile posset includi.* ¶ *Item Abrahā ibi sepultus est. Sed nūquid Ismael, & Madai, & alij quos de Cethura*[g] *genuit, ibi sepulti sunt? Item Isaac ibi sepultus est. Sed nunquid Esau cum eo tumulatus est?* ¶ *Item Iacob ibi collocatus est. Sed nūquid aliquis filiorum eius præter Ioseph ibi sepultus est? Rachel*[h] *quoq; non in Ebron, sed iuxta Betheleem† tumulata legitur. Exemplo igitur istorum liquet, quòd liberum est filijs sepeliri in sepulchris patrum suorum, & liberum est eis alibi pro locorum, & temporum opportunitate corpori suo hospitium inuenire. Non ergo hoc exemplo isti coguntur sepeliri in sepulchris patrum suorum.* ¶ *Item, quæ legibus definita sunt, mutari non licet. Quæ autem legibus expressa non sunt, arbitrium*[i] *sequuntur humanæ voluntatis. At legibus definitū est, quibus decimæ sint persoluendæ; & ideo danti mutari nō licet. Vbi autem quisque tumulandus sit, legibus expressum non est; & ideo in uoluntate tumulandi consistit.*

Gen. 25.

Gen. 35. 49. & 50.

Gen. 35.
† in vulgatis legebatur, Bethel.

16. q. 1. admonēre.

Vnde beatus Gregorius ait.

¶ Vltima voluntas defuncti seruari debet. C. IIII.

VLtima[k] voluntas defuncti modis omnibus conseruari debet.

k ¶ Vltima.) Vltima voluntas defuncti pro lege seruanda est, ut in Authen. de nupt. §. disponat coll. 4. & si quis eam non seruat, hoc ipsum quod ei est relictū, ab eo auferetur, ut 11. q. 1. Siluester. & hoc intelligas

Defuncti uoluntas an sit semper seruanda.

tamen

cum voluntas est rationabilis. nam si moriēs exhæredare vult filium sine causa, hæc voluntas non est seruāda, vt inf. ead. si quis. similiter si quis pręcipiat corpus suū iactari in mare, vt ff. de cond. instit. quidā. sed ipse moriēs bene potest mutare voluntatē suam, nam ambu la-

non serui, seruus enim testamentum condere non potest, & ad hoc inducit seq. cap. & non facit iste §. ad principale propositum Gratiani.

Illud etiam.] CASVS. Ampliatus seruus Romanæ ecclesiæ conduxerat quędam prędia, de quibus tertiā partē, vel quartam iuxta Siciliæ prouinciæ morē Papæ reddebat: qui cum ęgrotaret, condidit testamētum. Præcepit ergo Gelasi⁹ Honorio epo. vt omne peculiū & oēm substantiā eius, filijs eius fideli descriptione faciat tradi, vt per eos ecclesia reddat indēnis. sic posuit Ben. hunc casum. H. vero ponit sic Ampliatus iste seru⁹ erat ecclesiæ Romanæ, & cuiusdā patrimonij ecclesiastici procurationem gesserat cū quibusdā filijs suis: ex qua administratione adhuc nō reddiderat ratiocinia. Testām. ēn licet esset seruus, facere volebat. Scribit ergo Gelasius Honorio epo mandans ei, vt non permittat illū facere testamētum, & si contigerit eū mori, totū patrimonium ecclesiæ sibi cōmissum faciat describi, & intactum apud filios seruari donec ipsi pro tpe ratiocinia reddant, & ecclesiam seruēt indemnem. Sed certè ego Barthol. Brix. magis approbo casum H.

rius. ff. de seruit. quoties, fm Goff. qui ita not. extra de const. extiteris. Arch.

¶ *Sententia huius cap. habetur lib. 3. epist. 9. in verbis, quæ referuntur inf. 16. q. 1.* admonere. *itemq; lib. 9. epist.* 20. Necesse est, inquit, ut si impletum hoc fuerit, defuncti dispositio conseruetur. *Sic enim in manuscriptis: licet in vulgatis sit,* depositio conseruetur.

4 *Quod de libero, & non de seruo intelligendum est. Seruus enim testamenti paginam condere non potest.*

Vnde Gelasius Papa scribit Honorio episcopo.

Iuo p. 16. c. 111.

¶ Seruus testamentum facere non potest. C. V.

Illud etiam sinceritatem tuam volumus nō latere; ad nos fuisse perlatum, q̄ Ampliatus conductor [a] (quē non solum seruum constat esse ecclesiæ, sed ita eius rationibus à multis temporibus implicatū, vt etiam si esset ingenuus, donec ratiocinia cuncta deduceret, modis omnibus obnoxius haberetur) ausu temerario molitus fuerit condere paginā testamenti, cuius omne peculiū ecclesiastico iuri legib. nō dubitetur obstrictum. [b] Quapropter his præsumptionibus vice nostra, tua fraternitas cōtradicat; [c] nec fieri prorsus aliqua surreptione permittat. Ac si eidem quidquam humanitus forte contigerit, quia grandæuus esse memoratur; mox eius sine dilatione substantiam pręcipiat humanitas † tua filijs eius dūtaxat, quibus patrimonium probatur esse commissum, sub fideli descriptione contrahi; donec vniuersis tēporibus, quibus hoc patrimonium gubernasse cognoscitur, partes Dominicas reddere cogantur indemnes.

† al. vnanimitas.

5 *Quia ergo secūdum Gregorium vltima voluntas defuncti conseruanda est; pro istorum voluntate corpora eorum sunt tumulanda, non pro arbitrio vestræ dispositionis.*

Item in Triburiensi concilio legitur.

¶ *In Triburiensi impresso cap. 15. habetur eadem sententia, sed non ijsdem omnino verbis expressa.*

¶ Vbi quisque decimas persoluerit, ibi sepulturam eligere debet. C. VI.

16. q. 1. vbicunque. Burc. l. 3. c. 237. Iuo p. 3. c. 278.

Vbicunque

a ¶ Conductor.] im pprie dī seruus cōductor. Nam nec seruus aliquid dēt, nec aliquid ei debetur: sed potius per talia verba respicitur factū, quam ius, ut ff. de pecu. nec seruus.

bulatoria est volūtas defuncti, vt ff. de adimē. leg. l. 2. sed pone, q̄ quis iurauit, q̄ non veniret contra voluntatē suam, nunquid potest venire contra? Videtur q̄ non: 1 quia hoc iuramētum non vergit in interitū salutis æternæ, ergo est seruandum, vt extra de iureiur. si vero. Sed contra nemo pōt sibi indicere legē: 2 vt nō liceat sibi recedere a priori voluntate, ut ff. de lega. 3. si quis. in princ. & libertatem supremi iudicij nemo pōt constringere, ut ff. pro soc. cum duobus, §. Papinianus. in fi. argum. contra extra de iureiur. cum contingat. Io. hoc plerē notaui in quæstionibus. B.

1 Q3 & verū est hic arg. ¶ si aduersus vēd. auth. sacramēta, ext. de iureiur. cū contingat, fm Io. de Fan.

2 Dicas, q̄ nemo pōt sibi impōere legem, nisi intersit alte-

QVOD DE LIBERO. Hæc est quarta pars q. in qua probat contra. s. quod seruus non potest facere testamentum, & hoc probat per c. seq. Ioan. de Fan.

CASVS. Dictum est s. q̄ ultima voluntas defuncti modis omnibus est seruanda. Nunc vero dicit Grat. quod hoc intelligendum est de voluntate liberi hominis, &

b ¶ Obstrictum.] Non intellige obstrictum, i. obligatum: quia cum peculium quod seruus habet, sit domini, domino non potest res suas obligare, ut ff. de regul. iur. neque.

c ¶ Contradicat.] Non tanquam hæredibus, quia seruus non potest habere hæredē, vt C. commu. de succ. seruus. sed consuetudo est plurium locorum, quod filijs relinquatur peculium, quod pater habuit.

Seruus hæredem habere non potest.

QVIA ERGO. Hæc est quinta pars, in qua dicitur, quod nullus sine causa dēt dimittere sepulturam patrum, & hoc probat per tres auctoritates. Io. de Fan.

CASVS. Hic reuertitur G. ad principale propositum, & concludit ex illo cap. Greg. s. vltima voluntas, q̄ quilibet potest sibi eligere sepulturam pro arbitrio suo, & non pro arbitrio prioris ecclesiæ, & ad hoc probādum inducit seq. cap.

Vbicunque.] CASVS. Triburien. concilium statuit, quod

quod si quis potest, debet sepeliri apud episcopalem ecclesiam: sin autem, apud aliquod monasterium, uel ecclesiam regularem. Sed si hoc aptè fieri non potest, sepeliatur apud illam ecclesiam ubi uiuus decimas magis persoluebat. Et dicit H. quòd illud quod dicitur de episcopali ecclesia, intelligitur de illis, qui habent antiquā sepulturā in episcopali ecclesia: qa de ciib. ciuilibus non posset intelligi, qa nō impediutur ratione loci, uel temporis: nec de illis, qui sunt in episcopatu, cum ratio & cōsuetudo nō obtineat, nec de peregrinis potest intelligi, cū eis c. cōtradicat: quia tales, ibi decimas nō persoluunt.
a ¶ Vbicūque.] sed nōne quilibet sepeliēdus est, ubi recepit sacramēta ecclesiastica? ut j. c. px. & extra eo. tit. I nostra. Ad qd ergo diuisa essent cœmiteria, sup. ea. ca. 1? Rñ. uerum est. Sed istud ca. instruit, q si qs uult eligere aliā sepulturā, q hūc seruabit ordinē in eligendo. potius enim eliget episcopalē ecclesiam, quam alteram. si tñ alio modo eligit, standū est uoluntati suæ: dum tamē habeat iustam causam eligēdi, episcopo autē non pfigitur talis doctrina: nam potest eligere sepulturam in minori ecclesia, vt 12. q. 2. bonæ. & intelligo quod semper ex temeritate, vel cōtemptu, vel ex electione mutatur sepultura, nisi appareat certa causa mutationis, vel nisi seruet hunc ordinem, qui hic statuitur in eligendo sepulturam.

Sepulturam an possit aliquis sibi eligere.

ibi respondebit, 2 ut ff. de iudic. hæres.

SED OBIICITVR. CASVS. Adhuc obijciunt actores contra reos, & inducunt seq. cap. sed per illud non respondent vltimæ allegationi reorum, sed solum illis quas collegerunt ex illo cap. vltima voluntas. & etiam ex illo cap. vbicunque.

ed eo animo larē mutat, ut ibi pmaneat. C. de incol. ciues. fm Lau.
2 Scilicet ratione cōtractus. & in alijs casib. notatis 5. q. 6. in summa. Io. de Fan.

que [a] temporum, vel locorum facultas tulerit; apud maiorem ecclesiam, vbi sedes est episcopi, sepulturæ celebrentur. Si autem propter temporis, vel loci asperitatem hoc difficile fuerit visum; apud ecclesiā, in qua religiosorum canonicorum, vel monachorum, vel sanctimonialium religiosa congregatio communiter degerit, sepeliatur. Si autem & hoc ineptum visum fuerit; vbi quis decimas persoluebat viuus, ibi sepeliatur & mortuus.

Quia ergo decimam [b] nobis persoluebat viuus; & apud nos sepeliendus est mortuus. Item, si quis de prouincia ad prouinciam transiret, & ibi domicilium sibi collocaret, liber factus [c] à ditione prioris iudicis, iurisdictioni illius iudicis subijceretur, in cuius prouincia sedem sibi eligeret. Quia ergo isti à vestra diœcesi in nostram transierunt; liberi à vestra ditione, nostro iuri subijciuntur. Nostrum est ergo ius funerandi eos.

Sed obijcitur illud Melchiadis Papæ.

¶ Propria temeritate sepulturam parentum relinquere non licet. C. VII.

PLacuit per omnia magno cōcilio, vt nullus proprij arbitrij temeritate [d] aliam ecclesiā, nisi cui vius antiquorum parētum canonica institutione subiacere perhibetur, sepulturę causa adire pcuret nisi infirmitatis [e] causa præpeditus in aliam fuerit regionem quolibet negotio progressus. Ad hæc, si quis prælatus contra hoc agere sategerit; ecclesiastico vinculo se subdi cognoscat.

Sed

QVIA ERGO. CASVS. Concludunt rei, quod apud suam ecclesiam isti parochiani sunt tumulandi, duabus rationibus. Prima ex fine præcedentis cap. scilicet, quia viui episcopo ecclesiæ decimas persoluerūt: ergo ibi sepeliendi sunt. secunda ratio, quia postquam quis trāsit de prouincia in prouinciam, liber factus est à iurisdictione prioris iudicis, & subijcitur illi in cuius prouincia sedem collocauit: vnde isti subijciuntur iurisdictioni secundæ ecclesiæ, & apud eam debent sepeliri.
b ¶ Decimam.] Personalem.
c ¶ Liber factus.] Hoc est verum, quādo plenè se trāstulit, vt 21. quæst. 2. si quis iam translatus secus si trāsferret se ad secundum locum, non tamen animo relinquendi primum locum: tunc enim retinet primum locum & secundū, vt ff. ad municip. si quis instructus. Et quod hic dicitur, intellige quod quis potest se trāsferre de vno foro ad aliud in integra. nam si quis in vno loco est conuentus, licet transeat ad aliud forum, tamè in priori foro respōdebit, vt ff. de iurisd. om. iud. l. pen. Item & hic Casus, quod sola habitatio nō facit aliquem esse de iurisdictione alicuius, nisi per decem annos steterit ibi, 1 vt C. de incol. l. 2. lib. 10. nisi quo ad hoc qd

Forum mutare, an alicui liceat.
1 Idem tūc dicas cū de iurisdictione secundi.

PLacuit.] CASVS. Quæsitum fuit à Melchiade Papa, utrum aliquis potest sepulturā nouam propria temeritate eligere: & antiquam parentum suorum deserere? Et respondet quod non si quis prælatus contrafecerit, debet excommunicari.
d ¶ Temeritate.] Istud uerbum soluit contraria: nam alias potest quis sibi eligere sepulturam, ut extra eo. c. 1. & cap. cum sit liberum, & cap. in nostra.
e ¶ Nisi infirmitatis.] Hoc est contra H. qui dicit, quod I tribus casibus potest mutari sepultura, vt dixi in summa. hic habet locum distinctio decret. extra eodem titu. de his.

SED ALIVD. CASVS. Iste §. diuiditur in tres partes. In prima parte ponit G. quandam solutionem pro reis, dicens quod aliquis ex temeritate, scilicet superbia, uel odio, uel uanis persuasionibus, uel muneribus illectus non debet eligere sepulturam nouam, & contemnere sepulturam parentum suorum, sed rationabili causa, & iusta nouam eligere potest. Nec obstat quod dicit Gregor. quod ultima uoluntas libera debet esse: quia libera est cum quis certa ratione ductus, nouam sibi quærit sepulturam. In secunda parte ponit quandam solutionem aliorum, quæ uidetur facere contra reos, dicentium, quod libera est uoluntas ultima cuiuscunque, nō in sepultura sibi eligenda, sed in testamento conficiendo. Vnde testamentum dicitur; quia eo quisque libere testa-

testatur. In tertia parte obijcit Gratianus, ꝙ etiam in testamento non uidetur libera uoluntas. Et hoc probat duabus auctoritatibus: una Augustini dicentis, ꝙ pro numero filiorum debet fieri distributio facultatum. Et alia Leonis dicentis, ꝙ quilibet debet medietatem eorum

e ¶ Sed non uidetur.] Nunc obijcit solutioni suæ.
d ¶ Medietatem.] Quandoq; tertiam, secundum consuetudines diuersas, ut ext. eo. tit. certificati.

SI quis.] CASVS. Quidam clerici parati erant totam hæreditatem recipere cum pater filium suum exhæredabat, quos reprehendit Augustinus, cum potius debeant patri filium reconciliare, quàm hæreditatẽ appetere. Vnde docet, quod si pater vult tantũ relinquere Christo quãtum uni filiorũ paratus est suscipere. [Non eum.] idest, non ne, & ponitur interrogatiue, & litera sequens similiter ponit interrogatiue.

e ¶ Irascitur.] Hodie .n. non potest quis exhæredare filium suum nisi habeat iustam causam exhæredationis, & illa debet scribi in testõ, vt C. de li. præt. authen. nõ licet tñ ex iracundia omnia sua dare potest ecclesiæ, dum tamen relinquat legitimã filijs, ut 17. q. 4. sunt qui opes. Item si quis relinquit bona sua ecclesiæ propter defectum filiorum honestum est, quod ecclesia restituat ei bona si cœperit habere filios, ut 17. q. 4. c. vl.

f ¶ Appeto. Sic 22. q. 1. non enim.

aliud [a] *est ex temeritatis superbia vsum antiquorum parentum non sequi: atq; aliud, rationabili occasione nouã sibi sepulturam eligere. Contra Melchiadis Papæ auctoritatem nititur, qui superbia, vel odio ductus, siue uanis persuasionibus, aut uarijs munusculis illectus, sepulturã parentum suorum sequi contemnit* α. *Secundum Gregorium autem liberam habet uoluntatem, qui certa rationis causa nouum suo corpori quærit hospitium.* ¶ *Vel vt quidam* [b] *distinguunt, libera est ultima uoluntas cuiusq; non in sepultura sibi eligenda, sed in testamento conficiẽdo. Vnde & testamentum appellatur: quia eo quisque libere testatur, quod post suum decessum de proprijs rebus fieri uelit.* ¶ *Sed non uidetur* [c] *libera testatoris uoluntas; cum secundum Augustinum pro numero filiorum debeat fieri testamentaria distributio facultatum: ueluti, si quis habet unum filium; Christum putet alterum: si uero duos; Christum faciat tertium: & sic per ordinem. Et secundum Leonem quisque medietatem* [d] *eorum, quæ Christo testatur, ecclesiæ iubetur relinquere, apud quam fidei sacramenta suscepit. Sed illud Augustini non est iubentis: sed dehortantis: ne quis iratus filium suum exhæredaret: atque totum Christo relinqueret. Ait enim in sermone 2. de vita clericorum.*

inf. c. proximo.

ext. tit. de sepul. ex. relatum.

Siue serm. 52. ad fratres in heremo: omittuntur autem uerba aliquot.

α Sequi contemnit.] *In duobus exemplaribus Gratiani Vaticanis sequitur,* Ait Leo episcopus, &c. *& ponitur integrum caput,* relatum *extra tit. de sepult. quod etiam refertur ab Iuone p. 7. c. 150. & ab Anselmo l. 5. c. 55. & in Polycarpo li. 4. tit. 34. ex Leone nono. Verum in alijs duobus uetustis, & ualde emendatis hoc idem caput ponitur post vers.* Sacramenta suscepit. *Et certe verba ista,* & secundum Leonem, &c. *indicant alicubi hanc Leonis auctoritatem a Gratiano esse relatam.*

¶ Pro numero filiorum pars hæreditatis Deo offeratur. C. VIII.

In conc. Aquisgran. c. 112.
Iuo p. 3. c. 178.

SI quis irascitur [e] filio suo, & moriens exhæredat eum si uiueret, non eum placarem? nõ ei filium recõciliare deberem? Quomodo ergo cum filio suo volo vt habeat pacem, cuius appeto [f] hæreditatem? Sed plane sic faciat; quod sæpe hortatus sum: Vnum filium habet, putet Christum alterum: duos habet, putet Christum tertium: decẽ habet, Christum vndecimum faciat, & suscipio.

Pater sine causa filium exhæredare non potest.

Hac nimirum auctoritate mensura testatori præfigitur, non quam cogatur exoluere, sed quam prohibetur [g] *transcendere.*

6 Oblationes ergo defunctorum qui reddere noluerit, excommunicetur. Vnde in Carthaginensi concilio 4. c. 95.

HAC NIMIRVM. CASVS. Ponit hic Gra. quandã solutionẽ falsam dicens, ꝙ Aug. nõ præcipit testatori, ut tñ Christo relinqueret quã tum uni filiorũ, sed ꝓhibet ne plus Christo relinquat quàm uni filiorum, quod falsum est, cũ pater filijs suis vltra tertiã, si sunt quatuor uel pauciores; vel medietatem, si sunt sex, & ultra relinquere nõ teneãtur, ut in auth. de trien. & se. circa prin. In fine ostendit, ꝙ qui oblationes defunctorum reddere nolunt, sunt excõicandi. Primum c. quod sequitur, planum est.

1 Et c. si qua quæ signant pro contrarijs. sed intellige prohibetur transcendere ex calore iracũdiæ, & ex odio, uel prohibet .i. dissuadet, & consulit ei .i. consilio Aug. suadet, & consuluit ei, ut nõ transcendat eam sm Hu. hæc ultima expositio vĩ melior quã prima, ut nõ cõtradicat, qđ dic ut sup. c. prox. in gl. j. Arch.

eum, quæ testatur ecclesiæ suę relinquere. Tandem dicit ꝙ Aug. loquitur exhortatiue, uel de consilio, ne pater iratus filium exhæredet. Secunda pars incipit ibi, [Vel ut quidam.] Tertia ibi, [Sed non uidetur libera.]
a ¶ Sed aliud.] Gr. hic ponit duas solutiones.
b ¶ Vel ut quidam.] Secunda solutio.

g [Prohibetur.] Falsum dicit, quia etiam totum dare potest ecclesiæ, ut 19. q. 3. superlatum 1 dum tamẽ legitimã relinquat filijs, ut C. de inoff. test. auth. nouissima.
OBLATIONES. Hæc est 6. pars quę, in qua probat magister, quod ille qui detinet oblationes defunctorum,

quas

quas defunctus mandauit, peccat mortaliter, & hoc probat per tria c. Io. de Fant.

a QVi oblationes.] Non intelligas hoc de oblationibus voluntarijs: sed de illis, quæ relicta sunt ecclesijs qui enim debitas oblationes tenet, uel decimas, uel primitias, excommunicatur, ut 32. dist. præter hoc, & 16. q. 1. statuimus.

b ¶ Negāt ecclesijs.] Si autem cōfitētur, ꝙ debeant, sed exceptionem aliquā proponunt quare dare non dēnt, audiēdi sunt, ut ff. de leg. j. si domus. §. qui confitentur. extra. de off. de leg. ex parte 2.

c ¶ Egentiū.] Vt 66. d. pasce, & 16. q. j. decimæ. & extra de rescrip. si quando.

QVi oblationes.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, ꝙ excommunicandi sunt qui tradere nolunt ecclesijs oblationes defunctorū. Et hoc ꝓbat tribus rōnibus. Prima est, quia infideles reputantur. Secunda, quia voluntatem defunctorū nō seruant. Tertia, quia pauperibus necessaria subtrahunt. In secunda parte dicitur, ꝙ tales sacrilegium committunt. Secunda pars incipit ibi, [Vnde & quidam patrum.

d ¶ Et quidam.] .s. Hieronymus, ut 12. q. 2. gloria episcopi.

e ¶ Sacrilegium. Alibi dicitur talis homicida, ut 12. q. 2. qui abstulerit.

quadruplicites dr .s. terra nondum dedicata, hæc uendi pōt, ut arg. 12. q. 2. aurū: Itē dī sepultura officium sepeliendi, istud sine simonia uendi nō pōt, ut 1. q. 1. dictū. Tertio dicitur terra dedicata. Quarto ius sepeliendi: hæc uendi non debent, ut inf. ea. in ecclesiastico.

i ¶ Item

¶ Excommunicentur qui defunctorum oblationes ecclesijs negant. C. IX.

QVi oblationes [a] defunctorum aut negant ecclesijs [b] aut difficulter reddunt; tanquam egentium [c] necatores excommunicentur.

Bur. l. 5. c. 142. Iuo p. 3. c. 208.

Item ex concilio Vasensi, 1. c. 4.

¶ Vt infideles eijciantur ab ecclesijs, qui defunctorum oblationes retinent. C. X.

QVi oblationes defunctorum retinent, & ecclesijs tradere demorantur, ut infideles sunt ab ecclesia abijciendi: quia vsque ad inanitionem fidei peruenire certum est hanc pietatis diuinæ exacerbationē; quia & fideles de corpore recedētes, votorum suorum plenitudine, & pauperes consolatu alimoniæ, & necessaria sustētatione fraudantur. Hi enim tales quasi egentium necatores, nec credentes iudicium Dei, habendi sunt. Vnde & quidam [d] Patrum hoc scriptis suis inseruit, congruente sententia, qua ait: [Amico quidpiam rapere, furtum est; ecclesiam vero fraudare, sacrilegium [e].]

Deusdedit p. 4. Iuo p. 3. c. 155.

sup. 12. q. 2. gloria.

Item ex concilio Agathensi, c. 4.

¶ Qui oblata ecclesijs, aut testamento relicta retinere præsumpserint, excommunicentur. C. XI.

CLerici, vel sæculares [f], qui oblationes parentum aut donatas, aut testamēto relictas retinere psūserint, aut id, quod ipsi donauerint ecclesijs, vel monasterijs, crediderint auferendum; sicut sancta synodus constituit, velut necatores pauperum, quousque reddant excludantur [g] ecclesijs. ¶ Si quis autem clericus furtum ecclesiæ fecerit; peregrina [h] ei communio tribuatur.

Burch. l. 3. c. 140. ex concilio apud Valētias. Iuo p. 3. c. 206. Pann. l. 2. c. 5.

7 *Item quæritur [i], an pro sepultura mortuorum aliquid sit exigendum. De his ita scribit Greg. lib. 7. regesti, indict. 2. epist. 55. Ianuario episcopo Sardiniæ.*

& in conc. Meldensi, c. 72.

¶ Pro sepultura nihil muneris exigendum est. C. XII.

QVesta est nobis Nereida fœmina clarissima, quod ab ea centū [a] solidos pro filiæ suæ sepultura fraterni-

Poly. l. 8. tit. 5. Iuo p. 3. c. 101.

CLerici.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd clerici vel laici sunt excommunicandi, qui nolunt restituere oblationes, quas parentes dederunt in uita, uel reliquerunt in testamento: uel qui volunt auferre ecclesiæ id quod ipsi donauerunt. In secunda parte dicitur, ꝙ clerico furtum facienti peregrina communio tribuatur. [Peregrina cōmunio.] idest uiaticum in morte, cum incipiunt peregrinari, idest, recedere de hac uita. Secunda pars incipit ibi [Si quis autem.]

f ¶ Vel sæculares.] idest, laici.

g Excludant.] Ar. ꝙ sacrilegi nō sūt ipso iure excōicati.

h ¶ Peregrina.] i. commorabit inter laicos, uel peregrina. i. cum recedit, uel peregrinatur de hoc mundo.

ITEM QVÆRITVR. Hæc est 7. pars q. in qua prohibet ne pro sepultura aliquid exigatur, nisi detur spontanea uoluntate. & hoc probat per 4. c. Io. de Fant.

CASVS. Quærit hic Grat. incidenter, an pro sepultura mortuorum sit aliquid exigendum. Et certe sepultura

i ¶ Item quæritur.] Hic ponit incidentem qōnem 1 an sepultura possit vendi H. ponit quatuor significationes huius nominis sepultura. Quandoq; dr̄ sepultura locus vbi quis sepelitur talis locus licite venditur, si non est sacer, vel religiosus. i. qui non sit in cœmiterio aliquo, quia licite venditur ad ecclesiam ædificandam, vel ad cœmiterium ampliandum, vt 12. q. 2. aurum. Secundo modo dicitur sepultura, ipsa sepultura iam facta, & hæc vendi non potest, specialiter si locus est sacer. Tertio modo dicitur ius inferendi in sepulchrum, nec pro hoc aliquid recipi potest. Quarto dicitur ipse actus, vel officium sepeliendi, & illud non possunt uendere clerici, qui ex officio suo ad hoc tenentur, vt infra eadem præcipiendum, & 1. quæst. 1. dictum. & extra de simon. non satis.

Sepultura an possit vēdi. 1 Hoc iō ga supra fecerat mentionem de iure funerandi s̄m L.

QVesta est.] CASVS. Nereida conquesta est Grego. de episcopo Ianuario, qui pro sepultura filiæ suæ solidos

de centum ab eis exigebat. Greg. vero rescribens ei dicit, quod hoc vitium de ecclesia sua remoueret: vnde præcipit sibi ne de cætero hanc cupiditatem exerceat, & hoc probat exemplo Ephron, qui ab Abraham pro sepultura Saræ pretium accipere noluit. vnde si paganus ille pro in seq. cap. & iste Ephron fuit filius Seor. [Renuit.] s. Ephron. & licet s. diceret de filijs Seor in plurali, dicit tamen postea in singulari de Ephron, quod ipse renuit. a ¶Seor.] Seor fuit pater Ephron, & ab eo nominati sunt descendentes ab eo propter famam ipsius.

† al. non erubescat.

tas vestra velit † exigere. *& infra.* ¶Hoc autem vitium & nos, postquam, Deo auctore, ad episcopatus honorem accessimus, de ecclesia nostra omnino vetuimus; & prauam denuo consuetudinem nequaquam vsurpari permisimus: memores, quia dum Abraham a filijs Ephron β, hoc est a filijs Seor a, sepulchri terram pretio ad humandum corpus coniugis postularet, premium accipere renuit b; ne commodum videretur de cadauere consecutus. Si ergo tantę considerationis paganus vir fuit; quanto magis nos, qui sacerdotes dicimur, hoc facere non debemus? Vnde ne hoc auaritię vitium, uel in alienis denuo tentari pręsumat, admoneo: Sed si quando aliqué in ecclesia vestra sepeliri conceditis; si quidem parentes ipsius proximi, vel hęredes pro luminaribus spontè quid offerre voluerint, accipi non vetamus. Peti verò aliquid, aut exigi omnino prohibemus: ne (quod valde irreligiosum est) aut venalis fortasse (quod absit) dicatur ecclesia, aut vos de humanis videamini mortibus gratulari, si ex eorum cadaueribus studeatis quęrere quolibet modo compendium γ.

Gen. 23. Act. 7.

α ¶Certum.] *Dictio ista abest a nonnullis exemplarib. Gratiani, & epistolarum B. Greg. Sed quia in alijs earundē codicibus et manuscriptis legitur, non est inducta.*

β ¶Ephron.] *Locus hic variè legitur. In epistolis B. Gregorij magis recepta lectio hac est*, à filijs Emor: hoc est Ephron filio Seor. *& Gene. 23 habetur,* intercedite pro me apud Ephron filium Seor.

γ ¶Compendium.] *Post hoc caput in duobus antiquis exemplaribus recitantur duo Vrbani secūdi, quæ placuit hic afferri, ne plane interirent, quod alibi non facilè inueniuntur, & vnū eorū citatur extra de sepul. c. certificari.*

Vrbanus II. Gothifredo Magalonensi episcopo.

¶Mortuorum, qui in monasterijs sepeliri desiderant, aut omnino iuxta prędecessoris nostri Leonis decretum, partem eleemosynarum mediam, aut iuxta dispensationem nostram in Lateranensi concilio promulgatam, partem tertiā parochialibus ecclesijs statuimus derelinquendā.

Idem eidem.

¶Capellanos quoq; monachorū, sicut reliquos parochię tuę clericos, debitā tibi obedientiā persoluere volumus.

Item Hieronymus in quæst. Hebr. ad c. 23. Gen.

¶Etiam coacti de sepultura pretium non debemus accipere. C. XIII.

Pann. l. 2. c. 26.

POstquam pretio victus est Ephron, vt sepulchrum venderet argento, licet cogente c Abraham, vau litera, quæ apud illos pro o d legitur, ablata de eius nomine

b ¶Renuit.] Primo enim commēdatur in hoc cap. postea tamen cōuictus precibus sumpsit quadringentos siclos argenti. & inde vituperatur in seq. cap.

POstquam.] CASVS. Hieronym. docet in hoc c. quod nullus debet vēdere sepulturam. Et hoc probatur exēplo Ephrō, quod licet cogente Abraham acceperit aliquid pro sepultura, postea vocatus est Ephran, idest, imperfectus, cū primo vocaretur Ephrō, id est, perfectus; & hoc in prima parte. In secunda parte dicitur, quod de iustis fiunt iniusti, qui pro sepultura ab inuitis aliquid extorquent, cū etiam Ephron de iusto sit factus iniustus, & tn̄ inuitus accepit. Secunda pars incipit ibi, Plane igitur. [Memoriā] Idest, sepulturam.

c ¶Cogēte.] Per preces populi, & licet cōtractus factus ad clamorem populi teneat, nō tamen electio, ut extr. de elec. Osius. & 61. distin. miramur, in principio. & 8. quæst. 1. si ergo.

d Pro o.] O, est vltima litera Græcorum: & a, prima. & designat o, consummationem, & perfectionem a, initium & imperfectionē. & Hebrei ponunt vau, pro o, in ista dictione Ephron, quæ ablata est, &c. & videt Hic Hierony. velle, quod Ephron peccauit: sed nunquid Abraham peccauit? quod cogit ipsum vendere locū talem, maximè quia locus ille iam deputatus erat sepulturę, erāt enim ibi sepulti Adām & Eua. dicit tamen P. manducator, quod neuter peccauit: Sed quare reprehenditur hic a Hieron.? Respon. non propter suum factum, sed propter futuros, volens ostendere, quod illi peccarent, qui tali modo venderent.

ille pro sepultura nil accipere voluit, multo fortius sacerdotes nil accipere debent. Spontè tamen oblata respui non debent. Iste Ephron primo accipere noluit. Vnde de hoc commendatur: sed postea uictus precibus pretium pro sepultura accepit, & de hoc reprehenditur.

a ¶Ephron.]

a ¶Ephron.] Idest, perfectus.
b Ephran.] Idest, imperfectus.
IN ecclesiastico.] CASVS. Quæsitum fuit in concilio Triburien. vtrum terra cœmeteriata vendi possit pro sepultura? & respondetur, quod non: & hoc probatur duabus auctoritatibus, vna Salomonis, & alia Dauid: & vna rône: sponte tamē oblata recipi possunt. Ratio incipit ibi. [Si terrā uendis.] [Quare interdictū sit, id est, interdicatur, vel quare, id est, ergo.
c ¶In Ecclesiastico.] Idest in ecclesiaste. † & ille liber est Salomonis, & incipit: Vanitas: Est aliter qui dicitur ecclesiastic' qui incipit. Omnis sapiētia a Domino. & ille liber est Iesu filij Syrach.
d ¶Si terram.] Sacram vel religiosā, & dico, quod terra fit sacra, vel religiosa auctoritate pontificis, nō ex eo, quod mortuꝰ infertur ad locū, ut ext. de reli. domi. ad hoc. Sed secundum lege secus est: nam si trāsfert corpus ad aliū locum, desinit locus esse religiosus, vel & si capit ab hostibus, ut ff. de reli. cū in diuersis. & l. cum loca. Et no. quod quidquid est sacrum, est religiosum, sed non cōuertitur. ubi. n. mortuus infertur, fit religiosus, ‡ sed non sacer. ut ff. de re. di. in tantum §. sacræ. Itē dicitur locus religiosus. ubi corpus eo proposito ponit, ut ibi perpetuo remaneat: alias remaneret profanus, ut ff. de relig. l. si qs eo animo. & remoueri potest quandocūque placuerit, ut C. e. tit. si nec dñ. Et licet partes hominis in diuersis sepulchris sepeliant, non ideo oīa loca fiūt religiosa: sed tm̄ ubi caput est sepultum, vt ff. eodem. cum in diuersis. Itē nec totus locus deputatus sepulturę fit religiosus, sed ille in quo corpus est humatum, vt ff. eo. l. 2. §. sepulchrum.

† Immo in ecclesiastico.

‡ Hoc non est verum, si mortuus esset excōicatus. & ita sētit Goff. ext. de sepul. sacris. & ibi de hoc per Ber.

PRæcipiendum.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod pro sepultura, idest pro hominibus sepeliendis clerici nihil exigēt nisi in duobus casibus: scilicet si defunctus iussit aliquid ecclesiæ dari, & nisi uiuente sponte aliquid obtulerit. In secunda parte dr̄, quòd intra ecclesiā nullus est sepeliendus, sed in cœmiterio, uel etiam in arcubus muri ecclesiæ. Secunda pars incipit ibi. [Prohibendum est.]
e ¶In exhedris.] Exhedræ dicūtur quædam voltæ, quæ extérius adhærent parietibus ecclesiæ. §
f ¶Sepeliantur.] Si sint modicæ personæ, ut infra eod. nullus. & ideo prohibetur fieri sepultura in ecclesia, quia locus ille specialiter Deo dedicatus est: cui mors ultra non dominabitur.

§ Exhedræ hodie dici pñt loca, † peristylijs canonicorū aut monachorum, in claustris vulgo capitula dñr. vide Bedæum in adno. priorib. ad l. si uero. ff. de ijs qui deiecerunt,

est, pro Ephron [a] appellatus est Ephran [b]: significante scriptura non eum fuisse consumatæ, perfectæque virtutis, qui potuerit memorias vendere mortuorum. ¶Sciant igitur, qui sepulchra venditant, nec coguntur, vt accipiant, pretium, sed a nolentibus quoque extorquent, immutari nomen suum, & perire quid de merito eorum: cum etiam ille reprehendatur occultè, qui inuitus acceperit.

Item ex concilio Triburiensi, c. 16.

¶De eodem. C. XIIII.

Iuo p. 3. c. 215. — Eccl. 7. — Eccl. 40. — Gen. 3.

IN ecclesiastico [c] namque libro scriptum est: [Mortuo non prohibeas gratiam, sciens, quoniam omnes moriemur.] & item; [omnia, quæ de terra sunt, in terram cõuertuntur.] Quid terra terram vendis? memento, quoniam terra es, & in terram ibis [a], & quoniam mors tibi futura est: appropiat, & non tardat. Recordare, quoniam non hominis est terra, sed, vt psalmista cõmemorat: [Domini est terra, & qui habitant in ea.] (Psal. 23.) si terram [d] vendis, inuasione alienæ † rei, reus teneberis. Gratis accepisti a Deo: gratis da pro eo. Quare interdictum sit omnibus omnino Christianis, terram mortuis vẽdere, & debitam sepulturam denegare: nisi fortè proximi, & amici defuncti propter nomen †, & redemptionem animæ viri gratis aliquid dare velint.

† al. Domini rei. — † al. nomen Domini.

a ¶Ibis.] *In codicibus vulgatis, erat,* reuerteris: *& sequebantur hæc,* & alibi de homine dictum est, terram teris, terram geris, & in terram conuerteris, qui de terra sumeris: *quæ sunt ex punctata: quia absunt a plerisque vetustis, & ab originali.*

Item ex concilio Varensi.

Burc. l. 3. c. 159. — Iuo p. 3. c. 222.

¶De eodem. C. XV.

PRæcipiendum est secundum canonum auctoritatẽ, vt de sepulchris, & hominibus sepeliendis nihil muneris exigant: nisi forte qui sepelitur, viuens iusserit ecclesiæ, in cuius atrio sepelitur, aliquid de suis rebus tribuere aut etiam post mortem ipsius, illi, quibus commissum est eius eleemosynam facere de rebus illius aliquid sponte dare voluerint: & tamen nullatenus a presbyteris ecclesiæ † illius aliquid exigatur; siue ab illis, qui locis, & villis † præsunt. ¶Prohibendum est etiam secundum maiorum instituta, vt in ecclesia nullatenus sepeliantur; sed in atrio, aut in porticu, aut in † exhedris [e] ecclesiæ. Intra ecclesiam vero, aut prope altare, vbi corpus & sanguis Domini conficitur, nullatenus sepeliantur [f].

† al. illis aliquid. — † al. vicis. — † al. extra ecclesiam.

Qui-

QVibus peccata.] Hæc est 8. pars q. in qua dicitur, ꝙ nullus debeat sepeliri in ecclesia nisi sit sanctus nisi in atrio, vel in exhedris, & ponit etiam, ꝙ prosciant mortuis cęmeteria, & qualiter, & vbi animæ sunt defunctorum, & hoc probat per 8. auct. Io. de Fant.

CASVS. damnantur, quia loca sacra eos non liberant, sed temeritas accusat eos.

a ¶ A sacris locis.] idest, ab orationib. quæ in eis fiũt, vel ad literam intelligas, quia locus non sanctificat hominem, vt 40. d. non loca.

¶ *Extat caput hoc in concilio Nannetensi, c. 6. ex quo citatur a Burchardo, & Iuone: sed quia potuit esse repetitum in aliquo Varensi, seu Vasensi non est mutatum. In epitome quidem conciliorum est in Vasensi, c. 3.*

Item Augustinus.

¶ A sacris locis non iuuantur post mortem, quibus peccata non sunt dimissa. C. XVI.

Poly. l. 3. tit. 5. Burc. l. 3. c. 152. Iuo p. 3. c. 214.

In conc. Triburien. cap. 17.

a QVibus peccata dimissa non sunt, a sacris locis post mortẽ adiuuari non possunt, quia quos peccata grauiora deprimunt, si in sacris locis se sepeliri faciunt; restat, vt de sua presumptione iudicẽtur, quia eos sacra loca non liberant, sed culpa temeritatis accusat.

¶ *Caput hoc a Burchardo etiam, & Iuone citatur ex Aug. & nonnihil ad hanc rem faciens habetur in libro de cura agenda pro mortuis, c. 2. sed videtur confectũ ex duobus locis, lib. 4. dialog. B. Greg. vno quidem in c. 51. altero autẽ in c. 53. quod refertur in concil. Tribur. c. 17. Nam cap. quidẽ 51. cum narrasset quandam sanctimonialẽ, quæ in ecclesia sepulta fuerat, visam fuisse ibi cremari ex eo colligit.* Qua ex re aperte datur intelligi: quia hi, quibus peccata dimissa non fuerint, ad euitandũ iudicium sacris locis post mortem non valeant adiuuari. *In c. autem 53. cum memorasset corpus cuiusdam Valentini e sepulchro per dæmones fuisse extractum, & extra ecclesiam proiectum, hæc subiungit.* Ex quo Petre collige: quia his, quos peccata grauia deprimunt, si in sacro loco sepeliri se faciant: restat, vt etiam de sua præsumptione iudicentur: quatenus eos sacra loca non liberẽt: sed etiam culpa temeritatis accuset.

Item Greg. lib. 4. dial. c. 50.

Nic. ad consulta. Bulgarorum c. 99.

¶ Quibus prosit in ecclesia sepeliri. C. XVII.

Poly. ibidem. Burc. l. 3. c. 153. Iuo p. 3. c. 216.

CVm † grauia peccata non deprimunt, hoc prodest mortuis, si in ecclesia sepeliantur, b quòd eorũ proximi quoties ad eadem sacra loca veniunt, suorum, quorumq; sepulchra aspiciunt, recordantur, & pro eis Dño preces fundunt. Nam quos peccata grauia deprimunt, non ad absolutionem potius, quàm ad maiorem damnationis cumulum, eorum corpora in ecclesijs ponuntur.

† Rursus] ori.

Item ex concilio Moguntiaco 1. c. 52.

Burc. l. 3. c. 233. Iuo p. 3. c. 274.

¶ Qui sepeliantur in ecclesia. C. XVIII.

NVllus mortuus intra ecclesiam sepeliatur, nisi episcopi, aut abbates, aut digni presbyteri, vel fideles c laici.

Quod vero mortuis prosit iuxta ecclesiam sepeliri, quidve ad eos perueniat, Augustinus in libro de agenda cura pro mortuis, c. vlt. ostendit dicens.

CVm grauia peccata.] CASVS. Quæsitũ fuit a Gregor. vtrũ ꝗ sit mortuis i cemeterio sepeliri. Et respondet ꝙ sic, si cum mortali delicto non decesserũt, quia proximi eorũ sepulturas aspiciẽtes pro eis orant ad Dominum. si vero cum mortali decesserint, potius obest, quã prodest. Sequens c. cum §. patet.

b ¶ Sepeliãtur.] Ecce ratio vna, quare hoïes potius sunt sepeliendi apud ecclesias quã alibi. Secũda ratio, quia spãliter commendantur patrocinijs sanctorũ illorũ, in quorũ noïe dedicata est ecclesia illa, ut inf. ea. non æstimemus. In fin. Tertia rõ est, quia minus ibi vexãtur a spiritibus immundis, vnde in cœmiterijs dicitur esse requies defunctorũ, vt 12. q. 2. aurũ lex tñ alia cõsideratione præcepit ne corpora i ciuitate sepelirentur, ne ciuitas corrumperet, fętore, ut C. de relig. & sum. fun. l. mortuorũ. & hic arg. ꝙ ibi potius sepeliẽdi sũt hoïes ubi est maior cõcursus populorũ, ut in cathedralibus ecclesijs, ut sup. ea. vbicunque.

Sepeliantur corpora i ecclesijs aut cœmiterijs.

c NVllus.] ¶ Fideles.] Vocãtur laici hic fideles a fidei virtute, ita ut faciãt miracula. Alij intelligũt a fide baptismi. secũdum hoc intellige. C. de sacros. eccl. l. 2. Vel dic ꝙ omnis Christianus põt sepeliri i ecclesia, sed non gẽtilis, vt inf. de conse. d. 1. ecclesiã, & hoc intelligas, nisi aliàs i mortali decesserit, vel impœnitens, uel nisi ecclesia interdicta sit, nel nisi sint torneamentarij, quib. propter terrorem interdicitur ecclesiastica sepultura, ext. de tornea. c. 1. & ext. de rap. super eo.

1 Hæc sũt fuit L. & H. Sed quod sequit, fuit sententia. B. Isi. quam H. reprobat.

CASVS. Dicitur in hoc c. quod non prodest decedentibus in mortali delicto, si in sacris locis sepeliantur: imino si ibi se faciant sepeliri, de sua præsumptione

Non æstimemus.] CASVS. Hoc capitulum diuiditur in quatuor partes. In prima parte dicitur, quòd tria bona viuorum prosunt defunctis, s. sacrificium, oratio, & eleemosyna, quæ defuncti in præsenti vita egerunt vt eis prodessent, & quia nescitur qui sint, pro omnib. regeneratis generaliter orare debemus. In 2. parte dr, quod specialius & cum maiori diligentia oramus pro consanguineis nostris. In 3. parte dicitur, quod seruitium impensum corpori defuncti non prodest defuncto. sed est solatiũ viuorum: quia cũ illi, qui resurrectionẽ non credunt hoc faciant: multo fortius nos hoc facere debemus. In 4. parte dr, quod si defunctus sepeliatur apud ecclesias martyrum, prodest ei: quia patrocinio martyrum commendatur. Secũda pars incipit ibi, [Diligẽtius.] Tertia ibi: [Corpori.] Quarta ibi: [Quod vero.] Sequens cap. cum §. patet.

a ¶ Sacrificijs.] Aut ieiunijs parentum, vt inf. ea. c. animæ.

b ¶ Quia nõ discernimus.] Arg. quod rõne dubitationis melius est totũ & superfluum facere, quàm nihil facere, vel etiã aliquid omittere. sic 42. dis. quiescamus. 24. q. 3. corripiatur. Item rõne dubitationis fiunt quæ aliàs essẽt illicita. vt ext. de sepul. sacris. ext. de vsu. I ciuitate 11. q. 3. nolite. & ratione dubitationis possum vẽdicare incertã partẽ, vel rem. ff. de rei ven. quæ de tota & nũmos meos nõ possum vẽdicare, si sint misti alijs. ff. de solutio. si alieni.

c ¶ Omnibus.] inf. ea. pro obeuntib. cõtra solu. ecclesia pro omnibus viuis siue bonis siue malis potest orare generali siue speciali oratione 1 & pro Iudæis, & paganis, vt cõuertantur: quia de nemine est desperãdum, dum est in vita ista, vt inf. de pœn. d. 7. nemo sed pro paganis, vel Iudæis mortuis non est orandum nec pro cathecumenis: sed pro baptizatis mortuis orandum est generali oratione, vt hic dicitur, & 23. quæst. 4. sicut. & hoc siue sint damnati, siue nondum tamen hoc non constet: sed speciali oratione non est orandum pro eis mortuis, quos constat esse damnatos, sic loquitur illud cap. pro obeuntibus, sed pro illis, qui nõ sunt damnati, oratione speciali, & generali omnius, licite, nisi sint valde boni, vt inf. ead. tempus.

d ¶ Cum ille.] Scilicet spiritus.

e ¶ Vt resurrecturo.] Nisi enim quis resurrecturos speraret, & c. 2. est ergo hoc signum quòd credamus futuram resurrectionem, vt inf. ea. habent.

f ¶ Econtra.] Contra id quod dicit, quòd possumus orare pro mortuis Ioan.

g ¶ In præsenti.] ¶ Iob.] idest, coniugati.

h ¶ Daniel.] idest, Virgines vel continentes.

i ¶ Noe.] i. rectores ecclesiarum, & hoc intellige si decesserint in mortali. sic 25. d. qualis.

k ¶ Sed laborabit.] idest, punietur æternaliter.

Dubitationis rõne fiũt aliqua.

Ecclesia an possit pro oĩbus orare.

1 De hoc et not. 11. q. 3. si quis eps. & ibi dixi. Arch.

2 Superfluũ videretur, & vanum orare pro mortuis, sm L. & hoc continet sub isto, &c. sm Laur. cuius fuit ista gl.

¶ Quare mortui iuxta ecclesiam sepeliantur.

C. XIX.

Non æstimemus † ad mortuos, pro quibus curã gerimus peruenire, nisi quòd pro eis siue altaris, siue orationum, siue eleemosynarum sacrificijs [a] solenniter supplicamus. Quamuis non pro quibus fiunt, omnibus prosint: sed his tãtum quibus dum viuunt, comparatur, vt prosint. Sed quia non discernimus [b] qui sint; oportet ea pro regeneratis omnib. [c] facere: † vt nullus eorum prætermittatur, ad quos hæc beneficia possint, & deant peruenire. Melius. n. supererunt ista eis, quibus nec obsunt nec prosunt, quàm eis deerunt, quibus prosunt.

¶ Diligentius tamen facit hoc quisque pro necessarijs suis, quo † pro illo fiat similiter a suis. ¶ Corpori autem humando quidquid impenditur; non est præsidiũ salutis, sed humanitatis officium, secundum affectum, quo nemo vnquam carnem suam odio habet. Vnde oportet; vt quam potest, pro carne proximi curam gerat, cum ille [d] recesserit, qui gerebat. † Et si hæc faciunt, qui carnis resurrectionem non credunt; quãto magis debent facere, qui credunt? vt corpori mortuo, sed tamen resurrecturo, [e] & in æternitate mansuro, impensum eiusmodi officium, fit etiam quodammodo eiusdem fidei testimonium. ¶ Quod vero quisque apud memoriam martyrum sepelitur; hoc tantum mihi videtur prodesse defuncto, vt commendans eum etiam martyrum patrocinio affectus pro illo supplicationis augeatur.

Iuo p. 2. c. 113.
† al. existimemus.
† Adde quæ hĩ generale oĩa cõprehẽdit in l. a procuratore, & ibi bona gl. cum cõcord. C. mand.
† al. quod.
Eph. 5.
† al. regebat.

Econtra [f] Hieronymus in epistola ad Gal. c. 6. ad ea verba: [vnusquisque onus suum.]

¶ Post mortem orationes viuentium mortuis damnatis non prosunt. C. XX.

In præsenti sæculo scimus siue orationibus, siue consilijs inuicem posse nos coadiuuari. Cum autem ante tribunal Christi venerimus; non Iob, [g] nõ Daniel, [h] nec Noe [i] rogare posse pro quoquam; sed vnumquemque portare onus suum.

¶ *Verba B. Hieronymi sunt hæc.* Obscure licet, docemur per hãc sententiolam nouum dogma quod latitat, dum in præsenti sæculo sumus, siue, &c.

Verũ hoc de impœnitentib. accipiendum est, de quib. propheta dicit. Non dabit Deo placationem suam, nec pretiũ redẽptionis animæ suæ: & ideo frater nõ redimet eum, sed laborabit [k] in æternũ, & viuet adhuc in finem

Psal. 48.

Pro

